8
16/C
4

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMA QVAESTIONVM REGVLARIVM,

SEV DE CASIBVS CONSCIENTIÆ AD PERSONAS Religiosas vtriusque sexus valdè spectantibus.

Iuxta noua Decreta, Constitutiones, & Declarationes Summorum Pontificum, & Sacrarum Congregationum, ipsorumque Regularium priuilegia.

Ex tota fermè Theologia Morali, quatenus ad ipsos Regulares spectat.

Addita est in fine Relectio circa validitatem cuiusdam Capituli, & electionum in ipso factarum.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINVM

D. HIERONYMVM DOMMIN, ET FVNES EPISCOPVM GAETANVM.

TOMVS QVARTVS.

PER P. M. IO: BAPTISTAM DE LEZANA HISPANVM, Matritensem, Socium Generalem Carmelitarum, S. Congr. Indicis Consultorem, ac in Sapientia Romana publicum Lectorem.

ROMÆ, Ex Typographia Vitalis Mascardi, MDCXLIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILL.mo ET REV.mo D.

D. HIERONYMO DOMMIN. ET FVNES

EPISCOPO GAETANO.

FR. IO. BAPTISTA DE LEZANA Carmelita ſummam felicitatem.

PLvra ſunt, Illuſtriſſime Præſul, quæ animum meum, vt tibi hoc obſeruantiæ qualecunque tributum offerrem, non tam impellere, quam compellere, poſſunt. Primatum tenet tua ſingularis humanitas, morum comitas, in honeſtate perſeuerantia, & (quod non minus) noſtræ Carmelitanæ Religionis veluti ab incunabulis innatus, & cum lacte ipſo imbibitus amor, quo ſic noſtrates omnes in tui beneuolentiam trahis, vt nullus meritò ſit, apud quem colendus, venerandus, & multis titulis deuouendus non ſuſpiciaris. At quid ni? Cum *magnes amoris amor* ſit, vt inquit ille, & omnes quantumuis barbari naturali philautia ducti amantes ſe diligant. Accedunt tua in me, nec leuis ponderis, collata beneficia, quibus promeritus infœlix ſanè eſſem, ſi ſaltem gratum animum, & illum ipſum quem accepi, pro pretio non vouerem. *Reddit enim beneficium* (ait Seneca) *qui libenter debet*. Hac compenſationis forma vſus Æſchines cum Socrate: *Nihil* (aiebat) *dignum te, quod dare tibi poſſim, inuenio, & hoc vno modo pauperem me eſſe ſentio. Itaque dono tibi quod vnum habeo, me ipſum*. Quo munere, teſtatur Seneca, vicit Alcibiadis parem diuitijs animum. Hæc mea conditio eſt, Illuſtriſſime Præſul. Pluribus à te auctus beneficijs, ſed omni anguſtiarum genere preſſus, ſolam promeriti perſonam ſuſtineri

Digitized by Google

cogor. Eam tamen quàm egregiè poſſum ſuſtineo. Beneficentiæ viuida recordatio, debiti conſtantiſſima confeſſio, animus totus tibi deuotus acceptis gratijs reſpondent. Sed quis dum tuæ in me beneficentię monumenta refero, egregia, beneficia ne? an facinora dicam? in Ordinem noſtrum tua prudentia patrata, in propatulo exprimenda non requirat? Per plures namque annos inoffenſo pede, & ſine querela, Cœnobiarcha, per ſex Diffinitoris munus exequens, bis pro Comitijs Generalibus in Curia celebrandis Gremialis Pater, non ſemel Commiſſarius Generalis, tum Germaniæ, tum Belgij, tum Indiarum, tum denique ipſius Caſtellæ (in qua primos Theologiæ fœtus ex Aragoniæ Prouincia veniens edidiſti) tot ſancti zeli Religionis flammas irradiaſti, quot tibi muneris, quod gerebas, præſens occaſio ſuppeditabat. Tui namque pectoris ingenuitas, animi eximia ſinceritas, & (quod magis) iuſtitiæ, & æquitatis affectus, nihil patiebatur indignum, nihilque, quod Dei oculi auerſarentur, humanis obtutibus opponendum ſtatuebat. Ad extera nunc tranſeo, domeſtica plura ſilentij ſacrario inuoluens, tua modeſtia, meique ingenij parcitate cohibentibus. Talia autem ſunt, vt ſola etſi adeſſent, eximium tamen, & conſpicuum Te orbi Chriſtiano reddere potuiſſent. Cum Maria Vngariæ Regina Ferdinandi nunc tertij Auguſti ſponſa Auguſta Matrito Viennam per Italiam veniens Concionatoris Cæſarei munere fungens, fœliciter perueniſti. Namque Ferdinando ſecundo, pijſſimo & inuictiſſimo Cæſari, gratus effectus, varijs ab ipſo pro Legationibus, tum Bruxellas, tum Pariſios ad Imperij negotia Gordiano nodo non abſimilia pertractanda, miſſus, honorificentiſſimis etiam Plenipotentiarij, & Catharienſis Epiſcopi titulis decoratus, qualis, & quantus in tanti Principis mente eſſes, luce clariùs innotuit. Bruxellis poſtmodum apud Sereniſſimam Claram Eugeniam Eliſabetham Philippi Secundi Hiſpaniarum Monarchæ verè filiam, quantùm authoritate valueris, quantùm æſtimationis pondere habitus, quantaque familiaritate, & beneuolentia pijſſimæ, ac religioſiſſimæ Principiſſæ potitus, vix credi datur. Potuit immatura Heroiſſæ mors limitem fauoribus præſcribere, ſed non affectuoſæ voluntatis ſigna obſcurare. Te ſi quidem in Meclinienſis Epiſcopatus Suffraganeum, vt vel ſic in Aula ſpectabilem contineret, inaugurari fecit. Succeſſit in amitæ

locum,

Digitized by Google

locum, Belgijque gubernium Sereniſſimus Cardinalis Infans Ferdinandus, qui nec ſui, nec Tui oblitus, Te in Hiſpaniam ad Catholicum Regem Philippum Quartum, veluti bonorum omnium aſylum, piumque virtutis Mœcenatem deſtinauit. Nec ſpes animum fefellit. Ab eodem ſi quidem Monarcha agnitus, in pretio habitus, & præ multis ſelectus ad Gaetani Præſulatus faſtigium, Deo auſpicante, euehi promeruiſti. Tantæ namque dignitatis decus, Te vnum inter mille ſuſtinere decebat. Colluces in ea prædeceſſorum merita tuorum, vt ea cum fœnore æmuleris, præ oculis ſemper obijciens. Quo ne dum (quod rarum eſt) ſubditorum amorem ſic concilias, vt vix vnus inter Epiſcopos à domeſticis, virtutum omnium veluti ſatellitio ſtipatus, cunctorum ore commenderis. Taceant tamen ipſi, dum ſacri Collegij Purpurati Patres, Apoſtolicis Congregationibus Præfecti, Orbique Iudices integerrimi, encomia tua crebriùs ſolito, fama ſollicitante, proclamant. Taceam & ego, ſi tamen tuis meritis deuinctus lucubrationes iſtas, tuis auſpicijs conceptas, ſtudij mei fœtum, voluntatis tibi obſides, ſiſtere permittar. Eas prono, quo ſoles, animo excipias, non effectum, ſed clientis affectum humilem aſpiciens; ſic enim eas longè meliores publicæ luci reſtitues, quàm accepiſti. Solis inſtar, qui obſcuras nubes ad cœlum ſubuectas ita ſplendeſcere facit, vt ſpectabilem Iridis varietatem oſtentent. Nec mirum, ſi merita mea à tua beneuolentia ſuperentur, quæ nulla ſunt, niſi tanti Præſulis obſeruantiæ nuncupata. Vale, & viue, Carmeli noſtri decus, ad Dei gloriam, tuorumque patrocinium.

Fr. Leo

Digitized by Google

Fr. Leo Bonfilius Vicarius Generalis Apoſtolicus Carmelitarum antiquæ Obſeruantiæ Regularis.

AVctoritate noſtra, tenore præſentium, licentiam impartimur Adm. R.P. Mag. Ioanni Baptiſtæ de Lezana, noſtræ Prouinciæ Caſtellæ profeſſo Sacerdoti, Prouinciali Angliæ, in Romana Sapientia Sapientiæ profeſſori, & Socio noſtro, vt typis mandare valeat Librum, cui titulus eſt, *Tomus quartus Quæſtionum Regularium*, ſimulque cum illo Relectionem ſuper celebrationem Capituli Prouincialis Prouinciæ Caſtellæ anno 1642. Valliſoleti celebrati, & electionum in ipſo factarum, à Magiſtris Theologis, quibus id commiſimus, lectum, & approbatum. Horum fide, &c. Datum Romæ die vndecima Februarij 1644.

Fr. Leo Bonfilius Generalis Vic. Apoſtolicus Carmelitar.

Fr. Franciſcus Montius Prouincialis Saxoniæ, & Secret. Ordinis.

COmmiſſione mihi facta à Reuerendiſs. Patre noſtro Generali Vicario Alberto Maſſario legi Tomum Quartum Summæ Quæſt. Regularium à Reu. Adm. P. Mag. Io. Baptiſta de Lezana Ordinis noſtri Carmelitarum Socio Generali, Prouinciali Angliæ, Sacræ Congregationis Indicis Conſultore, & in Romana Sapientia Sapientiæ profeſſore ordinario conſcriptum, nec in eo deprehendi quidquam, quod iuxta Chriſtianam doctrinam docte non ſit expenſum, & expensè diſpoſitum, vt propterea poſſit non tam illuſtrari typis, quàm typos ipſos illuſtrare, neque tantùm luci prodire, verùm etiam & lucem clariſſimam prodere ad Caſus Conſcientiæ in ſubiecta materia cùm rectè intelligendos, tum ritè diſſoluendos. Datum in Carmelo noſtro Diuæ Mariæ Tranſpontinæ de Vrbe die 14. Maij 1643.

Fr. Benedictus Rocius S. T. D. Carmeli prafati Prior, & olim in eodem Lector Caſ. Conſc.

IVſſu Reuerendiſs. P. Magiſtri Leonis Bonfilij Vicarij Generalis Apoſtolici Ordinis noſtri Carmelitarum antiquæ Obſeruantiæ Regularis, vidi hoc Opus R. Adm. P. Magiſtri Ioannis Baptiſtæ de Lezana, Prouincialis Angliæ, & eiuſdem Reuerendiſs. P. primi Aſſiſtentis Socij: in eoque nihil reperi, niſi quod Catholicam Fidem, bonosque mores, ac ſolidam Authoris ſui doctrinam ſapit. Imò ex eo, ſi in lucem edatur, haud ſecus ac de alijs ipſius benè multis operibus, boni publici commodo hactenus vulgatis, non parum vtilitatis, lector quisque conſequetur. Ita teſtor. Romæ in Conuentu Carmelitarum Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ die 28. Ianuarij 1644.

Fr. Iuſtinus ab Epiphania, Reformatæ Prouinciæ Turoniæ Ordinis Carmelitarum in Gallia Theologus, & eiuſdem Prouinciæ Procurator.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Apoſtolici Palatij.

A. Sacratus Epiſc. Comaclen. Viceſg.

REuerendiſsime Pater. Tomus hic Quartus Quæſtionum Regularium ab Admodum R. P. Magiſtro Ioanne Baptiſta de Lezana S. Ordinis Carmelitarum &c. compoſitus, ſanam & ſolidam Authoris ſui doctrinam, alijs pridem lucubrationibus celebrem, genuinè commendat. Quare dignum cenſeo, ſi ita Reuerendiſs. P. T. videatur, qui publico bono in lucem edatur. Romæ 16. Iunij. An. 1643.

Melchior Inchefer S. I.

Imprimatur, F. Hyacinthus Serronius Mag. & Socius Reuerendiſs. P. Fr. Michaelis Mazarini S. P. A. M. Ord. Præd.

NI-

Digitized by Google

INDEX MATERIARVM,

De quibus in hoc Quarto Tomo saltem remissiuè agitur.

L

LAICI Fratres. pag. 1
Lectio quoad Regulares. 2
Legata Regularibus relicta. 8
Leges Regularium. 31
Legitima quoad Regulares. 66
Libri. 69
Licentia quoad Regulares. 86
Litania. 92
Littera Apostolica. 95
Ludus quoad Regularis. 113

M

Mandatu quoad Regulares. 121
Manteletum. 128
Matrimonium. 129
Matutinum. 130
Mendicantes Regulares. 132
Mercatura quoad Regulares. 135
Milites Regulares. 135
Missa. 137
Mitra. 187
Monachi. 190
Monasteria Regularium. 192
Monetarij. 225
Moniales. 230
Mozzetta. 250

N

Negotiatio quoad Regulares. 252
Neophitus Regularis. 261
Notarius Regularis. 271
Notorium. 276
Nouitij, & Nouitia Religionu. 281

O

Obedientia Regularis. 307
Oblati, seu Commissi. 308
Oblatio facta Regularibus. 313
Occultum. 319
Officia Religionum. 323
Officium diuinum. 332
Oleum Sanctu quoad Regulares. 349
Opinio Regularibus tenenda. 343
Oracula viuæ vocis. 349
Oratoria quoad Regulares. 356
Ordines Sacri. 360

P

Paramenta Sacra. 373
Parochus, & Parochia Regularis. 375
Paupertas Religiosa. 377
Pœna Ecclesiastica. 378
Pœnitentia. 384
Portio Canonica. 384
Præcedētia quoad Regulares. 384
Præceptum. 390
Prædicatores verbi Dei. 391
Prælatus Regularis. 391
Præses Capitulorum. 402
Priuilegia Regularium. 406
Processio quoad Regulares. 430
Procuratores Religionum. 436
Professio fidei. 440

Pro-

Professio Regularis. 441
Profanatio Sacrorum. 458
Protectores Ordinum. 459

Q

Quarta funeralis. 459
Quæstuarij Regularium. 464

R

Ratificatio professionis. 465
Reconciliatio Ecclesiarũ. 466
Recursus Regularium ad Sedem Apostolicam. 466
Recusatio Iudicis Regularis. 469
Reformati Regulares. 472
Regulares, seu Religiosi. 476
Reliquiæ Sanctorum. 477
Renunciatio inter Religiosos. 483
Reseruatio casuum. 486
Residentia Prælatorum Regularium pag. 486
Resignatio Officiorum Ordinis. 488
Reuerendæ pro Ordinibus recipiendis. 489
Reus Regularis. 490
Ritus Sacri. 492

S

Sacramentorũ administratio. 494
Sacrilegium. 495
Sacrista, & Sacristia. 499
Sanctorum cultus. 501
Seminarium. 510
Sententia Iudicialis. 513
Sepultura quoad Regulares. 516
Simonia quoad Regulares. 531
Sollicitantes in confessione. 547
Spolia Regularium. 548
Statuta. 550
Suffragia. 553
Superior Regularis. 557
Suspensio quoad Regulares. 558

T

Tertiarij, & Tertiariæ. 568
Testamentum quoad Regulares. 571
Testis Regularis. 575
Tortura Regularium. 578
Transeuntes Regulares. 581
Triremium pœna. 588
Tutela Regularium. 591

V

Vasa Sacra. 592
Velum Monialium. 594
Veneficia. 597
Vestes Sacræ. 602
Vicarij Religionum. 605
Visitator Regularis. 610
Vnctio Sacra. 617
Votum pro Regularibus. 618
Vox actiua, & passiua. 636
Relectio circa validitatem cuiusdam Capituli, & Electionum in ipso factarum. 641.

SVM-

SVMMA QVAESTIONVM REGVLARIVM, SEV DE CASIBVS CONSCIENTIAE ad Regulares vtriuſque ſexus valde ſpectantibus.

TOMVS QVARTVS.

LAICI FRATRES.

De illis dictum eſt *tom. 2. cap. 8.* per totum, & ideo ad eum locum remittendus Lector.

LECTIO QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

DE hac materia remiſſiuè. num. 1.

De lectione Sacræ Scripturæ habenda in Monaſterijs, & Conuentibus propter decretum Concilij Tridentini. num. 2.

De legente lectionem Sacræ Scripturæ in peccato mortali. num. 3.

De lectione Sacræ Scripturæ, vel caſuum conſcientiæ propter decretum Clementis VIII. & Sanctiſſimi Domini noſtri Vrbani. num. 4.

De lectione linguarum in Studijs Regularium. num. 5.

Decretum Sacræ Congregationis de propaganda fide circa hoc. n. 6.
Quomodo vacari possit à prædictis lectionibus. num. 7.
Legenda Constitutiones de qualitate eligendorum ante quamcumque electionem. num. 8.
Decreta de Celebratione Missarum, *de* Apostatis & ejectis, *& litteræ pertinentes ad sanctam Inquisitionem, ac Constitutiones de* Largitione munerum *quando legenda. num. 9.*
An excusentur Prælati in hoc negligentes. num. 10.
Quid de pœnis contra tales negligentes appositis. num. 11.
De librorum probibitorum lectione. num. 12.
De lectionibus Sanctorum pro officio Diuino. num. 13.

1 DICE I de hac materia sparsim in præcedentibus tomis dictum sit, hic tamen magis amplianda est, & explicanda.

2 Primò ergo, lectionem Sacræ Scripturæ habendam esse in Monasterijs Monachorum, & Conuentibus aliorum Regularium ex Concil. Trident. *sess. 5. c. 1.* constat ex dictis *to. 1. c. 9. num. 48.* De quo etiam Barbosa *de offic. & potest. Episcop. allegat. 56. num. 16.* & Ioannes Maria Nouarius *in lucern. Regularium verbo lectio num. 1.* post Franciscum Leonem, Campanile, & Piasegum, quos referunt. Notanda autem sunt verba Concilij. *In Monasterijs quoque Monachorum vbi commodè fieri queat etiam lectio Sacræ Scripturæ habeatur. Qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum, in hoc, vt Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remedijs compellant. In Conuentibus verò aliorum Regularium, in quibus Studia commodè vigere possunt, Sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur. Quæ lectio à Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus assignetur dignioribus Magistris.* Circa quæ notandum diuersimodè loqui Concilium de Monasterijs Monachorum, ac de Conuentibus Regularium. In illis enim præcipit haberi talem lectionem *vbi commodè queat*. In istis autem solùm id præcipit pro illis Conuentibus, *in quibus Studia vigere possunt.* Quo denotatur Monachos teneri habere talem lectionem in suis Monasterijs, solùm quando *commodè* id fieri *queat*, alios verò Regulares, Mendicantes videlicet &c. non generaliter quando commodè id fieri potest, sed solùm in Conuentibus, *in quibus Studia vigere possunt*. Similiter loquendo de Monasterijs Monachorum dicit, Episcopos posse eos cogere ad id faciendum, quod non dicit de Conuentibus aliorum Regularium. Quo denotatur in Conuentibus

Men-

Mendicantium non posse Episcopos in hoc se intromittere. Etsi oppositum sentiat Rodriguez *to.2.Quæst.Regular. q.130. art.2.* propter illud verbum *similiter habeatur*. Illud tamen solùm denotat habendam esse talem lectionem, non verò quod Episcopi in eo se debeant intromittere. Decisum etiam refertur respectu Carthusianorum strictionis clausuræ, illos quoque ad id teneri. Nouarius *supr.verbo Abbas nu.7.* ex Aldana *in Compend. Canonic.resolut. l.1. tit.3. num.16.* Qualiter autem satisfiat huic decreto si habeatur lectio Theologię scholasticæ, vel moralis (spectata videlicet practica, & acceptatione talis decreti) dixi eo *num.* 48. ex Rodriguez,& Peirinis ibi relatis. Quibus adde Megalam *p.2.l.2. cap.27.n.14.* & Naldum *in summa verbo legere nu.* 2. Opportuna autem remedia quibus Episcopi possunt ad id cogere Abbates est excommunicatio; eo quod ibi deputantur tãquam Sedis Apostolicę delegati,qui hoc modo possunt contra Regulares procedere. Rodrig. & Peirin. *supr.* Porrò ad habendam talem lectionem non requiri licentiam,seu examen Ordinarij dixi ex declaratione S.Congregat.*to. 3. verbo Episcopus nu.26.* De quo etiam Tamburinus *de iure Abbat. tom.3. disp.2. quæst.5.* De tempore autem & hora, & super qua materia legenda sit S.Scriptura declaratum video à S. Congregat. apud Barbos. *in Collectan.Bullar verbo lector S.Scripturæ*, remitti arbitrio Ordinarij. Quod intellige respectiuè, idest respectu illius lectionis super qua ipse,iuxta dicta,authoritatem habet.

3 Circa prædictam etiam lectionem S. Scripturæ animaduertenda est notabilis doctrina Nauarri *in Manuali cap.25. n.55.* & Nald. *supr. num.1.* ex S. Thoma,& Antonino,quòd scilicet legens Sacram Scripturam mortali peccato notorio infectus,peccet mortaliter, quia scilicet tali peccato notorio impedit effectum S.Scripturæ.

4 Quamuis autem ex vi decreti Concilij haberi debeat prædicta lectio S. Scripturæ in Monasterijs Monachorum, & Conuentibus Regularium,vt dictum est, nihilominus Clem.8.*in Decretis pro Reformatione Regularium* innouatis,& confirmatis à S.Congregatione Concilij sub SS.D.N. Vrbano, pro vt retuli *tom.1. cap.10.num.20.* hæc statuit moderando, vel explicando,vt puto,Concilij decretum. *Lectio S.Scripturæ,vel casuum conscientiæ bis in hebdomada præscriptis diebus in singulis Monasterijs, & Conuentibus habeatur,ad quam fratres omnes conueniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam sese vtiliter exerceant.* Huic ergo decreto stare debent cuncti Regulares,siue Monachi,siue alij.

5 Tenentur etiam Regulares omnes habere lectionem Hebraicę, Grecę, & Latinæ linguæ in omnibus studijs ipsorũ,& in maioribus,

Digitized by Google

& celebrioribus etiam Arabicæ, propter decretum non solùm Concilij Viennensis, sed etiam Pauli V. in Constit. *Apostolicæ* cuius verba retuli *to.1.c.18.n.85.* De qua Pasiegus *in prax. nou. Episcopor. p.2. cap.3 num* 41. & Peirinis *tom.1. priuileg. Minim. in Constit.2. Iulij 2.num.* 19. Cum autem huius decreti materia grauissima sit, cum sit de re maximè necessaria pro Ecclesia Dei, scilicet propagatione ipsius, prædicatione Euangelij in exteris nationibus, & conuersione infidelium, quæ sine tali linguarũ notitia obtineri non possunt, non video quomodo excusentur Superiores Regularium in hoc negligentes. Præsertim, quia pœna indignationis Papæ à Paulo V. in prædicta Constitutione imposita arguit peccatum mortale, iuxta Naldum *in Summa verbo clausula §. indignationem, & verbo pœna num.* 13. De quo Thesaurus *in praxi par.1.cap.*42. Quia tamen post prædictum Paulum V. S. Congregatio de Propaganda Fide decretum edidit, pro vt eo loco retuli, in quo, etsi nouo præcepto Regulares ad id faciendum non constrixerit, modum tamen, & formam faciendi designauit, & ampliauit, ac Generalibus intimauit, ideo hic illud placuit apponere in pijssimæ causæ gratiam.

Decretum S. Congregationis de propaganda Fide habitæ die xi. Aprilis 1625.

6 *Quoniam impossibile est sine linguarum notitia fidem Catholicam in exteris propagare nationibus; hanc verò notitiam in Religiosorum familias introducere difficillimum est sine præcipua Generalium, & aliorum Superiorum cura, & diligentia. Sacra de propaganda fide Congregatio Religiosorum Generales omnes, ac alios Superiores in Domino obtestañ. vt secum cogitantes, quot hæresibus, & erroribus pleræque terrarum Orbis nationes laborent, & in quantis ignorantiæ tenebris populi pœnè innumerabiles versentur, quia non habent qui eos instruant, & in via salutis opportunè dirigant, omnibus modis vellint studia linguarum à Sacro Viennensi Concilio, & à fel.rec. Pauli V. Constitutione præcepta, & aliarum etiam, quæ magis ex vsu esse videntur, vt Illyricæ, & Græcæ vulgaris, in ijs Monasterijs, & Conuentibus erigere, & instituere, & erecta, & instituta conseruare, in quibus Religiosi artibus, & Theologiæ operam nauant. Quæ quidem studia ex sententia eiusdem S. Congr. Generales, & alij Superiores facilè instituent, si in modò, forma, & ordine ipsorum constituendis infrascripta obseruare præcipuis mandauerint decretis. Primò, vt si non in quolibet, saltem in pluribus ex prædictis Monasterijs, & Conuentibus certus Religiosorum magis idoneorum numerus lin-*

guarum

Digitized by Google

guarum ſtudijs addicatur ſub aliquo Religioſo, vbi ſtudijs Præfectus non extiterit, qui ſtudiorum huiuſmodi promouendorum curam, & ſolicitudinem habeat, qui vt muneri ſuo ſeriùs incumbat, ijſdem priuilegijs, quibus Magiſtri, & ſtudioſi fruatur. Secundò, vt certæ regulæ, & Conſtitutiones, quibus numerus, & ſpecies linguarum, tempora lectionum, ſtudij, repetitionumque, ac alia huiuſmodi à Magiſtris, & ſtudioſis diligenter obſeruanda præſcribantur, quarum Conſtitutionum obſeruandarum cura prædicto Religioſo, vel ſtudij Præfecto committi poterit, qui, ſi ſuo deerit officio pro modo culpæ in Capitulis Prouincialibus, & Generalibus grauiter puniatur, in quibus etiam præſens decretum publicè legetur. Tertiò denique, vt præmia, & pœnæ, præſertim Magiſtris, & ſtudioſis proponantur, quæ vehementius eorum animos mouere poſſint ad linguas alacriùs, & diligentiùs addiſcendas. Et Sac. Congr. cum ob Inſtitutorum, & Religionum diuerſitatem ea definire viſum non fuerit, Generalium, & aliorum Superiorum prudentiæ, & iudicio committenda eſſe cenſuit, quos etiam nouo præcepto ad hæc ſtudia inſtituenda, & conſeruanda conſtringere noluit, ſed eos tantùm admonere in diſtricto Dei iudicio rationem eſſe reddituros, ſi Decretum hoc, quod pro diuinæ Maieſtatis gloria, & ſalute animarum promulgatur obſeruare contempſerint, vel neglexerint.

7 Circa prædictas autem lectiones Sacræ Scripturæ, caſuum conſcientiæ, linguarum, &c. animaduertenda eſt declaratio quædam S. Congregationis, quam referunt Garzia *de Benef. p. 5. cap. 4. n. 157.* Galettus *in margarita caſuum conſcientiæ verbo legere ſecundò*, ac Barboſa *in collectan. Bullar. verbo lector S. Scripturæ*, & alibi, poſſe vacari a lectione S. Scripturæ tribus menſibus, ſcilicet Iulij, Auguſti, & Septembris, hęc enim applicari poſſe videntur prędictis lectionibus pro Regularibus à Sede Apoſtolica præceptis.

8 Tenentur etiam Regulares omnes antequam deueniant ad Superiorum, & Officialium electionem, prælegere Conſtitutiones de qualitate, & requiſitis eligendorum. Ita enim habetur in decretis Clem. VIII. *pro Reformatione Regularium* ſupra relatis. Nouarius *ſupr. num. 3.*

9 Qualiter teneantur legere decreta S. Congregationis Concilij *de celebratioue Miſſarum* feria 2. poſt primam Dominicam Aduentus, & feria 6. poſt octauam Corporis Chriſti ſub magnis pœnis Superioribus in hoc negligentibus infligendis, dixi *tom. 1. cap. 10 n. 25.* Video tamen Sac. Congregationem Regularium 21. Martij 1638. prorogaſſe dictum terminum pro Superioribus Eremitarum Ordinis S. Auguſtini ad decem dies immediatè ſequentes. Et die 16.

Aprilis eiuſdem anni prorogaſſe eundem terminum pro Canonicis Regularibus Lateranenſibus ad vnum menſem immediatè ſequentem. Peirinis *in Additament. decreto* 14. Dixi etiam eo loco qualiter, & ſub quibus pœnis legi debeant decreta Sac. Congregat. *de Apoſtatis, & electis* cum decretis Clem. VIII. *pro Reformat. Regularium*. Similiter qualiter ex decreto S. Congregat. Inquiſitionis ſub SS.D.N. Vrbano legi debeant feria 6. poſt octauam Aſſumptionis B. Mariæ, & in omnibus Capitulis &c. litteræ Apoſtolicæ ad S. Officium Inquiſitionis pertinentes, dixi eodem *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 100. Quibus iũge eandem Sac. Congregationem S. Inquiſitionis annuente SS.D.N. Vrbano die 11. Febr. 1633. extendiſſe tempus legendi prædictas Conſtitutiones Apoſtolicas ad Sanctum Officium ſpectantes per totum reſiduum menſis Auguſti, & hanc gratiam omnibus Regularibus ſuffragari voluiſſe. Peirinis *in Additamentis decreto* 13. Pariter quoque qualiter ex nouiſſimo decreto SS. D. N. Vrbani legi debeat à Regularibus Conſtitutio Clem. VIII. *de Largitione munerum* cum declaratione eiuſdem Sanctiſſimi iuſſu facta, dixi *tertio tomo verbo Dare, ſeu Donare nu.* 18. Quid dicendum de lectione Decreti Sac. Congregationis *de Propaganda fide* pro inſtitutione ſtudij linguarum, quod adduxi *ſupra n.* 6. conſtat ex ipſo.

10 Nota tamen Dianam *par.* 5. *tract.* 14. *Reſolut.* 15. ex Peirinis *to.* 3. *Priuilegior. Minimor. cap.* 12. *num.* 4. videri excuſare Prælatos illos, qui ex negligentia, vel inconſideratione prætermittunt legere, vel legi facere præfixis diebus dicta decreta. Cæterum, etſi hoc præcipuè verum ſit quoad forum interius, quoad exterius tamen non excuſantur, quin potius ſæpiùs vidi præfatos coactos fuiſſe ad ſubeundas pœnas in dictis decretis deſignatas, & diſpenſationem in ipſis Romæ à Sede Apoſtolica poſtulaſſe. Verum quidem eſt excuſabiles eſſe etiam quoad forum externum, quoties propter aliquam rationabilem cauſam, etiam non multum vrgentem, aut propter aliquod impedimentum alicuius momenti id fecerunt. Quia cum pœnæ impoſitæ in dictis decretis valde graues ſint non debent cenſeri incurſæ, niſi propter malitiam, dolum, negligentiam notabilem, aut dilationem ſine cauſa factam, & ita præſumendum de benignitate SS. Congregationum eas imponentium. Vide Homobonum *par.* 2. *reſponſ.* 104. Bordon. *Reſolut.* 26. *num.* 32. Illud certum, quòd caſu quo omittatur ipſorum lectio die præfixa, non propterea ceſſat ipſius obligatio, ſed adimpleri debet quamprimùm fieri poſſit. Non enim ponitur terminus talium dierum ad finiendam obligationem, ſed ne differatur. *l. Celſus ff. de recept. arbit. cap. cum dilecti §. præterea de dolo, & contum.* Peirinis *ſupr.* fauent dicta à ſimili 3. *tom.* verbo

verbo *Denunciatio nu.* 8. de termino præfixo in edictis ad denunciandum aliquos.

11 Nota etiam Thesaurum *in praxi Ecclesiastic.par.2.verbo legenda à Regularibus cap.1. num.* 4. asserere nullam pœnam appositam esse contra omittentes legere decreta S. Congregationis *de Apostatis,& electis,* ex eo sane,quòd pœnæ in prædictis decretis Sac.Congregat. appositæ non videantur referri ad omittentes ea legere bis in anno,vt ibi præcipitur, sed ad alia, quæ in prædictis decretis obseruari mandantur. Cæterum oppositum video hic Romæ practicari, & conformius contextui ipsorum decretorum. Etenim §. 9. vbi pœnæ designantur sic dicitur: *Si quis verò ipsorum aduersus ea quæ superiùs præscripta sunt, vel eorum aliquid quoquo modo facere, vel moliri præsumpserit, ipso facto pœnam incurrat priuationis, &c.* verbum enim illud *superiùs,* non solum respicit alia, quæ in eisdem decretis statuuntur, sed etiam id quod in §. immediatè præcedenti statutum erat de obligatione legendi prædicta decreta bis in anno,&c. Vide dicta 3.*to.* verbo *clausula n.*3.*&* 4.

12 An Regulares possint libros prohibitos legere dixi *to.*1.*cap.*18. *n.*96. & dicam infra verbo *libri nu.*30.

13 Quæ lectiones Sanctorum pro Officio diuino approbatæ sint à S.Congregatione Rituum, & alia ad eas pertinentia, habes ex varijs S.Congregationis declarationibus apud Barbosam in *Collectan.Bullar.verbo lectio,* & Nouarium *supr.*

LEGATA REGVLARIBVS RELICTA.

SVMMARIVM.

*De hac materia remissiuè. nu.*1.
*Legatum quid sit. nu.*2.
*Qui legare possint. nu.*3.
Regulares nequeunt legare. nu. 4.
Quibus legari possit. nu. 5.
An Minoribus de Obseruantia, & Capuccinis. nu. 6.
*De legatis factis aliquibus domibus Religiosorum. num.*7.
*Quæ bona legari possint. num.*8.
*Regulares an capaces sint quod ipsis legetur. num.*9.
Quot modis fieri possint legata. num. 10.
Quid de legato ad tempus determinatum. num. 11.
*Quid de facto ad tempus indeterminatum. num.*12.

Digitized by Google

De legato conditionato. num. 13.
Quando legatum conditionatum adimpleri debeat etiam non adimpleta conditione. num. 14.
Quid quando conditio eſt turpis. num. 15.
Quid quando eſt contraria ſtatui Religioſo. num. 16.
De legato facto puellæ ſi nupſerit, aut ſi Religionem intraverit. num. 17.
De legato relicto pro virginibus maritandis. num. 18.
De legato relicto ſub modo. num. 19.
De legato relicto ſub modo poſſibili, & honeſto. num. 20.
De legato relicto ſub onere Miſſarum. num. 21.
De legato relicto Monialibus ſub onere recipiendi aliquam. nu. 22.
An non adimplentes onera legatorum ipſis præcludantur. num. 23.
Legatum relictum ſub modo impoſſibili, vel turpi an valeat. n. 24.
De legato relicto ex cauſa. num. 25.
De legato ex demonſtratione. nu. 26.
De legato incerto. num. 27.
De Regularibus procurantibus ſibi aliqua legari. num. 28.
An legata Regularibus gaudeant privilegijs piarum cauſarum. nu. 29.
Quomodo revocari poſſint. num. 30.
Quomodo, & à quibus commutari. num. 31.
An Epiſcopi id facere poſſint. num. 32.
In quibus caſibus. num. 33.
An tunc requiratur conſenſus hæredis, & legatarij. num. 34.
An Prælati Regulares commutare poſſint legata ipſorum Monaſterijs. num. 35.
Quid de legatis pro celebratione Miſſarum. num. 36.
An animæ Purgatorij patiantur ob dilationem exequutionis legatorum. num. 37.
Qualiter peccent differentes adimplere legata. num 38.
Regulares an poſſint eſſe exequutores teſtamentorum. nu. 39.
Quid ſi ipſis committatur aliqua eleemoſyna diſtribuenda in pauperes. num. 40.
Alia remiſſiuè. num. 41.

1 DE hac materia nonnulla dicta ſunt *tom.* 2. *cap.* 19. *à num.* 45. plura tamen de ipſa dicenda, maximè quia 3. *tom.* verbo *hæreditas*, hæreditatis materiam ſimul cum illa ad hunc locum remiſerim. Multa enim, quæ de legatis Regularibus relictis dicam, hæreditati quoque applicari poſſunt, quando ipſos hæredes eſſe contigerit.

Eſt

2 Est ergo legatum, iuxta dicta eo *cap.* 19. *num.* 45. donatio quædam à defuncto relicta, & ab hærede præstanda. Silvester *in Summ. verbo legatum* 1. *num.* 1. In qua definitione particula *donatio* habet locum generis, particula *quædam* locum differentiæ; denotat enim quod legatum debet esse alicuius rei particularis, nam si est omnium bonorum potius est hæreditas quam legatum. Per particulam etiam illam *à defuncto relicta* differt etiam legatum primò à donatione inter vivos; ea quippe in vita donantis habet suum effectum, non autem legatum nisi post mortem. Secundò etiam à donatione causa mortis, quia hæc etiam fit in vita donantis ob ipsius mortis periculum, licet non firmetur, nec robur accipiat nisi secuta morte, vt contingit in casu, quo quis donet alicui aliquam rem eo pacto vt res sit donatarij post mortem donantis, si verò donator superstes maneat, sit ipsius donatoris. Dicitur etiam *ab hærede præstanda*, vt clariùs distinguatur ab hæreditate, hæc enim non præstatur nisi à testatore. Layman. *l.* 3. *de iust. Tract.* 5. *cap.* 10. *num.* 1. Non differt autem legatum à fideicommisso nisi verbis solum *l.* 1. *ff. de legat.* 1. Si enim legatum in forma verborum ad legatarium dirigitur, vt si dicat legator *lego Petro, do Petro, &c.* vocatur legatum. Si verò dicat legator *iubeo hæredi*, vel *rogo hæredem vt det talem rem Petro*, vocatur fideicommissum. Silvester *supr. num.* 1. & 2. Layman. *supr.* De varijs autem modis, seu speciebus legati, infra dicetur.

3 Legare possunt omnes, & soli illi, qui testari possunt. *l.* 2. *ff. de legat.* 1. & ratio est, quia legatum non relinquitur nisi in testamento, vel codicillo *l. Diui* §. *Codicillos, ff. de iur. codicillor.* Silvester *supra verb. legatum* 2. *nu.* 1. Layman *supr. n.* 2. Lugo *de contract. ib. disp.* 24. *sect.* 9. *num.* 237.

4 Ex quo collige ad intentum Regularium, quòd cum ipsi iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 19. & *to.* 2. *cap.* 13. *num.* 54. non possint testari, nec etiam poterunt legare. Vnde etsi, iuxta eo loco dicta, possint facere aliquam schedulam qua rogent Prælatum, vt det alicui ea, quæ ipsi habent, sicut talis schedula non habet rationem testamenti, nec codicilli, sic neque ea quæ per ipsam donari desiderant sunt propriè legata. Idem dic in casu quo alicui Religioso donatum sit aliquid cum facultate disponendi de eo tempore mortis, talis enim dispositio non esset testamentum, nec codicillus, sed quædam designatio personæ, cui illa res detur. Sanchez *l.* 7. *in Decalog c.* 8. *nu* 8. Quando autem, iuxta ibidem dicta, ex Papæ licentia Religiosus testamentum conderet, consequenter etiam posset legare.

5 Quamuis autem regulariter loquendo solùm legari possit ijs, qui instituì possunt hæredes, *Institut. de legat.* §. *legari*. Silvester *supr.*

*ſupr.num.*2. Layman. *ſupr. num.* 2. Vnde conſequenter legari poſſit omnibus, & quibuſcumque Religioſis habentibus bona ſtabilia in communi, quia illi inſtitui poſſunt hæredes, iuxta dicta *tom.*2.*cap.*19. *num.* 44. De quo nouiſſimè Lugo *de Iuſt.& iure to.*1. *diſp.*3.*ſect.*5. *num.* 101. Excipiendi tamen ſunt à dicta regula filij ſpurij, qui etſi hæredes inſtitui non poſſint, capaces tamen ſunt legatorum. Silueſter,& Layman.*ſupr.* Molina *to.*1 .*Tract.*2. *diſp.*195. §.*Spurijs.*

6 Ad intentum etiam noſtrum Regularium, & iuxta dicta *tom.* 2. *cap.*19. *num.*45. excipiendi etiam ſecundò ſunt Minores de Obſeruantia,& Capuccini, ij enim, etſi incapaces ſint bonorum ſtabilium, iuxta dicta eo *to.*2.*cap.*1. *num.*2. & hæreditatis, iuxta dicta eo *c.* 19. *num.*44. nihilominus legari ipſis poteſt, iuxta *cap. exijt de verbor. ſignificat. in* 6. §. *Ad hæc quia fratrib.* & Extrauag. 1. *de priuileg.* §. *porro vt circa*, & dicta eo *cap.*1. *num.*6. Limitari tamen hoc debet, primò iuxta Clement. *Exiui de verbor. ſignificat. verſ. nec licet eis.* dummodo tale legatum non ſit tantæ quantitatis, vt præſumatur fieri in fraudem, ideſt relinqui hæreditatem ſub nomine legati. De quo Rodriguez *to.*2.*quæſt. Regular.q.*126. *ar.*1. Sorbus *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo legata verſ. Sed ſi quæras.* Sanchez *d.l.*7. *c.*26.*à n.*11. & Lugo *ſupr.* Cum autem Pontifex non irritet valorem talis legati, nec liberet hæredes à ſolutione ipſius, poterunt tunc fratres ex quantitate legata accipere quod iuxta preſentem neceſſitatẽ illis fuerit neceſſarium, reſiduũ verò in alijs occaſionibus, ſi talis neceſſitas ſuperuenerit, prout ijdem authores tenent. Iudicare verò de excelſu legati pertinet ad Miniſtros,& Cuſtodes penſatis circunſtantijs perſonarum, temporum &c. *cap.exijt* §. *Inſuper nec vtenſilia de verbor. ſignificat in* 6. Sanchez *ſupr. num.*3. Limitari etiam debet tradita doctrina ſecundò, iuxta eamdem Clement. *Exiui verſ. Cumque annui redditus*, ita vt legatum annui redditus recipere non poſſint. Corduba *in Regul.D Franciſci cap.*6.*q.*11.*punct.*3. Sanchez *ſupr.num* 34. Quo tamen non obſtante, legari eis poſſe annuos redditus non perpetuos, ſed ad modicum tempus, ſcilicet citra decennium, tenent communiter Doctores, eo quòd tale legatum cenſeatur vnum ſolùm, ſoluendum tamẽ ſucceſſiuè per illud tempus. Silueſt. *ſupr.q.*3.*dict.*1. Corduba *ſup.* Portellus *in dub. Regular. verb. legatum n.*2. & Lugo *ſupr. n.*102 Imo quando tale legatum etiam perpetuum fuerit non pro ipſorum fratrum victu, ſed pro luminibus, aut ornamẽtis Eccleſiæ, pro vino, vel tritico ad Miſſas dicendas, pro libris ad ſtudia, pro infirmarijs, vel ſimilibus, validũ eſt,& poteſt ab ipſis recipi: ſolùm enim illis eſt prohibitum id legatum quod mendicitati ipſorum quoad alimenta repugnet. Nauarrus *l.*3.*conſil.tit.de teſtam.in* 1. *edit.*

conſil.

Digitized by Google

*consil.*13.*n.*3.*in* 2.*consil.* 9. *n.* 3 Corduba *sup.* Sa *in summ. verb. Religio n.*57. Portellus *supr. n.* 3.& 7.& *verb. hæreditas n.*5. Diana 3.*p. Tract.* 2. *Resolut* 33.& Lugo *supr. n.*103.& alij communiter. Limita tertiò traditam doctrinã de capacitate Minorum ad legata, nisi ea fuerint alicuius domus, seu habitationis separatæ ab eorum Monasterijs, quia talis possessio ipsis interdicta est *cap.* 1. *de Religiosis domibus, & c.* 1. *de excessib. Prælator. in* 6. Corduba *supr. punct.*2. *dub.*1. Layman. *supr. nu.*3. Qui secus dicit cum Sanchez de legato domus ipsis contiguæ,& pro augmento Monasterij necessariæ. Limita quartò, nisi tale legatum sit ad aliquem finem repugnantem eorum professioni, vt si illis legetur vinea vt eam excolant, vel retineant, aut fructus ex ea pro vino quotidiano colligant, seu alijs locent, aut pro vsu superfluo. Ita enim colligitur ex *d. cap. exijt* §. *Ad hæc quia fratribus*. Sanchez *supr. à num.*17. Layman. *supr. nu.*4. apud quos simul cum Corduba, Rodriguez, Sorbo, & alijs Seraphicæ Religionis Scriptoribus plura ad intentum. Vnde in ijs casibus similia legata sunt nulla, & caduca, nec conuertenda in alios vsus. Quod secus dicendum quando res legata non repugnat paupertati Minorum, sed solùm modus ipsis adiectus, tunc enim conuertenda est in alios vsus, iuxta dicenda inferiùs *nu.*24.

7 Ex quibus etiam colligi potest quid dicendum sit de legatis factis aliquibus domibus Religiosorum, quibus propter specialia Statuta ipsorum prohibetur bona stabilia possidere, aut retinere, quales sunt aliquæ domus RR.PP. Discalceatorum nostri Ordinis, iuxta dicta *to.*2.*cap.*1 *num.*2.& 7. (de quo Thomas de Iesu *supr. cap. non dicatis*) & domus Professæ PP. Iesuitarum, iuxta dicta eo *to.* 2. *c.*19. *num.*44.& 45. istis enim legari non possunt dicta bona stabilia, ita vt ea retineant, secus, vt vendant, vel aliud de ipsis faciant, iuxta ipsorum Constitutiones. De quo præter dicta eo *n.* 44. & 45. agunt latè Molina *to.* 1. *de iust. disp* 195. *vers. à regula proposita*. Sanchez *supr cap.*27. *per totum*. Layman. *supr. nu.*5.& 6. Aliqua etiam, quæ inferiùs dicentur eisdem applicari possunt.

8 Legari possunt non solum res, quæ actu sunt testatoris, sed etiã quæ sunt futuræ. Item iura,& actiones, & seruitutes ipsis debitæ. Item res alienæ, quæ tamen emi possunt ab hærede, & generaliter omnia, quæ sub testatoris potestate cadunt. *Institut. de legat. Instit.* & alijs iuribus. Siluester *supr. verb. legatum* 3.*n.*1.& 2. Molina *disp.* 196. Layman. *supr. nu.*7.

9 Prædicta autem Regularibus, quibus per specialia eorum Instituta aliquid specialiter non prohibetur, applicando, dicendum, non solùm ipsorum Monasteria, sed etiam ipsos Religiosos in particulari

capa-

capaces esse, vt ipsis aliqua legentur. Quippe regula certissima est ijs omnibus posse legari, qui possunt hæredes instituí. *Instit. de legat.* §. *legari*, certum autem est eos omnes posse, vt hæredes instituí, *l. fin.* §. *hoc etiam C. de Episcop. & Clericis*. Nauarr. *Comment.* 2. *de Regularib. num.* 43. Molina *to.* 1. *de iust. disp.* 40. *&* 154. Rodriguez *to.* 2. *quæst. Regular. q.* 77. *art.* 1. Minores etiam de Obseruantia, & Capuccini licet hæredes instituí non possint, propter dicta, capaces tamen sunt etiam in particulari, vt ipsis legetur, in illis scilicet casibus, in quibus Communitas eorum capax est vt ipsi legetur. Colligitur ex Extrauag. 1. *de priuileg. vers. porro vt circa*, & ex eo quòd cum legatum, iuxta dicta *num.* 2. non sit aliud, quàm donatio quædam à defuncto relicta &c. sicut quilibet illorum est capax, quod ipsi donetur, sic & quòd ipsi legetur. Rodriguez *tom.* 2. *quæst. Regul. q.* 125. *art.* 6. Sanchez *d. l.* 7. *cap.* 26. *num.* 10. Imo Nouitij dictorum Minorum, seu Capuccinorum capaces sunt non solum legati, sed etiam hæreditatis, siue ex testamento, siue ab intestato. Sola enim professione redduntur incapaces, vt fiant hæredes. Corduba *supr. d. q.* 11. *punct.* 1. Cum verò dico Religiosos etiam in particulari capaces esse quòd ipsis legetur, non est ita intelligendum, quòd ea, quæ ipsis legantur sibi adquirant. Etenim, iuxta dicta eo *cap.* 19. *num.* 46. *& to.* 1. *cap.* 6. *num.* 50 quidquid acquirunt, Monasterio adquirunt. Vnde legatum relictum subdito, potest conuertere Prælatus in vsus communes Monasterij. Portellus *supr. verb. legatum num.* 15. Hinc etiam legatum annuum relictum Moniali pro se, & vna famula adquiritur Monasterio quoad partem Monialis, licet non quoad partem famulæ, nisi quando Monasterium famulas permittit. Nauarrus *comment.* 2. *de Regularib. num.* 38. Rodriguez *tom.* 3. *quæst. Regular. q.* 16. *art.* 5. Quid verò dicendum de legato relicto Religioso ea conditione, vt ad ipsum, non autem ad Conuentum spectet, maximè si testator vlterius procedat dicendo se velle, vt dominium illius rei pertineat ad Religiosum, & quod si secus fiat pertineat ad extraneum, habes ex dictis *d. to.* 1. *cap.* 6. *num.* 34. Vide & Dianam 3. *par. tract.* 2. *resolut.* 34.

10 Vt autem habeatur notitia plurium casuum, qui in materia legatorum accidere possunt Regularibus, notandum ex Molina *to.* 1. *de iust. tract.* 2. *disp.* 205. *vsque ad* 211. Lugo dicta *sect.* 9. §. 1. & alijs, legata illis facta fieri posse multis modis. Primò quidem, purè, & absolutè, vt si legans dicat *lego tali Monasterio centum scuta*. Secundò, ad tempus determinatum, vt si dicat *lego Monasterio centum scuta ad Pascha proximè futurum*. Tertiò, ad tempus indeterminatum, vt si dicat, *lego Monasterio centum ad tempus quo veniant*

naues

naues ex India. Quartò, ſub conditione contingenti, vtſi leget illa centum Monaſterio, *ſi fabricauerit Eccleſiam, Clauſtrum, &c.* Quintò, ſub modo, id eſt, ſub onere aliquid faciendi, fabricandi ſcilicet Eccleſiam, Clauſtrum &c. Sextò, ſub cauſa, ideſt ſub motiuo, propter quod mouetur teſtator ad legatum, vt ſi dicat, *lego centum tali Monaſterio, quia in ipſo eſt bona obſeruantia Religionis*. Septimò, ſub demonſtratione, demonſtrando ſcilicet rem legatam, vt ſi dicat, *lego Monaſterio vineam meam, quam emi à Petro*. Octauò, non ſpecificando Monaſterium cui res legatur, vt ſi dicat, *lego Monaſterio Carmelitarum Neapolis*. De quibus omnibus ſigillatim dicendum.

11 Et quidem quando legatum fit primo modo, ſcilicet purè, & abſolutè, mortuo teſtatore, & poſt aditam hæreditatem ab hærede, legatum cedit Monaſterio recta via, vt dicitur, vnà cum fructibus ipſius, pro vt ex varijs iuribus tenent Silueſter *ſupr. verbo legatum* 1. *num.* 2. & 15. Molina *ſupr. diſp.* 194. Layman. *ſupr. num.* 10. An verò etiam debeatur ante hæreditatem aditam dicetur infra *n.* 29.

11 Similiter quando legatum fit ſecundo modo, eo quòd tale legatum eſt ſimile præcedenti, licet ante præfixum tempus peti non poſſit, eo tamen adimpleto cedit Monaſterio poſt mortem teſtatoris. Silueſter *ſupr. num.* 2. Molina *diſp.* 181. & *diſp.* 205. ex varijs etiam iuribus, quæ referunt.

12 Quando verò legatum fit tertio modo eſt veluti conditionale, *l. dies incertus ff. de cond. & demonſtr.* & ita loquendum de illo, ac de legato quarto modo facto. Silueſter, Molina, & Layman. *ſupr.*

13 De legato autem conditionali quarto modo facto illud certum regulariter loquendo, quòd ante conditionis euentum non cedit legatario. Silueſter *ſupr.* Molina *d. diſp.* 205. *in* 1. *concl.* Layman. *ſupr. num.* 11. Vnde etiam conſequenter, ſi tale legatum conditionale factum fuerit Religioſo in particulari, eo mortuo, non cedit eius hæredi, ſcilicet Monaſterio, ſed expirat cum ipſo. *l. vnica* §. *Sin autem*. Layman. *ibid.* Excipe tamen quando illud factum fuerit ratione pietatis, vel dignitatis perſonæ, non intuitu, ſeu fauore perſonæ ipſius Religioſi, vt ſi aliquis leget alicui Religioſo, non quia amicus, aut conſanguineus legantis, ſed ob deuotionem erga Religionem, vel propter ipſius dignitatem, quia ſcilicet erat Prior, Abbas &c. tunc enim valdè probabile eſt non expirare cum ipſo, ſed cedere Monaſterio, vel ſucceſſori. Idem Layman. *ibid.* Vide Silueſter *ſupr. verbo legatum* 2. *quæſt.* 5. & Mirandam *in Man. tom.* 1. *quæſt.* 32. *ar.* 7.

14 Sunt etiam alij caſus, in quibus legatum conditionatum factum

Reli-

Religiosis validum est,& cedit ipsis, etiam non adimpleta conditione, sed ipsa habetur pro non adiecta. Primus est, quando conditio illa est impossibilis, pro vt ex varijs etiam iuribus probat Molina *supr.disp.206.in secunda conclusione*. Et iuxta modum quo loquuntur Theologi de conditionibus impossibilibus appositis Matrimonio,vel sponsalibus. De quo Cornexo *to.2.in 3.p. Tract.6. de Matrimon. disp.3. dub. vlt.* ex alijs. Vnde si aliquis leget aliquid alicui Monasterio ea conditione, quòd sepeliatur in Ecclesia ipsius, accidat autem, vt ipse se occiderit, moriatur excommunicatus, vel habeat aliquod impedimentum propter quod sepeliri non possit in Ecclesia,tunc legatum cedit Religiosis,tum quia conditio illa est impossibilis,quæ non vitiat legatum,*l.obtinuit ff.de cond.& demonstrat.* tum quia non per ipsos, sed per legantem ipsum stat quominus adimpleatur conditio. Silvester *supr.verbo legatum* 1.*n*.10.

15 Secundus est,cum conditio est turpis, vt si alicui personæ Religiosæ legetur aliquid ea conditione, vt fornicetur, mentiatur, &c. Tale enim legatum valet,& conditio quia est turpis habetur pro non adiecta,nec vitiat illud, sed vitiatur,*l.1. l.Si qui ita.l. quæ sub conditione.l.conditiones quæ,& l.conditiones contra ff. de conditionib. institit.& l.3.tit.4.par.6.*Sanchez *7.in Decalog. cap.17.num.12.* Iuxta modum etiam quo Theologi loquuntur de conditionibus turpibus adiectis Matrimonio,vel sponsalibus. De quo etiam Cornexo *supr.* ex alijs. Propterea etiam *to.1.cap.6.num.34.* dixi legatum relictum Religioso sub conditione quod esset proprium illius independenter à Superiori esse validum,& talem conditionem, vt potè turpem,quia contraria voto paupertatis, haberi pro non adiecta.

16 Tertius est, cum conditio, esto non sit impossibilis, nec turpis, est tamen contraria statui religioso, vel ab ipso retardans. Vnde legatum factum alicui ea conditione, vt matrimonium contrahat, si ipse Religionem ingrediatur, validum est, & cedit ipsi legatario. Ita enim colligitur ex *Authentic.de Sanctiss.Episcop.* §. *Sed & hoc & Authentic.nisi rogati C. ad Trebellian. & cap.in præsentia de probat.* Colligitur etiam ex declarat. S.Congreg. apud Barbosam *in Collect. Bullar.verbo legatum*, vbi habetur, *legatum factum puellæ ad effectum nubendi, si ipsa Monialis effecta fuerit, dicti legati solutioni locus est*. Ratio autem harum decisionum petenda est ex ijs, quæ dixi *to.2.cap.19.num.28.*Ex eo præcipuè,quia testator non præsumitur voluisse Religionem excludere, sed potius præsumitur fore, vt idem dispositurus esset si Religionis meminisset, cum religiosa vita sit perfectior quàm matrimonialis. Et ita hanc partem tenent non solùm auctores ibi relati,sed etiam Silvester *verbo hæreditas* 4.§.*vlt.*&

verbo

Digitized by Google

verbo legatum 1.*num* 13.Molina *ſupr.diſp.*207.Còuarrub.1.*variar. cap.*19.*num.*11. Portellus *ſupr. verbo legatum num.*10. Bonacina *de Contractibus diſp.*3.*q.*1.*punct.*4.*num.*10. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat.*83.*num.* 27. & alij apud ipſos. Limita tamen, pro vt dixi eo *num.*28. vt non teneat hæc doctrina pro caſu, quo conſtaret expreſsè de contraria voluntate teſtatoris. Tunc enim non eſt locus præſumptioni contrariæ, præſertim cum conditio illa nuptiarum bonis moribus non contradicat. Molina *to.*1. *de iuſt. diſp.* 190.§.*hæc verò,& diſp.*207. *adfin.in ſolut.ad* 1. Sanchez *d.l.*7. *c.*16. *à n.*12. Layman. *ſupr. nu.*12.

17 De legato etiam facto puellæ hoc pacto: *Si nupſerit lego ei centum, ſi verò Religionem intrauerit quinquaginta*, eodem modo philoſophan ur plures, dicentes, ſi Religionem intrauerit ei deberi centum, propter iura relata, & præſumptionem in fauorem Religionis. Silueſter *ſupr.* Naldus *in ſumm. verb. legatum num.*43. Bonacina *ſupr.* Diana *par.*1. *Tract.*2. *Reſolut.*125. *& par.*2. *Tract.*16. *Reſolut.*50. ex multis alijs. Limita tamen, vt dixi, niſi teſtator expreſsè manifeſtauerit ſuam voluntatem eſſe quòd detur minus illi puellæ, ſi Religionem ingreſſa fuerit, quàm ſi nupſerit, quia tunc non erit locus præſumptioni in contrarium, & quia potuit id prudenter facere, eo quòd maior diuitiarum copia puellæ neceſſaria eſſe ſolet pro Matrimonio, quam pro ingreſſu in Monaſterium. Molina *d.diſp* 207.*in* 2. *concl.* Gutierrez *in quæſt.canon. l.*1. *q.*32. Nald. *ſupr.* De legato autem facto alicui ſub conditione ne Religionem ingrediatur, abſolutè dicendum eſt valere, & conditionem illam haberi pro non adiecta, cum bonis moribus repugnet, vt potè à Religioſo ſtatu directè auocans. Diana *d.reſolut.*125. *& p.*3.*reſolut.*57. Layman. *ſupr. n.*14. ex Medina ab ipſo relato.

18 Addunt aliqui traditam doctrinam etiam procedere in legato relicto Virginibus maritandis, ita videlicet, vt poſſit dari ingredientibus Religionem, tum quia qui Religionem ingreditur Matrimonium ſpirituale init, quod eſt perfectius quam corporale; tum quia Authenticæ relatæ id etiam conuincere videntur. Baſilius Pontius *de Matrim.l.*3.*cap.*7.*num.*11. Ochagauia *de Sacram. tract.* 1. *de Matrim.q.*15.*num.*17. Diana *p.*5. *Tract.*14. *Reſolut.*35. & alij apud ipſos. Sed oppoſitum videtur verius, nam mens teſtatoris clara, & expreſſa videtur eſſe quòd legatum illud ſolùm detur fœminis maritandis, non alijs, nec Authenticæ relatæ loquuntur in hoc caſu de legato relicto indefinitè pro fœminis maritandis, ſed ſolùm pro particulari legato relicto certæ perſonæ, non incertæ. Cum autem exorbitent à iure communi poſtulante conditiones impleri non in-

fictæ,

ficta, sed in vera,& specifica forma (*l. qui hæred ff. de condit. & demonstr.*) idcirco non debent extendi ad alium casum. Vide Sanchez *l.1.de Matrim.disp.33.n.32.* Bonac.*d.punct.4. num.10.* Barbosam *ac offic.& potest.Episcop.Allegat.83.* Lugo *supr.sect.11.num.293.* & plures apud ipsos. Illud certius, quòd legatum relictum vxori à viro sub conditione seruandi viduitatem, debeatur ipsi si Religionem ingrediatur, quia pleniùs videtur hoc modo impleta testatoris intentio,quæ est ne Matrimonium carnale ineat. Bald. *l.fin. princ. C.de Episc.& Clericis*,& ex eo Sanchez *7 in decalog.cap.26. num.4.* De legato autem pro Moniali relicto an possit applicari fœminę Tertiariæ habenti conditiones requisitas à S.Congregatione,quas retuli *to.2,cap.14.* probabile esse censet Diana *par. 1. Tract.2. Resolut.85.* & aliquoties ita contigisse refert. Quod ad minus admitti potest, accedente consensu Episcopi,iuxta dicenda infra *num. 33.*

19 Pro legato autem quinto modo Regularibus facto, scilicet sub modo,idest sub onere aliquid faciendi, v.g. fabricandi Ecclesiam, Claustrum, &c. notandum primò, modum aliquando exprimi per verba conditionalia, vt si legetur Religioso aliquid hac conditione, vt dicat Missam pro legatore,tunc enim ex communi sensu omnium est idem,ac dicere cum onere,vt dicat Missam,&c. Vnde (quidquid sit de verbis,quibus legator vtitur) vt cognoscatur an conditionem, vel modum importent,attendi debet ad intentionem ipsius,& quando res fuerit dubia existimandum verba potius conditionem, quàm modum importare. Ex *l.à testatore ff.de condit.& demonstrat.* Molina *supr.disp.208.* Bonacina *d.punct.4.num.1.* ex alijs. Secundò notandum, modum propriè in hoc distingui à conditione in legatis, quòd conditio suspendit illa vsque ad aduentum ipsius, modus autem non suspendit. Quod est dicere legatum conditionale non est validum nisi adimpleta conditione, legatum autem quod fit cum modo,valet ante executionem modi. Siluester *verbo conditio nu. 1. & 3.* Molina *d.disput. 208.* Vnde, licet legatum sub conditione non possit peti, aut possideri à legatario, non impleta conditione, legatum autem sub modo potest peti, & possideri ab ipso, exhibita cautione de modo obseruando. Siluester *d.num. 3.* Molina *supr.* Hinc infert Sanchez *d.l.7.in Decalog.cap.26. num.8.* Legatum relictum Religioso ea conditione, vt partem illius diuidat inter pauperes, re vera esse modale, & solùm quoad verba conditionatum, si quidem supponit illud esse Religioso ad quisitum ante prædictam diuisionem inter pauperes,quod denotat non fuisse conditionatum, aliàs ad quisitum non esset ante conditionis positionem, *l. cedere diem de verborum significat.*

His

20 His positis dicendum primò, legatum factum Religiosis sub modo possibili, & honesto validum est, & obligat illos ad adimpletionem ipsius, tam in foro externo, quàm in interno, sub reatu culpæ mortalis, vel venialis, iuxta capacitatem materiæ, & præiudicium tertij. Ratio est, quia posita acceptatione talis legati interuenit quidam contractus inter testatorem, & legatarium, vt scilicet legatarius teneatur adimplere ex iustitia onus sibi impositum. Ita communiter Doctores.

21 Ex quo collige, legata relicta Regularibus sub onere Missarum, vel Anniuersariorum non solùm esse valida, cum sint sub modo honesto, & possibili, sed etiam obligari ipsos ad impletionem talis oneris. Pro quo vide dicta *tom. 1. cap.* 21. & dicenda infra verbo *Missa*. An autem Minores de Obseruantia, & Capuccini possint acceptare similia legata non leuis controuersia est. Aliqui enim, inter quos est Rodriguez *to. 2. quæst. Regular. quæst. 126. ar. 4.* cui fauent Angelus *verbo legatum 1. num. 5.* Siluester *verbo legatum secundò quæst 3.* & Paludan. apud ipsum, tenent acceptari posse ab ipsis, eò quòd non repugnant paupertati ipsorum, quia nihil aliud important nisi obligationem soluendi stipendium debitum pro Sacrificijs celebrandis. Sed tamen contrarium est tenendum. Talia enim legata sunt annui redditus perpetui, qui iuxta dicta supra *num. 6.* ex Clementina *Exiui* repugnant paupertati ipsorum, pro vt etiam tenent Nauarrus *lib. 3. consilior. tit. de testamentis in prima edit. consil. 14. à num. 3.* Azor *to. 1. Instit. moral. l. 12. cap. 23. quæst. vlt.* & ex ipsis Fratribus Corduba *in Reg. D. Francisci cap. 6. quæst. 11. punct. 4. notab. 2.* & Sorbus *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo legata in annotationib. §. ex quibus colliges*. Addendum est, talia legata prorsus nulla, & inutilia esse, pro vt colligitur ex dicta Clem. *Exiui §. Cumque annui redditus*, vbi Pontifex ait, annuos redditus paupertati, & mendicitati Fratrum Minorum repugnare. Sanchez *d. lib. 7. c. 26. n. 49.* referens ex Corduba duo decreta Capitulorum Generalium ad intentum. Pro casibus autem, in quibus prædicta legata dictis Fratribur non repugnant, iuxta dicta *supr. num. 6.* scilicet, quando non fuerint perpetua, sed ad modicum tempus citra decennium, vel non pro ipsorum sustentatione, sed pro alijs rebus, vt ibi dixi, quomodo cogere possint hæredem, vt soluat illis legata quorum sunt capaces agunt Corduba, & Sorbus relati, Sanchez *d. cap. 26. à n. 58.* & Portell. *supr. verb. legatum nu. 8.*

22 Collige secundò legatum relictum Monasterio Monialium sub modo, vel onere recipiendi ad habitum aliquam Monialem, etsi ab aliquibus, vt simoniacum reputetur, nihilominus dicendum, licitum,

& validum esse, ac posse à prædicto Monasterio acceptari, omnino enim simile est legatis Anniuersariorum pro Missis celebrandis, sicut enim in istis pecunia non datur in pretium Missarum, sed vt stipendium debitum pro sustentatione Sacerdotum, ac per consequens in eis non interuenit Simonia, sic neque in illo interueniet, cum pecunia per illud legata non detur in pretium recipiendæ Monialis, sed vt dos illius, vel pro ipsius sustentatione. Sanchez *d. cap. 26. num. 6.* ex pluribus, quos refert.

23 Collige tertiò, Religiosos non adimplentes onera legatorum, non propterea priuatos esse eo facto ipsis legatis, aut reddi nulla, aut irrita. Ratio patet, tum ex natura modi, qui non suspendit contractum, ad differentiam conditionis, quæ illum suspendit, vt dictum est *supr. num. 19.* tum ex *l. 1. & 2. C. de donat.* Bonacina *supr. nu. 4.* Conceditur tamen repetitio contra eos, si onera imposita per legata non adimpleant, *l. 1. C. de donat. quæ cum mod. l. cum te C. de pact.* Etsi enim modus non suspendat dispositionem, resoluit tamen illam. Naldus *supr. num. 47.* Vnde tunc per sententiam Superioris legitimi possunt obligari ad adimpletionem oneris iniuncti, vel reuocari talia legata. Limita hoc primò in legatis relictis eisdem Religiosis ad pias causas. Etenim legata ad pias causas, hoc habent priuilegium ex *cap. verum de condit. apposit.* vt facta sub modo, etiam eo non obseruato, reuocari non possint, nisi hoc expresserit testator. Quia in dubio præsumendum est ea feciisse principaliter propter Deum. Abbas *in eo cap. verum.* Molina *d. disp. 208.* Azor *to. 3. instit. moral. l. 4. cap. 24.* Layman. *supr. nu. 9.* Nota autem legatum ad causam piam vocari illud quod fit intuitu Dei, salutis animæ, pietatis, cultus Dei, &c. non id quod fit intuitu amicitiæ, consanguinitatis, &c. De quo Tiraquellus *in Tract. de priuileg. piæ causæ.* Silues. *verbo legatum 4. num. 1. & 2.* Sanchez *l. 1. de Matrim. disp. 4.* Sanctarellus *variar. resolut. quæst. 68.* Limita secundò etiam in legatis eisdem Religiosis relictis ad causas non pias, quando ex circumstantijs, vel verbis testatoris colligi prudenter potest mentem ipsius non fuisse quod legatum reuocetur à legatario, si onus illi iniunctum non adimpleuerit, sed tantùm obligare illum ad ipsius adimpletionem. Pro quo maximè aduertendum, quòd si tale onus impositum fuit, vt causa finalis, & principalis legati, tunc existimari debet mentem testatoris fuisse, quòd si non adimpletur, reuocetur legatum. Hæc enim est natura causæ finalis principalis, vt ea non subsistente dispositio non subsistat. Secus dicendum si tale onus solùm fuit causa impulsiua, propter oppositam rationem. Abbas, & Molina *supr.* Azor *supr.* Layman. *num. 9.* Cum quibus etiam animaduerte, quòd in casu non

adim-

adimplerionis oneris, ſi id fiat ſolùm propter culpam Prælati, non propterea reuocari poteſt legatum, etiam ſi expreſsè teſtator declauerit ſuam mentem, dicendo, quòd ſi non adimpleatur, reuocetur, vel deuoluatur ad aliam perſonam, vel Monaſterium. Ratio eſt, quia ſolus Prælatus non poteſt nocere Eccleſiæ, quoad acquiſita, quamuis poſſit quoad acquirenda. Nota etiam quòd in caſu quo dubitatur an modus fuerit appoſitus tanquam cauſa finalis, vel impulſiua, iudicandum eſſe fuiſſe appoſitum ſolùm vt cauſam impulſiuam, ac per conſequens legatum valere, etiamſi non adimpleatur, quia in dubijs præſumendum eſt pro validitate actus, præſertim in fauorabilibus, niſi aliud obſtet. Bonacina *ſupr. n.* 6. ex Rebello, Gonez, & alijs.

24 Dicendum ſecundò, legatum relictum Regularibus ſub modo impoſſibili, vel turpi, etſi modus habeatur pro non adiecto, legatum ipſum valet, & conuertendum auctoritate Superioris in alium vſum poſſibilem, & honeſtum. *l. legatum ff. de vſufructu legato.* Corduba *in Regul. D. Franciſci cap.* 6. *q.* 11. *punct.* 2. Rodriguez *to.* 2. *queſt. Regular. q.* 126. *art.* 1. Sorbus *in Annotat. ad Compend. Priuileg. Mendicant. verbo legata* §. *Sed eſt aduertendum.* Ex quo infero primò cum iſtis Authoribus legata aliqua facta Minoribus de Obſeruantia, vel Capuccinis cum modo aliquo repugnanti ipſorum paupertati iuxta declarationes Summorum Pontificum, cum talis modus ipſis impoſſibilis, & turpis ſit, habendum eſſe pro non adiecto, & legatum in alios vſus conuertendum. Idem dicendum de legatis factis alijs Religioſis ſub modo impoſſibili, aut turpi, vt ſi eſſet ad ludendum, expendendum in vſus prophanos, aut ſuperfluos, vel quid ſimile, propter eamdem rationem. In his autem caſibus commutatio ſta legati fieri debet de conſenſu Prælati Religionis, cui res eſt legata, & hæredis, ſeu executoris teſtamenti, &, ſi ipſi diſcordent, accedere debet authoritas Ordinarij. Ad hos enim, & non alios poteſt hoc pectare. Sorbus *ſupr.* §. *Sed dices.* Sanchez *l.* 7. *in Decalog. cap.* 26. *num.* 24. Infero ſecundò, quòd ſi alicui Religioni relictum eſſet aliquod legatum cum modo ædificandi Eccleſiam, vel Monaſterium in certo loco, ſi ibi ædificari non poſſit, ædificari debere in alio, commutatione prædicto modo facta. Layman. *ſupr. num.* 11 ex Miranda, Portellus etiam *ſupr.* ex Rodriguez. Barboſa *d. Allegat.* 83. *n.* 10. & alijs. Idem dicens *nu.* 11. de legato facto pro conſtruendo Monaſterio in loco campeſtri.

25 Cæterum loquendo de legato ſexto modo relicto Regularibus, videlicet ex cauſa præſenti, vel præterita, ſi ea ſubſiſtat, non eſt dubium quin ſubſiſtat etiam legatum. Si verò non ſubſiſtat, vt ſi alicui

Monaſterio relinquatur aliquod legatum, eo quòd exiſtimetur pauper, cum tamen ſit diues, vel alicui Religioſo legetur aliquid eo quod exiſtimetur doctus, aut quia fecit aliquod obſequium teſtatori, ſit autem indoctus, nec præſtitit tale obſequium, tunc ſi teſtator expreſſit ſuam mentem, quòd non ſubſiſtente ea cauſa legatum non valeret, proculdubio inualidum eſſet in vtroque foro. Eſt enim tale legatum diſpoſitio quædam veluti ſub conditione de præſenti, vel præterito, diſpoſitio autem conditionata inualida eſt, conditione non ſubſiſtente, iuxta dicta *ſupr. num.*19. Si autem teſtator non expreſſit ſuam mentem, attendendum eſt ad circunſtantias, vt ex illis colligi poſſit an fuerit actualiter, vel habitualiter talis, quòd ea conditione non ſubſiſtente voluerit legatum non valere, an verò quod adhuc ea non ſubſiſtente, nihilominus voluerit validum eſſe. De quo Silueſter *verbo Pactum quæſt.*4. *in fine*. Nauarrus *in Man.c.*18. *nu.*6. Medina *de Reſtitut.quæſt.*24. Molina *ſupr.diſp.*209. Qui etiam ibidem §. *Quod ad legata* ait, quòd quando conſtat de voluntate teſtatoris fuiſſe, vt cauſa non ſubſiſtente legatum non valeret, inualidum eſſe iure ciuili. *l. cum tale §. falſam* 1. *ff. de conditionib. & demonſtrat. l.* 1. *C. de falſa cauſa adiecta legato. & l. ſi cum te C. de pactis*. At quando res eſt dubia, valere §. *Longè Inſtit. de legat. l. demonſtrat. falſa* §. *Quod autem, & l. Cum tale* §. *falſam* 1. *ff. de condit. & demonſtrat. l. legaui* §. *vlt. ff. de liberat. legat. l. ſi ſit* §. 1. *ff. de leg.* & alijs iuribus. Dixi ex cauſa præſenti, vel præterita, quia cum legatum ſit ob cauſam futuram, poterit eſſe legatum modale, vt putat Molina *ea diſp.* 209. vel ſaltem conditionale, vt colligitur ex Soto in 4. *d.* 29. *quæſt.*2. *art.*1. & Ludouico Lopez *in* 2. *par. inſtruct. in mat. de matrim. cap.*42. & tunc iudicandum eſt de illo iuxta dicta in ſuperioribus, vel ſaltem denotare credulitatem teſtatoris, vt colligitur ex Sanchez 5. *de Matrim. diſp.*19. *nu.*3.

26 De legato autem ſeptimo modo Regularibus relicto, ſcilicet ex demonſtratione, dicendum, quòd ſi talis demonſtratio habeat vim conditionis, modi, aut cauſæ, de illa philoſophandum eſt iuxta dicta de ſimilibus legatis. Si autem habeat ſolùm rationem demonſtrationis, quamuis teſtator erret in aliqua qualitate ipſius, vt ſi dicat: Lego tali Monaſterio vineam quam emi mille ſcutis, cum tamen re vera non empſiſſet niſi octingentis, nihilominus validum eſt legatum, quia error in qualitate non vitiat diſpoſitionem. Silueſter *verbo legatum* 1. *num.*16. *& legatum* 2. *num.* 15. *& verbo conditio num.*7. Bonacina *ſupr. num.*8. Error tamen in ſubſtantia legati, vt ſi quis dicat: Lego tali Religioſo vineam, quam habeo, vel lego illi pecuniam quam mihi debet Petrus, ſi non ſit ita, non valet legatum,

quia

quia error in ſubſtantia facit actum omnino inuoluntarium, ac per conſequens legatum nullum. Silueſter *d. num.* 7. Bonacina *ſupr.* Idem cenſeo ſi quis dicat: *Lego centum tali Religioſo filio meo, aut fratri meo,* ſi re vera talis non eſt filius, nec frater legantis; propter eamdem rationem. Silueſter *d.nu.*7. Molina *ſupr.diſp.*211. etſi oppoſitum teneat Sa *verbo legatum num.* 13. Adde, etiam ſi ſit talis error circa ſubſtantiam legati, ſi tamen ex circunſtantijs conſtat de voluntate teſtatoris,illi ſtandum eſſe *l.ſi ſic ff. de leg.* Silueſt. *d. nu.*7. Naldus *verbo legatum num.*46. In dubio tamen iudicandum eſt valere legatum,iuxta dicta de legato ex cauſa. Molina *ſupr.*

27 Pro legatis autem octauo modo Regularibus relictis notandum, quòd licet ſæpius legatum reddatur nullum, & vitietur ratione incertitudinis. *l.ſi de duobus cum ſequentib. de reb. dub.* Menochius *conſil.*474.*num.*5. Naldus *in ſumma verbo Incertitudo*. Layman.*l.*3. *de Iuſt.Tract.*5.*cap.*11.*n.*7. & 8. hoc tamen procedit in legatis non pijs, in legatis enim pijs, qualia ſunt magna ex parte ea, quæ relinquuntur Regularibus, oppoſitum contingit, & talia legata valida ſunt. Naldus *verbo legatum num.* 10. Layman. *ſupr.* Nota etiam quòd quando legatum fit Eccleſiæ ſimpliciter,non expreſſo nomine proprio Eccleſiæ,debetur Parrochiali. Sa *in ſumm.verbo legatum num.*27. Naldus *ſupr.* & colligitur ex Panormit. *in cap.iudicant.de teſtament.* Vel potius Cathedrali ſi ibi ſit, cum ea ſit potior, & dignior. Pro vt colligo ex Angelo *verbo legatum* 1. *num.*7. Armilla *verbo legatum num.*6. Tabiena *verbo legatum* 1.*nu.*7. Silueſt. *verbo legatum* 2.*num.*8. Quod ſi teſtator habet duas Parrochias, vel domicilium in duabus Diœceſibus, debetur illi Eccleſiæ, vel Diœceſi vbi recipit Sacramenta. Naldus *ſupr. num.* 9. Magis tamen ad intentum noſtrum, ſi legatum aliquod relinquatur Eccleſiæ v. g. Carmelitarum, & in eo loco ſint plures Eccleſiæ eiuſdem Ordinis, iudicandum eſt in fauorem pauperioris Eccleſiæ,quia reſpectu illius eſt illud legatum magis pium. Sic colligo ex Authentica modò referenda, Panormitano,& Silueſtro relatis, Naldo *d. num.*10. Sanchez *tom.* 2. *Conſil.moral.l.*4. *cap.*2.*dub.*8.& Diana 3.*par. Tract.* 5. *reſolut.* 58. Quando verò æquè pauperes ſunt,pertinet ad Epiſcopum loci diſtributio talis legati. Iidem Authores. Notanda autem eſt ad præſens Authentic. *de Eccleſiaſt. titul. cap.* 6. ex qua plura ad intentum elici poſſunt. Sic autem habet. *Si quis in nomine magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti hæreditatem, aut legatum reliquerit, iubemus Eccleſiam loci illius in qua teſtator domicilium habuerit accipere, &c. Si quis autem vnum ſanctorum hæredem ſcripſerit, aut legatum ei reliquerit, & non ſpecialiter nominauerit locum, in quo eſt venera-*

bilis domus, inueniantur autem in eodem loco, aut Ciuitate plura Oratoria eiusdem Sancti, illi magis domui, quæ pauperior est, præbeatur. Si autem non est in Ciuitate Basilica nominati sancti, inueniatur autem in territorio eius illi detur. Si autem neque in territorio eius reperiatur huiusmodi domus, tunc Ecclesiæ Ciuitatis in qua testator domicilium habuerit, præbeatur. Vide Mirandam *to.1. Man. Prælat. q.32. art.8.* & Lugo *supr. §.2. nu.250.* & 254.

28 Hic notandum, quòd in Clement. 1. *de priuileg. §. quibus etiam* præcipitur Religiosis in virtute S. obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ. *Ne cum confectionibus testamentorum intererunt à restitutionibus debitis, aut legatis Matricibus Ecclesijs faciédis retrahant testatores. Nec legata, vel debita, aut male ablata incerta sibi, aut alijs singularibus sui Ordinis fratribus, vel Conuétibus in aliorum præiudicium fieri, seu arrogari procurent.* Et infra: *Si qui verò præmissa, vel aliquod de præmissis attentare præsumpserint per duos menses subiaceant pœnis illis, quæ secúdum eorum Regulam, vel statuta pro grauibus criminibus, seu culpis eis consueuerunt imponi. Super quibus absque manifesta necessitate cum eis non valeat dispensari. Cæterum Prælati eorum, nisi de his quæ occasione præmissorum excessuum ad eos quoquo modo peruenerint, Ecclesijs, aut personis Ecclesiasticis damnificatis, vel læsis satisfactionem plenariam exhibuerunt intra mensem, postquam super hoc fuerint requisiti, suspensionis sententiam vsque ad satisfactionem debitam eo ipso incurrant.* Circa quæ, prout specialiter spectant ad materiam legatorum, notanda primò verba illa, *ne cum confectionibus testamentorum interuerunt,* quibus denotatur, quòd si id fecerint Religiosi in alijs occasionibus, etsi tunc possint peccare (de quo infra) sed non contra istam prohibitionem, nec sub pœnis in ea designatis. Notandum secundò, verbum illud *retrahant*, quod denotat prohibitionem hanc solùm esse contra eos, qui postquam viderint in testatore propositum legandi dictis Ecclesijs, eos ab hoc intento auertere procurant. Siluester *verbo Religio 6. num. 15. dicto 4.* Naldus *verbo legatum num. 11.* Imo nec tunc facient contra hanc prohibitionem, si bono zelo, & consulentes animæ testatoris, & non ex odio aduersus dictas Ecclesias, aut ex auaritia id fecerint. Sanchez *tom. 1. consil. moral. l.2. cap.1. dub.49. nu.18.* Forlan etiam idest verum solum quando id factum fuit iniustè, vel quando alijs erant debita talia legata, vel quando dolo, & fraudibus, seu mendacijs, vi, vel metu, aut precibus importunis, non autem quando id fecerunt obsequijs, aut modestis precibus. Thesaurus *in praxi par.2. verbo Religiosi cap. 10.* ex Genuensi etiam *in prax. cap.91. n.10.* Illud certius, tam in hoc quam in

alijs

alijs talibus generaliter loquendo, dummodo id non fiat vi, vel fraudibus, non esse obligationem restitutionis, cum nec Clementina, nec ius naturale id exigat. Sanchez *supra* ex Siluestro, Armilla, & Rosella. Circa verbum *præsumpserint* nota, ex eo colligi dictas pœnas non incurri nisi adsit temeritas, vel malitia, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 33. Circa verbum illud *subiaceant* nota, significari in hoc casu pœnam ferendam, quia est ibi sermo de pœnis, quæ infliguntur Religioso propter culpas, quæ tales esse solent. Thesaur. *supr.* Circa pœnas porrò Prælatis designatas nota, intelligendas esse quando Religiosi iniustè prædicta egerint, iuxta dicta. Idem Thesaurus *supr.* ex alijs. Quomodo autem pœna illa suspensionis intelligi debeat, ex dicendis infra verbo *Suspensio* colligetur.

29 Cum autem legata Regularibus relicta magna ex parte, vt dictum est, sint ad causas pias, ideo quando talia fuerint, priuilegijs piarum causarum potiri debent. Et quoad præsens attinet, talia legata Regularibus ad pias causas, gaudebunt eodem priuilegio, ac gaudent relicta Ecclesiæ. Nam Ecclesia priuilegiatur propter animam, & propter Deum, quę etiam procedunt in pia causa. Panormit. *in cap. relatum. 1. de testam.* Siluester *verbo legatum. 4. num. 6.* Sa *in summ. verbo legatum num.* 48. Deinde à talibus legatis non potest detrahi falcidia, idest, pars illa bonorum, quæ *Institut. de l. falcidia & C. ac ff. ad l. falcidiam* (de qua Molina *supr. disp.* 213.) conceditur hæredi, vt detrahere possit de legatis. Authentic. *Similiter C. ad l. falcidiam:* Siluester *supr. & verbo legitima portio num.* 9. ex Baldo, & Panormit. Molina *d. disp.* 213. *§. secundus quando*, Sa *supr. num.* 23. etsi cum aliquibus limitationibus. Bonacina *de Contract. disp.* 2. *q. vlt. punct. vlt. num.* 30. 31. & 32. Item nec detrahi debet Trebellianica, illa scilicet pars, quæ hoc nomine vocatur (de qua etiam idem Molina *disp.* 187. *ex Instit. de fid. commiss. hæreditat. l.* 1. *& sequent. C. ad. Sen. consul. Trebellian. & cap. Raynuntius, & cap. Reinaldus de testam.*) Siluester *d. num.* 6. *& verbo legitima portio num.* 12. ex Bartholo, & Baldo. Molina, & Sa *supr.* ac Naldus *verb. legatum num.* 14. Præterea, quamuis ad testamentum requiratur solemnitas in multis (de qua post plures alios Sanchez *tom.* 2. *consil. mor. l.* 4. *cap.* 1. *à dub* 2.) in ordine tamen ad legata pia, satis est si fiat coram duobus, vel tribus testibus, & cum solemnitate iure gentium requisita, etiam si Ius ciuile maiorem requirat. Ita enim habetur ex *cap. relatum* 1. *de testam. & cap. cum esses.* Siluest. *d. verb. legatum* 4. *num.* 9. *& verbo testamentum* 1. *num.* 5. Nauarr. *in Man. cap.* 17. *num.* 117. Couarrub. *in l. cap. relatum.* Sanchez *supr. dub.* 7. Bonacina *supr. q.* 1. *punct.* 3. *num.* 14. Hinc similiter, testamento vitiato, non vitiantur legata ad

pias cauſas. Panormit. *c. Iudicante de teſtam.* & ſauet Molina *ſupr. diſp.*175.§.*intelligendum præterea, & diſp.*209.§.*Iam ſupra dictum eſt*, ac Sa *ſupr. num.*15. Addit Panormit. *ſupr.* etiamſi teſtamentum fiat ſine inſtitutione hæredis valere pro legatis ad pias cauſas. Quod abſolutè ſequitur Sa *ſup.num.*51. Limita, quando legator voluit mori inteſtatus, prout in dubio exiſtimandum eſt pro tali caſu *cap. Iudicante* relato. Siluester *d. verbo legatum* 4. *num.*8. Deberi etiam legata ad pias cauſas etiam ante aditam hæreditatem, & hæreditate non adita, eo quòd talis præſumatur eſſe voluntas teſtatoris, tenent poſt alios Sa *ſupr.num.*27. Naldus *ſupr.num.*8. Vlteriùs, licet legatum pro tali anno, vel tempore teneatur ſolui in fine anni ex *l. Qui hoc anno de verborum obligat.* in cauſa tamen pia debetur in principio, ex *l. ſi ita fuerit ff. de manu. teſt.* Diana 3. *p. tract.*6. *Reſolut.*29. ex Tiraquello, Riccio, & alijs. Addit Sa *ſupr.num.*20. id eſſe verum, niſi aliud appareat voluiſſe legantem. Pariter etiam, licet regulariter quando legatum efficitur genericè debeat intelligi de minori re, aut ſumma; in cauſa tamen pia, niſi obſtet teſtatoris paupertas, intelligi debet de re magna, vel ſumma magna, ex *l. Titia* §. *finali ff. de auro, & argento*. Diana *ſupr.* poſt plures alios. Vnde legato calice intelligitur argenteus, & legata planeta intelligitur ſerica. Sa *ſupr.num.*45. Naldus *ſupr. num.*16.

30 Legata reuocari poſſunt tum expreſſa, tum ex præſumpta teſtatoris voluntate, prout ex multis iuribus, caſibus etiam particularibus relatis, affert Molina *ſupr. diſp.*212. ex altero Molina, Antonio Gomez, & alijs Doctoribus.

31 Quando legata ſunt pro vſu prophano poteſt Princeps non habens Superiorem in temporalibus conuertere, ſeu commutare in alium prophanum, vel pium. Sa *ſupr. num.*2. Naldus *ſupr.num.*39. Bonacina *d. diſp.*3. *q. vlt. punct. vlt. num.*33. Iuſta tamen cauſa interueniẽte, vt puta, publica neceſſitate &c. Aliàs id non poſſet facere, cum vltimæ voluntatis adimpletio in ſpecifica forma ſit de iure naturæ. Bonacina *ſupr.* Sanchez *tom.*2. *conſil moral. lib.*4. *cap.*2. *dub.*1. Papa autem etiam poteſt legata omnia pia in alia conuertere. Clement. *Quia contingit de Religioſ. domib.* ibi, *ſalua quidem Sedis Apoſtolicæ auctoritate*. Gloſſa *ibid.* Siluester *ſupr. d. verbo legatum* 4. *num.*12. Henriquez *l.*7. *cap.*37. & plures apud Barboſam *de offic. & poteſt. Epiſcopi. Allegat.*83. *num.*1. Ex cauſa etiam rationabili, quia hæc facultas non conuenit Papæ, vt domino ſed vt boni communis, & cauſarum piarum diſpenſatori. Couarrub. *l.*3. *variar. cap.*6. *num.*7. Sanchez *ſupr.* ex alijs, contra alios oppoſitum tenentes. Idem dici poteſt probabiliter de Legato à latere, propter verba adducta ex

Clement.

Clement. *quia contingit*, & quia ipſe fungitur authoritate Apoſtolica.

32 Loquendo autem de Epiſcopis, etiam ſi probabilis ſententia multorum aſſerat, poſſe ipſos commutare ex rationabili cauſa pia legata, conſentiente hærede, ſi propterea grauatur, & loco pio cui fuerunt relicta, prout ex Angelo, Silueſtro, Armilla, Tabiena, Sa, Henriquez, & alijs tenet Bonacina *ſupr.* probabilius tamen eſt, quòd quando legata pia ad certum vſum deſtinata in ſpecifica forma adimpleri poſſunt, Epiſcopi nequeant ea in alium vſum conuertere. Ratio eſt, non ſolum quia in *d. Clement. quia contingit* (quam Concil. Trid. *ſeſſ. 7. cap. vlt. & ſeſſ. 25. cap. 8.* confirmat) hoc Sedi Apoſtolicæ reſeruatur, ſed etiam quia *cap. tua de teſtam.* & in eodem Trid. *ſeſſ. 22. cap. 8.* vocantur Epiſcopi executores piarum voluntatum; executores autem alicuius diſpoſitionis eam alterare non poſſunt. Accedit quod *l. 1. & l. legatum ff. de adimplend. legat.* dicitur hoc ad Principem ſpectare. Item, quia *ca. vltima voluntas 13. quæſt. 2.* dicitur: *Vltima voluntas defunctis modis omnibus conſeruari debet.* & addit Gloſſa *vltima voluntas Defuncti pro lege ſeruanda eſt.* In lege autem ſolùm Princeps diſpenſat. Naldus *ſup. num. 12. & 39.* dicens ſic de facto obſeruari vidiſſe Mediolani. Molina *ſupr. diſp. 249.* Sanchez *dub. 2.* ex multis alijs. Addens *dub. 3.* ex eodem Molina, & alijs, nec poſſe Epiſcopum legatum ad certum vſum pium deſtinatum quod impleri poteſt, in alium vſum magis pium conuertere, propter fundamenta adducta. Licet oppoſitum teneant alij, quos ibi refert.

33 Sunt tamen aliqui caſus, in quibus licet Epiſcopis commutare pia legata Defunctorum, eo quòd per epicheiam in illis præſumatur eam eſſe rationabilem voluntatem ipſorum. Primus eſt, iuxta dicta *ſupra num. 24.* quando legatum adimpleri non poteſt, vel de iure, quia eſt de re illicita, vel de facto, propter impoſſibilitatem. Nota tamen, id intelligi quando legatum eſt tale ſolùm quoad modum, vel circumſtantiam, quale eſſet ſi quis legaſſet aliquid ad Miſſas dicendas in domibus priuatis, vel locis interdictis, tale enim legatum validum eſſet, ſed commutandum in alium pium vſum. v. g. quod tales Miſſæ dicerentur in loco non prohibito. Quando autem legatum eſſet quoad ſubſtantiam de re prohibita, vt ſi aliquis legaret aliquid pro duello committendo, tunc legatum eſt inutile, & caducum, ac cedit hæredi, nec poteſt commutari in pium vſum. Sanchez *ſupr. dub. 4.* ex Angelo, Silueſtro, Armilla, Tabiena, & Roſella. Secundus caſus eſt, quando pecunia legata ad aliquem pium vſum non ſufficeret, quia tunc in alium per Epiſcopum conuerti poteſt.

Riccius

Riccius *in collect. decis. par. 3. collect.* 558. & ex eo, & alijs Barbosa *supr. num.* 7. Imò in hoc casu posse id facere hæredem etiam sine consensu Episcopi tenet Bonacina *supr.* ex Cardinali Tusco. Tertius est è contra, quando legatum pro certa necessitate Ecclesiæ est superfluum, vt si esset institutum pro pingenda Ecclesia, ea autem minaretur ruinam, aut si esset pro fabrica, aut ornamentis, quibus tamen non egeret, aut pro Capella consecranda in Ecclesia, quæ haberet sufficientes. In his enim, & similibus casibus tale legatum in aliam Ecclesiæ necessitatem per Episcopum conuerti posset. Riccius *supr. par.* 4. *collect.* 1270. Barbosa *supr. num.* 12. & 13. Bonacina *supr.* Layman. *lib.* 3. *de iust. Tract.* 5. *cap.* 11. *num.* 11. Adde, quòd generaliter loquendo, quando adest necessitas commutandi pia legata, nec potest adiri Summus Pontifex, tunc Episcopus id facere potest, sicut in simili casu absolutiones, & dispensationes aliquæ Papæ reseruatæ eidem Episcopo committuntur. Moneta *de commutat. vltim. volunt. cap.* 5. Barbosa *supr. num.* 16. Pro alijs autem casibus vide Marcum Antonium Genuensem *in praxi Archiepisc. cap.* 19. Riccium *d. collect.* 1270. Monetam *d. cap.* 5. Sanchez *supr. dub.* 7. Barbosam ea *Allegat.* 83. & Gauantum *in Man. Episcopor. verb. commutatio vltim. volunt.*

34 Notandum tamen, quòd licet plurium sententia sit, quòd in his casibus, in quibus Episcopus potest legata pia commutare, requiratur etiam consensus hæredis, & legatarij, sicque colligatur ex *l. legato ff. de vsu fruct. legato*, pro vt ex multis alijs tenet Sanchez *supr. dub.* 5. sicque proculdubio obseruari debeat in rebus magni momenti, & quando causa ad commutandum non est ita manifesta, in rebus tamen non multi momenti, & subsistente causa euidenter rationabili, credo posse Episcopum se ipso solo id facere, prout tenet Felinus *cap. cum accessissent, de Constitut.* & sauet Naldus *supr. nu.* 12. *in fin.* & Barbosa *supr. nu.* 6.

35 An possint Prælati Regulares commutare legata pia ipsorum Monasterijs relicta in alium pium vsum dixi *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 94. & *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 47. Etsi autem pro hac re non sit solidum aliquod priuilegium Regularibus à summis Pontificibus concessum, quia ea quæ adducuntur sunt viuæ vocis oracula, quæ hoc tempore reuocata sunt, vt dixi *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. aliqui tamen Authores sunt qui iure communi positis aliquibus conditionibus id concedunt Prædictis Prælatis. Pro quo vide Cordubam *in Summ. q.* 170. & Naldum *supr. nu.* 12.

36 Notandum etiam, plures quoque Authores docere posse Episcopum reddituſ alicuius Capellæ pro Missis celebrandis deputatos in para-

paramentorum emptionem, vel reparationem ipsius Capellæ (intellige quando non esset alia pecunia cum qua id fieri posset) pro vna vice tantum commutare. Hi sunt Riccius *d. collect.* 558. Naldus *supr. num.* 12. Barbosa *supr. num.* 14. & fauet Sanchez *supr. dub.* 7. post alios quos refert, ac probabile censet Lugo *supr. sect.* 13. *n.* 310. Quorum sententia sustineri posset à Regularibus, qui in suis Ecclesijs similes Capellas habere solent, nisi obuiaret decretum S. Congregationis *de Celebratione Missarum*, de quo infra verbo *Missa*.

37 Quamuis autem quorumdam opinio sit animas in Purgatorio existentes puniri ob dilationem, seu non executionem legatorum ab ipsis relictorum, prout indicat Angelus *in Summ. verbo executor nu.* 23. referens ex Minorum Chronicis quemdam in Purgatorio detentum ob non soluta ipsius debita: cui consonat reuelatio quædam apud S. Brigittam *lib. 6. cap. 66.* & alia quam affert noster Ioannes Beetz *in 4. præcept. Decalogi exposit. 1. cap.* 8. distinguendum tamen est inter legata ab ipsis derelicta, alia enim sunt, ad quæ tenebantur, quia erant debita aliquibus, & præcipiunt dari ipsis, alia, quæ leguntur ad eleemosynas faciendas pauperibus, vel ad suffragia, v.g. Missas, Anniuersaria, &c. pro ipsis celebranda. Loquendo de legatis primo modo, eorum dilatio nihil nocet defunctis, nec eorum adimpletio per se prodest. Ratio primæ partis est, quia cum ipsi quantum est in se fecerint, vt talia debita soluerentur, si non soluuntur, etsi executores peccent, non tamen propterea debent ipsi testatores puniri, cum nullus puniatur propter peccatum alterius. Sotus *in 4. d. 45. quæst. 2. art. 3.* Bellarm. *tom. 2. Controuers. l. 2. de Purgatorio cap. 16.* Suarez *tom. 4. in 3. par. disp. 48. sect. 8. num. 19.* Sanchez *tom. 2. Consil. moral. l. 4. cap. 1. dub. 53.* Ratio secundæ partis est, quia existentibus in Purgatorio non prosunt nisi suffragia, & opera satisfactoria; restitutio autem debitorum præcisè considerata, & prout distincta à voluntate illius pro quo fit, nec est suffragium, nec opus satisfactorium. Suarez *supr. num.* 21. Lugo *de sacr. Pœnit. disp. 26. sect. 3. num. 32.* Dixi ex professo, quòd talium legatorum adimpletio per se non prosit Defunctis, quia per accidens potest illis prodesse, quatenus is qui legata etiam debita recipit, vel alij excitantur ad orandum, & satisfaciendum pro ipsis. S. Thom. *quodl. 6. art. 13.* Nauarrus *in Man. c. 17. num. 68.* Suarez *supr. num. 18. & 21.* concludens, *& in hunc modum possunt explicari prædictæ reuelationes, si admittendæ sunt.* Loquendo autem de legatis pro eleemosynis, seu suffragijs faciendis destinatis, cum ipsorum executio prosit defunctis, etsi non per modum meriti, quia meritum pendet ex voluntate, & intentione illa præcipientis, per modum tamen satisfactionis, quia sunt expiatoria pro

pœna

pœna tẽporali, ideo illorum dilatio valde nocet defunctis, & facit illos in Purgatorio detineri. S.Tho. *supr.* Siluester *verbo Testamentum 2.q.9.* Sotus *supr.ar.4.* Sanchez *supr.* Lugo *supr. num.31.*

38 Hinc collige, differentes soluere debita Defunctorum, seu legata ipsorum, peccare mortaliter, primò, contra fidelitatem debitam suo muneri, executoris videlicet, vel testamentarij; secundò, contra iustitiam illorum, ad quos ea pertinent; & tertiò, contra Religionem si sint destinata ad cultum Dei, vel Ecclesiarum, seu Monasteriorum augmentum. Siluester *supr.* Nauarrus *supr. cap.25.num.65.* Petrus Nauarra *l.3.de restitut. cap.4.* Excipe, nisi differant, vt rebus defunctorum melius venditis, copiosiores elargiantur eleemosynæ, & maiora pro eis suffragia fiant, ita tamen, vt augumentum istud sit valdè magnum, & dilatio breuis, vt propterea arbitrio boni viri melius sit tardare. S.Tho. *d.quodlib.6. art.14.* Siluester, & Sanchez *supr.* ex alijs. Tenentur autem ea exequi, prædicta, aut alia causa rationabili non subsistente, quam primùm fieri possit, à tempore mortis Testatoris. Ab eo enim tempore sunt debita legatario, & non facientes excommunicari possunt. Fauent iura *l.6.tit.10. par.6. & l.nulli.C. de Episcop.& Cleric. &* 13. *q.2. ca. qui oblationes*, & sequentibus. Siluester, & Sanchez *supr.* Terminus autem sex mensium pro legatis pijs exequendis, & vnius anni pro non pijs designatus iure ciuili *Authent. de Eccles.iust. tit. l. Si autem legatum, & Authent.de hær. & fals.§. si quis vero* solùm est ad incurrendas pœnas, non pro foro conscientiæ, aut pro foro Ecclesiastico. Petrus Nauarra, & Sanchez *supr.* Naldus *supr.num.17.* Lugo *supr. sect.11. num.296.* Quæ verò sint istæ pœnæ morosis executoribus à iure designatæ, & qualiter spectet ad Episcopum de ea re iudicare, vt potè de iure exequutorem piarum voluntatum, habes in Siluestro *supr. num.10.11. & 12.* Couarub. *in cap. nos quidem, & cap. Si hæredes de testam.* Molina *disp.251.* Layman. *supr.num.12. & 13.* ac alijs. Nota etiam R.Fabricam Sancti Petri de Vrbe plura habere priuilegia à Sede Apostolica sibi concessa ad recognoscendum an legata pia Defunctorum adimpleta sint, eaque sibi applicanda, aliaque ad intentum concernentia. De quibus ex varijs Diplomatibus Summorum Pontificum, & declarationibus circa illas Quaranta *in Summ.Bullar. verbo verbo fabrica S.Petri,* & Naldus *supr.num.18.*

39 Religiosos (exceptis Minoribus) posse de licentia suorum Prælatorum esse executores testamentorum, ac per consequens legatorum piorum habes *tom.1. cap.9. num.9.* vbi etiam alia ad intentum. Nunc adde conformiter addicta eo *tom.1. cap.6. 39.* quòd casu quo Religiosus esset executor legati inter pauperes, aut ad causas pias distri-

Digitized by Google

distribuendi, si ipse, aut Monasterium ipsius verè pauperes essent, aut causa pia in eis subsisteret, posset partem illius legati, sibi, aut suo Monasterio applicare, nisi aliud constaret de mente testatoris. Nulla enim ratio oppositum suadet,& ex alia parte Charitas bene ordinata incipit à se ipso. Sanchez *l.6.in Decalog.cap.*11.*à n.*59.Barbosa *dicta Allegat.*83.*à n.*21. Layman. *d.cap.*11.*nu.6.* Qui tamen id non admittit in casu quo testator nouisset paupertatem illius Religiosi, aut Monasterij, tunc enim præsumi deberet, quòd aliquam partem illius legati ei expresè legasset, & quòd si non legauit noluisse, quod eam sibi acciperet. Sed hanc limitationem reijciunt Ioannes Sancius in *Select. disp.*14.*nu.*18. Diana *to.*4.*Tract.*8 *resolut.*38. & Lugo *supr. sect.* 11. *num.* 283. probabiliter putantes etiam pro tali casu posse præfatum Religiosum applicare sibi partem illius legati, propter dicta.

40 Collige etiam ex dictis posse Religiosum eam eleemosynam quam postulauit ad distribuendam inter pauperes,si eas non pro paupere nominatim determinato, sed pro pauperibus indefinitè accepit distribuendas, sibi,vel suo Monasterio applicare quo ad partem illarum, si verè pauperes sint, quia dantis illas intentio solùm est, vt veris pauperibus distribuantur. Nauarrus,& Rodriguez à me relati eo *cap.6. num.*39. Sanchez *supr.l.*7.*cap.*30.*num.*6.*&* 7.Fagundez in 7. *præcept.Decalog.l.*7.*cap.*7.*num.*11. Qui etiam idem dicunt quando eam eleemosynam, ac cepit ad dandum vni pauperi non nominatim determinato, sed vagè sumpto.

41 Vide alia infra verbo *Missa*, & verbo *Suffragia*.

LEGES REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

*De hac materia remissiuè num.*1.
*Legis ethymologia. num.*2.
*Legis definitio.num.*3.
*Leges Regularium non promulgatæ non obligant. num.*4.
*Lex contraria bono communi vim obligandi non habet. num.*5.
*Ad quos spectat condere leges.num.*6.
*Lex debet esse rationi conformis num.*7.
*Debet esse iusta.num.*8.
*Item possibilis. num.*9.
*Necessaria, vel vtilis num.*10.

Ma-

Manifesta, & non obscura. num.11.
Pro bono communi instituta. num.12.
Legis diuisio. num.13.
Modus allegandi Ius Canonicum. num.14.
Modus allegandi Ius Ciuile. num.15.
Lex non acceptata, seu non recepta an obliget. num.16.
Quomodo id intelligendum. num.17.
Quando suspendatur lex per supplicationem factam legislatori. n.18.
Quid de litterarum Apostolicarum supplicatione. num.19.
An requiratur ad legem quòd sit scripta. num.20.
Materia legis humanæ quæ sit num.21.
Actus interni an præcipi, vel prohiberi possint. num.22.
Lex humana regulariter solùm respicit futura num 23.
De decreto Sacræ Congregationis de Apostatis,& iectis. *num.24.*
An lex obliget cum periculo mortis, vel magni nocumenti. num.25.
Quid de Carthusianorum lege quoad abstinentiam à carnibus n.26.
Constitutiones synodales an obligent Regulares. num.27.
An leges ciuiles. num. 28.
Quæ leges ciuiles illos obligent. num.29.
Quæ illos non obligent. num.30.
Interpretatio legis quibus competit. num.31.
Lex interpretanda est iuxta verborum proprietatem. num.32.
An iuxta propriam significationem naturalem, vel ciuilem. num.33.
Lex fauorabilis quæ dicatur. num.34.
Lex generaliter loquens generaliter est accipienda. num.35.
Mens legislatoris attendi debet pro legis interpretatione. num.36.
Item prohæmium, seu præfatio legis num.37.
Item supplicatio illius pro quo fit. num. 38.
Item *ratio legis. num. 39.*
Lex dubia quomodo interpretanda. num.40.
Lex sic interpretari debet, vt nullum ipsius verbum credatur otiosum. num.41.
Lex pœnalis quomodo interpretanda. num.42.
Quid de lege, in qua aliquid fuit positum solùm per modum exempli. num.43.
De interpretatione legis fauorabilis. num.44.
De interpretatione legis prohibitiuæ. num.45.
Quid quando lex præscribit formam rei faciendæ. num.46.
Quid quando lex vtitur verbo non potest *num.47.*
An omissio cuiuslibet partis formæ præscriptæ per legem irritet factum. num.48.

Quomo-

Digitized by Google

Quomodo obligare possit lex humana.num.49.
De pœnis per illam impositis.num.50.
Quomodo adimpleatur lex.num.51.
De intentione ad illius adimpletionem requisita.num.52.
Lex qualibet cessat derogatione, seu abrogatione.num.53.
Consuetudine contraria. num.54.
Quæ conditiones ad hanc consuetudinem requirantur.num.55.
Quid quando lex irritat consuetudinem futuram.num.56.
Consuetudo quando inducere possit legem.num.57.
Tollitur legis obligatio per dispensationem.num.58.
An per cessationem causæ.num.59.
An per epicheiam.num.60.
Quid quando fundatur in præsumptione.num.61.
Alia remissiuè.num.62.

1 ETsi de hac materia sufficienter dictum videatur *to.1. cap.* 8.vbi de obligationibus Regularium ratione Constitutionum,seu Statutorum Religionis egi, præsertim cum plura de ipsa sparsim in præcedentibus tomis dixerim, alia amen addenda sunt in præsenti pro ipsius complemento; suppoendo primò more nostro principia aliqua generalia ad leges spectantia, & ea Regularibus ipsis applicando.

2 Et primò, ethimologia nominis *lex* iuxta Ciceronem *l.1.de* gib. & authorem *quæst.noui testam.* sub nomine S.Augustᵢ. *q.*15.sumitur ab *electione*, seu *delectu*. Iuxta Sanctum Isidorum 2. *Ethinolog.cap.*10. sumitur *à legendo*, eò quòd scripto ferri soleat,vt legatur. Iuxta S.Tho.1.2.*q.*90.*ar.*1.à *ligando*. De quo Sotus *l.*1.*de iust.* l.1 *ar.*1. Azor.*to.*1.*Instit.moral.l.*5.*cap.*1. Suarez *l.*1.*de legib.cap.*1. & alij.

3 Quoad definitionem verò ipsius communiùs recipitur ea,quam radit S.Tho. *supr.ar.*4.lex *est ordinatio rationis promulgata ad bonum commune ab eo,qui curam habet Communitatis.* Dicitur *ordinatio rationis* non solùm quia debet esse conformis rationi, iuxta dienda, sed etiam, quia essentialiter in actu intellectus consistit, pro t Thomistæ communiter tenent, specialiter Caietanus, & Medina *S.Tho.supra*,Sotus *sup.*& Cornexo noster *to.*1.*in* 1.*p.Tract.*1.*circa q.*14. *disp* 1.*dub.*4.*num.*19. vel quia esto quòd in actu voluntatis consisteret, requirit tamen actum intellectus, vel saltem pertinet d partem rationalem. Dicitur etiam *promulgata*,quoniam ad hoc ju òd obliget, & dirigat subditos, necesse est promulgetur. Si enim gnoratur perinde est, ac si lata non esset. Dicitur autem *ad bonum commu-*

commune, tum ad differentiam peculiarium præceptorum, quæ solùm personis particularibus imponi possunt, tum vt ostendatur finis legis, qui est prospicere bono communi. Tandem dicitur *ab eo qui curam habet Communitatis*, quia condere legem solùm pertinet ad Communitatem, vel ab eo, qui eam gubernat. De ijs S. Tho. *d.q.90.* Caietanus, Sotus, & Medina *supr.* Granadus *in* 1.2. *controu.7. Tract.* 1. *disp.* 2. & alij.

4 Ex ijs autem, quæ dicta sunt Regularium legibus applicatis, collige primo, iuxta dicta eo *cap.*8. *num.*27. Constitutiones, seu leges Regularium non sufficienter promulgatas, saltem in Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, non obligare ipsos. *l. leges C. de legibus.* Est autem adeo intrinseca, & necessaria publicatio pro legis Regularis obligatione, vt etiam ipsi qui astiterunt dum lex condebatur, vel etiam qui ipsam cum alijs condiderunt, quales solent esse Diffinitores Capitulorum Generalium, vel Prouincialium inter Regulares, non teneantur ad ipsius obseruantiam antequam debito modo publicetur. Bonacina *de legib. disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 4. *num.* 10. ex Salas, & Suarez. Idem dic in casu quo aliquis Religiosus miraculosè nosset legem, factam, v.g. in Diffinitorio, si tamen nondum publicata erat. Bonacina *supr. nu.* 23. ex Vazquez, Molina, Lessio, & alijs. Non tamen requiritur legem omnibus, & singulis è Communitate denuntiari, sed cum primum publicè in Capitulo proposita fuit, habet vim obligandi omnes in actu primo; esto quòd in actu secundo non obliget nisi ipsius notitiam habentes. S. Tho. *d.q.*90. *ar.*4. Sotus 1. *de iust. q.* 1. *ar.*4. Nauarrus *in Man. cap.*23. *num.*44. 45. & 46. Toletus *in Summ. l.*8. *cap.*18.

5 Ex eo etiam quòd in definitione legis dicitur *ad bonum commune* collige secundo, iuxta dicta eo *cap.*8. *num.* 20. quòd quando lex, seu Constitutio inter Regulares bono communi contraria cernitur, vim obligandi non habet. *l.* 1. 2. & 8. *ff. de legib.* & *ca. erit autem lex d.*4. S. Tho. *sup. q.*90. *ar.*2. Suarez *l* 1. *de legib. cap.*7. Similiter si lex, seu Constitutio Regularis solùm esset ob bonum priuatum alicuius Religiosi, talis non esset lex, sed priuilegium *l.* 1. *ff. de Constit. Princip.* Cicero *lib.*3. *de legib.* Pro quo notandum, quòd licet aliquæ Constitutiones Religionum immediatè factæ sint in vtilitatem, seu cõmodum aliquorum particularium, seu certi generis personarum, videlicet Magistrorum, Lectorum, Officialium &c. nihilominus verè leges sunt, & obligandi vim habent, eo quòd in bonum commune Religionis mediatè, & remotè cedant. Commodum enim partis in commodum totius cedit. Suarez *supr.* Vasquez. 1.2. *disp.* 191. *cap.*2.

6 Pariter etiam ex eo quòd in legis definitione dicatur *ab eo qui*

curam

curam habet Communitatis collige tertiò ſpecialiter quoad Regulares, condere leges, ſeu Conſtitutiones pro ipſis ſolùm ſpectare regulariter ad Capitula Generalia, vel Prouincialia, vel ad ſupremos Prælatos ipſorum, ſi praxi, conſuetudine, vel priuilegio id habent, iuxta dicta eo *cap.* 8. *num.* 3. & eodem *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 90. & *to.* 2. *cap.* 12. *num* 6. vbi plura ad intentum.

7. Cum autem in dicta definitione legis dicatur, quòd ſit *ordinatio rationis*, ideſt, quòd eſſe debeat rationi conformis, ideo meritò à Patribus, & Doctoribus, præſertim D. Iſidoro *lib.* 5. *Ethimolog. cap.* 21. & *S. Tho. ſupr. q.* 95. *ar.* 3. & *q.* 96. *ar.* 4. aliquæ conditiones pro lege humana neceſſariæ afferuntur, quas oportet expendere, & ad Regularium leges applicare. Prima eſt ex parte materiæ ipſius legis, ſcilicet quòd ſit *honeſta*, ideſt, pro vt idem Iſidorus: *l.* 5. *cap.* 3. & refertur *ca. conſuetudo d.* 1. quòd *Religioni conueniat*, *quòd disciplinæ congruat*, *quòd ſaluti proficiat*. Vnde ſi alicui legi inter Regulares hæc conditio deficiat, illi non eſt obtemperandum, cum nec ſit vera lex, nec obligationem inducat. S. Tho. *ſupr.* Vaſquez *ſupr. diſp.* 155. *cap.* 1. Idem dico de lege inutili, aut noxia Communiati, propter eamdem rationem. Bonacina *ſupr. punct.* 1. *num.* 9. & ſequentibus. Aut impeditiua operũ Charitatis, vt ſi eſſet Statutum in aliqua Religione, vt nullus intraret cellam alterius, & contingeret quòd aliquis Religioſus eſſet in graui neceſſitate corporis, aut animæ, cui ſubueniri non poſſit niſi intrando in cellam ipſius, iuxta dicta eo *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. Idem dicendum de lege, ſeu præcepto non exeundi extra Monaſterium ſine licentia, ſi occurrerent casus, in quibus, vel ad abſoluendum moribundum, vel defendendum aliquem innocentem, vel ſimilia neceſſarium eſſet exire, nec commodè poſſet peti licentia, iuxta dicta eo *to.* 1. *cap.* 16. *num.* 4. Vnde mirum mihi eſt, quod de quadam Congregatione Religioſa ſatis graui, & veneratione digna, audio, in ea ſcilicet eſſe ſimile Statutum. Hinc etiam generaliter loquendo Conſtitutio repugnans legi naturali, aut diuinæ nec eſt vera lex, nec aliquam obligationem inducit; tum propter dicta, tum quia, vt *Actor* 5. habetur *Obedire oportet Deo magis quàm hominibus*, & quia *Proconſuli non eſt obtemperandum contra Imperatorem*, vt arguit S. Auguſtinus *de verb. Domini Serm.* 6. *cap.* 8. Idem dico de Conſtitutione, aut Statuto contra ius commune, aut canonicum, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. & 6.

8. Secunda conditio, quæ ſumitur ex forma legis eſt, quòd ſit *iuſta*. Quæ conditio, pro vt ab alijs diſtincta, importat quòd lex debeat ſeruare proportionem, ſeu æqualitatem inter ſubditos, ita vt non magis oneret indebitè aliquos quàm alios, iuxta modum quo dicitur

ad iuſtitiam gabellæ requiri quòd ſit æqualis reſpectu eorum, quibus imponitur. S. Tho. *ſupr.* Silueſt. *verb. lex q.* 5. Toletus *l.* 8. *cap.* 18. §. *Quartum eſt.* Vnde ſi inter Religioſos fieret aliqua Conſtitutio, ſeu lex, per quam aliqui indebitè, & iniuſtè plus alijs grauarentur, nec eſſet vera lex, nec obligaret ſic indebitè, & iniuſtè grauatos. Dixi per quam aliqui *indebitè, & iniuſtè &c.* nam cum æqualia onera omnibus imponere, nulla habita ratione virium, vel meritorum ſit contra rationem, & iuſtitiam, ideo ſi ex rationabili cauſa lex ſolùm aliquos grauaret, non propterea deſineret eſſe iuſta. Suarez *l.* 1. *de legib. cap.* 9. *num.* 16. Dixi etiam talem legem non obligare *ſic indebitè, & iniuſtè grauatos*, quia alij non ſic grauati ea obligarentur, cum reſpectu illorum non ſit iniuſta. Suarez *ibid.* Bonacina *ſupr. punct.* 7. §. 3. *num.* 3.

9 Tertia conditio eſt, quòd ſit *poſſibilis*, ideſt, quòd à ſubditis impleri poſſit. Quod intellige, non ſolùm de poſſibilitate phyſica, vt de ſe patet, ſed etiam de morali, ideſt, quòd non ſit nimium difficilis, qualis eſſet inter Regulares lex, ſeu Conſtitutio de ieiunandæ tota Quadrageſima in pane, & aqua, aut alia ſimilis. Debet enim eſſe lex iuxta S. Iſidorum relatũ *ſecundùm naturam, & ſecundùm conſuetudinẽ patriæ, loco, temporiq; conueniens*, ideſt accõmodata fragilitati humanæ patriæ, honeſto vſui, loco, & tempori. Sotus 1. *de iuſt. q.* 5. *ar.* 3. Miranda *in Man. Prælator. q.* 25. *ar.* 9. Vaſquez *ſupr.* Suarez *eo cap.* 9. Granadus *ſupr. Tract.* 3. *par.* 1. *diſp.* 8. *Sect.* 1. Hinc collige, leges, & Conſtitutiones Regulares continentes magnas, & nimis difficiles corporis afflictiones, aut diuturnas vigilas &c. non ſolùm non obligare illos ex eo quòd non concernant Regulam, quã profeſſi ſunt, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. ſed etiam ex eo quod ob nimiam difficultatem ſint de re moraliter impoſſibili. Secus verò dicendum, iuxta dicta eo *cap.* 8. *num.* 7. pro caſibus particularibus, tempore ſcilicet belli, peſtis, famis, hæreſis &c. tunc enim ob publicam neceſſitatem poſſent ad illas obligari.

10 Quarta conditio legis humanæ eſt, quòd ſit *neceſſaria*, & *vtilis*, coniunctiuè, pro vt ex eodem S. Iſidoro approbat S. Tho. *ſupra*, quem ſequuntur Vaſquez, Miranda, & Granadus relati, ſeu diſiunctiuè, ideſt *neceſſaria*, vel ſaltem *vtilis*, pro vt eam explicant Valentia *to.* 2. *diſp.* 7. *q.* 5. *punct.* 3. & Layman. *l.* 1. *Tract.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. Quomodocumque autem ſumatur hæc conditio importat quòd lex non ſit inutilis, aut ſuperuacanea Communitati, ſed conueniens, congrua, & proficiens ad remouendum malum, ſcilicet abuſum, & introducendum bonum, ſcilicet actus honeſtos contrarios.

Quinta

11 Quinta conditio ab eodem S.Iſidoro, & D.Th.dicto *ar.* 3. pro lege aſſignata eſt *ne aliquid per obſcuritatem incautum contineat*, ideſt, quòd ſit manifeſta, & perſpicua, ita vt intelligi poſſit mens legiſlatoris. Quæ conditio, pro vt importat, quòd non ſit tam obſcura lex, vt nullo modo percipi poſſit, pertinet ſicut præcedentes ad ſubſtantiam legis, aliàs enim non poſſet ſciri à ſubditis. Quatenus verò importat quod ſit clara, & manifeſta, pertinet ſolùm ad perfectionem. Vaſquez, & Granad. *ſupr.*

12 Sexta conditio ab eiſdem etiam Patribus deſignata pro lege eſt, quod ſit *pro communi ciuium vtilitate conſcripta*. ideſt, quòd fiat pro bono cummuni, non particulari. De qua ſupra num. 3.

13 Diuiditur autem lex in *æternam*, quæ eſt ſumma ratio boni cõmunis totius mundi in Deo exiſtens, per quam cuncta gubernantur, bona præcipiendo, & mala prohibendo. Sic colligo ex D.Auguſtino *lib.* 1. *de lib. arbitr. cap.* 6. & S.Tho. *ſupr q.* 91. *ar.* 1. & in *naturalem*, quæ eſt dictamen rationis, ſeu intellectus, quod dicat liquid ita eſſe bonum, vt ſit diſſentaneum naturæ intellectuali illud non amplecti, & aliud ita malum, vt ſit etiam diſſentaneum eilem naturæ illud non reſpuere. Eſt enim lex naturalis participatio quædam legis æternæ, & de qua *Pſal.* 4. dicitur: *Signatum eſt ſuper os lumen vultus tui Domine*. S. Tho. *ſupr. art.* 2. Silueſter *verbo x q.* 1. Et in *diuinam*, quæ eſt illa, quæ à Deo hominibus datur, ualis fuit Moſayca in lege veteri, & Euangelica in lege noua. Silueſt. *ſupr.* Toletus etiam *ſupr. nu.* 2. §. *lex diuina*. Et in *humanam*, uæ eſt illa, quæ per homines inſtituitur authoritate ſibi à Deo commiſſa. Quæ poſtea diuiditur in *Eccleſiaſticam*, qualis eſt Canonica, Pontificia, ſub qua etiam leges Regulares comprehenduntur, & *ſæcularem*, qualis eſt ciuilis. De quibus communiter Doctores.

14 Antequam autem de Regularium legibus alia dicamus operetium erit pro tyronibus obiter animaduertere modum allegandi s Canonicum, & ius Ciuile. Et quidem ius Canonicum, cum uidatur in *Decretum, Decretalia, Sextum Decretalium, Clementius, & Extrauagantes*; Decretum verò diuidatur in Diſtinctiones, auſas, & Tractatum de Conſecratione, ſicut Decretalia in titulos, & pita, id circo diuerſimodè allegatur. Quoad primam quidem parm Decreti ſic, *ca.* vel *cap.* ſeu *c. Acutius diſt.* 26. ideſt, canon, ſeu catulum, quod incipit *Acutius in diſt.* 26. Quoad ſecundam ſic, 16. 7. *ca.* ſeu *cap.* vel *c. decimas*, ideſt canon, ſeu capitulum, quod inpit *decimas* in 16. *cauſa quæſt.* 7. Excepta tertia queſtione trigeſimę tiæ cauſæ, quæ eſt *de Pœnitentia*. quia enim diuiditur in diſtinctios, & iſtæ in canones, ſeu capitula, ideo allegatur ſic *de Pœnitentia*

dist.3.ca. seu *cap.* aut *c. septies*, idest canon, seu capitulum, quod incipit *septies.* in dicta quæstione de Pœnitentia *distinct.3.* Quoad tertiam verò partem allegatur sic Decretum, *de Consecrat.d.1. ca.* vel *cap.* seu *c.vasa.* idest canon, seu capitulum, quod incipit *vasa* in *distinctione prima de Consecrat.* Decretalia autem allegantur sic: *cap.quia propter de elect.* idest: capitulum, quod incipit *quia propter.* in titulo de *electione.* Quo etiam modo allegatur sextus decretalium, excepto quod additur *in 6.* Item Clementinæ allegantur sic: Clement. *Exiui de verbor. significat.* idest Clementina, quæ incipit *Exiui* in titulo de *verborum significatione.* Additur aliquando §. *cum enim*, idest paragraphus, qui incipit *cum enim.* Quo etiam modo allegantur Extrauagantes, vt cum dicitur Extrauag. *Ex debito de elect.* idest Extrauagans, quæ incipit *Ex debito* in titulo *de electione.* Quæ similiter allegari solent hoc modo: Extrauag. *Ambitiosæ de reb. Eccl. non alienan. inter commun.* idest Extrauagans, quæ incipit *Ambitiosæ*, quæ est de rebus Ecclesiæ non alienandis inter Extrauagantes communes. Nota etiam Decretalia quandoque allegari cum particula *extra* ad denotandum ea esse extra Decretum, sed melius omittitur, vt superflua, & quia allegatio quanto breuior tanto melior. Silueſter *supr. verb. lex num.2.* Azor. *to.1. instit. moral. l.5. c.29.*

15 Ius quoque ciuile, cum diuidatur in tres principales partes, scilicet in primam, quæ dicitur *Digestum*, quod diuiditur in Digestum vetus, Infortiatum, & Digestum nouum, & in secundam, quæ dicitur *Codex*, quæ diuiditur in nouem libros, in quibus sunt Constitutiones, & Rescripta Imperatorum, ac in tertiam, quæ dicitur *Volumen*, in quo sunt quatuor opera, scilicet Instituta, tres libri Codicis, scilicet decimus, vndecimus, & duodecimus (nam alij nouem priores sunt in Codice) & Authenticum, ac liber feudorum, diuersimode etiam allegatur, septem scilicet modis. Primò sic *l. Si quis ex argentarijs* §.1. *ff. de edend.* idest lex, quæ incipit, *Si quis ex argentarijs in* §.1. in titulo *de edendo.* Secundò sic. *l. minimè C. de Episcop. audient.* idest lege cuius initium est *minimè* in Codice, & tit. *de Episcopali audientia.* Tertiò sic. *l. cum scimus c. de agricol. & censit. lib.11.* Quæ allegatio intelligenda est sicut præcedentes, eo excepto quòd per illud *lib. 11.* denotatur eam legem non esse in nouem libris Codicis, sed in *Volumine*, vt dictum est. Quartò sic: *Authentic. Statuimus C. de Episcop. & Cleric.* idest Authentica, quæ incipit *statuimus* in Codice *de Episcopis, & Clericis.* Quintò sic: *Authent. de leno.* §. *sancimus*, idest de Authentica *de lenonibus* §. qui incipit *sancimus.* Sextò sic: *In lib. feud. de probib. feu. alien. cap. vel l. quoniam.* hoc est, in capite, vel lege, quæ incipit *quoniam* in lib. feudorũ,

in

in titulo de *prohibita feudi alienatione*. Septimò ſic: *Inſtit. de re. diui.* §.*item ea*. Hoc eſt, in Inſtitutis, vel Inſtitutionibus Iuſtiniani Imperatoris titulo *de rerum diuiſione*.§.qui incipit *item ea*. Silueſter *ſupr.* Azor. *ſupr.cap.*30.

16 Ad intentum autem noſtrum redeundo,cum leges Regularium ſint humanæ,ideo plura,quæ legi humanæ conueniunt,ipſis adaptari poſſunt. Interquæ primum locum tenet, quòd ſicut lex humana non acceptata,ſeu per non vſum,aut deſuetudinem non recepta non obligat, ſic neque leges, ſeu Conſtitutiones Regularium obligant ipſos, ſi receptæ, aut acceptatæ non ſunt. Ratio huius eſt, quia etſi Princeps, ſeu legislator etiam humanus habeat poteſtatem obligandi ſubditos quantumuis renuentes ad legum obſeruantiam, alioquin maior poteſtas eſſet in populo, quam in Principe, & Princeps ſubderetur populo: nihilominus, quia quando lex non acceptatur à populo, (vel propter benignitatem, quæ in Principe præſumitur, vel quia iam talis lex cenſetur inutilis, aut non neceſſaria, quin potius populo oneroſa) creditur non eſſe in eo voluntatem obligandi ſubditos,ideo etiam creditur illos non obligari tali lege, ſed potiùs leges humanas fieri ſub hac tacita conditione, ſi à populo acceptentur. Nauarrus *lib.*1.*conſil.tit.de conſtit.conſil.*1.*q.*5.*&in Man.c.*23.*num.*41. Rodriguez *to.*1.*quæſt.Regular.q.*6.*art.*10.Tolet.*lib.*8.*c.*18. Azor.*to.*1.*Inſtit.lib.*5.*cap.*4.*q.* 1. Miranda *ſupr. art.* 21. Valentia ſupra *diſp.*7.*q.*5.*punct.*5. Naldus *in Summ.verb. lex.num.*9. Sanchez *lib.*3.*de Matrim. diſp.*18.*num.*1. & alij plures ſatis conformiter ad *ta.in iſtiſ.diſt.*4. & ad *l.de quibus ff. de legib.* Hoc tamen intelligendum eſt quando lex non acceptatur, aut per non vſum, ſeu deſuetudinem non recipitur à tota Communitate, cum ea ſit pro qua lex mponitur. Aut à maiori parte, quia in ſimilibus rebus moralibus, quod à maiori parte Communitatis fit,cenſetur fieri à tota Communitate. Non,ſi ſolùm à minori, quia à minori parte Communitatis geſta nota tribuuntur toti. Azor.*ſupr.quæſt.* 3. Nauarr. & Rodriguez etiam *ſupr.* Idem dico, ſi omnes Superiores tales leges non eruant. Propter eamdem rationem, & quia illi ſunt executores egum ſuorum Superiorum. Rodriguez *ibid.* Vnde tota, vel maiori arte alicuius Religionis, vel etiam omnibus Superioribus ipſius nõ eruantibus aliquam legem, alij non tenentur ad ipſius obſeruantiam. Cum enim lex pro Communitate impoſita ſit,non videtur legislator velle obligare ad illam, quando maior pars, vel maiores, vel uperiores omnes ipſius eam non acceptant, aut non obſeruant. Nauarrus, & Rodrig. *ſupr.* E contra verò maiori parte Communitatis,vel omnibus Superioribus, ſeu maioribus ipſius legem obſeruan-

tibus, peccant alij eam non obſeruantes. Propter rationem oppoſitam. Azor. & Rodriguez *ſupr.* Ad hoc autem quòd lex non recepta à tota, vel maiori parte Communitatis, aut omnibus Superioribus, aut maioribus ipſius non obliget, requiritur quòd adſit rationabilis, & iuſta cauſa ad non acceptandum illam. Tali enim cauſa non ſubſiſtente tenentur omnes obedire legibus ſibi impoſitis, & peccant eas tranſgredientes, quia tunc non præſumitur in legislatore voluntas eos non obligandi, ſed potius contraria. Rodriguez, & Miranda *ſupr.* Bonacina *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 4. *num.* 39. poſt alios. Quod multo magis procedit in Prælatis, quia ipſi ex vi ſui muneris debent eſſe executores legum ſuorum Superiorum, eas obſeruando, & faciendo quòd obſeruentur à ſubditis. Valentia *ſupr.* Quamuis autem plurium ſententia ſit requiri etiam conſenſum ſaltem tacitum, vel ſcientiam legislatoris ad hoc quòd lex ab ipſo impoſita, & à ſubditis non acceptata illos non obliget (prout tenent Silueſter *verbo lex quæſt.* 6. Rodriguez *ſupr. ar.* 11. Miranda *ſupr. concl.* 3. Reginald. *in praxi to.* 1. *lib.* 13. *cap.* 16. *num.* 162. & alij non pauci) nihilominus ſatis probabile eſt nihil horum requiri, nam eo ipſo quòd leges humanæ ea tacita conditione, vt dixi, conduntur, vt ſi non acceptantur modo dicto, non obligent, ſufficit quòd conditio non acceptandi illas ſubſiſtat, ſiue adſit in legislatore conſenſus, aut ſcientia, ſiue non adſit. Azor. *ſupr. quæſt.* 2. Bonacina *ſupr. num.* 45. Additionator Toleti *ad lib.* 8. *cap.* 18. Diana *part.* 1. *tract.* 10. *Reſolut.* 4. poſt alios, quos referunt.

17 Sunt tamen pro huiuſmodi legis non acceptatione aliqua animaduertenda. Primò, quòd cum aliquando lex acceptetur ſecundùm vnam partem, non ſecundùm aliam, aut ſecundùm ſe totam, & aliquando quoad diſpoſitionem principalem, non quoad pœnam aliquando etiam in vna Prouincia, ſeu Communitate, non in alia, ideo hæc regula generaliter attendi debet, quòd ſcilicet, etſi talis lex non obliget vbi, & ſecundùm ea in quibus acceptata non eſt propter dicta, obliget tamen vbi, & quoad ea, quæ acceptata fuerit, propter oppoſitam rationem. Nauarrus *in Man. cap.* 23. *num.* 62. Notandum ſecundò, legem, quæ antea non fuit acceptata poſſe ſubſequenti tempore acceptari, & obligationem inducere: cum per illam non acceptationem, non fuerit extincta, ſed quodam modo ſuſpenſa. Suarez *de legib. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 13. Bonacina *ſupr. nu.* 37. Imo debet acceptari, ſi ceſſat ratio ob quam primitùs acceptata non fuit, cum lex perſeueret ſemper, & perpetuò quantum eſt ex ſe. Tertio nota, quòd in dubio de acceptatione legis, an ſcilicet ea ſit acceptata, vel vſu recepta, an non, communem, & ſecuriorem ſententiam

Digitized by Google

rentiam tenere præſumi debere eſſe acceptatam, eo quòd poſſeſſio, & præſumptio ſtat ex parte ipſius, & ita in fauorem ipſius debeat iudicari, adeo vt qui eam in ſui fauorem allegat habeat intentionem pro ſe fundatam, & ille contra quem allegatur debeat probare eam non eſſe receptam. Rodrig. *ſupr. art.* 11. Bonacina *ſupr. num.* 44. Naldus *ſupr. num.* 28. Layman. *lib.* 1. *Tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 6. & Sanchez quem retuli *to.* 3. *verbo dubia Regularium num.* 7. Nihilominus, vt eo loco dixi, oppoſitum etiam eſt probabile, quia potius poſſeſſio ſtare videtur pro ſubditis; & quia in odioſis benignior pars eſt eligenda. Caſtrus Palaus *to.* 1. *diſp.* 3. *punct.* 7. *num.* 4. & alij quos refert, & ſequitur Diana *ſupr. reſolut.* 3. & 4. *par. Tract.* 3. *Reſol.* 14. Maximè quartò notandum, quòd licet plurium ſententia ſit requiri determinatum tempus, annorum videlicet decem in lege Ciuili, & quadraginta in Canonica, ad hoc quòd illa per non vſum, deſuetudinem, vel vſum contrarium non acceptata, ſeu non recepta dici poſſit, probabile tamen valde eſſe, & in praxi ſecurum, non requiri ad hoc determinatum tempus, ſed ſufficere illud, quo iuxta prudentis arbitriũ, iudicari poſſit talem legem ex cauſa rationabili vſu receptam non eſſe à tota, vel maiori parte Communitatis, cum nec ex natura rei, neque ex iure aliquo ſcripto tale determinatum tempus requiratur. Ita Suarez *d. cap.* 16. *num.* 12. ex Henrico, & Felino. Diana *d. tract.* 10. *Reſolut.* 7. & alij apud ipſum. Secus verò dicendum de abrogatione legis iam receptæ per contrariam conſuetudinem, vt dicetur inferiùs. Hic etiam notandum, quòd ſi caſus legis per multos forſan annos, etiam centum, vel mille, non occurrerit, vt ſi aliqua lex prohibeat aliquid facere Regularibus tempore Interdicti, & contingat Interdictum non poni toto illo tempore, non propterea dicenda eſt talis lex vſu non recepta. Rodriguez *ſupr. ar.* 12. Bonacina *ſupr. num.* 48.

18 Deinde, quemadmodum lex humana ſuſpenditur quoad executionem, quando ex rationabili cauſa à tota Communitate cui eſt poſita, vel maiori parte, aut Superioribus omnibus, ſeu maioribus ipſius ſupplicatur legislator pro moderatione ipſius, ita vt interim dum non reſpondet, poſſint ſubditi, quibus eſt impoſita contra ipſam agere, ſaltem quando obſeruantia ipſius notabilem mutationem, vel occaſionem ſcandali afferret: eo quòd talis præſumitur rationabilis voluntas legislatoris, & præſertim, quia ſi in tali caſu prædicti poſſunt talem legem omnino non acceptare, vt dictum eſt, multo magis poterunt ad tempus eam ſuſpendere (prout indicat Suarez *ſupr. nu.* 6. & 8. & tenent Bonacina *ſupr. num.* 41. 42. & 43. & Diana *ſupr. Reſ.* 6. poſt Salas, Malderum, Granadum, & Villalobos ab ipſo relatos)

ita pariter de legibus,seu Constitutionibus Regularium philosophandum est, propter eamdem rationem.

19 Adde, quòd esto, quòd Regulares non possent interposita supplicatione suspendere executionem litterarum Apostolicarum pro ipsis editarum, quæ continent leges, & Constitutiones vniuersales, qualis fuit illa Clem.8. *de Largitione munerum*, prout tenent Rodriguez *supr. art.*7. Miranda etiam *supr q.26.art.*8. Naldus *supr.n.*19. posse tamen Rescripta, & litteras particulares, quæ à Summo Pontifice emanant pro particularibus negotijs, & personis, ex causa rationabili suspendere, obedientia erga illas, & humili supplicatione cum prædictæ causæ assignatione præmissis, satis clarè colligitur, ex *cap. si quando de rescript.* Glossa, Felino, Baldo, & Innocentio,quos sequuntur ijdem Rodriguez,Miranda,& Naldus. Si autem hoc possunt facere Regulares cum litteris Papalibus, multò magis id facere poterunt cum litteris suorum Superiorum. Vnde Rodriguez *d.art.*7.§. *Respondeo dicendo* addit ad intentum. *Infertur secundò, quòd Prouinciales, & Guardiani litteras à suis Superioribus recipientes, quibus aliquid sub eadem pœna* (scilicet excommunicationis latæ sententiæ) *præcipitur faciendum, possunt iusta interueniente causa, id ipsum facere, dilatando ipsarum litterarum executionem, donec ipsi Superiores informati respondeant, quid super ea re sit agendum*. Declaratio tamen quædam S. Congregationis in vna Oriolensi,quam refert Barbosa *in Collect. Bullar. verbo Constitutio*, quæ contraria dictis apparet, exponi potest iuxta limitationes adductas.

20 Similiter quemadmodum lex humana ad suî substantiam non exigit quòd sit scripta, sed sufficit quòd voce tenus, aut aliquo signo publico promulgetur, *ca. institutionis* 25. *q.*2. prout ex Suarez, Molina,Reginaldo,Salas,Valentia, & alijs affert Bonacina *supr. nu.* 49. ita de legib. seu Constitutionib. Regularium censendum erit. Verum quidem est,quòd ex consuetudine, & praxi Religionum,ac pro foro externo,& vt lex perpetuò maneat inuiolata,in scriptis dari debet,prout etiam supponunt plures ex Auctoribus relatis.

21 Cum materia legis humanæ,idest illud,quod per ipsam præscribitur, vel prohibetur debeat esse actio humana, bona, vel mala; bona quidem, vt præcipiatur, mala verò, vt prohibeatur. (S. Thom. 1.2.*q.*96.*ar.*2.& 3.& Expositores ibidem) ideo idem etiam dicendum de lege Regulari,iuxta dicta *tom.*1.*cap.*4.*num.*2. & *cap* 8.*n.*19. & 20. Quemadmodum etiam legislator humanus non potest præcipere omnes actus virtutum, non solùm collectiuè, sed neque diuisiuè, cum non possit cogere homines ad ingrediendum Religionem,

pau-

paupertatem voluntariam vouendam, vel cœlibatum tenendum (Molina *Tract.5.de Iurisdict.disp.72.* Layman.*supr.cap.4. num.2.*) ideo etiam nec legislator Regularis potest præcipere omnes actus virtutum, sed solùm eos, qui Regulam explicitè, vel implicitè concernunt, iuxta dicta eo *cap.4.nu.9. & 10.& cap.8. num.4.* Vbi propterea *num.5.* dixi leges, & Constitutiones Regularium non debere continere peculiares asperitates, corporis afflictiones, vigilias, aut diuturnas orationes, non concernentes prædicto modo Regulam. An verò saltem pro professuris in posterum Religionem, aut ob publicam necessitatem v.g. bellum, pestem, famem, hæresim, &c. tales leges condi possint, dixi eo *cap.8.num.6. & 7.* Probabilius etiam est non posse legislatorem humanum, ac per consequens, nec Regularem prohibere omnes actus vitiosos, seu omnia peccata, siue mortalia, siue venialia. Ratio est, quia talis lex ob sui magnam difficultatem non videtur accommodata naturæ humanæ, sed potius nimis onerosa, præsertim si in ea comprehenderentur peccata illa venialia, quæ ex surreptione appetitus, vel imperfecta aduertentia committuntur, & quæ vix perfectissimi homines euitant. S.Thom. 1.2. *q.96.art.2.* Expositores ibidem, & Suarez *d.l.4.de legib.c.11.n.3. & lib.3.cap.12.num.12.*

22 De actibus porrò internis loquendo, dicendum, quòd cum legislator humanus non possit prohibere actus merè internos secundùm se consideratos, quia non potest præcipere, aut prohibere nisi illa, de quibus iudicare potest, quales non sunt actus merè interni, pro vt colligitur ex *ca.1.15.q.6. & cap.sicut, & cap. tua nos de simonia* (S.Tho.1.2. *q.91.art.4.* Expositores ibid. Caietanus *Tract. de potest. Papæ, & Concil. cap.19.* Nauarrus *in ca. cogitationis de pœnit. dist. 1. & in Man. cap.23. num.38. & cap.27. num. 56.* & alij communiter) sic nec legislator Regularis, iuxta dicta eo *cap.4. nu.5.* Dixi *secundum se consideratos*, quia sicut legislator humanus potest præcipere, aut prohibere actus internos, quatenus sunt modi actus externorum, vel aliquid necessarium pro illis: sic enim Ecclesia præcipiens recitationem Officij diuini præcipit etiam modum attentionis, & præcipiens Confessionem annuam præcipit dolorem de peccatis (Sotus *l.10.de iust.q.5.art.5.* Peirin.*to.1.de subdito q.1.de Obedientia cap.6.* Layman.*supr. cap. 4. num.4.* & alij plures) idem quoque de legislatore Regulari dicendum est, iuxta dicta eo *num. 5.* Vnde etiam possunt præcipere subditis, vt orent, ieiunent, aut celebrent, cum tali, vel tali intentione, scilicet pro tali persona, vel necessitate, quia talis intentio est modus horum actuum, Non tamen propterea videtur posse legislatorem humanum etiam Regularem obli-

obligare ſubditos ad habendam internam diſpoſitionem accidentalem, ſeu non pertinentem ad ſubſtantiam moralem operis præcepti, v.g. vt ieiunia, & orationes fiant in ſtatu gratiæ, aut quòd recipiatur Euchariſtia in gratia, quia hoc eſt contra vſum Eccleſiæ, quæ nunquam tale præceptum fecit etiam in tempore magnæ neceſſitatis, & videtur excedere poteſtatem ipſius, cum ſit de re occultiſſima, & multis periculis expoſita. Suarez *d. l.* 4. *cap.* 13. *num.* 16. *&* 17. Layman. *ſupr. num.* 13. Quando autem Regula Religionis præceperit aliquos actus internos, vt orationem mentalem, meditationē &c. pro vt in Carmelitarum Regula præcipitur ibi *In lege Domini meditantes, &c.* poſſunt etiam per legem præcipi à Prælatis Regularibus. Eo enim ipſo quo in Regula continentur, includuntur in voto profeſſionis, & ita poſſunt per legem præſcribi. Suarez *ſup. c.* 12. *in fine*. Layman. *d. num.* 13.

23 Lex humana regulariter loquendo ſolùm reſpicit vt materiam futura, non verò præterita. Ita enim habetur ex *cap. cognoſcentes de Conſtitut.* ibi: *Quoties nouum quid ſtatuitur, ita ſolet futuris formā imponere, vt diſpendijs præterita non commendet*, & *cap. quoniam eod. tit.* ibi *leges, & conſtitutiones futuris certum ſit dare formam negotijs, non ad præterita facta trahi; & l. leges C. de legib.* Panormit. *in d. cap. cognoſcentes*. Silueſter *in Summa verbo lex q.* 23. & communiter Iuriſtæ, & Summiſtæ. Idem dico de præſentibus, quæ habent cum præteritis connexionem, lex enim, ſicut & præceptum ſolùm eſt pro actibus futuris. Theſaurus *in praxi verbo Religioſi c.* 13. ex Rotæ deciſ. & Bartolo in *l. cum lex ff. de legib.* Amplia, quòd etiam ſi lex noua antiquioris declaratoria nouam pœnam addat, non extenditur reſpectu pœnæ ad præterita. Silueſter *ibi* ex Panormitano *in cap. Quoniam Simoniaca de Simon.* Rodriguez *ſupr. d. q.* 6. *art.* 17. Miranda *d. q.* 25. *art.* 20. Vnde infert Rodriguez Conſtitutionem Clem. 8. prohibentem largitionem munerum Regularibus, quatenus addit pœnas ſupra ius commune antiquum, nō reſpicere largitiones præteritas. Idem dici poteſt de pœnis eiuſdem Conſtitutionis, pro vt nuper innouatæ iuſſu SS. D.N. Vrbani VIII. iuxta dicta *to.* 3. *verbo dare, ſeu donare num.* 18. pro illis locis in quibus prædicta Conſtitutio recepta non erat, vel conſuetudine legitima abrogata. Dixi *regulariter loquendo*, quia lex declaratoria etiam extenditur ad præterita, illa enim nihil de nouo inducit. Authentic. *de filijs ante dot. inſtrum. nat. collat.* 3. *& l. hæredes* §. 1. *ff. de teſtam.* Rodriguez, & Miranda *ſupr.* ac Suarez *de legib. l.* 3. *cap.* 14. *num.* 2. *&* 3. Dixi etiam *regulariter loquendo*, quia ſi legislator expreſsè declaret ſe velle, comprehendere præterita ad illa extendetur, non quidem quoad obli-

obligationem in conſcientia, ſeu culpam, quia impoſſibile eſt quòd actus præteritus factus ſine culpa fiat cum illa, propter legem poſtea latam. Sed quoad pœnam, ſi actus præteriti fuerunt peccaminoſi. ſeu habeant tractum ſucceſſiuum peccaminoſum. Vel ſaltem quoad irritationem illorum propter rationabilem cauſam. Suarez *d. c.* 14. *à num.* 8. Hæc autem ſi Regularium Conſtitutionib. ſeu legib. applicentur, pro plurium caſuum ſolutione deſeruient.

24 Specialiter hinc collige, decretum S. Congregationis *de Apoſtatis, & eiectis*, quod retuli *to.* 1. *cap.* 23. *num.* 8. *& 3. tomo* verbo *Eiecti Regulares num.* 3. in ea parte qua ſtatuit eiectos à Religione ſuſpenſos eſſe perpetuò ab executione Ordinum, ſublata Ordinarijs facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi &c. intelligi ſolùm de illis, qui poſt tale decretum, quod fuit datum 21. Septemb. 1624. expulſi fuerint, quia in eo non eſt aliquod verbum quo denotetur extendi ad præterita. Theſaur. *ſupr.*

25 Lex humana regulariter, & per ſe loquendo non obligat ad ſui obſeruationem cum periculo mortis, aut magni alicuis nocumenti temporalis. Ratio eſt, quia talis lex eſſet nimium difficilis, & parum accommodata fragilitati humanæ, quod eſt contra rationem humanæ legis, vt dictum eſt *num.* 9. Sotus 1. *de iuſt. q.* 6. *art.* 4. Azor. *to.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 1. *cap.* 11. *quæſt.* 1. Valentia *ſupr. diſp.* 7. *q.* 5. *punct.* 6. *q.* 4. Sairus *in Claui Regia lib.* 3. *cap.* 7. Sanchez *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 18. *&* alij. Dixi *regulariter*, quia quando obſeruantia legis eſſet neceſſaria pro conſeruatione Communitatis, pro vt contingit in caſu legis præcipientis militibus pro Republica pugnare, vel Parrochis, vt miniſtrent Sacramenta fidelibus, vel permaneant in aliquo loco, tempore peſtis, hereſis &c. tunc lex illa obligat, etiam cum vitæ periculo. Habet enim legislator facultatem exponendi vitam ſuorum ſubditorum pro conſeruatione Communitatis. Azor, & Valentia *ſupr.* Dixi *per ſe*, quia per accidens, ratione videlicet præcepti alicuius diuini, ſeu naturalis tunc obligantis, poteſt etiam lex obligare etiam cum diſcrimine vitæ. Primò, ratione ſcandali, ſi enim aliqui ſcandalizarentur, & declinarent ad hæreſim exiſtimantes aliquem eſſe hæreticum, eo quòd manducaret carnes die Veneris, teneretur tunc abſtinere ab illis etiam cum mortis periculo, ad tollendum illud ſcandalum. Secundo, ratione contemptus, ſi enim hæreticus cogeret aliquem ad manducandum carnes, aut ad non ieiunandum in Quadrageſimæ, ob contemptum Religionis, vel potſtatis Eccleſiaſticæ, teneretur ille obſeruare legem Eccleſiaſticam ieiunij, & abſtinentiæ à carnibus, etiam cum prædicto mortis periculo. Suarez *ſupr. l.* 3. *c.* 30. *n.* 7. Valentia, & Sanchez *ſupr.*

Ex

26 Ex quo ad intentum Regularium collige primò, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. Carthusianos, etsi laudabiliter satis abstineant ab esu carnium, etiam cum periculo mortis, nihilominus ad id non teneri, nisi casu quo scandalum esset illas comedere. Vt enim dictū est, quamuis nulla lex humana per se obliget cum periculo mortis, per accidens tamen ratione scandali potest obligare. Collige secundò, iuxta dicta eod. *to.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. & 20. posse fieri leges, seu Constitutiones obligantes Regulares etiam cum periculo mortis ad ministrandum infirmis tempore pestis, vel prædicandum, disputandum, & defendendum Ecclesiam contra hæreticos, hæresi grassante, quia scilicet, licet regulariter loquendo leges non obligent cum tanto discrimine, quando tamen ipsarum obseruantia pro conseruatione Communitatis necessaria fuerit, prout in istis casibus contingit, obligare poterunt. Collige etiam iuxta dicta *to.* 3. verbo *Excommunicatio quoad Regulares num.* 7. quòd licet Religiosus excommunicatus maiori excommunicatione non possit ministrare aliqua Sacramenta, nihilominus possit id facere, quando esset sibi necessarium ad euitandum mortis periculum, vel infamiam. Quia lex Ecclesiastica id prohibens non obligat cum tanto dispendio. At verò, si adesset scandalum, aut talis administratio extorqueretur in odium, vel contemptum Ecclesiæ, nullatenus id efficere posset, etiam cum tali periculo mortis, vel infamiæ. Præceptum enim naturale, & diuinum vitandi scandalum, vel contemptum auctoritatis Ecclesiæ, tunc illum obligaret.

27 Obligantur Regulares non solum legibus, & Constitutionibus suarum Religionum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 8. præsertim. *num.* 3. sed etiam, iuxta dicta ibidem *cap.* 11. *num.* 13. Constitutionibus Synodalibus concernentibus actiones communes totius populi, & obseruantiæ Regulari non derogantibus, vt de ieiunijs seruandis, celebrandis aliquibus festis, & alijs huiusmodi; non quidem debitò obedientiæ, cum Religiosi (loquor de exemptis) subditi non sint Episcopis, aut ipsorum iurisdictioni subiecti, sed debito, & iure naturali, quo sicut partes, & membra illius populi tenentur se toti corpori conformare. Ita enim ex Vasquez 1. 2. *disp.* 167. & Sanchez *l.* 4. *in Decalog. cap.* 15. *num.* 21. dixi eo loco. Quod etiam tenent Villalobos *in Summ. to.* 1. *Tract.* 1. *dub.* 31. & Becanus *in Summ. Theolog. p.* 2. *Tract.* 3. *cap.* 6. *q.* 11. Pro quo notandum, valde probabile esse hanc obligationem obediendi Regulares exemptos legibus Synodalibus, seclusoscandalo, aut consuetudine in contrarium, non esse ad aliquam culpam, seu pœnam, sed solùm esse ex quadam decentia, & honestate, iuxta modum quo *to.* 1. *c.* 17. *num.* 8.

num. 8. cum multis Theologis dixi, Regulares ex Ordinibus assumptos ad Episcopatum, vel alias dignitates extra Religionem, obligari ad Regulam, & Constitutiones suorum Ordinum. Cum enim status Religiosus ex natura sua sit diuersus, & difformis à statu sæcularium, habens sua propria onera, & grauamina, non videtur obligari ad onera, & grauamina sæcularium, qualia sunt ista, quæ per leges Synodales imponuntur, nisi solùm ex obligatione præbendi bonum exemplum sæcularibus, seu ex decentia, & honestate; quia cum turpis sit pars, quæ à toto discordat, indecens, & in honestum videtur, quòd dum sæculares ex lege Synodali aliquid faciunt, non conformentur ipsis Regulares, non verò ita, vt peccent eas transgredientes. Suarez *de legib. l.* 4. *cap.* 20. *num.* 10. ex Paludano, & Antonino ab eo relatis. Diana *par.* 1. *Tract.* 10. *Resolut.* 11. ex Salas, Granado, Basilio de Leone, Lorca, Zanardo, Ilamas, & Portello. Hoc tamen, vt dixi, intelligi debet de Religiosis exemptis, quales sunt fere omnes, iuxta dicta *to.* 3. verbo *exemptio Regularium*. Religiosi enim non exempti, cum subiecti sint Episcoporum iurisdictioni, procul dubio ex debito obedientiæ tenentur parere dictis Constitutionibus Synodalibus, ita vt peccent ipsas transgredientes. Suarez *supr. num.* 7. Addendum tamen, etiam dato quòd Regulares exempti tenerentur in conscientia ad dictas Constitutiones Synodales, id solùm esset quoad vim directiuam, non quoad coactiuam; cum ipsi ratione exemptionis puniri non possint ab Episcopis, aut per censuras compelli, nisi in casib. à iure, vel Concilio Tridentino expressis, iuxta dicta eo *to.* 3. verbo *Exemptio Regularium num.* 8. *& sequentib.*

28 Obligantur etiam Regulares, sicut & alij Ecclesiastici, legibus ciuilibus; quæ non sunt contrariæ libertati Ecclesiasticæ, sed ad bonam Reipublicæ administrationem institutæ, iuxta dicta *to.* 1. eo *cap.* 11. *num.* 16. vbi etiam dixi hanc obligationem esse solùm quo ad vim directiuam, non quoad coactiuam, idest obligari ipsos in conscientia ad istas leges obseruandas, non tamen propterea cogi posse, aut puniri à Principibus sæcularibus, sed solùm à suis Prælatis, iuxta dicta ibid. *num.* 17. Quamuis autem controuersia sit inter Doctores, an hæc obligatio Ecclesiasticorum ad seruandas leges ciuiles, quæ libertati Ecclesiasticæ non repugnant, proueniat directè ex potestate legislatrice ciuili, pro vt contendunt Victoria *Relect. prima de potestate Ecclesiæ quæst. vlt.* Sotus *lib.* 1. *de iust. q.* 6. *ar.* 7. Medina 1. 2. *q.* 96. *ar.* 5. *dub. vlt.* Lorca 1. 2. *tract. de legib. disp.* 25. *membr.* 4. & alij: vel solùm indirectè, idest, non ex vi potestatis ciuilis, sed ex vi legis naturalis, eo quod rationi naturali conue-

niens

niens eſt, quòd Eccleſiaſtici, qui etiam ſunt ciues, ac membra Reipub. ſicut laici, ea præſtent, quæ ad communem Reipub. gubernationem neceſſaria ſunt, pro vt dixi eo *num.* 16. & tenent Azor. *to.* 1. *Inſtit. moral. li.* 5. *cap.* 12. *q.* 3. Bellarmin. *in Apolog. contra Regem Angliæ*. Layman. *ſupr. cap.* 13. *num.* 6. Diana *ſupr. Reſolut.* 12. *&* alij. Sine dubio tamen hæc ſecunda ſententia probabilior eſt, vt potè conformior Sacris canonib. præſertim *in cap. Eccleſia de Conſtitut.* & Concilio Lateranenſi ſub Leone 10. *ſeſſ.* 9. vbi decernitur, quòd laicis non competit habere aliquam poteſtatem in Eccleſiaſticas perſonas. Addendum etiam, Regulares, & alios Eccleſiaſticos tranſgredientes prædictas leges ciuiles non contrarias Eccleſiaſticæ libertati, peccare illas tranſgredientes, mortaliter, vel venialiter, iuxta capacitatem materiæ, & alias circunſtantias. Ita enim communiter ſupponunt Authores, & ratio eſt, quia lex naturalis, per quam, vt dixi, ad id obligantur, obligat mortaliter, vel venialiter eodem modo. Accedit, quòd ius Canonicum *can.* 1. *can. ſi in adiutorium. ca. quoniam. ca. de capitulis diſt.* 10. *ca. cum ad verum. diſt.* 96. *& ca.* 1. *de noui operis inſtitut.* ſupponit Eccleſiaſticas perſonas ſubijci legibus ciuilib. non repugnantibus earum libertati ſicut ſubduntur laici. Quemadmodum ergo laici illas trãſgredientes peccant mortaliter, vel venialiter, iuxta capacitatem materiæ, & alias circunſtantias, ſic de Eccleſiaſticis philoſophandum eſt. Vnde non videtur admittendus Bonacina *ſupr. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 6. *num.* 33. dum ait: non grauiter peccare Clericos prædictas leges tranſgrediendo. Poſito enim præcepto naturali quo obligantur ad illas, & accedente conſenſu Iuris Canonici adducto, peccare poterunt grauiter illas tranſgrediendo, ſicut & laici.

29 Quæ verò ſint iſtæ Leges ciuiles, quibus obligantur Regulares, & alij Eccleſiaſtici, dixi eo *num.* 17. eſſe illas, quæ taxant pretia rerum, prohibent venationem certo tempore, aut extractionem tritici, vel grani extra regnum, ſeu quæ præcipiunt occiſionem locuſtarum, & aliorum animalium, quæ demoliuntur meſſes, & vineas. Idem dico de legibus prohibentibus arma portare, iuxta dicta *to.* 3. verbo *arma num.* 5. Portellus *in dub. Regular. verbo lex num.* 2. Idem ſimiliter dicendum de lege præſcribente valorem monetæ, aut pretium quo vendi debeat triticum, vel alia quælibet res. Ita vt Eccleſiaſtici expendentes pecuniã vltra taxam, ſeu valorem à Principe præſcriptum, vel vendentes res vltra pretium conſtitutum, peccent contra iuſtitiam, & per conſequens teneantur ad reſtitutionem. Bonacina *ſupr. num.* 30. *&* 31. ex Molina, Salas, Sayro, & alijs.

E con-

30 E contra tamen Leges ciuiles quibus Regulares, & alij Eccleſiaſtici, parere non debent, vt pote contrarijs libertati Eccleſiaſticæ, ſunt primò illæ, quibus obligantur ad gabellas, & impoſitiones aliquas ſoluendas, iuxta dicta *tertio tomo* verb. *Gabella*. Similiter illæ, per quas aſtringerentur ad onera, ſeu munera perſonalia, ſiue realia, ſordida, indifferentia, ſeu etiam honeſta, iuxta dicta eo 3. *to.* verbo *Immunitas Eccleſiaſtica Regularium*, niſi adſint conditiones eo loco adductæ. Vnde declaratum eſt à S. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium 2. Auguſti 1619. apud Dianam 5. *par. in declarationib. Sacrarum Congregationum num.* 43. non teneri Clericos (idem dic de Regularibus) ad ſolutionem onerum impoſitorum pro Phiſico, Chirurgo, & ludi magiſtro. Item ibidem *num.* 48. refertur alia declaratio S. Congregationis Immunitatis pro ſeptima Decembris 1632. in qua habetur Eccleſiæ molendina non comprehendi ſub prohibitione facta à laicis ne aſportetur frumentum ad molendinum. Tertio, illæ, per quas prohiberetur ne aliqua bona transferrentur in Eccleſias ſine licentia Principis. De quo Ioannes Valerus *in differentijs vtriuſq. fori verbo Bona. differentia* 3. Diana 1. *par. tract.* 2. *Reſolut.* 104. Idem dicendum de Legibus, ſeu ſtatutis, per quæ prohiberetur ne bona immobilia tradantur, vel alienentur perſonis Eccleſiaſticis. De quo noſter Epiſcopus Bouius in *reſponſionib. ad Magiſtrum Paulum par.* 3. Duardus *in Bulla Cœnæ l.* 2. *ca.* 15. *q.* 19. Comitol. *in Tract. apologetico cap.* 1. & alij apud Dianam *ſupr. reſolut.* 58. Idem dico generaliter de legibus, ſeu ſtatutis, quibus Regularibus prohiberetur id quod iure naturali, & diuino illis eſt permiſſum, pro vt colligitur ex *cap. eos qui de immunit. Eccleſiaſt. in 6.* vbi id facientes excommunicantur. Filiucius *to.* 1. *Tract.* 16. *cap.* 10. *quæſt.* 8. Ricius *in praxi to.* 3. *reſol.* 207. Diana *ſupr. dicta Reſolut.* 58. 59. & 60. Imo etiam idem quoque dicendum, prout inſinuaui *to.* 1. *cap.* 11. *num.* 16. de Legib. ſeu ſtatutis, quæ de Eccleſiaſticis bonis, aut perſonis ſpeciatim decernunt, præcipiendo, vetando &c. tametſi Eccleſiæ fauorem, aut patrocinium continere videantur. Sicuti habetur expreſsè *in ca.* 1. *d.* 96. & *cap. Eccleſia de Conſtitut.* Ratio eſt, quia eiuſmodi Legibus prætenditur directa laicorum Principum iuriſdictio ſuper Eccleſiaſtica (ſi quidem leges ferre iuriſdictionis actus eſt) talis autem vſurpatio poteſtatis libertati Eccleſiaſticæ repugnat. Quare maius Eccleſiæ præiudicium infertur, quam commodum afferri poſſit, huiuſmodi Legibus, ac propterea ipſis non ſtandum. Angelus *in Summ. verbo lex num.* 5. Suarez *l.* 3. *de legib. cap.* 34. *num.* 13. Layman. *ſupr. dicto cap.* 13. *num.* 2. Video etiam declaratum à S. Congregatione

Immu-

Digitized by Google

Immunitatis ſeptima Decembris 1632. apud prædictum Dianam *in declarationib. SS. Congregationum num.* 42. poſſe laicos cogi ad declarandum quòd Statutum, ſiue edictum generale ab ipſis editum, ſeu publicatum non comprehendat Eccleſiam, ſeu Eccleſiaſticos. Sed de his plura infra verbo *Statuta*.

31 Circa interpretationē Legum, ſeu Conſtitutionum Regularium animaduertendū eſt, licitum eſſe eas interpretari, nó ſolùm generali interpretatione, quæ competit ipſi legislatori, & (quo ad noſtrum intentum) Prælatis ſupremis Religionum, pro vt colligitur ex *lege 9. & ſequent. C. de legib. cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi cap. inter alia de ſentent. excommunicat.* Sed etiam priuata, particulari, & doctrinali interpretatione, pro vt colligitur ex vſu, & praxi communi Doctorum, qua conſtat Leges omnes humanas, etiam Concilij Tridentini, explicari, ſaltem obiter, à Doctoribus. De quo Suarez *lib. 6. de leg. cap.* 1. Bonacina *ſupr. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 8. *num.* 2. *&* 3. Idcirco regulæ aliquæ aſſignandæ ſunt maximè neceſſariæ pro Regularibus Conſtitutionibus, ſeu legibus, earumque interpretatione.

32 Prima eſt, Lex omnis, ſeu Conſtitutio interpretanda eſt propriè, ſeu iuxta verborum proprietatem, niſi ratio, vel neceſſitas cogat. Ita enim colligitur *ex l. non aliter ff. de legatis* 3. & alijs Iuribus, & ex ratione, ſcilicet, quòd homines regulariter loquuntur iuxta proprietatem verborum. Abbas *in cap. Ad audientiam num.* 2. *de decim.* Nauarrus *in cap. inter verba diſt.* 1. *de pœnitent. num.* 10. Suarez *d. l.* 6. *cap.* 1. *num.* 7. Excipe primò, quando de mente legislatoris certior coniectura eſt, eum loquutum non fuiſſe iuxta verborum proprietatem. *d. l. non aliter. & in l. cum pater* §. *Dulciſſimis ff. de leg.* 2. Siluester *verbo lex q.* 16. *&* 20. Layman. *ſupr. cap.* 18. *num.* 6. Excipe ſecundò, ſi ſignificatio propria verborum abſurditatem contineat. *l.* 18. *& ſequent. ff. de legib.* Siluester, & Laymanus *ſupra.* Excipe tertiò, ſi lex ſecundùm propriam verborum acceptionem derogaret antiquioribus Iuribus, tunc enim trahenda potius eſt ad ſignificationem impropriam, eo quòd correctio iurium inuehenda non eſt, niſi neceſsitas cogat. Abbas *in cap. cauſam quæ num.* 1. *de reſcript.* Gutierrez *lib.* 3. *practic. quæſt.* 15. *num.* 34. Sanchez *l.* 1. *de matrim. diſp.* 17. *num.* 6. Excipe quartò, ſi recepta Legis conſuetudo eam aliter explicet. *Optima enim legum interpres eſt conſuetudo*; prout habetur *l.* 37. *ff. de legib.* Siluest *d. q.* 16. Layman. *ſupr.*

33 Cæterum cum duplex ſit ſignificatio propria verborū, vna naturalis, illa ſcilicet, quæ competit ipſis ex primaria inſtitutione hominum

minum (non enim dicitur talis quia sit à natura, cum constet omnia verba significare ad placitum) & alia ciuilis, seu iuridica, illa scilicet, qua Iuristæ vti solent, vt patet in hoc verbo *mors*, quod iuxta priorem significationem significat separationem animæ à corpore, & iuxta posteriorem significat professionem Religionis, & in hoc verbo *filius*, quod iuxta priorem significat filium naturaliter genitum, iuxta posteriorem verò etiam adoptatum. (Salas de *legib. disp.* 21. *sect.* 13. Suarez *d. l. 6. cap.* 1. *num.* 9.) idcirco animaduertendum est, quòd licet regulariter loquendo, præsertim in materia odiosa, lex non debeat extendi vltra propriam significationem naturalem, quia nulla est ratio extendendi legem vltra hanc significationem, præsertim cum odia, vt sæpe dixi, potius debeant restringi quam ampliari, in materia tamen fauorabili extendi debet etiam ad significationem ciuilem, propter oppositam rationem. Suarez *supr. cap.* 2. Layman. *supr. cap.* 18. *num.* 8.

34 Pro quo etiam valde notandum, eam legem dici fauorabilem, quæ primariò prodest aliquibus, quamuis alijs secundariò noceat. E contra verò illa est odiosa, quæ primariò pœnam continet, etiam si alijs secundariò prosit. Quando verò res dubia fuerit, ita vt id cognosci non possit attendi debet ad primarium finem legislatoris, ita vt si ille sit fauorabilis, lex etiam fauorabilis sit, si autem sit odiosus, lex odiosa censeatur. Couarrubias *lib.* 1. *Variar. cap.* 11. *num.* 5. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disp.* 1. *num.* 4. Bonacina *d. punct.* 8. *num.* 13. Ex quo collige, legem illam, quæ immediatè, & principaliter respicit vtilitatem publicam, cum illa prosit multis, esse dicendam fauorabilem. Nauarrus *lib.* 1. *consil. de Constit. consil.* 3. *num.* 6. Miranda *supr. q.* 25. *ar.* 26. *concl.* 12. Addit idem Miranda *ibidem* ex eodem Nauarro *lib.* 5. *consil. de pœnit. & remiss. consil.* 19. *num.* 4. legem, per quam reditur ad ius antiquum, esse fauorabilem, quia res facile reuertitur ad suam pristinam, & antiquam naturam. *ca. ab exordio dist.* 35. & *l. si vnus* §. *pactus ff. de pactis.* Quod tamen vniuersaliter acceptum mihi non placet. Si enim lex vetus odiosa simpliciter erat, nescio quo pacto lex quæ ad illam redit possit esse fauorabilis.

35 Secunda regula est, lex, seu Constitutio generaliter loquens generaliter etiam accipienda est, ita vt omnes, & omnia comprehendat *l.* 1. *ff. de legatis præstandis. l. prospexit ff. qui, & à quibus manumissi.* Vnde illa vox Bartholi *in l. de pretio ff. de publiciana. Vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus.* Quia ergo enunciatio indefinita æquipolet vniuersali (maximè cum negatiua est, quia negatio, iuxta Dialecticos, est malignantis na-

turæ, & omnia euertit,) ideo quod dixi de generali loquutione, intelligendum etiam eſt de indefinita. Suarez *ſupr. lib. 6. cap. 2. num. 3.* Layman. *ſupr. num. 7.* Quia tamen in generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis veroſimiliter conceſſurus, iuxta communem regulam, quam ſæpius adduxi, ita ſimiliter in generali prohibitione, vel præcepto non veniunt ea, quæ Princeps non eſſet in ſpecie veroſimiliter præcepturus, cum lex ab ipſius voluntate pendeat. Suarez *dicto lib. 6. cap. 5. & 6.* Bonacina *ſupr. nu. 8.* Sanctarellus *Variar. reſolut. q. 16. num. 16.* Vide quæ infra dicam de Epicheia.

36 Tertia regula, in legis, ſeu Conſtitutionis interpretatione, maximè attendendum eſt ad mentem, ſeu intentionem legislatoris, ſeu, quod idem eſt, ad rationem legis, vel propter quam condidit illam. *l. 17. ff. de legibus. l. Scire §. aliud. ff. de excuſat. ea. humanæ aures 22. quæſt. 5. cap. fin. de Regul. Iuris in 6.* & alijs iuribus. Ratio etiam eſt, quia mens, ratio, & intentio legislatoris eſt veluti ſpiritus, & anima Legis, & ita ab ipſa maximè Legis obligatio deſumi debet. Vnde *l. His ſolis cap. de reuocand. donat.* habetur id tacitè videri ineſſe in quo eadem ratio reperitur. Nauarr. *lib. 3. conſil. de decim. conſ. 2. num. 1.* Miranda *ſupr. concl. 4.* ex multis alijs. Nota tamen, mentem, ſeu intentionem legislatoris attendendam pro explicatione Legis, duplicem eſſe, ſcilicet intrinſecam, & extrinſecam. Mens, ſeu intentio intrinſeca eſt ſubſtantia quam prohibet, ſeu præcipit, mens verò, ſeu intentio extrinſeca eſt finis, & animus, quem habuit in condenda Lege. Vt in Lege ieiunij, mens, ſeu intentio intrinſeca erit, abſtinentia à cibis &c. mens verò, ſeu intentio extrinſeca, eſt mortificatio carnis &c.

37 Quarta regula, ad Legis, ſeu Conſtitutionis explicationem maximè etiam attendi debet ad prohœmium, & præfationem, quibus legislator in ea condenda vtitur, ea enim, vt in plurimum, cauſam finalem legis continent. *l. fin. ff. de hæred. inſtit. l. Titiæ §. idem reſpondit ff. de verb. obligat. & l. item quia §. fi. ff. de pactis.* Miranda *ſupr. concl. 5.* ex Bartholo, Baldo, Panormitano, & alijs Iuriſtis. Granadus *ſupr. Tract. 3. par. 2. diſp. 14. ſect. 1. num. 4.*

38 Quinta Regula, ad legis, Cõſtitutionis, decreti, ſeu præcepti, quæ ad ſupplicationem aliquorum fiunt, interpretationem attendendum etiã eſt ad ſupplicationem, illiuſque verba, & intentionem. Credendum enim eſt legislatorem voluiſſe ſupplicationi ſe conformare. *cap. Inter dilectos §. cæteris de fid. inſtrument. cap. Intelligentia de verbor.*

verbor. significeat. & alijs Iuribus, Patribus, & Doctoribus apud Mirandam *supr. concl.* 6.

39 Sexta est, ad interpretationem Legis attendi etiam debet ratio, quam Legislator in ipsa Lege apposuit. Voluntas enim illius, quæ maximè attendi debet, vt dixi, In interpretatione Legis, debet esse conformis, & accomoda a suæ rationi. Bonacina *supr. num.* 21. §. *Tertiò possumus*. Granad. *supra*.

40 Septima est, si ad huc Lex dubia est, tunc facienda est interpretatio per alias Leges, si fieri potest, quia iura debent iuribus concordare. Vt *in cap. cum expediat de elect. lib.* 6. Si verò per alia iura apparere non potest intellectus, tunc recurrendum est ad consuetudinem Communitatis. Vt *l. minime*, & *l. si de interpretat ff. de legib. & in cap. cum dilectus de consuetud.* Si verò non apparet de consuetudine loci recurrendum est ad similia, vt in *l. non possunt ff. de legib.* Ita Siluester *verbo lex q.* 16.

41 Octaua, quælibet Lex, siue Constitutio ita interpretari debet, vt nullum ipsius verbum credatur otiosum, aut inutile, sed aliquid operari: *Cap. in bis de priuileg. & cap. Si Ciuitas de sent. excommunicat. in* 6. Miranda *supr. concl.* 7. Nald. *verbo lex. num.* 24.

42 Præsertim circa interpretationem Legis pœnalis, illius scilicet, in qua transgressoribus pœna aliqua apponitur, animaduertendum, ipsam, & quamcumque aliam odiosam in dubio strictè interpretandam esse, sicut constat ex *l.* 42. *ff. de pœnis. & ca. pœna de pœnit. d.* 1. maximè ex Regulis iuris in 6. inter quas Regula 15. sic habet: *Odia restringi, & fauores conuenit ampliari* & 49. sic: *In pœnis benignior est interpretatio facienda*. Nauarrus *in ca. interpretatione d.* 1. *de pœnit*. Sairus *in clau. Regia l.* 3. *cap.* 8. *num.* 6. Vnde extendi non debet vltra casus, vel personas expressas propter paritatem rationis. quia cum Legis pœna pendeat à libera voluntate legislatoris qui potest vnum crimen, & vnam personam aliqua pœna punire, non verò alia, aut alias personas, ita existimandum est fecisse. Sairus *d. cap.* 8. *num.* 9. Naldus *in Summa verbo Obligatio num.* 14. *& ver. Sacerdos num.* 5. Layman. *supr. num.* 9. §. *d inde dixi*. Bonacina *supr. num.* 23. Portellus *in dub. Regular. verbo lex num.* 13. Adde, id quoque esse verum, etiam si eadem, vel maiori ratio procedat in casu, vel persona, de quibus Lex non loquitur, quam in illis de quibus loquitur. Quia non obstante prædicta eadem, vel maiori ratione potuit legislator pro sua libertate, vel propter alias rationes ipsius animum mouentes, solùm pro illis casibus, & personis, de quibus loquitur, pœnam illam apponere. Præsertim, cum sæpius in Iure apponatur pro minoribus delictis pœna, quæ non ponitur pro maioribus.

Communicans enim cum quocunque excommunicatio non tollerato incurrit excommunicationem minorem, quam non incurrit communicans cum hæretico dogmatizante non denunciato. Rodriguez *to.* 1. *quæſt.* 47. *ar.* 1. Miranda *ſupr. Concl.* 10. Layman. *ſupr.* Portell. *ſupr.* referens Caſtrum. Excipe tamen caſum, in quo, ex prudentia, ſeu probitate legislatoris, æquitate, materia, vel circunſtantijs Legis, præſertim ex eo quòd conſtet legislatorem habuiſſe, vnam ſolam rationem adæquatam ad eam condendam, quæ in alijs caſibus, & perſonis omnino, & eodem modo procederet (maximè ſi talis ratio fuerit expreſſa in ipſa Lege) præſumi datur, legislatorem ad eos caſus, & perſonas legem extendi voluiſſe, tunc enim ad ea extendetur. Ita enim colligitur non ſolùm ex ijs quæ dixi circa tertiam, & ſextam regulam, ſed etiam ex ea, quam tradit Bonifac. 8. in Regulis iuris *Regul.* 88. dicens: *Certum eſt quod is committit in legem, qui Legis verba complectens contra Legis nititur voluntatem.* In tali autem caſu talis præſumitur voluntas legislatoris. Suarez *lib.* 6. *de legibus cap.* 3. *à n.* 16. ex varijs iuribus. Layman. *ſupr. num.* 9. Granadus *d. diſp.* 14. *num.* 6. & 7. Quo etiam ſenſu, & non alio accipiendi ſunt innumeri alij Doctores aſſerẽtes, Legem etiam pœnalem extendendam eſſe ad caſus, vel perſonas ſimiles, quando adeſt eadem ratio Legis. Quales ſunt Silueſter *verbo lex q.* 18. Sanchez *l.* 3. *de Matrim. diſp.* 42. *num.* 4. Naldus *verbo lex num.* 4. Sanctarel. *Variarum reſolut q.* 20. *num.* 13. & *q.* 54. *num.* 6. & plures alij apud ipſos.

43 Nota etiam, quòd quando caſus, crimen, vel perſona in Lege expreſſa ſolùm poſita fuerunt à legislatore gratia exempli, ſeu exemplariter, tunc Lex extendi debet ad caſus, crimina, & perſonas, ad quæ verba Legis extendi poſſunt, iuxta proprietatem verborum, Lex enim illa generalis eſt, & ſolùm gratia exempli ad vnum determinata. Silueſt. *ſupr. q.* 20. Naldus *d. num.* 4. Bonacina *d. num.* 23. ex alijs.

44 Circa interpretationem verò Legis fauorabilis, dicendum eſt, eam explicandam eſſe vt extendatur non ſolùm ad caſus, & perſonas in ea expreſſos, vel expreſſas, ſed etiam ad alios, vel alias, quando ex circunſtantijs præſumitur eam fuiſſe voluntatem legislatoris iuxta modum dictum de Legibus pœnalib. & odioſis. Eſt enim eadem ratio, imò efficacius procedens in præſenti, cum iuxta regulas ſuperius adductas, fauores ampliari debeant. Suarez *ſupr. cap.* 4. *num.* 1. Layman. & Granadus *ſupr.* Propter quod, vt credo, etiam in caſu dubio de voluntate legislatoris ampliari debet Lex fauorabilis, vt vel ſic habeat aliquid ſpeciale, quod non habet Lex odioſa, ſeu pœnalis.

Circa

45 Circa intelligentiam tamen legis prohibitiuæ, quales plures sunt in Legibus,& Constitutionibus Regularium, aliqua valde necessaria animaduertenda sunt. Primum, si lex Ecclesiastica, seu Regularis prohibeat actum simpliciter, nullum verbum adhibens ex quo denotetur annullatio vel irritatio illius, vt si dicatur *non fiat*, vel *nõ debet fieri* hoc aut illud, etiam si transgressores talis legis incurrant pœnam, & culpam ipsius, actus tamen prohibitus validus erit. Valde enim diuersa sunt prohibitio, & irritatio, nec vnum ex altero cõsequens, maximè in materia odiosa, qualis est ista. Vnde tritum illud, *Multa illicite fiunt, quæ tamen facta tenent* desumptum ex *cap. Ad Apostolic. de Regularib.* vbi sic ad verbum: *Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem.* Glossa *in cap. penult. de spon. impuber.* Suarez *supr. l.* 5. *cap.* 29. *num.* 1. Portellus *in dub. Regularium verbo lex num.* 9. De quo etiam Peirinis *to.* 2. *de Prælat. q.* 3. *cap.* 1. *num.* 170. Adde, hoc maximè esse verum quando lex ponit pœnam transgressoribus, prout ex communi sententia Doctorum circa *l. non dubium C. de legibus* dicit Sanchez *lib.* 5. *in Decalog. cap* 4. *num.* 6. Si verò lex prohibeat actum cum conditione irritante illum, inualidus est in vtroque foro. Tum ex Regula iuris *in* 6. *num.* 64. vbi sic: *Quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi.* Cui consonat *c. non solum de Regular. in* 6. Tum etiam quia in legislatore est facultas ad id faciendum, vt supponitur. Bonacina *supr. disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 7. §. 5. *num.* 2. Portellus *supr. nu.* 10. Ex quo collige cum eodem Portello, quòd si in aliqua Religione sit Statutum prohibens ne aliqui ad ipsam recipiantur nisi cũ aliquibus conditionibus, alias receptio, aut professio sit inualida, si aliqui recipiantur sine aliqua ex prædictis conditionibus, receptio, seu professio inualida erit. Secus dic si tantum prohibeatur talis receptio, aut professio sine irritatione actus, propter dicta. Vide Peirinis *supra a num.* 168.

46 Similiter, quando lex prohibens actum præscribit formam substantialem rei faciendæ, tunc omissio illius irritat ipsam, sicut enim in naturalibus res non subsistit sine sua forma substantiali, ita neque in moralib. Suarez *supr. l.* 5. *cap.* 31. Bonacina *supr. num.* 24. Portellus *supr. num.* 11. Dixi *formam substantialem*, quia si lex præscribat solum formam accidentalem actui, ea deficiente valebit actus. Sicut etiam in naturalibus res subsistit sine accidenti sibi debito. Suarez *d. cap.* 31. Vbi *num.* 2. ponit exemplum in forma pro electionib. designata *in cap. Quia propter de elect.* Peirinis *supra num.* 184. Portellus *supr. num.* 12. Censetur autem legislator formam, seu solemnitatem substantialem actui præscribere, non solum quando apponit

illam cum clauſula irritante, vt de ſe patet, ſed etiam quando de nouo, aut à principio dat, ſeu delegat facultatem ad aliquem actum ſub tali modo, aut forma faciendum alicui aliàs non habenti poteſtatem ad talem actum, vt patet in formis Sacramentorum, quæ primitus à Chriſto inſtitutæ ſunt, & formis Sacramentalium primitus etiam ab Eccleſia inſtitutis. Colligitur ex *cap. Cum dilecta de Reſcript. cap. Venerabili de offic. delegat. & cap. vlt. de reſtit. ſpoliat.* Ratio quoque eſt, quia cum in tali caſu poteſtas limitetur iuxta formam præſcriptam ab eo qui poteſtatem de nouo confert, ideo actus in quo illa forma non ſeruatur, excedit poteſtatem facientis, & per conſequens eſt nullus, ac proinde forma illa cenſetur ſubſtantialis. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 37. Maximè Suarez *d. cap.* 31. *num.* 9. Layman. *ſupr. cap.* 16. *num.* 7. Portellus ſupr. num. 12. Ex quo colligе, rectè me dixiſſe *to.* 3. verbo *Abſolutio num.* 9. abſolutionem datam non ſatisfacta parte ab eo cui delegata eſt cum limitatione dandi illam præmiſſa tali ſatisfactione, inualidam eſſe, ob defectum videlicet poteſtatis. Nauarrus, & Suarez *ſupra* Bonacina *d. punct.* 7. §. 5. *num.* 17. Collige etiam ſecundò, Commiſſarios Regulares à Generalibus, vel Prouincialibus deſtinatos ad aliquas cauſas peragendas, ſi excedant formam illis præſcriptam, actus illos eſſe irritos, & nullos, eo quòd excedant poteſtatem illis conceſſam. Suarez, & Bonacina *ſupr.* E contra verò, forma, ſeu ſolemnitas per legislatorem præſcripta erit ſolùm accidentalis quando datur ijs, qui aliàs primitus habebant facultatem ad faciendum eum actum ſecundùm ſubſtantiam, niſi addatur clauſula irritans. Suarez *ſupr. n.* 10. ex varijs iuribus, & Doctoribus. Layman. *ſupr. num.* 8. Portellus *ſupr. num.* 12.

47 Quæri autem ſolet, an quando legislator non ſolum prohibet actum, ſed etiam addit non poſſe fieri per verbum *non poteſt, non poſſit*, aut ſimile, an tunc cenſeatur apponere formam ſubſtantialem, vel quod idem eſt, an talis actus irritus ſit, & nullus. Et quamuis plures affirmatiuè reſpondeant, nihilominus probabilius eſt contrarium, ſcilicet non ſemper clauſulam *non poteſt &c.* reddere actum nullum, ſeu irritum, nec ſemper ſignificare negationem potentiæ ad actum faciendum, ſed quandoque negationem iuris ad illum licitè faciendum, iuxta commune iuris axioma *Id poſſumus quod iure poſſumus l. filius ff. de condit. inſtit.* Præter dicta ergo to. 3. verbo *clauſula num.* 47. ad materiam, & circunſtantias tum legis, tum communis acceptionis, & conſuetudinis, & præſertim ipſius actus prohibiti attendendum eſt, vt inde colligatur mens legislatoris. Si enim actus ex natura ſua pendeat ſolùm à poteſtate Superioris, ſeu legisla-

toris,

toris, dum præcipit illum ſub clauſula illa *non poteſt*, vel ſimili, cenſetur auferre poteſtatem, ita vt actus aliter factus validus non ſit. Quando verò è cõtra actus non pendet à poteſtate Superioris, vel legislatoris, ſed aliàs poterat fieri ab inferiori, tunc per prohibitionem illius cum clauſula illa *non poteſt &c.* non cenſetur auferri facultas quam habet, ac per conſequens nec reddi actus inualidus. Couarrubias *in cap. Quamuis pactum 2. p. §. 4.* Siluester *verbo Conſilium quæſt. 4.* Suarez *ſupr. à num. 13.* Sa *in Summ. verbo lex num. 3.* Rodriguez *to. 2. quæſt. Regular. q. 45. ar. 2.* & alij quos refert, & ſequitur Bonacina *d. num. 17.*

48 Nota tamen, quòd licet plures exiſtiment quòd cum forma ſeu ſolemnitas per legem præſcripta eſt ſubſtantialis omiſſio cuiuslibet partis ipſius etiam minimæ efficiat actum irritum, nihilominus probabilius eſt contrarium, niſi quando ommiſſio eſſet rei notabilis, & grauis moraliter, eo quòd in moralibus parum pro nihilo reputetur Bonacina *ſupr. num. 21.* referens Molinam, Sa, & alios.

49 Circa obligationem, quam ad ſui obſeruantiam inducit lex humana, ac per conſequens Conſtitutio, ſeu Statutum Regularium, dicendum primò, quòd cum lex humana, ſiue ciuilis, ſiue Canonica obligare poſſit ſubditos in conſcientia ad culpam, prout contra Hæreticos id negantes probant Bellarm. de *Summo Pontifice cap. 15.* Sotus *p. de iuſt. q. 6. ar. 4.* & alij Doctores communiter; ideo idem dicendum eſt de legibus, ſeu Conſtitutionibus Regularium, iuxta dicta *to. 1. cap. 8. num. 3.* & ſequentibus. Vbi etiam *à num. 8.* quando id contingat, ſcilicet, quando legislator vtitur verbo *præcipimus, mandamus, ſtatuimus &c.* vel ſimili. De quo etiam Granadus *Controu. 7. de legib. Tract. 3. par. 1. diſput. 2. ſect. 4.* Quod autem Conſtitutiones, ſeu Statuta Regularium non ſemper obligent ad culpam, ſcilicet quando vel legislator id expreſſit, vel communis acceptio Religionis ita illas intellexit, dixi eo *cap. 8. num. 8.* Similiter quando Conſtitutio, ſeu lex pœnalis Regularium obliget illos non ſolùm ad pœnam, ſed etiam ad culpam mortalem, vel venialem dixi eod. *num. 8.* & ſequentibus. Vbi etiam quòd leuis materia ſolùm poſſit inducere culpam venialem, grauis verò mortalem. Et quid de Conſtitutionibus, ſeu legibus Regularium, quæ imponi ſolent ſub pœnis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, maledictionis æternæ, indignationis Dei, maledictionis Dei, obteſtationis diuini iudicij, vel illis verbis *in virtute S. Obedientiæ, virtute Spiritus Sancti, virtute voti, aut iuramenti &c.* Quid etiam dicendum de lege, ſeu Conſtitutione aliquid diſponente ſub pœna indignationis Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, dixi to. 3. verbo *clauſula nu. 35.*

Digitized by Google

50 Circa pœnas autem, quæ in huiuſmodi legibus pœnalibus imponuntur,& modum quo incurruntur, remittendus eſt lector ad ea, quæ in præcedentibus tomis dicta ſunt,præſertim quòd pœna excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti &c. impoſitæ ipſo facto incurrantur in conſcientia ante omnem Iudicis ſententiam dixi *to. 1. cap. 10. num. 29.* vbi etiam quid ſentiendum de illis quando non ponuntur infligendæ ipſo facto. De pœnis etiam priuationis officiorum, graduum, vel dignitatum, ſeu in habilitatis ad illa, priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & ſimilium, an incurrantur ipſo facto, & ante declarationem Iudicis dixi eo *cap. 10. num. 30. & 31. & cap. 8. num. 33.* Similiter quid ſentiendum de huiuſmodi pœnis quando imponuntur ſolùm contra præſumentes, & non ſimpliciter delinquentes, dixi eo *cap. 10. num. 33.* Vbi etiam in ſequentibus numeris egi de illis qui poſſunt in huiuſmodi pœnis diſpenſare. De hac etiam materia pœnarum, præſertim prout ad Regulares ſpectat, plura inferius verbo *Pœna*.

51 Circa adimpletionem legis, ſeu præcepti, ſpecialiter etiam prout ad eoſdem Regulares ſpectat, notandum primò, quòd cum illa ſunt negatiua,ideſt prohibitiua,ſolùm per omiſſionem actus adimplentur. Vnde ſi Religioſo iubeatur ne exeat à Conuentu, adimplebit hoc præceptum per omiſſionem exeundi, præciſo quocunque alio. Nihil enim aliud ea lege, ſeu præcepto præſcribitur. Suarez *l. 3. de legibus cap. 29. num. 1.* Quando verò lex, ſeu præceptum affirmatiua ſunt, ideſt, quando per illa præcipitur aliquis actus, neceſſariò requiritur ad adimpletionem talis legis, & præcepti talis actus. Is enim eſt, qui per talem legem,aut præceptum efficiendus intimatur. Non tamen requiritur quòd ille ſit bonus ex fine, ſed quantumuis ratione circunſtantiæ finis ſit malus, vel peccatum, erit adimpletiuus præcepti humani. Ratio eſt, quia legislator humanus ſolùm præcipit actum ſecundùm ſubſtantiam, ſeu materialiter, v.g. auditionem Miſſæ, abſtinentiam à cibis, ſolutionem decimarum &c. non tamen finem, quem intendit per illum actum. v.g. cultum Dei per auditionem Miſſæ, macerationem carnis per abſtinentiam, ſuſtentationem Clericorum per ſolutionem decimarum, cum nihil tale exprimat in ipſa lege, vel præcepto. Vt propterea commune axioma Doctorum ſit, finem præcepti non cadere ſub præcepto. S. Thomas 1. 2. *q.* 100. *ar.* 9. & 10. Scotus *lib.* 2. *de Iuſt. q.* 3. *ar.* 9. & *lib.* 10. *q.* 5. *ar.* 5. Nauarrus *in Man. cap.* 21. *num.* 7 Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. Nec etiam videtur id cadere poſſe ſub legem humanam, cum non poſſit per illam præcipi actus internus, qualis eſt intentio finis boni, nec id conducat ad

finem

finem legislatoris humani, qui est exterior gubernatio. Sotus *d. ar.* 9. *concl.* 2. Suarez *supr. d. cap.* 29. *num.* 9. Vnde quando in lege exprimitur finis illius, non exprimitur per modum obiecti, seu materiæ legis, sed per modum rationis, seu motiui condendi illam. Suarez *ibid.* Bonacina *supr. d. q.* 1. *punct.* 9. *num.* 3. *in fin.* De modo autem rei, quæ per legem præcipitur, distinguendum est, aut enim talis modus est intrinsecus ipsi, eò scilicet quòd sine illo subsistere non possit, qualis est attentio pro Oratione, assistentia humana pro auditione Missæ, aut est extrinsecus, quia scilicet res sine illo subsistere valet, qualis est deuotio pro Communione &c. Loquendo de modo intrinseco, non potest lex impleri quoad substantiam sine illo, quia includitur in ipsa substantia actus implendi. Loquendo verò de modo extrinseco, potest lex sine illo adimpleri, propter oppositam rationem. Sanchez *supr.* Bonacina *supr. num.* 1. & 2. Similiter potest quis legẽ adimplere per actum, ad quem ex lege, vel obligatione aliàs tenetur, nisi oppositum constet ex mente legislatoris. Ratio primæ partis est, quia certum est vno ieiunio adimpleri posse præceptũ Vigiliæ alicuius Sancti, & præceptum Quatuor temporum, & vna recitatione horarum adimpleri obligationem Ordinis Sacri, & Beneficij Ecclesiastici. Ratio verò secundæ, quia in potestate legislatoris est exprimere se velle actum aliàs non præceptum. Sanchez *supr. num.* 5. Bonacina *supr. num.* 4. Potest etiam quis eodem tempore per diuersos actus satisfacere pluribus legibus, si vnus actus illorum alios non impediat. Sicut potest quis, ex communi Do communi Doctorum opinione, simul recitare Officium, & audire Sacrum. Ratio est, quia lex, vt suppono, solùm præcipit quòd fiat actus, non determinando quòd fiat diuerso tempore ab alio, in quo alius actus est faciendus, si ergo mutuò non se impediant, fieri poterunt simul. Azor *to* 1. *Instit. moral. l.* 7. *cap.* 5. *quæst.* 3. *& l.* 10. *c.* 12. *quæst.* 10. Sotus *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 1.

52 Pro intentione autem requisita ad impletionẽ legis, vel præcepti, nota, ex dictis constare necessarium non esse quòd sit alicuius finis boni ipsius operantis, quantumuis enim prauum aliquem finem intendat quis, si faciat quod lex præcipit, illam adimplet. Vnde Religiosus ad Chorum vadens, vel Missam celebrans ex quocunque prauo fine, satisfacit legi, vel præcepto hos actus præcipienti. Requiritur tamen intentio, seu actus humanus, & liber, quo quis velit facere opus præscriptum à lege, quia lex præcipit opera humano modo prastanda, opus autem, quod non fit ex prædicta intentione illud faciendi, non fit humano modo. Azor. *supr. cap.* 2. *quæst.* 6. Sanchez *supr. cap.* 13. *num.* 2. Ex quo colligitur, ebrium, vel dormientem, aut

qui

qui non eſt ſui compos, etiam ſi audiret Miſſam, recitaret &c. non ſatisfacere legi, aut præcepto, quia non faceret hos actus humano modo. Sotus *l.2.de iuſt.q.3.art.9.* Medina 1.2. *q.*100. *art.* 9. Non tamen requiritur ad adimpletionem legis, ſeu præcepti voluntas, ſeu intentio ſaltem expreſſa ſatisfaciendi ipſi legi, ſeu præcepto, ita vt qui immemor legis, aut præcepti rem præceptam facit, adimplet legem, ſeu præceptum. Ratio eſt, quia licet lex præcipiat opus, ſeu actum fieri, non tamen præcipit fieri cum intentione adimplendi illam, nec videtur præcipi poſſe hæc intentio, cum ſit actus merè internus, de quo Eccleſia non iudicat. Azor *ſupr.* Sanchez *ſupr.nu.*9. poſt Suarez, Vazquez, Valentia, & Rodriguez quos refert. Dixi *ſaltem expreſſa*, quia voluntas, ſeu intentio virtualis ſatisfaciendi incluſa adminus in generali propoſito ſeruandi omnia mandata, videtur neceſſaria, cum ſine illa talis adimpletio non videatur voluntaria. Sic colligo ex Silueſtro *in Summa verbo hora q.*11. *dict.*5. *n.*14. ex Paludano, quem ipſe refert, Ludouico Lopez *lib.* 1. *de contractib. cap.*53. & Ledeſma *in Summa de Euchariſt. cap.*27. *poſt.* 10. *concluſ.* Addunt plures, nec etiam requiri hanc intentionem virtualem ſatisfaciendi legi, ita vt qui audit Miſſam, vel recitat officium cum intentione expreſſa non ſatisfaciendi præcepto Miſſæ, aut recitationis Officij, adhuc ſatisfaciat dictis legibus, vel præceptis. Ratio eſt, quia quemadmodum præcepto negatiuo ſufficienter ſatisfit per omiſſionem actus vetiti, etiam ſi adſit voluntas expreſſa non ſatisfaciendi, ita ſimiliter videtur dicendum de præcepto affirmatiuo, ita ſcilicet, vt ipſi ſufficienter ſatisfiat efficiendo ſolum opus iniunctum, etiam ſi adſit voluntas expreſſa nõ ſatisfaciendi. Sanchez *ſupr.n.*13. Bonacina *ſupr.punct.* 10. *num.* 19. alios referentes. Oppoſitum tamen credo probabilius, & verius, tum ex *l. non omnes ff. ſi certum petatur*, vbi dicitur actum agentium non operari vltra intentionem eorum, tum etiam, quia aliàs talis actus videtur omnino inuoluntarius reſpectu adimpletionis præcepti, ſeu legis; ac per conſequens non adimpletiuus ipſius, eo quòd lex actus voluntarios præcipiat. Azor *ſupr.* cum Medina, Nauarro, & Ledeſma, ac alijs pluribus, quos refert Sanchez *ſupr. num.* 12. Ex quibus, ſi Regularibus applicantur, conſtare poterit, quæ, & qualis intentio in ipſis requiratur pro adimpletione legum, & præceptorum ſuæ Religionis.

53 Quamuis autem legis obligatio, ſeu lex ipſa non ceſſet per mortem aut ceſſationem ab officio legislatoris, eo quod lex natura ſua eſt perpetua: in eo enim diſtinguitur à præcepto, ſeu mandato, quod iſtud eſt temporale, & ceſſat morte, vel amotione præcipientis (Silueſter *in ſumma verbo Mandatum q.*3. Vaſquez 1.2. *diſp.* 151.

cap.

cap. 3.) nihilominus lex quælibet ceſſat primò, derogatione, ſeu abrogatione ipſius facta ab habente auctoritatem. Circa quod aliqua animaduertenda ſunt. Primò, legem derogari cum pars eius detrahitur, abrogari verò cum prorſus tollitur, iuxta *l. derogatur. ff. de verbor. ſignific.* Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 1. Layman. *ſupr. cap.* 21. *num.* 1. Secundò, legem ammittere vim obligandi per poſteriorem contrariam. Quia poſterior voluntas Principis, ſeu legislatoris præfertur priori. Silueſt. *verbo lex. quæſito* 26. & alij communiter. Amplia, etiam ſi in poſteriori lege nulla prioris fiat mentio *cap.* 1. *de Conſtitut. in* 6. Gloſſa *ibi verbo reuocare, & verbo noſcatur*. Habetur etiam hoc ex *l. ſed. & poſterior ff. de legibus*. Suarez *lib.* 6. *de legibus cap.* 27. *num.* 3. Excipiuntur tamen Decreta Concilij Generalis, quibus poſteriori contraria lege, aut priuilegio derogatum non cenſetur, niſi clauſula derogatoria expreſsè adijciatur, ſicuti colligitur ex *cap. ex parte. cap. vlt. de Capellis Monachorum*, & docent Felinus *in cap. nonnulli de reſcript.* Nauar. *cap.* 27. *num.* 265. Couar. *in epit. p.* 2. *cap.* 8. §. 9. *num.* 7 Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 26. *n.* 6. Tertiò maximè notandum, derogationem, ſeu abrogationem antiquioris legis admittendam non eſſe, niſi quatenus poſteriori contrarietur. Tum quia correctio, ſeu mutatio legis eſt quid odioſum, ac per conſequens reſtringendum, & non niſi quando exprimitur admittendum. Tum etiam quia lex antiqua eſt in ſua poſſeſſione, ac proinde non debet ipſa expoliari niſi quando res eſt certa. Suarez *ſupr. num.* 4. ex multis iuribus, & authoribus, Portellus, *in dubijs Regular. verbo lex num.* 14. & 15. Addens bene, doctrinam hanc Statutis, ſeu Conſtitutionibus Religioſorum applicari poſſe. Quartò etiam nota, legem poſteriorem generaliter loquentem non derogare legi priori pro caſu ſpeciali ſolùm loquenti, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Altare num.* 4. Ratio eſt, quia lex generalis non extenditur ad ea, quæ ſpecialiter prouiſa ſunt. Sanchez *l.* 2. *de matrim. diſp.* 24. *num.* 6. *& lib.* 7. *in Decalog. cap.* 7. *num.* 34. Naldus *in Summ. verbo lex num.* 18. Theſaurus *in prax. par.* 2. *verbo munera cap.* 10. *num.* 6. Adde, hoc eſſe verum etiam ſi in lege noua adſit clauſula, *non obſtante alia contraria*. Hæc enim intelligitur de lege omnino contraria, & quæ non poſſit vllo modo ſubſiſtere. Sanchez, & Naldus *ſupr.*

54 Secundò tollitur lex, & eius obligatio per conſuetudinem contrariam. Habet enim conſuetudo vim legis, ac per conſequens quemadmodum lex poſterior, vt dictum eſt, abrogat priorem, ita & conſuetudo. De quo dixi *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 24. & de eo noſter Ioannes Beetz *de decem præcep. Decalog. circa* 2. *præcept. expoſit.* 1. *cap.* 2. *& cir-*

2. *& circa 3. præcept. exposit. 2. cap. 2.* Est autem consuetudo *ius quoddam moribus constitutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex.* Ita enim habetur ex D. Isidoro *lib. 5. ethimolog. cap. 3.* relato in *ea. Consuetudo dist. 1.* Dixi autem eo *num. 24.* huiusmodi consuetudinem si est contra legem præscribere quadraginta annorum spatio; si verò est præter legem decem annorum. Est autem sermo de legibus Ecclesiasticis, quales sunt Constitutiones, seu Statuta Religiosorum. Loquendo enim de ciuilibus, ad præscribendum contra illas sufficit tempus decem annorum, quia ad talem præscriptionem sufficit longum tempus. *l. vlt. C. de præscript. longi temp.* prout ex Suarez, Molina, Azor, Reginaldo, & alijs tenet Bonacina *d. q. 1. punct. vlt. §. 3. num. 31.* Ad hoc verò quod consuetudo legem Ecclesiasticam abrogare possit requiri spatium 40. annorum tenet communis sententia Doctorum, eo quòd contra iura Ecclesiastica non præscribatur nisi spatio 40. annorum *cap. de Quarta, & cap. ad aures de præscript.* Leges autem Ecclesiasticæ sint quædam iura Ecclesiæ. Sairus *in Claui Regia l. 3. cap. 11. num. 8.* Suarez *de legib. lib. 7. cap. 18. num. 12.* Layman *supr. cap. 14. num. 6.* ex communi Doctorum. Esto Sotus *1. de Iust. q. 7. ar. 2.* Medina *1. 2. q. 97. ar. 3.* quos refert, & sequitur Granadus *supr. Controu. 7. disp. 16. sect. 1. nu. 9.* & alij, affirment hoc negotium relinqui arbitrio prudentis.

55 Notandum autem, quòd ad consuetudinem introducendam plures conditiones requiruntur. Prima, quòd id, quod per consuetudinem introducitur sit rationabile, ita vt possit esse materia legis, *cap. fin. de consuetud.* Siluester *verbo consuetudo num. 6.* Sayrus *supra dicto lib. 3. cap. 11. num. 6.* Vnde id, quod irrationabile fuerit, non consuetudo, sed corruptela dicetur. Naldus *in Summ. verbo consuetudo num. 4.* Vnde etiam id, quod est contra præceptum naturale, aut diuinum, aut circa materiam inutilem, seu contra commune bonum, cum non possint esse rationabilia, nec materia legis, ita neque consuetudinis. Suarez *d. l. 7. cap. 6. à num. 14.* Naldus *supr.* Layman. *supr. num. 4.* Secunda, vt consuetudo inducatur per actus voluntarios. Cum enim consuetudo habeat vim legis, debet sicut illa esse voluntaria. Bonacina *supr. nu n. 12.* ex Suarez, Azor, Reginaldo, Salas, & alijs. Vnde infert Granadus *supr. sect. 2. n. 14.* (quod ad Regulares spectare poterit) quod si alicubi esset introducta consuetudo celebrandi festum alicuius Sancti, eo quòd existimaretur ibi esse sepultum, si constaret postea ibi sepulcrum non esse, cessaret consuetudo. Tertia, vt inducatur ab his, qui legem seruare tenentur. Inducitur enim per actus contrarios legi, quales non sunt nisi illi, qui fiunt ab illis, qui legem seruare tenentur. Bonacina

cina *supr. num.* 13. ex alijs. Quarta est, vt consuetudo sit vniuersalis, ita vt maior Communitatis pars illam inducat. Sola enim ea maior Communitatis pars repræsentat totam Communitatem, non minor. *l. de quibus ff. de legib.* S. Tho. 12. *q.* 97. *ar.* 3. Suarez *d. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 7. *& cap.* 9. vbi per totum agit de Communitate illa, quæ potest inducere consuetudinem. Quinta, vt sit longæua, iuxta dicta de tempore, quo consuetudo præscribit. De quo præter authores relatos Sairus *supr. num* 8. Sexta, quòd introducatur per frequentiam actuum publicorum. Tum vt omnes de Communitate, vel maior pars ipsius possint conuenire in illam; tum vt possit esse nota Principi, cuius consensus, vt dicetur, ad eam desideratur. Siluest. *supr. q.* 4. Suarez *supr. cap.* 10. Septima, quòd adsit consensus saltem tacitus Principis, vel legislatoris. Layman *supr. num.* 2. Bonacina *supr. num.* 35. ex communi aliorum.

56 Ex quo collige, quòd cum Lex habeat clausulam irritantem consuetudinem futuram, consuetudo aduenientis non abrogat talem legem. Tunc enim non præsumitur consensus tacitus Principis, vel legislatoris, & Lex resistit tali consuetudini *argum. cap.* 1. *de consuetud. in 6. & cap.* 1. *de præscript.* Naldus *supr. num.* 4. Diana *par.* 5. *Tract.* 1. *Resolut.* 21. §. *sed respondetur* loquens de consuetudine contra Legem Immunitatis Ecclesiasticæ. Layman. *supr. nu.* 7. approbans propterea ex Innocentio, & Abbate hanc Regulam *Consuetudo contra Legem non valet, si Lex resistit*. Excipe, nisi quando post factam Legem subest noua ratio, quæ nõ suberat tempore Legis damnantis consuetudinem, vt propterea præsumatur consensus tacitus, vel expressus legislatoris, vel ipsius successoris, præsertim si talem consuetudinem non reprimat. Quia tunc per illum consensum censetur abrogata Lex, & à consuetudine victa. Quo sensu accipiendi sunt Siluester *supr. q.* 6. *num.* 10. ex Panormitano, Sotus *lib.* 1. *de iust. q.* 7. *ar.* 2. Sayius *in Claui reg. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 10. §. *Cæterum* ex Medina, & alijs. Quæ omnia maximè aduertenda sunt Regularibus, vt sciant an, & quando prætensæ consuetudines aliquorum contra Concilium Trident. & decreta Summorum Pontificum ea abrogare possint, aut non.

57 Quia verò de consuetudine Legem abrogante hic est sermo, ideo etiam obiter alia de consuetudine non abrogante Legem, sed potius nouam Legem inducente, quæ dicitur consuetudo præter ius, dicenda sunt. Primò, consuetudo à Principe approbata vim habet Legis non scriptæ. Ioannes Sancius *in Selectis disp.* 26. *num.* 12. ex communi. Secundò, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 24. ad eam inducendam sufficere decennium, quia ad id sufficit longum tempus, in

iure

iure autem, iuxta dicta *supr. num.* 54. decennium est longum tempus. Silvest. *supr. num.* 6. Sayrus *supr. num.* 8. & plures alij apud Bonacinam *supr. num.* 32. Tertiò, hanc consuetudinem non introduci nisi per actus factos ex intentione obligandi, seu per modum præcepti, aut obligationis. Aliàs non potest habere vim Legis, quæ hoc modo etiam introduci debet. Molina *to.* 1. *tract.* 2. *de iust. disp.* 77. Suarez *d. lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 6. Vnde infer, plures consuetudines, etiam inter Regulares receptas, v.g. recitandi tales Orationes, ieiunandi, aut abstinendi à carnibus, seu lacticinijs certis diebus, aut faciendi tales, vel tales cæremonias, quando hæc in Regulis, vel Constitutionibus non habentur, non obligare illos in conscientia, quia non sunt introductæ hac intentione. Bellarminus *l.* 4. *de Rom. Pontific. cap.* 18. Suarez *supr.* Layman. *supr. num.* 2. In dubio autem de hac intentione præsumendum est, nisi adsint sufficientes coniecturæ in contrarium, solùm ob deuotionem introductas esse, quia in dubijs fauet conditio possidentis suam libertatem, & nemo præsumitur sibi onus posuisse, nisi constet de ipsius voluntate. Bonacina *supr. num.* 21. ex alijs. Quartò, de hac consuetudine dicendum sicut de ea, quæ abrogat Legem, & propter idem fundamentum, debere esse rationabilem, vniuersalem, voluntariam, & per frequentiam actuum publicorum introductam. Quintò quemadmodum consuetudo abrogat Legẽ, sic etiam abrogatur per Legem subsequentem. Non enim est minoris efficaciæ lex ad abrogandam consuetudinem, quam consuetudo ad abrogandam Legem. Sairus *in Clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 10. Suarez *d. l.* 7. *cap.* 20. ex varijs iuribus. Maximè si addatur in Lege verbum illud ***non obstante contraria consuetudine &c.*** per illud enim satis exprimitur intentio legislatoris.

59 Tollitur quartò legis obligatio per cessationem causæ adæquatæ motiuæ illius. Sumitur ex *cap. Cum cessante de appellat.* vbi dicitur: *Cessante causa cessat effectus*, & colligitur ex eo quia, cum res *per quas causa nascitur per eas disoluatur*, vt habetur de *Regulis iuris in* 6. cum obligatio Legis inducatur per talem causam adæquatam, cessante illa, cessabit & Lex. Silvester *verbo lex quæsito* 9. Castro *lib.* 1. *de lege pœnali cap.* 5. Medina *in* 1. 2. *q.* 90. *ar.* 2. *ad* 4. Amplia, non solùm quando ista totalis, & adæquata causa motiua, qua legislator inductus est ad ferendam Legem, non solùm non habet vim, sed potius militat contraria, ita vt esset contra bonum commune seruare Legem, vel ea esset inutilis, aut iniqua, quod est cessare contrariè rationem Legis, sed etiam quando prædicta ratio motiua non habet vim, licet adhuc non sit contra bonum commune seruare Legem, nec ea esset inutilis vel iniqua, quod est cessare negatiuè.

tiuè. Ratio eſt, quia cum ratio adæquata Legis ſit anima illius, procul dubio, illa quomodocunque ceſſante, ceſſabit Lex, ſicut, quomodocunque ceſſante anima equi, ceſſabit equus. Granadus *ſupr. diſp.* 15. *ſect.* 1. & 2. referens Tiraquellum, Gerſonem, Caſtrum, Salam, Nauarrum, Henriquez, & Valentiam. Adde, quòd etiam ſi, ſecundum plurium valdè probabilem ſententiam, ſolùm ſit hoc verum, quando dicta ratio adæquata Legis ceſſat in generali pro omnibus caſibus, & ſubditis, non verò quando ceſſat in particulari caſu pro particulari perſona, pro vt tenent Sotus 1. *de iuſt. q.* 6. *ar.* 8. Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 7. Salas *in* 1. 2. *q.* 96. *Tract.* 14. *diſp.* 11. *Sect.* 3. & alij fere communiter; nihilominus etiam eſt probabile oppoſitum, eo quòd rationes adductæ non ſolùm probant intentum pro caſu quo ratio adæquata motiua Legis ceſſat in generali, ſed etiã quando ceſſat in particulari caſu, & perſona. Et confirmatur efficaciter, quia Lex diuina correctionis fraternæ deſinit obligare etiam in caſibus particularibus, in quibus ceſſat adæquata ratio illius, vt eſt communis conſenſus Doctorum. Cur ergo de Lege humana idem non dicetur? Granadus dicta *ſect.* 2. referens prædictos authores, Diana *par.* 1. *Tract.* 10. *Reſolut.* 18. alios etiam referens. Loquor autem ſemper pro caſu, vel caſibus, in quibus ceſſat ratio adæquata, ſeu totalis Legis. Si enim ceſſet tantum partialis cauſa motiua Legis, ſi alia, vel aliæ maneant, non propterea ceſſat obligatio Legis, quia adhuc perſtat aliqua ratio, quæ induxit legislatorem ad condendam Legem, ac per conſequens adhuc cenſetur velle ſubditos obligare. Vnde licet Lex ieiunij poſita ſit, v.g. Regularibus, ad macerationem carnis, quia tamen hæc non eſt adæquata ratio talis Legis, cum etiam poſita ſit ob exercitium meriti, vel ſatisfactionis &c. ideo licet Religioſus edomitas habeat paſſiones carnis, tenetur tamen ieiunare, quia adhuc perſtant aliæ rationes motiuæ talis Legis. Bonacina *ſupr. d. q.* 1. *punct. vlt.* §. 2. *num.* 1. Layman *ſupr. cap.* 21. *n.* 3. Nota tamen, quòd ad hoc quod aliquis credat ceſſare adæquatam rationem Legis, & per conſequens ad illam non obligari, ſufficit quòd innitatur rationibus probabilibus, ſicut idem ſufficit in præcepto correctionis fraternæ, vt quis non teneatur corrigere. Talis enim verè habet opinionem probabilem, & oppoſitum eſſet multorum ſcrupulorum cauſa. Indicant hoc Siluester *verbo ieiunium q.* 8. & Nauarrus *in Man. cap.* 23. *num.* 13. & expreſsè docet Granadus *ſupr. ſect.* 3. *num.* 24. In caſu verò dubij oppoſitum tenent communiter Doctores, quia in tali caſu poſſeſſio ſtat pro Lege. Bonacina *ſupr.* licet oppoſitum indicet Salas in 1. 2. *to.* 2. *Tract.* 8. *diſp. vnic. ſect.* 25. *num.* 259. Vide dicta *to.* 3. *verbo dubia Regularium nu.* 7.

Ceſſat

60 Cessat quintò obligatio Legis in ijs casibus, in quibus per *Epicheiam* latinè *æquitatem* censetur legislator eos comprehendere noluisse, etiam si verba Legis ad ipsos extendi videantur. Ratio est, quia Lex non excedit voluntatem legislatoris. *argum. l. non dubium.* Cùm ergo per Epicheiam censeatur voluntas legislatoris ad eos casus non extendi, propterea enim vocatur ab Aristotele *correctio*, seu *emendatio Legis*, cessabit per ipsam obligatio illius. Sairus *in Clau. Reg. l.* 12. *cap.* 9. *num.* 4. Lessius *de iust. l.* 2. *cap.* 47. *dub.* 9. & alij communiter. Hi porrò casus sunt non solum illi, in quibus ob superuenientem aliquam circunstantiam, materia legis redditur iniqua, & bono communi contraria, aut superans potestatem legislatoris, quia tunc certum est ex dictis Legem non obligare, sed etiam illi, qui ex circunstantijs non iudicantur à legislatore intenti, sed potius præsumitur quòd si eos præuidisset, illos excepisset. Sairus, & Lessius *supr.* Suarez *l.* 6. *de legib. cap.* 7. Hinc colligit Portellus *in dub. Regular. verbo lex num.* 5. ex Bartholo, Rodriguez, & alijs, posse Legem Superioris obuiari ab inferiori agendo contra ipsam, quando aduenit de nouo causa, quam Superior non præuidit, intelligit, & præsumitur, quòd si eam præuidisset, talem Legem non fecisset, vel quando Lex est contra mores patriæ, & Superior id non aduertit. Addit etiam ex eodem Rodriguez, posse Prælatum inferiorem impedire facultatem alicui Religioso à Prælato Superiori concessam, quando aduenit prædicta noua causa ab eo non considerata, maximè quando vrget necessitas, nec potest adiri Superior. Quæ omnia maximè Regularibus notanda sunt: Nota etiam, excusari subditum à Legis obligatione non solùm quando certò scit casum aliquem non comprehendi sub Lege, sed etiam quando probabilibus rationibus id existimat, propter dicta *supra num.* 59. à simili. Bonacina *supr. num.* 10 ex Salas, Suarez, & alijs. In casu verò dubij an liceat vti Epicheia consule dicta *to.* 3. *verbo Dubia Regular. præsertim à n.* 6. Bonacinam *supr.* Ioannem Sancium *in select. disp.* 43. & Dianam *par.* 4. *Tract.* 3. *Resolut* 22. & 23. & alios ab ipsis relatos.

61 Cessat vltimò obligatio Legis, saltem quoad forum conscientiæ quando ea fundata est in præsumptione alicuius facti, vel defectus, vel delicti, & ipsa præsumptio cessat, eo quòd de contraria veritate constat. Exemplum sit, iuxta dicta *to.* 3. *verbo accusare, & accusator num.* 16. præcipit Superior suis subditis ex suspicione quam habet quòd aliquis Religiosus commisit peccatum contra castitatem, vt sibi reuelent si aliquis exiuit sine socio è Conuentu. Est autem aliquis qui scit alium exijsse sine socio, sed ipsi constat eum non commisisse tale delictum. Hic ergo non tenetur reuelare illum. Est & aliud

exemplum

exemplum commune in Iure *c. veniens 2. cap. Is qui fidem de sponsalib.* vbi Pontifex declarat, eum, qui post sponsalia de futuro cum aliqua fœmina, eam cognouit, censeri contrahere verum Matrimonium cum illa, quia præsumitur ad eam accessisse animo maritali. Quo tamen non obstante, si talis homo sciat hanc iuris præsumptionem falsam fuisse, quia non accessit ad fœminam illam animo maritali, non tenebitur lege Matrimonij, sed poterit aliam ducere. Ratio verò est, quia in talibus, vel similibus casibus cessat finis, & fundamentum Legis, scilicet præsumptio, quæ cedit veritati contrariæ. *argum. cap. super hoc de renunciat.* Silvester *verbo lex q. 9. §. secundo quando*, Couarrub. *in Epitom. par. 1. decret. cap. 4. §. 1.* Layman *supr. d. cap. 21. num. 4.* & plures, quos sequitur Diana *par. 1. Tract. 10. Resolut. 27.* Loquor autem de lege fundata solùm, & adæquatè *in præsumptione alicuius facti, delicti, vel defectus*, vt dixi: si enim ea fundetur in præsumptione periculi, vel occasionis talis facti, delicti &c. aut scandali, vel alicuius rei similis, etiam si factum, vel delictum cesset, non propterea cessat lex. Bonacina *supr. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 3. num. 10.* Granados *supr. dicta disp. 15. sect. 2. num. 17.* Quo sensu accipiendi sunt Suarez *l. 3. de legib. cap. 23.* & alij, quos sequitur. Portellus *in dub. Regular. verbo lex num. 9. & in addit. num. 4.* aliquas distinctiones minus claras afferentes. Declaratur exemplis specialiter ad Regulares spectantibus. Præcipit Concilium, vt professio facta ante sexdecim ætatis annos sit nulla, ob defectum videlicet sufficientis iudicij ad eam faciendam. Hæc autem Lex semper obligat, etiam in casu quo aliquis ante dictam ætatem habuisset perfectum iudicium, eo quòd ea non fundatur præcisè, & adæquatè in præsumptione talis defectus, sed in præsumptione etiam periculi, seu potentiæ illius. Bonacina *supr.* Similiter præcipit Religio aliqua ne Religiosus exiens e Conuentu separetur à suo socio, aut ne ingrediatur talem, vel talem domum, ob periculum videlicet peccandi contra castitatem: si aliquis separetur, vel talem domum ingrediatur, etiam si contra castitatem non peccet, talem legem transgredietur, eo quòd ipsa non fundatur præcisè in præsumptione talis delicti, sed in præsumptione periculi, vel occasionis ipsius, scandali &c. Portellus *dict. num. 4.* Aliud exemplum addit Diana *supr.* de Religioso dante aliquid alteri Religioso contra Constitutionem Clementis VIII. *de largitione munerum*, de quo aliquid dixi *to. 3. verbo dare nu. 5.*

62 Alia ad hanc materiam de legibus spectantia dabimus verbo *Pœna*, & verbo *Statuta*.

LEGITIMA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Legitima quid sit, quibus, aut quomodo debita. num. 2.
Quæ Monasteria succedant in ipsam. num. 3.
Quando debeatur. num. 4.
Anteponitur piæ causæ. num. 5.
Non licet parentibus repellere filios Religiosos ab ipsa. num. 6.
Adire hæreditatem quibus competat. num. 7.
Alia remissiuè. num. 8.

1 DE hac materia nonnulla dicta sunt *to. 2. cap. 19.* præsertim *num. 25.* Concernunt etiam dicta supr. verbo *legata Regularibus relicta*. Alia tamen in præsenti addenda.

2 Legitima, quæ etiam legitima portio appellatur, est *pars hæreditatis aliquibus à lege decreta*. Propterea enim legitima vocari videtur. Siluester *in Summ. verbo legitima portio in principio*. Azor *to. 2. instit. moral. lib. 2. cap. 27. q. 1.* Vocatur autem legitima C. *de in offic. testament. l. omni modo*. Debita pars, *l. scimus*. C. *eodem*. Debitum simpliciter, in *Authent. de trien. & semiss. §. 1.* Angelus *in Summ. verbo legitima portio in princip.* Siluester *supr. q. 1.* Debetur iure naturæ filijs, & ipsis mortuis, nepotibus ex eis legitimè natis, iuxta Angelum, & Siluestrum. *ibid.* Licet Nauarrus in *Man. cap. 26. num. 38.* & Naldus *in Summ. verbo legitima num. 2.* id solùm intelligant quo ad filios pauperes, debiles, infirmos, & inhabiles ad se sustentandum. De quo, & de legibus Aragoniæ, & Nauarræ, quæ permittunt ex hæredari posse filios, aliàs dicetur. Interim videantur Nauarrus, & Naldus relati, Azor *supr. q. 5. & 6.* ac Lugo *de Contractib. disp. 24. sect. 8. §. 2.* Hæc autem portio, quæ legitima vocatur, etsi iure Cæsareo solùm esset quarta pars bonorum testatoris diuidenda æqualiter inter descendentes. *l. Papinianus §. Quoniam, & §. quanta ff. de in officios. testam. & ex l. cum quæritur, & l. parentibus. C. eodem tit. & ex §. vlt. instit. eod. tit.* postea verò de iure Authenticor *in Authent. de trien. & remiss. §. 1. & 2. & Authentic. nouissim. & Authentic. Vnde si pater C. de in offic. testam.* habetur, quòd si testator habuerit quatuor, aut pauciores filios, tertia pars bonorum ipsius inter ipsos diuideretur, si verò plures essent

quam

quam quatuor, diuideretur dimidium bonorum illius. Molina *de iuſt. to.* 2. *tract.* 2. *diſp.* 158. Sa *in ſumma verbo legitima num.* 1. Layman. *l.* 3. *de iuſt. tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 10. Qualiter verò aliter accidat in Regnis Caſtellæ, & Luſitaniæ habent idem Molina *ibid.* & Azor *ſupr. q.* 4. Similiter, quæ ſit legitima debita parentibus, ſeu aſcedentibus ex bonis deſcendentium, habent communiter Doctores. De quo Siluester *ſupr. num.* 17. & 18. Layman. *ſupr.* maximè verò Molina *ſupr. diſp.* 159. & Lugo *ſupr.* Quidquid verò hæc pars *legitima* appellata, iuxta diuerſa Regna, & Prouincias importet, in iure communi ſtando, non poteſt illi imponi grauamen aliquod per legata, aut fidei commiſſa (ſed per debita tantum) nec dilatio, conditio, aut modus, & ſi apponantur habentur pro non adiectis *l. omni modo*, & ſequentibus. Angelus, Siluester, Naldus, & Layman *ſupr.* ac Molina etiam *ſupr. diſp.* 177.

3 Ad intentum porrò Regularium dicendum eſt, Monaſteria illa Regularium, quæ capacia ſunt hæreditatis ſuſcipiendæ (de quibus dixi, *to.* 2. *cap.* 1. *à num.* 2. *& cap.* 19. *per totum*) ſuccedere in legitimam debitam profeſſis, iuxta dicta eo *c.* 19 *n.* 25. ſiue ea legitima debita ſit ipſis titulo deſcendentium, vt quia ſunt filij &c. vel titulo aſcendentium, vt quia ſunt parentes &c. Ratio eſt, quia legitima nihil aliud eſt quam *pars quædam hæreditatis*, cũ ergo dicta Monaſteria capacia ſint ſuccedendi in hæreditatem, ſuccedent etiam in legitimam debitam profeſſis. Fauent dicta eo *cap.* 19. *n.* 13. Item *l. vlt.* §. *hoc etiam C. de Epiſcop. & Cleric.* & alia iura, de quibus Leſſius *de iuſt. & iure lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 10. & Layman. *d. cap.* 5. *n.* 6. Nota etiam, quòd licet Minores de Obſeruantia, & Capuccini capaces non ſint legitimæ hæreditariæ, ſicut nec hæreditatis ſuſcipiendæ, propter dicta eo *cap.* 19. *num.* 44. *& ſupr. verbo legata Regularibus relicta num.* 6. Minores tamen Conuentuales in legitimam Fratrum ſuccedere poſſunt, pro vt ex Clem. 5. Sixti 4. Leon. 10. & Pauli 3. conceſſionibus probat Rodriguez *to.* 2. *Queſt. Regular. q.* 128. *ar.* 1.

4 Hæc porrò legitima profeſſorum, ſiue competat ipſis titulo deſcendentium, ſiue titulo aſcendentium, licet non debeatur Monaſterijs niſi poſt mortem illorum, quibus ſuccedunt, iuxta dicta eo *cap.* 19. *num.* 25. & 39. De quo, & Rodriguez *to.* 2. *quæſt. Regular. q.* 80. *ar.* 2. Nihilominus à tempore profeſſionis tranſire dici debet in Monaſteria quoad dominium, quia tranſit in illa acceſſoriè, ſeu per conſequentiam eo ipſo quòd perſonæ profeſſorum in ipſa tranſeruntur. *Authent. ingreſſi C. de Sacroſ. Eccleſ. Authentic. de Monach.* §. *Illud.* Leſſius *ſupr. num.* 84. Sanchez *lib.* 7. *in Decalog. cap.*

12. *à num.* 21. poſt plures quos refert. An verò etiam tranſeat quoad poſſeſſionem, & quæ ſit talis poſſeſſio, & pro alijs ipſius conditionibus, vide eumdem Sanchez *ibid. & à num.* 29.

5 Anteponitur legitima piæ cauſæ, ita vt ante ipſam ſolui debeat, iuxta illud commune ex D. Auguſtino relatum: *Qui filijs ex hæreditatis Eccleſiam vult inſtituere, alium quærat conſultorem*. Sanchez *d. l.* 7. *cap.* 2. *num.* 52.

6 Non licet parentibus filios Religioſos à portione legitima repellere, vt probatur *l. de notis C. de Epiſcop. & Cleric. in ca. vnic.* 18. *q.* 1. *& ca. non liceat parentibus* 19. *q.* 1. Sorbus *in Additionib. ad Compend. priuileg. Mendicant. verbo hæreditas* §. *Circa autem*. Portellus *in dub. Regular. verbo hæreditas. num.* 8. Nec perditur talis legitima Monaſterio etiam ſi Religioſus in hæreſim inciderit. Ratio eſt, quia cum Monaſterio ſit adquiſita, ſaltem quoad ius habendi illam, non poterit ipſa priuari propter delictum Religioſi, cum iam non ſit ipſius, ſed Monaſterij. Sanchez *d. l.* 7. *cap.* 12. *num.* 54.

7 Adire hæreditatem, ſiue legitimam non competit Monacho, aut Religioſo profeſſo, ſed Monaſterio ipſi. Ratio eſt, quia per profeſſionem omnia iura Monachi, ſeu Religioſi, omniſque eius voluntas translata ſunt in Monaſterium. *Can. Nolo. & Can. non dicatis* 12. *quæſt.* 1. *cap. ſi Religioſus de elect. in ſexto*. Molina *to.* 1. *de iuſt. diſp.* 140. *columna* 8. §. *non ſolum bona*. Rodriguez *to.* 2. *quæſt. Regular. q.* 77. *art.* 1. Sanchez *d. l.* 7. *cap.* 12. *num.* 36. Vnde Monacho, ſeu Religioſo ignorante, aut etiam contradicente, integrum eſt Monaſterio adire hæreditatem, ſeu legitimam, eò quod ipſi Monaſterio defertur immediatè, quamuis ex Monachi perſona. Molina, & Rodriguez *ſupr.* Sanchez *num.* 40. plura in ſequentib. circa id adiungens.

8 Vide præter dicta *to.* 2. *eo cap.* 19. & ſupr. verbo *Legata Regularibus relicta*, dicenda inferius verbo *Nouitius*.

LIBRI.

SVMMARIVM.

De hac materia remiſſiuè. num. 1.
Decretum Concilij Lateranenſis circa impreſſionem librorum num. 2.
Decretum Concilij Tridentini de eadem re. num. 3.
Decretum Indicis. num. 4.
Quomodo ea intelligenda. num. 5.

Specia-

Digitized by Google

Specialiter quo ad Regulares. num. 6.
De quibus libris id intelligendum. num. 7.
De priuilegio Clementis VII. num. 8.
Imprimi nihil poteſt pertinens ad Sacros Ritus &c. num. 9.
Quid de approbatione Inquiſitorum. num. 10.
Per nomen Autoris quid intelligatur. num. 11.
Decretum Sanctæ Inquiſitionis pro degentibus Romæ, vel in Statu Sedis Apoſtolicæ. num. 12.
De prohibitione imprimendi libros de materia Auxiliorum. num. 13.
De prohibitione imprimendi libros continentes geſta, miracula &c. defunctorum. num. 14.
De librorum prohibitione. num. 15.
Quas pœnas incurrant legentes libros prohibitos. num. 16.
Qui libri ſint damnati. num. 17.
De legentibus, retinentibus, aut imprimentibus libros hæreticorum num. 18.
Quando tales incurrant excommunicationem. num. 19.
Quid requiratur ad illam incurrendam. num. 20.
De audientibus eos libros legere. num. 21.
Qui libri cenſeantur de Religione tractare. num. 22.
Qui hæreſim continere. num. 23.
Quid de retinentibus illos. num. 24.
Quid de imprimentibus. num. 25.
De pœnis contra tales. num. 26.
Quid de defendentibus dictos libros. num. 27.
De licentia ad illos legendum. num. 28.
De ſpeciali prohibitione librorum Aſtrologiæ, Nigromantiæ &c. n. 29.
De priuilegijs Regularium circa hoc. num. 30.
De ſcribentibus libellos famoſos, aut litteras ſine ſubſcriptione. n. 31.
De prædictis ſi ſint contra Religiones. num. 32.

1 DE hac materia duo præcipuè pro Regularibus neceſſaria tractanda Sunt. Primum, de librorum editione, & ijs quæ pro ipſa requiruntur; ſecundum, de librorum prohibitione, alijſque ipſam concernentibus.

2 Circa primum, extat decretum Concilij Lateranenſis ſub Leone 10. *ſeſſ.* 10. & habetur in Bulla eiuſdem Leon. inter Conſtitutiones ipſius *num.* 12. *in primo to. Bullarij* vbi ſic: *Statuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem, ſeu aliam quamcunque Scripturam, tam in Vrbe noſtra, quam alijs quibuscunque Ciuitatibus, & Diœceſibus imprimere, ſeu*

imprimi facere præſumat, niſi prius in Vrbe per Vicarium noſtrum, & S. Palatij Magiſtrum, in alijs verò Ciuitatibus, & Diœceſibus per Epiſcopum, vel alium habentem peritiam ſcientia libri, ſeu Scripturæ huiuſmodi imprimendæ ab eodem Epiſcopo ad id deputandum, ac Inquiſitorem hæreticæ prauitatis, Ciuitatis, ſiue Diœceſis, in quibus librorum impreſſio huiuſmodi fieret, diligenter examinetur, & per eorum manu propria ſubſcriptionem, ſub excommunicationis ſententia, gratis, & ſine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem ſecus præſumpſerint, vltra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem, ac centum ducatorum fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe ſine ſpe remiſſionis ſolutionem, ac anni continui exercitij impreſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſententia innodatus exiſtat, ac demum ingraueſcente contumacia, taliter per Epiſcopum ſuum, vel Vicarium noſtrum reſpectiuè per omnia iuris remedia caſtigetur, quòd alij eius exemplo ſimilia minimè attentare præſumant. Hæc ibi.

3 In Concilio autem Trid. *ſeſſ.* 4. ſic habetur: *Nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quoſuis libros de rebus Sacris ſine nomine Authoris, neque illos in futurum vendere, aut apud ſe retinere niſi primùm examinati, probatique fuerint ab Ordinario ſub pœna anathematis, & pecuniæ in canone Concilij nouiſſimi Lateranenſis appoſita. Et, ſi Regulares fuerint, vltra examinationem, & probationem huiuſmodi, licentiam quoque à ſuis Superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, iuxta formam ſuarum Ordinationum. Qui autem ſcripto eos communicant, vel euulgant, niſi antea examinati, probatique fuerint, eiſdem pœnis ſubiaceant, quibus impreſſores. Et, qui eos habuerint, vel legerint, niſi prodiderint Authores, pro Authoribus habeantur. Ipſa verò huiuſmodi librorum probatio in ſcriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel ſcripti, vel impreſſi authenticè appareat. Idque totum, hoc eſt, & probatio, & examen, gratis fiat, vt probanda probentur, & reprobentur improbanda.* Hæc Concilium.

4 Aliqua etiam Statuta ſunt circa librorum impreſſionem in Indice librorum prohibitorum authoritate Pij 4. primùm edito, poſtea à Sixto 5. aucto, & à Clem. 8. recognito, & publicato, vbi Regula 10. ſic: *In librorum, aliarumue Scripturarum impreſſione ſeruetur, quod in Concilio Lateranenſi ſub Leone* 10. *ſeſſ.* 10. *ſtatutum eſt. Quare ſi in Alma Vrbe Roma liber aliquis ſit imprimendus per Vicarium Summi Pontificis, & S. Palatij Magiſtrum, vel perſonas à Sanctiſſ. D. N. deputandas priùs examinetur, in alijs verò locis ad Epiſcopum, vel alium habentem ſcientiam libri, vel Scripturæ imprimendæ ab eo-*

dem

dem Epiſcopo deputandum, ac Inquiſitorem hæreticæ prauitatis, eius Ciuitatis, vel Diœceſis, in qua impreſſio fiet, eius approbatio, & examen pertineat, & per eorum manum propria ſubſcriptione, gratis, & ſine dilatione imponendam, ſub pœnis, & Cenſuris in eodem decreto contentis approbetur. Hac lege, & conditione addita, vt exemplum libri imprimendi authenticum, & manu Authoris ſubſcriptum, apud examinatorem remaneat. Eos verò qui libellos manu ſcriptos vulgant, niſi ante examinati, probatique fuerint, ijsdem pœnis ſubijci debere iudicarunt Patres deputati, quibus Impreſſores. Et qui eos habuerint, & legerint, niſi Authores prodiderint, pro Authoribus habeãtur. Ipſa verò huiuſmodi librorum probatio in ſcriptis detur, & in fronte libri, vel Scripti, vel impreſſi authenticè appareat, probatioque, & examen, at cætera gratis fiant. Hæc ibi. Alia etiam piè ſtatuta ſunt in Concilijs Salisburgenſi, & Mediolanenſi, vt habent Azorius *to.* 1. *Inſtit. mor. lib.* 8. *cap* 17. & Gauantus *in Man. Epiſcopor. verbo librorum editio.*

5 Circa quæ notandum primò, quòd licet decretum Concilij Lateranenſis, & Leonis 10. cum pœnis in ipſo contentis à principio receptum non fuerit, vt habent Caietanus *verbo excommunicatio in fin.* Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 111. & 148. Suarez *to.* 5. *in* 3. *p. diſp.* 23. *ſect.* 7. *num.* 1. & alij, nihilominus à Concilio Trident. ſuprà relato, partim innouatum fuit, & ex toto confirmatum in Regula Indicis adducta. Filiucius *tract.* 14. *num.* 83. Theſaur. *in prax. par.* 2. *verbo libri cap.* 3. Nota 2. excommunicationem poſitam in Concilio Lateranenſi, Tridentino, & Indice nulli reſeruatam eſſe, cum eis locis nulla mentio fiat reſeruationis. Toletus in Summa *lib.* 1. *cap.* 41. Peirinis *to.* 2. *de Prælato quæſt.* 3. *cap.* 9. *num.* 2. Qua propter neſcio quo fundamento Graſſius *in Decis, aureis par.* 1. *lib* 4. *cap.* 24. *num.* 9. & Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. Allegat.* 90. *num.* 13. ex Cathec. Neapolitan. *l.* 5. *cap.* 16. *num.* 20. aſſerunt eſſe reſeruatam Epiſcopo. Ab ipſa ergo abſolueꝛe poſſunt quicunque Confeſſarij ordinarij ſuos pœnitentes, & Prælati Regulares ſuos ſubditos, iuxta dicta ſæpius, præſertim *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 28. Quòd verò pœnæ illæ, præter excommunicationem, non obligent ante ſententiam declaratoriam, colligе ex dictis eo *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 33. & *cap.* 10. *à num.* 30. De quo etiam Theſaurus *ſupr.* Tertiò nota, quòd licet excommunicatio prædicta ex vi Concilij Tridentini ſolùm afficiat illos, qui libros de rebus Sacris ſine nomine Authoris imprimunt, vẽdunt, aut retinent, niſi priùs examinati, probatique fuerint &c. (Peirinis *ſupr.* ex Suarez etiam *ſupr.*) nihilominus in Regula Indicis adducta generaliter cauetur eſt, ſiue liber ſit de rebus Sacris, ſiue etiam de prophanis, ſiue

cum nomine, siue sine illo. Quartò nota, quòd ex declaratione S. Congregationis apud Quarantam *supr. num.* 7. habetur etiam, quòd verba, quæ libris Musicalibus apponuntur, inprimi etiam non possunt absque prædicta licentia.

6 Specialiter etiam quoad Regulares notandum, quòd quamuis illi, iuxta decretum Concilij Tridentini adductum, vltra examinationem, & probationem prædictam teneantur à suis Superioribus impetrare licentiam pro libris imprimendis, si tamen id non facerent, etiam si suarum Constitutionum pœnas incurrerent, non propterea inciderent in excommunicationem à Concilio positam. Ea enim solùm imposita videtur contra imprimentes libros &c. sine licentia Ordinarij, & sine nominis proprij appositione. Suarez, & Peirinis *supr.* Standum ergo est, quoad Regulares, specialibus eorum Constitutionibus, sicut in Ordine nostro Constitutioni, quæ habetur in Capitulo generali Cremonensi *cap.* 10. *num.* 32. vbi sic: ***Non audebit quisquam in posterum librum, seu opusculum aliquod prælo tradere sine licentia** Prioris **Generalis, sub pœna priuationis loci, vocis, & gradus. Ab vnaquaque autem** Prouincia **deputentur quatuor examinatores, & reuisores operum, & librorum imprimendorum, qui** Priori **Generali de opere reuiso sententiam suam significabunt. Conclusiones verò de licentia Reuerendorum Magistrorum Prouincialis, & Regentium Collegij imprimi poterunt pro disputationibus ineundis.** Qua Constitutione decreto Concilij sufficienter satisfit.

7 Specialiter quoque notandum quoad Regulares, quòd licet ex decreto Concilij Tridentini habeatur, communicantes, vel euulgantes libros manuscriptos sine prædicta approbatione incidant in easdem pœnas, in quas incidunt Impressores. Nihilominus id restringi debet, primò, ad librum cõsummatum, & integrum, qualis est ille qui imprimi solet, cum simus in materia pœnali, & odiosa. Suarez *supr. num.* 3. Portellus *in Dub. Regular. verb. librorum prohibitio n.* 6. Peirinis *supr. num.* 3. Non tamen requiritur quòd liber iste sit magnus, sufficit enim quòd paruus sit, vel exiguus. Etenim in Regula illa Indicis adducta, vocatur *libellus*. Adde etiam, sub huius decreti decisione comprehendi lectiones, annotationes, disputationes, conciones, nec non Tractatus pertinentes, tum ad deuotionem, tum ad quietationem conscientiarum stimulatarum fratrum, & cætera huiusmodi, quæ sibi inuicem communicare solent Regulares. Ita enim declarauit Sacra Congregatio, vt testantur Sorbus *in addit. ad Compend. priuileg. Mendicant verbo imprimere libros* §. *tertio circa*. Rodriguez. *to.* 2. *quæst. Regular. q.* 104. *ar.* 1. Naldus *in Summa verbo legere num.* 4. Barbosa *supr.* & alij. Quia tamen ex huiusmodi

di declaratione varia fuit exorta inter Religiosos perturbatio, ideo eadem met Sacra Congregatio, referente Cardinali Alciato, declarauit, supradicta esse intelligenda tantum, quando communicarentur, vt typis mandarentur. Sorbus, & Rodriguez *supr.* Adde, si communicarentur per modum librorum, idest, ea communicatione, quæ æquiualeret impressioni, non communicatione priuata. Suarez *supr.* Thesaurus *supr. cap.* 4.

8 Similiter quoad eosdem Regulares spectat notandum, quòd licet ex concessione Clem. 7. quam refert Cassarub. *in Compend. verbo Imprimere libros* possent Minores de obseruantia (& alij qui cum ipsis priuilegiorum communicationem habent) imprimi facere sine Ordinarij, & Inquisitoris reuisione, illa, quæ ad eorum Ordinem spectant, hæc tamen concessio his temporibus cessat, non solùm quia fuit viuæ vocis oraculo, & non authentico facta, sed quia contraria Concilio Tridentino, & Regulæ Indicis adductæ. Sorbus, & Rodriguez *supr.*

9 Notent etiam ijdem Regulares decretum S. Congregationis apud Gauantum *supr. num.* 5. vbi præcipitur, quòd nihil imprimatur quod ad formandum Sacros ritus pertineat, inconsulta Sacra Rituum Congregatione. Ex quo inferri videtur non posse Regulares imprimere Cæremonialia, sine consultatione præmissa eiusdem Congregationis Rituum.

10 Quamuis autem ex decreto Concilij Lateranensis, & Regula Indicis adductis habeatur non posse libros imprimi sine examine, & approbatione Inquisitorum, hoc tamen in multis partibus non obseruatur. Vsu tamen in illis receptum est, vt Principes, & Magistratus sæculares id faciãt. Consuetudini ergo legitimæ quoad hoc standum. Nauarrus *supr. num.* 148. Suarez *supr. num.* 1. An autem Regulares, seu Ecclesiastici comprehendantur Statuto Laicorum prohibente impressionẽ librorum sine ipsorum licentia, agit Diana 4. *par. tract.* 1. *Resolut.* 60.

11 Quamuis etiam ex Conc. Tridentini decreto habeatur imprimi non posse libros sine nomine Authoris, nihilominus per nomen Authoris intelligi potest nomẽ Collegij, Conuentus, Ciuitatis vel Communitatis. Isti enim Authores appellari possunt; cum in Iure persona ficta censeantur, & si delinquunt puniri possint. Azor *supr.* q. 3. Thesaur *supr. cap.* 5.

12 Pro degentibus autem in Statu Sedis Apostolicæ extat hoc decretum S. Congregationis Inquisitionis die 18. Septemb. 1625. editum *in* 4. *to. Bullar. num.* 50. inter Constitutiones SS. D. N. Vrbani 8. *Sanctiss. Dominus Noster pro debito sui pastoralis officij corrigere*

rigere volens abusus non nullorum in Statu Sedis Apostolicæ mediatè vel immediatè subiecto existentium, qui libros à se compositos extra præfatum statum absque vlla Ordinariorum, & Inquisitorum loci vbi degunt approbatione, imprimendos transmittunt: statuit, & decreuit, vt in posterùm nemo in statu prædicto degens, cuiuscunque conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis existat, libros de quauis materia tractantes, & vbicunque compositos audeat alibi deferre, vel mittere imprimendos sine expressa in scriptis approbatione Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Sanctissimi Domini Nostri Vicarij, & Magistri Sacri palatij si in Vrbe, si verò extra Vrbem existat, sine Ordinarij, & Inquisitoris loci illius, siue ab ijs deputatorum facultate, & licentia operi præfigenda. Libros autem, quos contra præsentis decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœnas arbitrio suæ Sanctitatis infligendas, absquè alia declaratione ex nunc prohibet, & pro expressè prohibitis, haberi vult, & mandat, contrarijs quibuscunque non obstantibus &c. Notat autem Thesaurus *supr. cap. 3.* circa hoc decretum, quòd cum loquatur de degentibus in statu Ecclesiæ, intelligi debeat non de illis, qui obiter per transitum, aut ad breue tempus ibi existunt, quia degere significat habitare, vt §. *penult. inst. de vsu, & hab.* De quo & Sanchez *lib. 3. de Matrim. disp. 23. n. 12.* Aduertendum tamen, quòd in prohemio ipsius decreti non videtur esse sermo de degentibus, sed de existentibus, vt patet illo verbo *nonnullorum existentium &c.* Quia tamen in sequentibus bis sermo est de degentibus, ideo prædictæ expositioni standum est, maximè cum materia sit pœnalis.

13 Qualiter prohibitum sit imprimere libros de materia Auxiliorum tractantes sine speciali licentia Summi Pontificis dixi *to. 1. c. 10. num. 24.* Nota etiam, quòd decreta Pauli V. & Sanctissimi D. N. Vrbani eo loco relata confirmata nouissimè sunt ab eodem Sanctissimo die 1. Augusti 1641. in Congregatione Generali Sanctæ Inquisitionis occasione accepta ex quodam libro Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis cui titulus *Augustinus*, qui liber multas in Belgio excitauit tragædias inter Patres Dominicanos, & Iesuitas. Proinde in eodem decreto prohibitum est sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne quis prædictum librum, & Scripturas occasione ipsius editas retinere, aut legere possit. Insuper sub pœnis excommunicationis ipso facto incurrendæ, Interdicti Ecclesiastici, respectiuè, alijsque arbitrio Sanctitatis suæ pœnis infligendis, etiam corporalibus, mandatur omnibus, & singulis cuiuscuis Religionis, Ordinis, Congregationis, Instituti, Societatis, etiam de necessitate exprimendæ, Regularibus, & alijs quibuscumque tam Ecclesiasticis, quàm

sæcula-

ſæcularibus perſonis cuiuſque ſtatus, conditionis, gradus, Ordinis, & Dignitatis, Abbatiali, Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali dignitate ſuffultis, Collegijs, & Vniuerſitatibus, *ne impoſterum audeant imprimere, nec quo quomodo in lucem edere libros, Tractatus, Compoſitiones ex profeſſo, vel incidenter, etiam ſub prætextu commentandi Diuum Thomum, ſeu in Philoſophicis agendi de concurſu cauſæ primæ cum ſecunda, & præſertim defendendi, aut impugnandi librum dicti Cornelij Ianſenij, cui titulus* Auguſtinus, *vel Theſes Patrum Societatis Ieſu, aliasque Scripturas prohibitas, aut alia quauis occaſione, vel modo de materia Auxiliorum Diuinorum, ſeu de gratia, & libero arbitrio tractantes ſine expreſſa, & ſpeciali licentia à Sanctitate ſua in Congregatione Sancti Officij obtinenda, donec aliud in hac materia à Sede Apoſtolica fuerit ordinatum. Abſolutionem verò à prædicta excommunicatione, nec non Interdicti ſuſpenſionem, & relaxationem Sanctitati ſuæ, & Sacræ Congregationi reſeruauit. Non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs etiam Sanctæ Cruciatæ, Iubilei, etiam generalis, & facultatibus Miſſionariorum, ac alijs à Sancta Sede emanatis, ſeu emanandis, quibus omnibus in hac parte Sanctitas ſua derogat. Voluitque Sanctitas ſua hæc omnia ſuum plenarium ſortiri effectum, omneſque contra facientes, vt ſupra ligare, nec quemquam excuſari poſſe ſub prætextu quòd decreta Pauli V. & Sanctitatis ſuæ aliàs emanata non fuerint in Prouincijs intimata, vel vſu recepta, irritum quoque & inane quidquid ſecus ſuper iis à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernit. Contrarijs quibuſcumque non obſtantibus.*

14 Similiter qualiter ex decretis Sacræ Congregationis etiam prohibitum ſit imprimere libros continentes geſta, miracula, reuelationes ve hominum, qui Sanctitatis, ſiue Martyrij fama celebres, è vita migrarunt ſine recognitione Sedis Apoſtolicæ, dixi eo *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 39. & latè dicam infra verbo *Sanctorum cultus*.

15 Circa ſecundum de librorum prohibitione, duplex eſt generalis in Eccleſiam, prætermiſſis particularibus, quæ fieri ſolent ab Inquiſitoribus, & Epiſcopis. Prima, quæ vocatur *Indicis* ex Bulla Pij 4. quæ incipit: *Dominici gregis*, & habetur in 2. *to. Bullar.* inter Conſtitutiones ipſius *num.* 77. vbi hæc: *Qui hæreticorum libros, vel cuiuſuis Authoris ſcripta propter hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata, atque prohibita legerit, habuerit ve, ipſo iure in excommunicationis pœnam incidat, eamque ob cauſam, in eum tanquam de hæreſi ſuſpectum inquiri, & procedi liceat, præter alias pœnas ſuper hoc ab Apoſtolica Sede, Sacriſque Canonibus conſtitutas. Qui autem libros alia de cauſa prohibitos legerit, habuerit ve, præter*

ter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio seuerè se nouerit puniendum. Non obstantibus &c. Quaranta *in Summa Bullar. verbo libri prohibiti*. Secunda, ex Bulla Cœnæ Domini, in qua, prout constat ex verbis ipsius, quæ sub SS. D.N. Vrbano anno 1627. lecta est, quæ habetur 4. *to.* Bullarij inter Constitutiones eiusdem *num.* 62. excommunicantur excommunicatione Papæ reseruata *eorumdem* (scilicet hæreticorum) *libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine authoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quauis causa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore*. Ex quo collige, prohibitionem in Bulla Cœnæ contentam diuersam esse ab ea, quæ à Pio 4. imponitur, ista enim solùm est contra legentes, vel habentes libros, seu scripta, siue hæreticorum, siue quorum cumque aliorum authorum *propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita*, illa verò est contra legentes, retinentes, aut imprimentes, vel defendentes libros hæreticorum *hæresim continentes, vel de Religione tractantes*, siue tales libri sint prohibiti, aut damnati, siue non. Ita enim patet ex verbis relatis. Beccanus 2.2. *Tract.* 15. *de fide q.* 8. *num.* 4.

16 Ergo legentes, vel habentes libros, seu scripta hæreticorum, vel quorumcunque Authorum, si tales libri, vel scripta damnata aut prohibita sint propter *hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem*, incurrunt excommunicationem Indicis latam à Pio 4. verbis relatis. Filiucius *tract.* 16. *cap.* 2. *num.* 42. Bonacina *de Censur. disp.* 2. *quæst.* 5. *punct.* 4. *num.* 1. Hæc autem excommunicatio nulli est reseruata, vt patet etiam ex verbis relatis. Suarez de *fid. disp.* 20. *sect.* 2. *num.* 29. Filiucius *supr.* Layman. *lib.* 2. *tract. de fide cap.* 15. *num.* 8. §. *Inter has*. Ac per consequens ab ea absoluere possunt Confessarij omnes suos pœnitentes, & omnes Prælati Regulares suos subditos, iuxta doctrinam sæpius traditam. Bonacina *supr.* Neque procedit contra legentem librum vel scripta alicuius Catholici Authoris, in quibus reperitur hæresis, seu error, si tales libri, aut scripta non sint damnata, aut prohibita. Quia Pontifex solùm loquitur quando ea damnata, vel prohibita sunt. Thesaur. *in praxi par.* 2. *verbo libri c.* 2. Imò etiam si damnata, aut prohibita sint, non *propter hæresim*, aut *falsi dogmatis suspicionem*, sed alio titulo, scilicet obscœnitatem &c. non propterea incurretur dicta excommunicatio, quia ea solùm ponitur propter libros, aut scripta damnata, seu prohibita hoc modo. Bonac. *supr.* Thesaur. *supr.* Etsi habentes, vel legentes illa peccent mortaliter, & puniri possint ab Episcopo, vt patet ex verbis Pij 4. relatis. Tenentur etiam prædictos libros (idem dico de alijs libris hæretico-

reticorum, de quibus Bulla Cœnæ) Inquiſitoribus conſignare, qui eos habuerint, nec ſufficit eos propria authoritate comburere, aut corrigere, propter Conſtitutionem Iulij 3. Pro vt communiter tenent Doctores, ſpecialiter Azor *to.* 1. *lib.* 8. *cap.* 16. *q.* 11. Sanchez *de præcept. decalog. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 56. Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 2. *num.* 23. Licet plures alij dicant, ſufficere eos comburere, quos referunt Fagundez *in* 1. *præcept. decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 33. & Diana *p.* 1. *Tract.* 11. *Reſolut.* 37.

17 In prædicto autem Indice Pij 4. & aliorum Pontificum ſucceſſorum damnantur in Regula prima libri omnes, quos ante annum 1515. aut Summi Pontifices, aut Concilia Oecumenica damnarunt. In Regula ſecunda, omnes libri hæreſiarcharum, cuiuſcunque tituli, aut argumenti. In eadem Regula ſecunda, libri hæreticorum, qui de Religione ex profeſſo tractant. Permittuntur tamen illi, qui de Religione non tractant, ſi à Theologis Catholicis iuſſu Epiſcoporum, & Inquiſitorum examinati, & approbati fuerint. Permittuntur etiam ibidem libri Catholicè conſcripti, tam ab illis, qui poſtea in hæreſim lapſi ſunt, quàm ab illis qui poſt lapſum ad Eccleſiæ gremium rediere, approbati à facultate Theologica alicuius Vniuerſitatis Catholicæ, vel ab Inquiſitione generali. Deinde in Regula tertia agitur de verſionibus Scriptorum Eccleſiaſticorum ab Authoribus damnatis editis. Item in 4. agitur de Biblijs vulgaribus non permittendis, niſi cum certis cõditionibus; vbi ſpecialiter quoad Regulares additur, ipſos non poſſe ea legere, aut emere, niſi facultate à Prælatis ſuis habita. Præterea in Regula quinta agitur de libris, qui hæreticorum opera prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de ſuo apponunt, ſed aliorum dicta colligunt, cuiuſmodi ſunt Lexica, Concordantiæ, Apophtegmata, Indices, & huiuſmodi, & de his dicitur, quòd permittantur, ſublatis, aut emendatis illis, quæ expurgatione indigent, Epiſcopi, & Inquiſitoris, ac Theologorum conſilio. In Regula 6. agitur de controuerſijs inter Catholicos, & hæreticos vulgari idiomate conſcriptis. In ſeptima prohibentur libri, qui res laſciuas, ſeu obſcænas tractant; licet de libris antiquis ab Ethnicis conſcriptis, propter ſermonis elegantiam, & proprietatem permitti ſtatuat, non tamen pueris. In Regula octaua ſtatuitur, quòd libri, quorum principale argumentum bonum eſt, in quibus tamen obiter aliqua inſerta ſunt, quæ ad hæreſim, ſeu impietatem, diuinationem, ſeu ſuperſtitionem ſpectant, à Catholicis Theologis, Inquiſitionis generalis authoritate expurgati concedi poſſunt. Idemque iudicium licitur habendum de Prologis, Summarijs, ſeu Annotationibus, quæ damnatis Authoribus appoſitæ ſunt. In Regula autem nona damnantur

nantur libri omnes, & ſcripta Geomantiæ, auſpiciorum, Aſtrologiæ iudiciariæ &c. de quibus infra *num.* 29. ex Sixti 5. Conſtitutione dicetur. Vide præfatum Indicem, & obſeruationes circa ipſum factas, & circa libros Hebræorum Conſtitutionem Clementis 8. ſub anno 1592. pridie Cal. Martij. Vide etiam Azor. *to.* 1. *Inſtitut. moral. l.* 8. *cap.* 16. *q.* 14. *&* 15. Filiucium *ſupr. num.* 43. *&* 44. Layman. *ſupr. num.* 8.

18 Legentes autem ſcienter, retinentes, aut imprimentes libros hæreticorum *de Religione tractantes*, aut *hæreſim continentes* incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ verbis ſupra relatis, pro vt communiter ſupponunt Authores, ſpecialiter Azor. *ſupr. d. c.* 16. Suarez *ſupr. d. ſect.* 2. Sanchez *ſupr. d. capite* 10. *num.* 20. Filiucius *ſupra num.* 45. Quis porro ab hac excommunicatione abſoluere poſſit, vide dicta *to* 3. *verb. Bulla Cœnæ à num.* 52. *& verbo Bullæ Cruciatæ à num.* 22. Non incurritur hæc excommunicatio ab eo, qui prædictos libros bona fide, aut ex ignorantia (ſaltem quæ non ſit affectata) legerit, quia in Bulla dicitur *ſcienter legentes &c.* Azor. *ſupr. q.* 1. Diana *par.* 3. *Tract.* 6. *reſolut.* 6. Excuſat etiam ab hac excommunicatione paruitas materiæ, ea enim excuſat à mortali peccato, ſine quo non incurritur excommunicatio maior. Azor *ſupr. q.* 3. Sanchez *ſupr. num.* 31. ex Sayro, Rodriguez, Viualdo, & alijs. Quæ verò ſit in hac parte paruitas materiæ, quamuis aliqui dicant eſſe pauca verba, alij decem lineas, alij (non rectè) vnam paginam, mihi tamen videtur dicendum, quòd quemadmodum in materia furti illa dicitur parua materia, in qua, ſpectatis circunſtantijs non infertur nocumentum graue illi cui res auferitur, ſic in præſenti ea dicetur parua materia, per cuius lectionem, inſpectis circunſtantijs libri, legentis &c. non timetur graue periculum peruerſionis ipſi legenti. Ita Beccanus *ſupr. num.* 8. Vide Suarez *dicta ſect.* 2. *nu.* 20. Layman. *ſupr. num.* 5. & Dianam *p.* 1. *Tract.* 11. *Reſolut.* 30. maxime *par.* 5. *tract.* 5. *Reſolut.* 42.

19 Item non incurritur hæc excommunicatio ab eo, qui legit libros aliorum infidelium, ſcilicet Gentilium, Hæbreorum, & Mahometanorum, quia iſti non ſunt hæretici, & textus ſolum loquitur de hæreticis. Vgolinus *de caſibus Papæ reſeruatis* 2. *par. cap.* 1. Sanchez *ſupr. num.* 22. Portell. *in dub. Regular. verbo libri in addit. num.* 5. Fagundez *ſupr. num.* 5. Circa lectionem tamen librorum Hebræorum conſule Conſtitutionem Clem. 8. *ſupr. num.* 17. relatam. Idem quod dixi de legente libros infidelium dici etiam debet de legente libros Cathecumenorum, qui à fide defecerunt, quia iſti non ſubſunt Eccleſiæ iuriſdictioni, cum intra ipſam ingreſſi non fuerint per portam

tam, quæ eſt Baptiſmus. Sanchez, & Fagundez *ſupr.* Idem dicito de legentibus libros ſolummodò continentes Græcorum, ſeu Armænorum ritus toleratos, quoniam tales non ſunt hæretici. Azor *ſupr. q.* 8. Sanchez *ſupr. num.* 27. Quod ſi Authores talium librorum ſint hæretici, & ipſi libri hæreſim contineant, pro vt ſæpius contingit, comprehendentur dicta prohibitione. Suarez *dicta ſect.* 2. *n.* 12. Idem etiam dicendum de legente libros Catholicorum, in quibus inſertæ ſunt hæreſes hæreticorum, quia tales libri non ſunt hæreticorum. Nauarr. *in Man. cap.* 27. *num.* 56. Azor *ſupr. q.* 2. Etiam ſi principaliter legantur intentione ſciendi errores hæreticorum, propter eamdem rationem, & quia non punitur in hac excommunicatione affectus ſciendi hæreſes, ſed factum ipſum legendi libros hæreticorum. Nauarr. & Azor *ſupr.* Idem dic de legente libros Catholicorum elucidatos per breues annotationes, ſeu ſcholia hæreticorum, quia iſte talis non dicitur legere hæreticorum libros. Nauarr. *ſupr.* Suarez *to.* 5. *in* 3. *p. diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 11. Dixi *per breues annotationes* &c. quia ſi plures, vel copioſæ eæ eſſent, continerentque hæreſim, vel de Religione tractarent, comprehenderentur hac prohibitione. Suarez *ibid.* Licet oppoſitum tueantur propter adductam rationem Sanchez *ſupr. num.* 25. Bonacina *ſupr. num.* 6. Diana *ſupr. reſolut.* 32. An verò legentes tales libros Catholicorum elucidatos per annotationes, ſeu ſcholia Hæreticorum incidant in excommunicationem Indicis, conſule dicta *ſupra num.* 17. ex Regula quinta eiuſdem Indicis.

20 Ad incurrendam tamen illam, ſufficit quòd liber ſit Auctoris hæretici, etiam ſi damnatus non ſit ab Eccleſia. Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 2. *num.* 11. Fagundez *ſupr. num.* 7. Etiam ſi ſit ex hæreticis antiquis, vt puta Arrij, Pelagij &c. quia tales ſunt verè hæretici. Layman. *l.* 2. *tractatu p. cap.* 15. *num.* 1. Excipe libros Tertuliani, & Origenis, qui etſi inter hæreticos numerentur, propter eruditionem tamen, & quia nullum iam ab illis periculum in fide timetur, ab Eccleſia tolerantur. Azor *ſupr. q.* 16. Layman. *ſupr.* Etiam ſi talis liber paruus ſit, quia liber paruus etiam eſt liber. *argum.* l. *Scapham nauis de euict.* Naldus *in Summ. verbo Bulla Cœnæ n.* 8. Etiam ſi non ſit typis excuſſus, quia liber manuſcriptus eſt verè liber. Sanchez *ſupr. num.* 28. Suarez *de fide diſp.* 20 *ſect.* 2. *num.* 10. Sanctarellus *de hæreſ cap.* 13. *num.* 6. Incurritur etiam hæc cenſura, etiam ſi legens non intelligat ſenſum, vt ſi liber ſit Græcè deſcriptus, & legens non intelligat hoc idioma, iuxta Naldum *ſupr. num.* 10. & Bonacinam *num.* 14. Licet Fagundez etiam *ſupr. num.* 30. ex Suarez, Sanchez, & Sanctarello oppoſitum teneat, quod eſt probabi-

lius,

lius, eo quòd finis prohibitionis videtur esse ne legens imbibat hæresim, qui cessat in hoc casu. Non tamen propterea excusatur ab hac censura Catholicus in fide firmus legens prædictos libros, eo quòd nõ timeat aliquam peruersionem, aut periculum erroris. Etsi enim cessante fine adæquato legis probabile sit cessare obligationem legis etiã in particulari, iuxta dicta *supr. verbo leges Regularium num.* 59. quia tamen finis huius legis adæquatus non est solùm dictum periculum peruersionis, sed etiam ne Catholici communicent cum hæreticis eorum scripta legendo (pro vt colligo ex Suarez *supr. num.* 18.) ideo talis non excusatur. Naldus *supr. num.* 12. Legens autem schedulam, chartam, litteram missiuam, concionem, vel quid simile hæretici hæresim continens, vel de Religione tractans, non per modum tractatus, aut libri concinnatum, excusatur ab hac censura, quia ista non sunt libri, de quibus tantum loquitur Bulla. Sanchez *supr. num.* 29. Portell. *supr. num.* 7. Fagundez *supr. num.* 11. Licet oppositum probabiliter tueantur Vgolinus *supr.* Layman. *supr. n.* 3. Diana *supr. Resolut.* 34. ex Megala, quem refert. Secus dicendum de legente prohemium, præfationem, Indicem, epistolam dedicatoriam, vel similia reperta in prædictis libris hæreticis, quia ista sunt partes notabiles illorum. Vgolinus *supr.* Sanchez *supr. nu.* 3. Sanctarellus *supr. num.* 2. Portellus *supr.* Quid vero dicendum pro Regionibus Germaniæ, Galliæ, & Angliæ, & similibus, vbi hæreses grassantur, & Bulla Cœnæ dicitur non esse recepta, consule dictos Authores, & dicta *to.* 3. *verbo Bulla Cœnæ num.* 61. Maximè Tannerum 4. *to. disp.* 6. *q.* 10. *dub.* 5. *à num.* 97. vbi resolutionem quandam cuiusdam grauis Authoris pro casibus in dictis Regionibus crebrò occurrentibus adducit.

21 De audientibus legere dictos libros, distinguendum est: vel enim tales nullo modo fuerunt causa quòd alij illos legerent, & isti non incurrunt hanc censuram, quia tantùm imposita est contra legentes. Azor *supr. q.* 4. Graffius *supr. num.* 45. Naldus *supr. n.* 14. vel fuerunt causa, vt alij eos libros legerent, authoritate, vel mandato, vt si herus præcipiat seruo, vt legat librum hæretici &c. & tales incurrunt illam, quia moraliter loquendo, quæ fiunt mandato alterius, ab ipso fieri dicuntur. Azor, Graffius, & Naldus relati, ac Layman. *supr. num.* 6. Si verò solùm fuerunt causa quòd alij legerent suadendo, monendo, petendo, consulendo, tunc non incurrent illam, cum ea non imponatur nisi legentibus, & tales non sunt legentes. Vgolinus *supr.* Sanchez *supr. num.* 48. Fagundez *supr. num.* 27. Excipe, nisi id fecerint animo audiendi per illos ea, quæ legunt, quia tunc moraliter loquendo censentur legentes. Layman. *supr. nu.* 6.

Illi

22 Illi porrò libri cenſeri debent de Religione tractare, vt propterea illos legens dictam excommunicationem incurrat, qui de Sacra Scriptura, Theologia, cultu Dei, ac Sanctorum, Papa, Epiſcopis, Cardinalibus, Clericis, Monachis, moribus Chriſtianis, & ſimilibus tractant, non qui de Hiſtoria, Cronographia, Arithmetica, Medicina, artibus liberalibus, vel ſimilibus. Illa enim, & non iſta ad Chriſtianam Religionem, formaliter vt talem, ſpectare videntur. Suarez *ſupr. d. ſect. 2. num.* 10. Vgolinus *ſupr.* Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 21.

23 Vt autem dicantur libri hæreticorum hæreſim continere ſufficit quòd vel vnam ſolam hæreſim contineant, cum de illis verificentur verba Bullæ, ſcilicet *hæreſim continentes*. Suarez *num.* 16. Sanchez *ſupr. num.* 34. Fagundez *ſupr. num.* 15. Nec ſufficit illam delere, propter eamdem rationem. Suarez *ſupr.* Sanchez *ſupr. n.* 35. Similiter, vt dicantur de Religione tractare, non requiritur quòd ex profeſſo de ea tractent, ſed quòd ita notabiliter de ea agant, vt arbitrio prudentis dici poſſint tractare de Religione, pro vt dicitur in Bulla. Sanchez *ſupr. num.* 34.

24 Incurrunt etiam dictam cenſuram prędictos libros retinentes, ſiue apud ſe, ſiue apud alios, etiam animo impugnandi, aut pro breui tempore. Licet in hoc, ſi negligentia ſit leuis, excuſari poſſint à peccato mortali, pro vt Suarez *ſupr. num.* 22. Fagundez *ſupr. n.* 33. & alij Authores communiter ſupponunt. Qui autem eos comburerent, licet peccarent, quia, vt dictum eſt *ſupra num.* 16. tenentur eos tradere Inquiſitorib. non tamen incurrerent cenſuram hanc, quæ ſolùm impoſita eſt contra retinentes. Suarez *ſupr.* Diana *ſupr. reſolut.* 37. Addit Naldus *in Summ. verbo liber num.* 5. nec Aromatarios, vel ſimiles Apothecarios, qui ſolent pro inuoluendis obſonijs, quæ habent venalia, chartas aliquas habere, poſſe ad hoc retinere libros prohibitos. Subdit etiam. *Qui autem daret amico librum hæretici, & hæreſim continentem, vt eius nomine apud ſe illum retineret, non videtur incurrere cenſuram Bullæ Cœnæ, eo quia non tenet illum niſi ciuiliter, & non naturaliter, qualiter Bulla ipſa videtur requirere, conſiderans nempe factum merum, & naturalem.*

25 Incutrunt ſimiliter eamdem cenſuram imprimentes dictos libros. Per quos intelliguntur ij omnes, qui ad libri impreſſionem cooperantur, vt ſunt qui illos Typographo imprimendos tradunt, Typographus ipſe, Compoſitores, &c. Layman. *ſupr. num.* 7. ex Sanchez, Sayro, Graffio, & Vgolino.

26 Pro pœnis autem, quas incurrunt prędicti legentes, vel retinentes libros prædictos hæreticorum, & an, & qualiter ſint ſuſpecti de

hæreſi, vide Souſam *in Bullam Cœnæ cap.* 2. *diſp.* 16. Merolam *in diſp. Theolog. to.*1. *diſp.* 1. *cap.*2. *difficult.* 6. & alios apud Dianam, *par.* 4. *tract.* 7. *Reſolut.* 6. Parum enim ad noſtrum inſtitutum hæc referunt, cum ſolùm forum conſcientiæ præcipuè inſtruere intendamus.

27 Incurrunt quoque eamdem cenſuram libros præfatos defendentes, vt patet ex textu relato. Ij porrò dicentur defendentes, qui ſcilicet affirmauerint non eſſe prauos, ſed bonos, aut vtiles Reipublicæ, aut non eſſe ſubijciendos igni, vel qui impediuerint ne ab Inquiſitorib. inueniantur, comburantur &c. Toletus *l.* 1. *cap.* 19. *n.* 9. Vgolinus *ſupr. par.* 2. *cap.* 1. Cum autem in Bulla dicatur *quomodolibet defendentes ex qualibet cauſa*, ideo etiam comprehendi videntur qui illos defenderent prætextu diſputationis, prout tenent Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 58. Bonacina *ſupr. num.* 17. Licet oppoſitum inſinuet Suarez de Fide *diſp.* 20. *ſect.* 2. *num.* 25. Illi tamen qui laudarent ſtylum, vel ingenium hæretici Scriptoris illorum, non comprehenderentur, cum illi non dicerentur defendere libros. Bonac. *ſupr.*

28 Cum etiam in Bulla dicatur *ſine authoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ*, ideo nullus niſi Papa poteſt concedere licentiam legendi prædictos libros hæreticorum *hæreſim continentes, vel de Religione tractantes*. Vnde nec Epiſcopi poſſunt hanc facultatem concedere. Nauarr. *lib.* 1. *conſilior. titulo de conſtit. conſil.* 1. *queſt.* 36. Niſi in caſu magnę neceſſitatis, in quo non poſſet Pontifex adiri, quia tunc præſumitur concedere Epiſcopis hanc authoritatem. Sanchez *ſupr. num.* 43. Inquiſitores etiam nequeunt concedere hanc facultatem, niſi id expreſsè ſit ipſis conceſſum, propter eamdem rationem. Azor *d. cap.* 16. *quæſt.* 12. Graffius 1. *par. deciſion. l.* 4. *cap.* 18. *num.* 46. Nec ipſi poſſunt eos legere, niſi ab Apoſtolica Sede, ſeu per Sacram Congiegationē Inquiſitionis adſit facultas, ſtantib. Conſtitut. Iulij 3. Pauli 4. & Pij 4. quas refert Pena *in fin. Director. Inquiſit.* quibus expreſsè reuocantur omnes, & quæcunque facultates legendi libros damnatos conceſſę quibuſcunque perſonis cuiuſcunque ſtatus, Ordinis, & conditionis, etiam ſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, vel alia maiori dignitate Eccleſiaſtica, ſeu ſæculari preminentia fulgeant. Azor *ſupr. q.* 13. Sanchez *ſupr.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi allegat.* 90. *num.* 8. Licet oppoſitum tueantur Graffius *ſupr. n.* 45. Naldus *ſupr. verbo Bulla Cœnæ num.* 11. In Vrbe etiam concedere ſolet hanc facultatem ſpecialibus perſonis Reuerendiſs. Magiſter Sacri Palatij. Barboſ. *ſupr. num.* 6. Video tamen in ea quæ de facto conceditur excipi plures libros, & ſpecialiter eos, qui immediatè

tractant

tractant contra fidem. Competit tamen Dominis Inquiſitoribus generalibus, & Epiſcopis concedere facultatem legendi libros prohibitos per Indicem tantummodo. Bonacina *ſupr.* ex Reginaldo. Licet hæc facultas limitata videatur à S. Congreg. Sancti Officij, quæ, teſte Naldo *verbo liber num.* 10. declarauit: *Epiſcopos, & Inquiſitores non habere auctoritatem concedendi facultatem tenendi, aut legendi libros hæreſiarcharum, aut hæreticorum, qui ex profeſſo tractent de Religione; nec alios, qui ad præſcriptũ Indicis omnino damnati ſunt, & prohibiti. Poſſent tamen eos ijdem Superiores retinere ad effectum iudicandi an poſſint aliquam recipere correctionem, aliàs autem eſſent ignibus tradendi. Quo ad libros autem vulgari ſermone conſcriptos continentes Controuerſias inter Catholicos, & hæreticos noſtri temporis facienda erit relatio Authorum ipſorummet librorum, ac eorum, qui requirunt licentias eos legendi, expectando conceſſionem ab Vrbe.*

29 Libri etiam omnes, opera, & tractatus Aſtrologiæ iudiciariæ, Geomantiæ, Hidromantiæ, Piromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ Negromantiæ, artis Magicæ, aut in quibus ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, execrabiles incantationes, ac ſuperſtitiones continentur, non ſolùm prohibita ſunt in Indice, iuxta dicta *ſupra n.* 17. ſed etiam à Sixto 5. in Bulla *Cæli, & terræ* inter Conſtitutiones ipſius *num.* 17. Statuit autem idem Sixtus prædictos libros à nemine legi, aut retineri poſſe, ſed Epiſcopis, & Ordinarijs locorum, vel Inquiſitoribus preſentari, & conſignari debere. Item quod ſcienter legentes, aut retinentes illos ab Inquiſitoribus puniri debeant. Quam Conſtitutionem confirmat, & innouat SS. D. N. Vrbanus in alia quæ incipit *Scrutabilis*, vbi alias pœnas hoc delictum concernentes imponit. Nota tamen, quòd ſi in prædictis libris, vel tractatibus non contineatur hæreſis, cenſura quæ incurretur ab illos legentibus, vel retinentibus ſolùm erit ea, quæ in Indice ponitur, de qua ſupra *num.* 16. dixi non eſſe reſeruatam. Si autem in illis contineatur hæreſis, pro vt ſæpius continget, cenſura, quæ incurretur, erit reſeruata, quia eſt illa, de qua in Bulla Cœnæ. Theſaur. *in praxi parte ſecunda verbo ſuperſtitio cap.* 1. ex alijs. Quod intellige, ſi tales libri ſint hæreticorum, quia ſolùm de illis loquitur Bulla.

30 Specialiter quoad Regulares notandum, quòd licet, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 96. varia priuilegia conceſſa ſint Regularibus circa librorum prohibitorum lectionem, de quibus Rodriguez, Peregrinus, & Peirinis eo loco relati, ac Portellus *in Dub. Regularium verb. librorum prohibitio, num.* 1. 2. & 3. Nihilominus ea, quibus conceditur facultas legendi, retinendi, vel imprimendi libros hæ-

reticorum hęreſim continentes, vel de Religione tractantes reuocata cenſeri debent per Bullam Cœnæ, pro vt ibi dixi, & ſequi videtur Portellus *ſupr. num.* 3. Quid verò ſentiendum de lectione, vel retentione aliorum librorum, de quibus non fit ſermo in Bulla Cœnæ, ſed in Indice, vel ſpecialibus prohibitionibus Inquiſitorum, vel Epiſcoporum, eo loco dixi. *De quo, & conſulendus inſignis Author* Diana 5. *par. Tract.* 13. *Reſol.* 49.

31 Circa ſcribentes libellos famoſos, ſeu litteras infamatorias alicuius, notandum, quòd libellus famoſus eſt ſcriptura, vel ſignum infamiam continens alicuius de crimine occulto illud publicans. Sic ferme Silueſter *in Summ. verbo libellus nu.* 4. Bonacina *de Contractib. diſp.* 2. *q.* 4. *punct.* 9. *num.* 1. ex Molina, Finello, & alijs. Dixi, vel *ſignum* &c. quia non ſolùm ſcripturæ, ſed etiam quodcunque aliud ſignum, v. g. figura, imago, cornua &c. contra aliquem modo dicto factum, etiam venit nomine libelli famoſi. Molina *Tract.* 4. *de Iuſt. diſp.* 35. *num.* 4. Portellus *in dub. Regular. verbo libellus famoſus num.* 2. Dixi *de crimine occulto*, quia ſi crimen fuerit publicum, illud quomodolibet publicans non erit reus libelli famoſi. Bonacina *ſupr. num.* 3. Portellus *ſupr. num.* 5. Dixi quoque *illud publicans*, quia ſi quis alicui ſcribat litteras infamatorias ipſius ad quem ſcribit, non dicetur reus libelli famoſi, quia tales litteræ non publicantur, & poteſt cui mittuntur, illas celare. Bonacina *ſupr. num.* 2. Portellus *ſupr. num.* 3. De ijs autem, qui ſcribunt litteras tacito ſuo nomine ad Prælatum, vel iudicem, eaſue ponunt in aliquo loco, vt ab eis videantur, in menſa v. g. continentes defectum occultum alicuius, volunt aliqui eſſe reos huius criminis. Sed quamuis hæ litteræ largo modo dici poſſint libellus famoſus, propter caput *Inquiſitionis* §. *ad hæc de accuſat.* ſtrictè tamen non ſunt tales, nec eas ſcribentes rei huius criminis, niſi fiant animo publicandi illum defectum, prout colligo ex definitione tradita. Bonacina *ſupr. num.* 5. ex alijs. An verò, & quando peccent illas ſcribentes, & an ex illis poſſit Prælatus procedere ad inquiſitionem illius delicti, dixi *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 31. *& cap.* 27. *num.* 4. Libellorum autem iſtorum Authores pœna capitis puniuntur *l.* 1. *C. de libell. famoſ.* Item verberantur, & excommunicari decernuntur. 5. *q.* 1. per varios canones. Sunt etiam infames *l. ob carmen ff. de teſtib. ca. ſi teſtes* 4. *q.* 3. vbi etiam aliæ pœnę contra ipſos ſtatuuntur. Sairus *in Clau. Reg. lib.* 12. *cap.* 4. *num.* 10. Theſaurus *in prax. par.* 2. *verbo libelli famoſi cap.* 1. Extenduntur autem prædictæ pœnæ non ſolùm ad conficientes dictos libellos, ſed ad alios circa eandem materiam delinquentes, tum ex prædictis Iuribus, tum maximè ex

Conſti-

Digitized by Google

Conſtitutionibus Pij 5. in ea, quæ incipit *Romani Pontificis* inter Conſtitutiones ipſius num. 147. & Gregor. 13. in ea, quæ incipit *Ea eſt rerum* inter Conſtitutiones eiuſdem *num.* 4. Sairus *ſupr.* Portellus *ſupr. nu.* 13. Licet illæ ſolùm videantur eſſe pro Roma, & Statu Eccleſiaſtico. Portellus *ibid.*

32 Specialiter pro Regularibus notandum, quòd quicunque libellos famoſos in vulgari, vel latino ſermone, nec non cantilenas, vel rithmos, edere, vel detinere, vel publicare præſumunt in infamiam Status Ordinis Prædicatorum, vel Minorum ſunt excommunicati excommunicatione Papæ reſeruata ab Alexandro 4. in priuilegio *Ex alto*, & in alio *Non ſine multa*. Caietanus *in Summ. verb. Excommunicatio cap.* 81. Sairus *ſupra*. Bonacina *ſupr. num.* 9. poſt Salonem, Medinam, & alios. Communiter autem ſupponunt hi Authores hoc priuilegium extẽdi ad alias Religiones habentes communicationem cum Prædicatoribus, & Minoribus; ſed non contrahi hanc excommunicationem ab eo, qui contra aliquem Religioſum priuatum prædicta fecerit. Quia ea priuilegia ſolùm loquuntur de facientibus illa contra Statum eorum Religioſorum, non contra vnum, aut alterum.

LICENTIA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

De licentia pro Regularibus in particularibus materijs. num. 1.
De licentia explicita. num. 2.
Licentia debet eſſe voluntaria, & non coacta. num. 3.
Item legitima. num. 4.
Quid de licentia ſpeciali. num. 5.
De Superiori an teneatur petere licentiam, quam poteſt præſtare ſubdito. num. 6.
Licentiæ inter Regulares gratis concedendæ. num. 7.
Licentia præcedere debet actum, qui ex illa fit. num. 8.
An requiratur ad licentiam quòd fiat in ſcriptis. num. 9.
An licentiæ indeterminatè conceſſæ proſint poſtulanti. num. 10.
Conceſſa aliqua licentia quæ etiam alia conceſſa cenſeantur. num. 11.
Reuocatio licentiæ quando contingat. num. 12.
A quo fieri debet talis reuocatio. num. 13.
Quando expirat morte concedentis. num. 14.
Ratihabitio de præſenti æquiualet licentiæ. num. 15.

Digitized by Google

Quid de licentijs conceſſis à Papa, Nuncijs, vel Legatis. num. 16. Alia remiſſiuè. num. 17.

1 DE licentia, quæ requiritur pro Regularibus, vt tenere, donare, vel recipere aliquid poſſint, dixi *to. 1. cap. 6. num. 55. & 56.* Specialiter de licentia, quæ requiritur, vt aliquid donare poſſint, maxime ſtando in Conſtit. Clem. 8. *de largitione munerum* pro vt innouata, & declarata eſt ſub SS. D. N. Vrbano, dixi *to. 3. verbo dare, ſeu donare*. Item de licentia requiſita pro Religioſo eunte de vna Prouincia ad aliam, vel de vno Conuentu ad alium, dixi eodem *to. 1. cap. 10. num. 14. & cap. 11. num. 11.* Similiter de licentia requiſita pro Religioſis Romam venientibus, dixi eo *cap. 10. num. 15. & 16.* Pariter de licentia neceſſaria pro erectione nouorum locorum, ſeu mutatione antiquorum, dixi eodem *to. 1. cap. 9. num. 34. 35. & 36. & to. 2. cap. 1. num. 45.* & dicam infra verbo *Monaſteria Regularium*. De licentia quoque requiſita, vt Regularis poſſit extra clauſtra degere, dixi *to. 1. cap. 16. num. 23. 24. & 25.* Similiter de licentia Monialibus requiſita pro egreſſu è Monaſterijs ipſarum, dixi *to. 1. cap. 25. à num. 20. & to. 3. verbo Clauſura*. Item de licentia requiſita pro ingreſſu in Monaſteria monialium, dixi eo *cap. 25. num. 25. & 26. & to. 2. cap. 1. n. 22. & to. 3. verbo Clauſura*. De quibus etiam infra verbo *Moniales*. Pariter etiam de licentia Regularibus requiſita ad audiendas Confeſſiones ſæcularium, dixi eo *to. 1. cap. 19. à num. 2. & to. 2. cap. 1. num. 18. & to. 3. verbo Confeſſarius*. Ac de licentia pro concionatoribus, *to. 1. cap. 20. à num. 2. & to. 2. cap. 1. num. 17. & to. 3. verbo Concionator*. Item de licentia ad exeundum extra Monaſterium, *to. 1. cap. 16. num. 5.* De licentia ad exercendum munus teſtamentariorum, *eo to. 1. cap. 9. num. 9.* Ad comparendum in iudicio, *ibid. n. 11.* Ad exercendum munus Iudicum, *ibid. num. 14.* Vt poſſint eſſe fideiuſſores, *ibid. num. 18.* Ad habendum arma, *ibid. num. 17.* Ad baptizandum, *ibid. num. 31.* Ad eundum extra mare, *ibid. num. 32.* Ad accedendum ad Curias Principum, *ibid. num. 33.* De licentia porrò Mendicantibus requiſita ad mendicandum, dixi *cod. to. 2. cap. 1. n. 4.* Quibus in locis Summorum Pontificum, & S. Congregationum circa prædicta decreta, & declarationes adduxi, ex quibus plura Barboſa *in Collect. Bullar. verbo licentia*, Gauantus in *Man. Epiſcop. verbo licentia*, Ioannes Maria Nouarius *in Lucern Regular. verbo etiam licentia*. Alia ergo in præſenti addenda, vel pro materiæ complemento, aliquas regulas aſſignando circa licentias in communi ſumptas, & ſtando in iure communi, ſecluſis particularibus ſtatutis Religionũ.

Prima

Digitized by Google

2 Prima ſit. Quamuis plurium Doctorum ſententia ſit, quòd quoties pro aliquo actu requiritur licentia ea debeat eſſe explicita, ita vt hæc ſit differentia quando actus requirit conſenſum, ac quando requirit licentiam, quòd quando requirit licentiam, ea debeat eſſe explicita, pro vt tenent plures Iuriſtæ relati à Sanchez *lib. 3. de Matrimonio diſp. 35. num. 16.* & ſequitur Naldus *in Summa verbo conſenſus num. 10. & verbo licentia num. 1.* ex Rotę deciſione. Nihilominus probabiliuseſt contrarium, ſcilicet, quòd etiam ſi pro aliquo actu requiratur licentia, ſufficiat tacita, ſeu implicita, nullum enim fundamentum eſt ad contrarium aſſerendum. Silueſter *in Summa verbo teſtamentum 2. q. 2. dicto 3.* Sanchez *lib. 6. in Decal. cap. 11. num. 11.* Portellus *in dub. Regular. verb. licentia num. 2.* Fauent ea, quæ dixi *to. 1. cap. 6. num. 55.* Idque maximè tenendum in rebus modicis, ſcientia enim, & patientia in ijs, quæ ſunt modici præiudicij operatur conſenſum, vt habetur ex Abbate *cap. nunc de præſumpt. num. 3.* Filiucius *to. 1. Tract. 8. par. 1. cap. 6. num. 219.* Excipe quando licentia expreſſa, ſeu explicita, requiritur in Lege, vel Statuto, tunc enim non ſufficit tacita, ſeu implicita, iuxta ibidem dicta. Portellus *ſupr.* Nota autem, quòd licentia expreſſa vocatur ea quæ exprimitur à Superiori, verbo, epiſtola, manu, nutu &c. licentia verò tacita, ſeu implicita eſt ea, quæ ex ſcientia, & tolerantia Superioris prudenter præſumitur, etſi ab eo nullo modo exprimatur. Portellus ſupr. Vide dicta *eo cap. 6. num. 56.*

3 Secunda regula eſt. Quando pro actu aliquo requiritur licentia, ea debet eſſe voluntaria, & non coacta, vel precibus importunis, fauoribus, aut metu extorta. Ratio eſt, quia aliàs ea non eſſet licentia, ſed violentia, pro vt habet Diuus Bernardus *de Conſiderat. ad Eugenium*. Sanchez *l. 7. in Decal. cap. 19. num. 16.* Vide dicta eo *cap. 6. num. 56.* Adde, idem eſſe dicendum, iuxta ibidem dicta, de licentia impetrata dolo, aut mendacijs. Tunc enim non adeſt conſenſus Superioris, quia nihil magis eſt contrarium cõſenſui, quam error. *l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi allegat. 32. num. 133.* Quod intellige, quando error eſt circa ſubſtantiam, vt ſi Religioſus peteret aliquam licentiam à ſuo Superiori fingens ſe eſſe aliquem, qui re vera talis non ſit. Error enim circa ſubſtantiam variat diſpoſitionem, iuxta communem Doctorum in materia de Matrimonio, Teſtamentis &c. Barboſa *ſupr.* Aut circa cauſam finalem, & adæquatè motiuam, illam ſcilicet, quæ ſi non ſubſiſteret nullo modo concederetur licentia. Tiraquell. *in Tract. ceſſante cauſa limitat 1. à num. 1.* Sanchez *l. 3. de matrimon. diſp. 39. num. 14.* Barboſa *ſupr.* ex alijs. Nota tamen in hoc attendendum

dendum esse ad mentem concedentium licentiam, eam amque sæpius talis est, vt cum sæpius etiam se decipi agnoscant, nihilominus velint licentias ab ipsis concessas validas esse. Sanchez *supr.* Idem dic, de licentia impetrata precibus importunis, etiam si casus esset, quòd si illæ non essent, licentia non concederetur.

4 Tertia est. Vbi requiritur licentia, intelligitur de legitima. Idem enim est non esse, ac legitimum non esse. Naldus *supr. verbo licentia num.* 1. Vide etiam dicta eo *num.* 56. Nota tamen, quòd licentia legitima ea dicitur, non solùm, quæ conceditur ob legitimam causam, iuxta dicta, sed & quæ conceditur à legitimo Superiori. Solus enim legitimus Superior legitimam licentiam præstare potest. Idque supponitur à S. Congregat. dum iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. agit de licentia requisita Mendicantibus ad mendicandum. Propterea etiam declarauit S. Congregatio 8. Nouembr. 1619. à Laicis non posse concedi dictam licentiam. Gauantus *supr. num.* 5.

5 Quarta est. Vbi licentia specialis ad actum aliquem requiritur, sufficit quòd equiualeat speciali. Exemplum sit de licentia Parrochi pro ministrandis Sacramentis per Religiosos eius parochianis, quę à Clem. *Religiosi de priuil.* requiritur specialis, & Caiet. *verbo Excomm. cap.* 64. ait; sufficere licentiam equiualentem speciali, & hoc, inquit ipse, semper est verum quandocunque ex verbis licentię communiter intelligitur, concedentem dare hanc licentiam, etiam si non nominarentur illa Sacramenta in specie. Naldus *supr. num.* 2. Barbosa *supr. num.* 127. referens id decisum à S. Congregatione ex Armendariz. Bonacina, & alij.

6 Quinta sit. Licentia Superioris in actu gerendo per subditum, non obligat Superiorem volentem eumdem actum prestare ad petendam eam ab alio Superiori. Exemplum sit: Religiosus Superior volens exire ad studia litterarum, non tenetur à Superioribus suis eam petere licentiam, quam à se tenentur obtinere sui subditi proficisci volentes ad talia studia. Idem de subdito Religioso instituto executore, qui tenetur petere licentiam à Superiori, sed Superior non tenetur, si ipse executor instituatur. Silu. *testam.* 2. *q.* 2. *dicto.* Naldus *supr. num.* 5.

7 Sexta. Licentię omnes inter Regulares gratis concedi debent; quia oppositum redolet vitium proprietatis in Prelatis, & quandoque vitium Simonię, si materia ipsa hoc expostulet. Vnde licentias audiendi Confessiones, concionandi, ministrandi Sacramenta gratis dari debere declaratum est à S. Congregatione Episcoporum, & Regularium 16. Iulij 1591. teste Gauanto *supr. num.* 3. Idem etiam videtur dicendum de licentijs, quibus dispensatur in aliquo precepto

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiaſtico. Vnde id declarauit eadem Sacra Congregatio 15. Iunij 1619. de licentia laborandi die feſto. Gauantus *ſupr. num.* 2.

8 Septima. Licentia ad aliquid faciẽdum præcedere debet actum, qui ex illa fit; requiritur enim ex parte cauſæ illius, ſcilicet facultatis ad eum faciendum. Fauent *cap. auditis de elect.* adiuncto *cap. Quia propter eod. tit. & l. vniuerſa C. de precib. imperat.* Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 47. *num.* 46. Barboſa *ſupr. num.* 129. ex alijs.

9 Octaua. Quamuis ad rationem licentiæ non requiratur, quòd fiat in ſcriptis, iuxta dicta *to.* 3. *verbo Gratia num.* 13. cum Scriptura non requiratur niſi tantùm ad faciliorem probationem, non ad ſubſtantiam gratiæ. *l. contrahitur ff. de pignoribus.* (Barboſa *ſup. n.* 128.) nihilominus cum Lex, Statutum, vel Conſtitutio hanc ſolemnitatem requiſierint, obſeruari debet, vt potè quia licita, & honeſta, & ob bonum finem inducta ſit, ſcilicet, vt maturiùs, & rariùs ea licentia concedatur. Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 16. *num.* 31. Suarez *to.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 15. *in fin.* Etſi etiam aliqui velint hoc ſolùm eſſe pro foro externo tantùm, non pro foro conſcientiæ (Soſſa *in explicat. Conſtit. Clem. VIII. de largit. muner. num.* 98. Homobonus, & Bellochius relati à Diana *par.* 3. *tract.* 2. *de dub. Regular. Reſolut.* 129.) nihilominus contrarium eſt tenendum, non ſolùm propter dicta, quia ſcilicet talis conditio eſt licita, honeſta, rationabilis, & prudenter appoſita, ſed etiam, quia vbi Lege, vel partium conuentione contractus Scriptura indiget, ea deficiente eſt irritus. *l. contractus* 16. *C. de fid. inſtrument.* Ex hoc autem ſequitur talem licentiam, ſi in ſcriptis non detur, eſſe irritam, ac per conſequens peccare, qui illa vtitur. Ita ſupponunt Suarez, & Sanchez relati, Nauarrus, Conſettius, & Llamas ab eodem Sanchez adducti. Vide dicta *to.* 3. *verbo Clauſura num.* 25. Erit ergo omiſſio huius ſolemnitatis peccatum mortale, quando grauitas materiæ, & aliæ circunſtantiæ id poſtulauerint, pro vt ſupponunt ijdem Authores, vel ſolùm venialis, ſi materiæ leuitas, vel aliæ circunſtantiæ id exegerint. In caſibus etiam, in quibus repentina neceſſitas occurrerit faciendi aliquid ad quod requiratur prædicta licentia in ſcriptis, ſi propter abſentiam Superioris eſſet periculum in mora eam expectando, poſſet id fieri ſine tali licentia, ſic enim, vel per Epicheiam credendum eſt velle prudentem Legislatorem. Nauarr. *comment.* 4. *de Regular. num* 60. Azor. *to.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 13. *cap.* 8. *q.* 8. Rodrig. *to.* 1. *quæſt. Regul. q.* 46. *ar.* 2. *in fin.*

10 Nona. Licentiæ indeterminatè conceſſæ alicui, proſunt etiam ipſi poſtulanti. Quod eſt dicere; ſi aliquis Religioſus petat à ſuo Præla-

Prælato facultatem v.g. ad abſoluendum à caſibus reſeruatis, illamq. petat indeterminatè pro aliquo ſubdito ipſius Prælati, Prælatusque eam concedat, cenſetur etiam conceſſa pro ipſo poſtulante, ita vt ea vti poſſit. Ratio eſt, quia in generali ſermone comprehenditur etiam perſona loquentis quando loquens concipit verba in perſona alterius, vt patet ex *l. Paulus reſpondit §. fin. ff. de pignorib.* Villalobos *in Summ. tom. 1. tract. 9. difficult. 66. num. 4.*

11 Decima. Conceſſa alicui licentia ad aliquod opus faciendum, intelliguntur illi conceſſa omnia neceſſaria pro illo fine comparando. Habetur in *cap. Præterea de offic. delegati*, vbi ſic. *Ex eo quòd cauſa tibi committitur, ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipis poteſtatem.* Idem habetur in *l. 1. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* Patitur hoc dictum hanc exceptionem, vt ſcilicet vtatur is cui tale conceditur omnibus medijs ad id neceſſarijs, dummodo aliquod medium non ſit ſpecialiter interdictum. Exemplum. Conceditur aliquando Epiſcopo, vt procedat contra Religioſum in aliquo caſu tanquam delegatus Papæ; ſi illi non conceditur expreſsè, vt ad illum finem valeat fulminare cenſuras, has non poterit publicare contra Religioſum, quia ſpecialiter eſt prohibitum cuicunque Iudici Eccleſiaſtico ponere cenſuras contra Religioſos, niſi ipſis ſpecialiter concedatur. Ita Portellus *ſupr. in additionib. num. 2.* Pro exemplo autem adducto vide dicta *to. 1. cap. 11. nu. 14. & to. 3. verbo Exemptio Regularium à nu. 8.* Intelligitur autem prædicta regula non ſolùm de ijs, quæ omnino, & ſimpliciter neceſſaria ſunt, ſed de illis, quæ ſecundum decentiam neceſſariò moraliter requiruntur. Vnde licentia conceſſa alicui Religioſo ad inuiſendum Moniales, conceſſa etiam cenſetur pro ſocio ipſius Religioſi, propter rationem adductam. Naldus *ſupr. verbo licentia nu. 3.* ex Rodriguez quem refert. Fauent quæ dixi *to. 3. verbo Clauſura num 27.* circa ſocium Confeſſarij miniſtraturi Sacramenta Monialibus infirmis, ex declaratione S. Congr. ibi adducta.

12 Vndecima. Licentia conceſſa alicui ad aliquid faciendum non cenſetur reuocata à concedente donec talis reuocatio intimata ſit per certum nuncium, aut litteras, illi, cui conceſſa eſt licentia, ita vt ipſa poſſit vti, & facta per ipſum teneant. Latè probat Sanchez *lib. 3. de Matrim. diſp. 36. num. 9.* & ex ipſo Portellus *ſupr. num. 1.* Barboſ. *ſupr. num. 131.* & Naldus *ſupr. num. 6.* ex alijs etiam, quos referunt, quæ valde vtilia erunt pro multis licentijs, quæ Regularibus conceduntur à ſuis Superioribus.

13 Duodecima. Licentiarum conceſſarum reuocatio fit nõ ſolùm à

conce-

concedente illas, cum iuxta Regulam Iuris, ***Per eaſdem cauſas res naſcitur, & diſſoluitur;*** ſed etiam à ſucceſſore illius, cum habeat æqualem authoritatem, & à Superioribus, cum habeant eamdem, vel maiorem. Quando verò licentia ab inferiori Prælato conceſſa, confirmata eſt à ſuperiori Prælato, Nuncio, vel Papa, tunc non poteſt reuocari ab inferiori Prælato. Quia inferior non habet authoritatem ſupra ſuperiorem. Portell. *in Reſponſ. moralib. par.* 3. *caſ.*34. loquens de licentia quadam conceſſa à quodam Prælato, & confirmata à Nuncio.

14 Tertia decima. Licentiæ continentes aliquam gratiam, ſi talis gratia ſit gratia facta non expirat morte concedentis, vel ceſſatione officij ipſius, ſecus verò ſi talis gratia ſit ſolùm facienda, iuxta dicta *to.*3. *verbo gratia num.* 7. *&* 8. ex *cap. ſi cui nulla de præbend. in* 6. *& cap. ſi ſuper gratia de offic. Iud. delegat.* Quod præter Authores ibi relatos tenent Naldus *ſupr. num.* 6. Portellus *ſupr.* loco relato *ex dub. Regular. verbo licentia in principio.* Barboſa *ſupr. num.* 132. Hinc collige, licentias conceſſas Regularibus à ſuis Superioribus ad abſoluendum à reſeruatis, ad edendas carnes diebus prohibitis, & ſimiles, non ceſſare morte concedentium, vel ceſſatione officiorum ipſorum, quia tales licentiæ continent gratiam factam. Portellus *ſupr. num.* 1. *&* 3. & Sanchez. Collige ſecundò, licentiam conceſſam alicui Religioſo, ſeu Dimiſſorias ad Ordinum ſuſceptionem non ceſſare morte, vel ceſſatione officij concedentis: non ſolùm propterea quòd continent gratiam factam, ſed etiam quia ita declarauit S. Congregatio Epiſcoporum, & Regular. anno 1600. vt refert Naldus *ſupr. verbo Ordo num.* 12. De quo Barboſa *ſupr. num.* 132. & Fagundez *in* 2. *Eccleſ. præcept. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 16. ex alijs quos referunt, qui idem dicit *num.* 13. de facultate conceſſa alicui ad eligendum Confeſſarium.

15 Quartadecima. Ratihabitio de præſenti æquiualet licentiæ. Quod eſt dicere, quoties ſubditus facit aliquid ſub ſpe ratihabitionis Prælati de præſenti, ideſt, prudenter credens quòd Prælatus de præſenti vult, ſeu gaudet, vel approbat, quòd id fiat, dicitur habere ſufficientem licentiam ad operandum. Ratio eſt, quia, vt habetur de Regulis iuris in 6. *Ratihabitio comparatur mandato.* Quemadmodum ergo operans ex mandato dicitur operari ex licentia ſic & operans ex ſpe ratihabitionis. Ioannes Sancius *in Select. diſp.* 44. *nu.* 3. ex Sanchez, Soto, Nauarro, Ledeſma, & alijs. Conſonant, quæ dixi *to.*1 *cap.* 6. *num.* 55. Secus dicendum de ratihabitione de futuro, quia illa non æquiualet licentiæ, iuxta dicta eo *nu.* 55.

16 Idem porrò proportionaliter dicendum de licentijs gratiam conti-

continentibus conceſſis à Papa, vel eius Legatis, Nuncijs, &c. Ità vt licet eæ, quæ continent gratiam faciendam, ceſſent morte &c. illæ verò, quæ continent gratiam factam, durent etiam poſt ipſorum mortem &c. Silueſt. *in Summ. verbo delegatus q.*15. Pottell. *in Reſponſionib.moral.par.*3. *caſ.*34.

17 Alia ad hanc materiam ſpectantia vide *in* 3.*to.verb.Commiſſio, & Commiſſarius*, verbo *Diſpenſatio*, & verbo *Gratia*, ac dicenda infra verbo *Viſitator Regularis*.

LITANIÆ.

SVMMARIVM.

*De illis agere ſpectat ad Regulares. num.*1.
Litaniæ quid & quot ſint. num. 2.
*Conſtitutio Clementis VIII. circa illarum prohibitionem. num.*3.
Quomodo intelligenda. num. 4.
De litanijs nominis Ieſu. num. 5.
Declarationes Sacræ Congregationis. num. 6.
Recitari debent in die Sancti Marci, & tribus diebus ante Aſcenſionem. num. 7.
Alia remiſſiuè. num. 8.

1 DE illis agere ſpecialiter ſpectare videtur ad Regulares, cum ad cultum diuinum, cui ipſi maximè incumbere debent, pertineant.

2 Litaniæ Græce interpretantur Latinè *Supplicationes*, ſiue *preces*. Earum vſus antiquiſſimus eſt in Eccleſia, vt conſtat ex Concilio 1. Aurelian.*c.*29.& *ca. Rogationes de conſecr.* 3. *& ca.*1. *de conſecr.diſt.*2.& Concil.Gerauden.*c.*3.Bracharenſi 2.*c.*9. Toletan.5. *cap.*1. Tolet.6.*cap.*2. Moguntin.1. tempore Caroli Magni *cap.*32. & 33. Diuo Auguſtino *ſerm.* 173. *de tempore*, Baſilio *epiſt.*63. Socrate *lib.*6. *hiſtor. cap* 8. Sozomeno *lib.*8. *cap.*8. Nicephoro *lib.*14 *cap.*3. Vnde earum Author non fuit Sanctus Gregorius Papa, etſi talis vocetur, quia pro varijs locis, & neceſſitatibus eas induxerit. De his Durantus *lib.*2.*de Ritibus cap.*10.Suarez *to.*2. *de Relig.lib.*3. *de Orat. vocali cap.vlt. in fin.* Aliæ dicuntur *Maiores*, illæ ſcilicet, quæ die S.Marci dicuntur, aliæ *Minores*, quæ in tribus diebus ante Aſcenſionem. Licet Suarez *ſupr. num.* 26. has poſteriores *Maiores* vocet, priores verò *Minores*. Video etiam in Paulo Diacono *de geſtis Rom. Pont.*

Digitized by Google

Pont. lib.8. cap. 4. mentionem fieri cuiuſdam Litaniæ *ſeptiformis*, propterea ſic dictæ, quòd D. Gregorius Dominum deprecaturus in ſeptem partes diuiſit populum.

3 Quamuis autem earum vſus licitus valde ſit, nihilominus, quia in abuſum declinauerat, ideo Clemens VIII. ann. 1601. in Conſtitut. *Sanctiſſimus* in 3.to. *Bullar. in Appendic. num.* 4. aliàs 122. hanc edidit Conſtitutionem. *Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens Papa VIII. Quoniam multi hoc tempore priuati etiam homines prætextu alendæ deuotionis, nouas quotidie Litanias euulgant, vt iam propè innumerabiles formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptæ ſententiæ, in alijs (quod grauius eſt) periculoſæ, & errorem ſapientes inueniantur, pro ſolicitudine ſua paſtorali prouidere volens, vt animarum deuotio, Deique, ac Sanctorum inuocatio ſine vllius detrimenti ſpiritualis periculo foueatur, præcipit, & mandat, vt, retentis antiquiſſimis, & communibus Litanijs, quæ in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non Litanijs de B. Virgine, quæ in ſacra Aede Lauretana decantari ſolent; quicunque alias Litanias edere, vel etiam editis in Eccleſijs, ſiue Oratorijs, ſiue Proceſſionibus vti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoſcendas, etſi opus fuerit, corrigendas, mittere teneantur, neque ſine licentia, & approbatione prædictæ Congregationis, eas in publicum edere, aut publicè recitare præſumant, ſub pœnis (vltra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuerè infligendis.* Quaranta *in Summa Bullarij verbo Litania.*

4 Circa quam Conſtitutionem nota primò, per illam non prohiberi ſcribere, aut habere apud ſe Litanias aliquas pias, & deuotas pro vſu particulari. Verbum enim illud *euulgant*, & illud *circumferantur*, ac illud *eas in publicum edere*, manifeſtè denotant ſolùm prohiberi publicam editionem Litaniarum, qualis eſſet, ſi typis mandarentur, vel etiam ſolùm in ſcriptis, ſi publicarentur. Nota etiam ſecundò, neque etiam prohiberi priuatam recitationem aliarum Litaniarum præterdictas, vt conſtat ex illo verbo *publicè recitare præſumant*. Nota tertiò, quòd etſi ad hoc quòd aliæ Litaniæ publicentur, vel publicè recitentur requiratur approbatio Sacræ Congregationis Rituum, vt patet ex ipſo contextu; nihilominus eadem S. Congregatio, vt patet ex vna Alexandrina 15. Maij 1608. quam refert Barboſa *in Collectaneis Bullarij verbo Litaniæ*, non approbat alias. Nota quartò, quòd etiam ad hoc quòd poſſint priuatim recitari aliæ Litaniæ præter dictas, præcipit eadem S. Congregatio ſecunda die Martij 1602. apud eumdem Barboſam, quod reuideantur. Quia tamen nec ibi, nec in Conſtitutione Clementis expreſsè

preſsè prohibentur, ideo, vt dixi poſſunt priuatim recitari.

5 Præſertim quintò, circa Litanias nominis Ieſu notandum, quòd Sixtus V. in Bulla *Reddituri* in Bullario Rodriguez *to.* 2. inter Bullas Sixti *num.* 25. concedit trecentos annos Indulgentiæ recitantibus Litanias nominis Ieſu ad inſtantiam Reuerendorum Patrum Diſcalceatorum noſtri Ordinis. Ex quo videtur colligi, prædictas Litanias nominis Ieſu cenſeri approbatas à Sede Apoſtolica, ac perconſequens non includi in prohibitione generali Clementis 8. & Sacræ Congregationis Rituum, quia ſolùm videntur loqui de Litanijs à Sede Apoſtolica aliàs non approbatis.

6 Declaratum etiam eſt ab eadem Sacra Congregatione 25. ſeptembr. 1627. apud Gauantum *in Manuali Epiſcoporum verbo Litaniæ*, quòd quando Litaniæ Maiores, ideſt, quæ dicuntur die Sancti Marci Euangeliſtæ venerint in die Paſchatis, transferri debeant ad feriam tertiam ſequentem. Item declaratum eſt ab eadem Sacra Congregatione 22. Martij 1631. apud eumdem Gauantum *ſupr.* non licere addere Sanctorum nomina Litanijs, quæ habentur in Breuiario, licet ſint Patroni locorum.

7 Teneri eos, qui ad Officium diuinum obligantur, recitare in die S. Marci, & tribus diebus ante Aſcenſionem Domini Litanias, dixi *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 23. ex Suarez, & Bonacina ibi relatis, quod etiam tenent Tannerus *in* 2. 2. *diſp.* 5. *q.* 1. *dub.* 5. *n.* 148. Caſtrus Pallaus *to.* 2. *diſp.* 2. *punct.* 2. *nu.* 13. & alij, eo quòd ex communi ſententia Theologorum, & vſu Eccleſiæ cenſeantur pars Officij illorum dierum, vt propterea, qui illas in Proceſſionibus non recitauerint, priuatim recitare teneantur. Vbi nota, quòd licet celebris Author Pater Diana *in* 2. *parte tractatu* 12. *reſolut.* 42. oppoſitum probabile eſſe putet ex alijs, quos refert, nihilominus *parte* 4. *tractatu* 4. *reſolut.* 227. noſtram ſententiam tutiorem, & veriorem appellat. Vide Bonacinam *tract. de horis Canonicis diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 1. *num.* 13. & 14. vbi alia ad intentum.

8 Vide alia dicenda verbo *Officium diuinum*.

LITTERÆ APOSTOLICÆ.

SVMMARIVM.

Litteræ Apoſtolicæ, quæ dicantur. num. 1.
Breuia S. Pœnitentiariæ inter ipſas numerantur. num. 2.
Quæ dicantur ſubreptitiæ, obreptitiæ, falſæ, aut falſificatæ. num. 3.

Pœnæ

Pœna impetrantium Litteras Apoſtolicas ſubreptitiè, vel obreptitiè. num. 4.
Quando contingat ſurreptio, vel obreptio. num. 5.
De falſificantibus litteras Apoſtolicas. num. 6.
Religioſi non poſſunt impetrare aliqua contra ſuæ Religionis ſtatuta num. 7.
Quid faciendum ſi ea impetrent. num. 8.
Tenor aliquarum litterarum Apoſtolicarum, ſeu Sacræ Pœnitentiariæ. num. 9.
Tenor pro diſpenſatione in voto Caſtitatis. num. 10.
Pro diſpenſatione in Affinitate. num. 11.
In impedimento occulto ex fornicatione. num. 12.
Animaduertenda circa tales litteras. num. 13.
Quid quando diriguntur Magiſtro in Theologia. num. 14.
De priuilegio Gregorij XIII. pro Ieſuitis. num. 15.
An communicetur alijs Religionibus. num. 16.
Quid intelligatur nomine Doctoris. num. 17.
Quid Confeſſoris ex approbatis ab Ordinario. *num.* 18.
A quo aperiri poſſint. num. 19.
Modus exequendi tales litteras. num. 20.
Quid quando remittuntur alicui cum conſilio aliorum. num. 21.
Per ſtimulos carnis, *quid intelligatur. num.* 22.
Per Oratoris examinationem, *quid intelligatur. num.* 23.
De monitis, ſeu conſilijs dandis à Confeſſario. num. 24.
Quid intelligatur per illa verba à mutatione propoſiti. *num.* 25.
Circa pœnitentias iniungendas. num. 26.
Circa alia opera pœnitentiæ. num. 27.
Quando impedimentum cenſeatur occultum. num. 28.
An imponenda ſit pœnitentia vtrique coniugi. num. 29.
Quid de experientia, cohabitatione, &c. num. 30.
Quid de illis verbis Muliere de nullitate prioris conſenſus certiorata. *num.* 31.
Poſt diſpenſationem factam quid agendum. num. 32.
De laniatione, ſeu reſtitutione Litterarum. num. 33.
Diſpenſationes gratis faciendæ. num. 34.
Quibus verbis dandæ diſpenſationes. num. 35.
De diſpenſationibus in foro externo. num. 36.
De alijs remiſſiuè. num. 37.

1 LItteræ Apoſtolicæ appellantur illæ, quæ expediuntur in Curia Romana per Papam, & ipſius officiales Papæ nomine.

Graffius

Graſſius 1. *p. deciſ. lib.* 4. *in explicat. Bullæ Cœnæ cap.* 6. *num.* 88. Filiucius *to.* 1. *tract.* 16. *cap.* 8. *num.* 184. Ex quibus aliæ ſunt, quæ cum Bulla plumbea pendente circa magna negotia expediuntur, quæ generali vocabulo vocantur *Bullæ*. Aliæ verò, quæ expediuntur pro paruis negotijs cum ſigillo cereo per annulum Piſcatoris, quo Sanctus Petrus vſus fuiſſe creditur, & vocantur *Breuia*. Aliæ, quæ vocantur *ſignaturæ*, quæ ſunt ſupplicationes, ſeu petitiones in ſcriptis Papæ, vel eius Miniſtris porrectæ, quibus Papa ſubſcribit per *fiat*, vel ſimile verbum, non tamen ornatæ ſigillo. Rebuffus *in præx. beneficior. in tit. de Bulla, & tit. de Breu. & tit. de ſignatura*. Petrus Gregorius *in ſyntagmat. lib.* 17. *cap.* 15. Graſſius *ſupr. num.* 9. & 91. Aliæ præterea Litteræ Apoſtolicæ ſunt, quæ vocantur *Mandata Apoſtolica*. Eſt autem *Mandatum Apoſtolicum* omne reſcriptum, per quod Summus Pontifex mandat, & iubet alicui de beneficio prouideri. Petrus Gregorius *ſupr. cap.* 11. Azor. *to.* 2. *Inſtit. moral. lib.* 6. *cap.* 32. apud quos, poſt Staphileum, Gomezium, Rebuffum, & alios plura de ijs mandatis Apoſtolicis, & de varijs modis, quibus concedi ſolent, quæ omitto, quia parum ad intentum Regularium deſeruiunt. Solùm ergo de ijs, quæ ſpecialiùs ad ipſos ſpectant hìc tractandum, maximè, quod attinet ad impetrationem priuilegiorum, indultorum, ſeu aliarum gratiarum, quæ per dictas Litteras Apoſtolicas obtinere ſolent, & ad Breuia, ſeu diſpenſationes Sedis Apoſtolicę, quæ ipſis committi ſolent pro executione.

2 Et primò notandum Breuia Summi Pœnitentiarij, ſeu Pœnitentiariæ, quæ ſæpius ipſis Regularibus committuntur, etiam vocari quoad intentum noſtrum Litteras Apoſtolicas, quia expediuntur in Curia per prædictum ſummum Pœnitentiarium, qui etiam eſt Papæ officialis. Et ita ſupponit Petrus Gregorius *d. cap.* 15. *num.* 13. & docet Filiucius *Tract.* 16. *num.* 184. *in Tabella excommunicat. ex Iulio III.*

3 Secundò nota, Litteras Apoſtolicas alias poſſe eſſe ſubreptitias, alias obreptitias, alias falſas, alias verò falſificatas. Litteræ ſubreptitiæ illæ dicuntur, quæ impetrantur exprimendo falſitatem, ſeu tacendo veritatem, ſeu illa, quæ ius, & ſtylus Curię exprimi iubent. Obreptitiæ verò illæ, quæ impetrantur ſupplicato Papa ſic inoluté ſub inuolucro verborum, vt non perceperit veritatem. Falſæ autem, quæ nunquam à Papa conceſſæ ſunt, ſed aliquis priuatus illas finxit. Falſificatę tandem ſunt illæ, quæ verè à Papa emanarunt, ſed ab aliquo priuato alteratæ, vel immutatæ ſunt. Graſſius *ſupr. num.* 88. ex Iaſone *in l.* 2. *num.* 1. *C. Si cont. ius, vel vtilit. public.* Layman. *lib.* 1. *Tract.* 4. *cap.* 23. *num.* 4.

His

4 His positis, quod attinet ad impetrationem prædictarum Litterarum Apostolicarum, dicendum primò. Religiosus, vel quicunque alius impetrans subreptitiè, vel obreptitiè Litteras Apostolicas, peccat mortaliter, quia decipit Papam in re graui. Imo tales Litteræ ipso iure irritæ sunt, & inualidæ, vt constat ex *cap. Ad aures. cap. Constitutus. cap. super Litteris de Rescript. & cap. vlt. de fil. Presbyteror. in 6.* Graffius *d. num.* 89. Layman. *supra cap.* 22. *num.* 17. Etiam si surreptio, vel obreptio per ignorantiam, & bonam fidem contingat, quia hoc non est pœna, sed prouenit ex defectu voluntatis, vel intentionis Papæ. Sanchez *l.* 8. *de Matrim. disp.* 21. *num.* 19. Layman. *supr. num.* 18. Thesaur. *in prax. par.* 2. *verbo gratia cap.* 8. §. *Amplia quod surreptio*. Hoc tamen intelligi solùm debet in Litteris Apostolicis gratiam continentibus. Si enim iustitiam contineant, ideſt, si sint ad lites forenses, non sunt ipso iure irritæ, sed irritandæ à parte, seu aduersario contra quos obtentæ sunt, per exceptionem allegatæ surreptionis, vel obreptionis, pro vt colligitur ex cap. *Si autem, & c. Plerunque de Rescript.* Sanch. *sup. n.* 3. Garzia *de benef. par.* 8. *c.* 3. *num.* 1. Layman. *d. num.* 17. Quando verò, aut quomodo sanetur tale vitium habet Thesaurus. *supr.* §. *Amplia quod si gratia*, & §. *limita etiam*. Talis tamen impetrans Litteras Apostolicas subreptitiè, vel obreptitiè, non propterea incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ Papæ reseruatam, de qua dixi *to.* 3. *verbo Bulla Cœnæ nu.* 20. Quia ea solùm est imposita contra falsificantes Litteras Apostolicas; iste verò non falsificat illas, sed impetrat modo illo doloso, & fraudulento. Nauarr. *in Man. cap.* 27. *num.* 62. Graffius *d. n.* 89. Tolet. *in Summa lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 4. §. *Tertiò impetrantes*. Incurrere tamen videtur pœnas taxatas in *cap. Ad falsarior. in fin. de crimine falsi*, pro vt dixi *to.* 3. *verbo Falsarius num.* 2. *ex* Suarez ibi relato. Quod, & sequitur Alterius *l.* 5. *disp.* 7. *cap.* 5. *in princ. to.* 1. Ibi enim distingui videntur falsificantes Litteras ab impetrantibus Litteras falsas, ex hoc enim denotari videtur hos posteriores esse illos, qui Litteras Apostolicas surreptitiè, vel obreptitiè impetrant. Licet Filiucius *supr. num.* 185. oppositum sentiat. An verò incidant etiam in pœnas Bullæ Pij 5. quæ incipit *Cum sicut* vide Thesaur. *supr.* §. *ex Bulla*. Illud certius quòd subripientes expeditionem Litterarum Apostolicarum gratuitam faciendo in eis exprimi impetrantem habere illas qualitates, ob quas solent Litteræ Apostolicæ talibus gratis concedi, vt esse Commensalem, aut Nepotem Cardinalis, aut Abbreuiatorem, & Scriptorem Litterarum Apostolicarum, incurrunt excommunicationem, ex Bulla Innocentij 8. Const. 7. vel 11. quæ incipit: *Cum sicut*, & Leonis 10. Constitut. 27. quæ incipit: *Inhærendo.*

do. Filiucius *tract.* 15. *num.* 95. *&* 99. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi allegat.* 50. *num.* 118. ex alijs. Contra hos etiam extat Ordinatio SS. D.N. Vrbani, pro vt refert Theſaur. *ſupr.* §. *hodie*.

5 Maximè notandum pro huiuſmodi ſubreptione, vel obreptione Litterarum Apoſtolicarum, tunc ſolùm contingere, quando aliquid reticetur veri, vel exprimitur falſi, ita vt ſi ſecus eſſet, Papa, prudentum iudicio, non conceſſiſſet illam gratiam, vel non eodem modo, aut etiam quando iura, aut ſtylus curiæ talem circunſtantiam exprimi volunt tanquam conditionem ſine qua non. In his enim caſibus ſolùm præſumitur conceſſionem irritam eſſe, quippe inuoluntariè conceſſam propter errorem. Sanchez *dicta diſp.* 21. *n.* 13. & ſequentibus, Layman. *ſupr. nu.* 18. *&* 19. ex alijs.

6 Dicendum ſecundò, falſificantes, ſeu falsò fabricantes Litteras Apoſtolicas excommunicationem Papalem incurrunt Bullæ Cœnæ Domini, pro vt conſtat ex verbis ipſius 3. *to.* verbo *Bulla Cœnæ n.* 20. relatis. Pro quo vide dicta eod. 3. *to.* verbo *Falſarius nu.* 2.

7 Dicendum 3. Quamuis ex vi priuilegiorum à Summis Pontificibus Regularibus aliquibus conceſſorum, præſertim Vrbani 4. pro Prę̃monſtratenſibus, Clem. 7. pro Ciſtercienſib. Leonis 10. pro Eremitis S. Auguſtini, Sixti 4. & Iulij 2. pro Hieronimianis, maximè eiuſdem Leonis 10. pro Minoribus, quæ referunt Caſſarubius *in Compend. priuilegiorum Mendicant. verbo exempti fratres num.* 9. 10. *&* 11. Rodriguez *to.* 2. *quæſt. Regular. q.* 64. *ar.* 1. *& q.* 103. *ar.* 2. & Portellus *in Dub. Regular. verbo impetrare indulta abſque licentia num.* 1. non poſſint impetrare indulta aliqua à Sede Apoſtolica contra ſuę Religionis Regulam, vel Statuta ſine licentia ſuorum Prælatorum, & talia indulta ſint nulla, pro vt habent Rodriguez, & Portellus. Nihilominus attendendum eſt ad prædicta indulta. Si enim illa derogent talibus conceſſionib. Statutis, Regulis, vel Priuilegijs valida erunt. Sin autem non derogent illis, manebunt in ſua vi. Portellus *ſupr. num.* 2. Addit Rodriguez eo *ar.* 1. quòd cum Pontifex concedit tale indultum ex motu proprio, & certa ſcientia cenſetur derogare prædictis omnibus. Sed quidquid de hoc ſit, ſaltem quando indultum non conceditur niſi ad inſtantiam partis non derogabit prædictis. Maximè quia cum de iure ſit *l. quoties C. de precib. imper. offer.* quòd contra ius alterius nihil admittatur, & de iure Religionis ſit quòd propter obedientiæ votum Religioſi ſubditi ſint voluntati ſuorum Prælatorum, non eſt cenſendum derogari huic iuri à Pontificibus, niſi id exprimant. Rodriguez *d. ar.* 2.

8 Caſu ergo, quo talia indulta impetrata fuerint ab aliquibus Regularib. contra Regulam, aut Statuta ſuarum Religionum, ſine ſcitu,

ſcitu, & aſſenſu ſuorum Superiorum (quod maximè contingit in quibuſdam ambitioſis, qui varijs, & exquiſitis vijs gradus Magiſterij, & alias immunitates ſibi indebitè quærunt) poſſunt, imo ſapius debent, prædicti Superiores, debita reuerentia dictis Apoſtolicis indultis exhibita, pro illorum moderatione ad Sanctiſſimum ſupplicationem facere, & interim illa ſuſpendere, iuxta dicta ſupra verbo *Leges Regularium num.* 19. Certi enim eſſe debent ſummos Pontifices, vt potè Regularis obſeruantiæ egregios zelatores, nihil voluiſſe contra Regulam, & Conſtitutiones Religionum, aut quod ſcandalum, vel perturbationem inter Religioſos generare poſſit, pro vt ſolent prædicta indulta. Caſu etiam quòd viuæ vocis oraculo aliqui Religioſi impetrent gratiam aliquam à Sede Apoſtolica, norent Prælati aliud viuæ vocis oraculum Leonis X. quod refert Caſſarubius *in Compend. verb. oracula viuæ voeis num.* 3. quo Minoribus fratribus conceſſit, quòd Generalis in Generali Capitulo, & Prouinciales in Prouinciali de conſenſu eorundem, vel maioris partis declarare poſſint, & valeant vtrum abuſu alicuius conceſſionis viuæ vocis oraculo factæ abſtineri debeat: poſt quam quidé declarationem tam Fratres, quam Moniales, ac ſi conceſſio huiuſmodi per ſuam Sanctitatem ſuſpenſa, vel reuocata fuiſſet, conceſſione eadem in poſterum non vtantur. Notent etiam huiuſmodi viuæ vocis oraculum reuocatum non cenſeri per reuocationes factas à Gregorio XV. & Sanctiſſ. D. N. Vrbano, quia limitare, reſtringere, declarare, ſeu etiam tollere priuilegia à ſubditis competit Prælatis, tum ex vi ſui officij, tum ex multis priuilegijs, de quibus dixi *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 56. Aliam rationem pro hoc aſſignat Bordonus *reſolut.* 31. *nu.* 2. de qua infra verbo *Oracula viuæ vocis.*

9 Circa ſecundum de Litteris Apoſtolicis, ſeu Breuibus Papæ, ſeu Pœnitentiariæ Regularibus quandoque deſtinatis, notandum, diuerſi tenoris eſſe. Aliquando enim, videlicet pro diſpenſando voto Religionis, talia ſolent eſſe. *N. Cardinalis &c. Diſcreto viro Confeſſori Magiſtro in Theologia, vel decretorum Doctori ex approbatis ab Ordinario per latorem præſentium ad infraſcripta ſpecialiter eligendo ſalutem in Domino. Pro parte latoris nobis oblata petitio continebat, quòd ipſe alias graui morbo laborans ſe Religionem ingreſſurum ſimpliciter vouit, cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, lator prædictus ob ſtimulos carnis, quos ſentit, continenter viuere poſſe non ſperet; pro ſuæ conſcientiæ quiete cupit votum huiuſmodi ad effectum contrahendi Matrimonium, in alia pœnitentiæ, & pietatis opera per Sedem Apoſtolicam commutari. Quare ſupplicari fecit humiliter ſibi ſuper id de opportuno remedio miſericorditer prouideri.*

Nos igitur, qui Pœnitentiariæ D. Papæ curam gerimus, eiusmodi supplicationibus inclinati, authoritate Apostolica specialiter nobis commissa, discretioni tuæ committimus, quatenus si ita esse, ac latorem stimulis carnis adeo agitatum, vt maximè dubites continere non posse, ac propterea de eius incontinentia probabiliter timendum, per diligentem Oratoris examinationem, ac post monita, & consilia opportuna illi præstita, inueneris: eumdem à mutatione propositi absoluas hac vice in forma Ecclesiæ consueta: iniuncta ei pœnitentia salutari, sibique votum prædictum ad hoc, vt Matrimonium legitimè contrahere possit, in frequentiam Sacramentalis Confessionis peccatorum suorum, singulis scilicet mensibus, semel, aut quoties tibi videbitur, & in alia pœnitentiæ opera perpetua per te iniungenda, inter quæ sint etiam aliqua Religionis, quæ quotidie facere teneatur, ad eum finem, vt ea implens meminisse semper possit obligationis, qua huiusmodi voto adstringebatur, pro vt secundum Deum ipsius animæ saluti expedire iudicaueris, dispensando commutes, in foro conscientiæ tantum. Dat. Romæ &c.

10 Forma verò pro dispensatione in voto simplici castitatis talis solet esse. *Quatenus si ita esse, ac Oratorem stimulis carnis adeo agitari, vt maximè dubites continere posse, & propterea de illius incontinentia probabiliter timendum, per diligentem Oratoris examinationem, ac post monita, & consilia opportuna illi præstita inueneris, eumdem à mutatione propositi absoluas hac vice &c.* Et infra subiungitur. *Et cum eodem, vt Matrimonium sic contrahere, & in eodem post modum permanere, & debitum coniugale exigere licitè valeat, misericorditer dispenses, in foro conscientiæ tantum.* Ita *quod si coniugi superuixerit maneat postea cælebs, & in ea castitate, vt pote eodem voto vt prius, obligatus. Quòd si iterum contraxerit, & consummauerit Matrimonium, aut vnquam extra Matrimonium fornicatus fuerit, sciat se contra huiusmodi votum acturum. Dat. Romæ &c.*

11 Similiter, quando dispensatio est pro affinitate ex fornicatione occulta ad incundum Matrimonium, tenor talis esse solet. *Discretioni tuæ committimus, quatenus si ita est, dictum latorem à præmissis absoluas hac vice in forma Ecclesiæ consueta; iniuncta eidem pro modo culpæ pœnitentia salutari, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda, dummodo impedimentum inde proueniens occultum sit: cum eodem latore, quòd, præmissis non obstantibus, Matrimonium cum dicta sorore, & vterque inter se seruata forma Tridentini contrahere, & in eo post modum remanere licitè valeant, iure dispenses. Prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando in foro conscientiæ tantum. Ita quod huiusmodi absolutio, & dispensatio latori in foro iudiciario*

nullate-

nullatenus suffragetur: nullis super his testibus adhibitis, aut litteris datis, seu processibus confectis, sed præsentibus laniatis, quas laniare timearis, neque latori restituas. Quod si restituas, nihil illi præsentes Litteræ suffragentur. Dat. Rom.

12 Pariter etiam quando dispensatio datur in Matrimonio inito cum impedimento affinitatis occulto ex fornicatione, talis tenoris esse solet forma. *Discretioni tuæ committimus, iniuncta eorum cuilibet pro tam enormi libidinis excessu graui pœnitentia salutari, ac Confessione Sacramentali peccatorum suorum, singulis scilicet mensibus, vel quoties animarum suarum saluti expedire iudicaueris, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda, quodque diligenter experiantur an sine scandalo possint separari. Quod si fieri potest fiat omnino. Quod si fieri non possit, experiantur saltem an cohabitantes tanquam frater, & soror continenter viuere valeant. Quod si neutrum fieri valeat, & ex cohabitatione incontinentiam, ex separatione verò scandala oriri posse tibi visum fuerit, cum ipsis latoribus (muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute, vt si illa adhuc ignara sit, latoris delictum nusquam detegatur) dispensa, vt Matrimonium inter se secretò contrahere valeant, prolem susceptam, si quæ sit, & suscipiendam exinde legitimam decernendo in foro conscientiæ tantum. Dat. Rom.*

13 Circa quas, & alias formas dispensationum, quæ pro diuersitate materiarum à Sede Apostolica emanare solent, quarum aliquas referunt Sanchez *l.* 8. *de matrim. disp.* 34. & Portellus *in dub. Regular. verbo Confessor aperiens Litteras Papæ*, aliqua animaduertenda, maximè pro praxi Regularium, quibus quandoque contingit eas executioni mandare. Primum, circa personam cui committitur, seu delegatur executio talis dispensationis; secundum, circa modum, quem in illa seruare debet; tertium, circa ea, quæ post talem executionem facienda sunt.

14 Et quidem quoad primum cum petitur in forma quòd sit Magister in Theologia, denotatur debere esse Doctorem in hac facultate. Idem enim est esse Magistrum, & Doctorem iuxta dicta *to.* 3. verbo *Gradus num.* 2. Sanchez *supr. num.* 5. Portellus *supr. num.* 1. Nec sufficit quoad Regulares esse Magistrum pro sua Religione tantùm, nisi verè ad Magisterij, seu Doctoratus gradum in aliqua Academia promoti fuerint. Quia in talibus Litteris Pontificis videtur requiri, quòd persona cui committuntur exequendæ, habeat hanc qualitatem, scilicet publicum alicuius Academiæ testimonium. Sanchez *supr. num.* 9. Portellus *num.* 3. Pro quo notandum, quadrupliceis generis Magistros in Theologia reperiri in Religionibus. Alij

enim sunt, qui lauream Magisterij, seu Doctoratus in aliqua approbata Vniuersitate susceperunt, de quibus certum est exequi posse executionem talium Litterarum. Alij sunt, qui prædictam etiam lauream in aliquo Collegio sui Ordinis habente facultatem à Sede Apostolica ad id faciendum susceperunt, pro vt erunt illi, qui in nostro S.Theresiæ Salmanticensi Collegio eam susceperint, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Gradus num.* 6. ex concessione, & priuilegio SS. D.N. Vrbani ibi relatis. De quibus etiam idem affirmandum, cum sint veri Doctores in Theologia authoritate Apostolica creati. Alij item sunt, qui prædictam quoque lauream Doctoratus accipiunt ab aliquo Superiori v. g. Generali Ordinum ex speciali priuilegio Sedis Apostolicæ, quale idem Sanctissimus concessit Reuerendiss. Theodoro Stratio Ordinis nostri Generali Litteris datis die 7. Nouemb. 1633. in eis enim habetur, vt tempore visitationis Ordinis posset ad Magisterij in Theologia gradus promouere aliquos Religionis alumnos idoneos repertos, illisque Magisterij, & Doctoratus insigna auctoritate Apostolica conferre. Et de his etiam loquendo certum quoque est posse prædictas Litteras aperire, & exequi. Sunt enim veri Magistri, & Doctores in Theologia, & vt in ipsis Litteris habetur *omnibus, & singulis honoribus, priuilegijs, fauoribus, prærogatiuis, præeminentijs, antelationibus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratijs, & indultis, quibus alij quicunque in eisdem artibus, & Theologia huiusmodi Magistri etiam in publicis studiorum generalium Vniuersitatibus ad huiusmodi gradus promoti de iure, vsu, consuetudine, aut aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, & gaudent, vti, frui, & gaudere possunt.* Idemque videtur dicendum de Magistro creato ex vi priuilegij Bonifaci Noni pro Generali Ord. Prædicatorum. De quo *to.* 3. verbo *Gradus, & Graduati num.* 5. Alij verò sunt, qui nullo ex prædictis modis lauream Doctoratus, seu Magisterij susceperunt, sed solùm propter litterarum exercitia ab eis præstita Magistri in Ordinib. creantur ab eorum Superioribus cum aliquibus priuilegijs, iuxta varia Ordinum instituta, quales in Ordine nostro sunt ij, qui ex concessione facta per eumdem Sanctissimum sub die octaua Octobris 1639. eidem Reuerendiss. Stratio, ex Prouincijs Italiæ, & Insularum adiacentium Romam veniunt, & coram Eminentissimo Cardinali Protectore Ordinis, ab eodem Reuerendiss. & alijs examinati & approbati in Magistros Ordinis creãtur. Hi verò sunt, de quibus dixi non posse exequi talium Litterarum Apostolicarum dispensationem, non enim sunt veri, aut simpliciter Doctores, seu Magistri in Theologia, sed solùm secundum quid, & cum addito, scilicet in eorum Ordinibus. Idem quoque dicen-

dicendum de alijs, qui Licentiati, Præsentati, seu Bachalaurei nominantur, cùm non sint veri Doctores, aut Magistri, etiam si casu dato viri doctissimi aliàs sint, aut etiam publicè in aliqua Academia ius Canonicum, vel Theologiam doceant, aut communi errore Doctores appellentur, propter eamdem rationem. Sanchez *supr. num.* 7. 8. 9. & 10. Filiucius *Tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 10. *num.* 352. Qui tamen prædictam lauream obtinuerunt, etiam si aliàs indocti sint, validè dispensant, quia habent qualitates requisitas. Bonacina *de legibus. disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 2. *num.* 3. Portellus *supr. num.* 4.

15 Extat tamen priuilegium Gregorij 13. cõcessum Generali Aquæ viuæ, & Presbyteris Societatis Iesu anno 1582. inter Constitutiones eiusdem Gregorij *num.* 75. vbi eidem Claudio Aquæ viuæ Generali hæc dicit: *Exponi nobis nuper fecisti, quòd alias quond. Alexander Frumentus tunc officij S. Pœnitentiariæ Regens dilectis filijs Presbyteris Societatis Iesu cui præesse dignosceris, etiam si nullo Magisterij in S. Theologia, & Doctoratus in iure Canonico gradibus insigniti essent, aliàs tamen idoneis, & approbatis ipsius Societatis Confessarijs, vt quascunque obsignatas etiam Magistris in Theologia, vel iure Canonico Doctoribus directas in foro conscientiæ eiusdem Sacræ Pœnitentiariæ Litteras aperire, & absolutionis beneficium, iuxta illarum dispositionem impendere possent, & valerent, verbo tenus concessit; eaque facultate ipsi Presbyteri hactenus vsi sunt. Cum itaque ipsius Societatis Religiosi ad huiusmodi gradus nisi pro necessitate scholarum suarum promoueri non soleant: pœnitentes etiam ad ipsos Presbyteros cum suis Litteris absolutionum in dies recurrant, & importunè obsecrent, opportunè etiam eos iuuari conuenit. Nos ideirco tuis in hac parte supplicationibus inclinati, Presbyteris Societatis huiusmodi per te, vel tibi subordinatos illius Superiores de tua licentia designandis, & ab Ordinarijs locorum approbatis, vel approbandis, etiam si Magisterij, vel Doctoratus, aut alijs gradibus insigniti non sint, Litteras huiusmodi aperiendi, Confessionibusque fidelium ad ipsos recurrentium auditis, & imposita salutari in illis expressa, vel de iure infligenda pœnitentia, absoluendi, ac in foro conscientiæ quascunque sibi verbo, vel scriptis commissas absolutiones, dispensationes, & pœnitentiarum iniunctiones, excipiendi, & exequendi licentiam, & facultatem tenore præsentium concedimus, & impartimur. Non obstantib. &c.*

16 Sed licet plures sentire videantur hoc priuilegium communicari posse alijs Religionibus habentibus generalem communnicationem priuilegiorum cum Societate, nihilominus aliqua animaduertenda sunt. Primò, quòd cum illud solùm concessum sit Genera-

li Claudio Aquæ viuæ, non autem alijs ſucceſſoribus ipſius, non video qualiter alij Generales Societatis, & multo minus per dictam communicationem Generales aliarum Religionum eo vti poſſint. Conceſſio enim, ſeu priuilegium alicui Generali perſonaliter conceſſum non tranſit ad ſucceſſores. Quia iuxta regulam iuris in 6. *n.* 7. priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona. Tranſiret autem, ſi Pontifex diceret *vel Generali pro tempore exiſtenti*, quod non reperitur in hoc priuilegio, vt intuenti conſtare poterit. Secundò, eſto quòd alij Generales eiuſdem Societatis eo vti poſſent, difficile etiam eſt, quod id communicetur alijs Generalibus illorum Ordinum, in quibus Magiſtri, ſeu Doctores in Theologia reperiuntur. Vt enim dixi *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 38. cum titulus quare Pontifex hoc concedit Patribus Societatis, vt patet ex contextu, ſit eo quòd inter ipſos non ſint niſi rarò aliqui Magiſtri, vel Doctores, ſanè aliæ Religiones, in quibus tales gradus reperiuntur non poterunt vti eo priuilegio; cum in illis ceſſet præfatus titulus. Vt enim etiam dixi *to.* 2. *cap.* 1. *nu.* 52. communicatio priuilegiorum inter Religiones ſolùm eſt quando in illis militat eadem ratio, vel ſaltem ſimilis, aut æquiualens, propter quam Pontifex illud conceſſit. Tertiò, reſpectu illorum quibus valet, vel valere poſſit hæc conceſſio expendendum eſt verbum illud *in foro conſcientiæ*, quo denotatur nullatenus in foro exteriori valere poſſe tales diſpenſationes, & abſolutiones. Imò videtur requiri quòd dentur in ipſo actu Sacramentalis Confeſſionis. Ad hoc enim denotandum videtur Pontifex vſus illis verbis *Confeſſionibus auditis &c.* Quartò, quòd etiam caſu quo id fiat, Prouinciales non poſſunt dare hanc commiſſionem niſi ex delegatione Generalis, & ſolùm Confeſſarijs approbatis cum alijs conditionibus in conceſsione expreſſis, aliàs irritum erit, & inane, quid quid contra geſtum fuerit. Debent autem prædicti Confeſſarij eſſe viri valde docti, alias pro tanto negotio erunt inepti, pro vt habent Rodrig. *to.* 1. *quæſt. Regular. q.* 63. *ar.* 8. Portellus *ſupr. n.* 15. & nouiſsimè Paſqualigus *in Decis. moral. decis* 414.

17 Circa illam clauſulam *Decretorum Doctori*, vel *in Iure can.* notandum, quòd Doctor in iure Cæſareo non comprehenditur illa, tum quia ſunt diuerſa, tum quia ad iuris Cæſarei Doctores non ſpectat tam proximè notitia neceſſaria pro huiuſmodi diſpenſationib. Filiucius *ſupr.* Portell. *ſupr. nu.* 2.

18 Circa illam *Confeſſori ex approbatis ab Ordinario* videnda ſunt quæ dixi *to. p. cap.* 19. & *to.* 3. verbo *Bulla Cruciatæ num.* 20. & eodem *to.* 3. verbo *Clauſula num.* 23. Ex illis enim conſtare poterit quis dici poſsit Confeſſor approbatus pro iſto caſu. Pro quo etiam vi-

de

de Sanchez *supr. à num.* 13. Filiucium *supr.* Bonacinam *supr. num.* 2.

19 An verò si prædictæ Litteræ aperiantur à non habente prædictas qualitates suo effectu frustrentur, aut priuentur, à non nullis ambigitur. Et verior est pars negatiua, quia illæ solùm exiguntur pro executuro dispensationem, non pro aperturo Litteras. Sanchez *supr. num.* 12. Naldus *in Summ. verbo Litteræ num.* 8. Peccabit tamen prædictas Litteras aperiens, si illis qualitatibus præditus non sit, quia Papa, vel summus Pœnitentiarius solùm id committit illas habenti. Naldus *ibid.* Casu etiam quòd aperiantur ab vno Confessario, & ille nollit dispensationem concedere, potest Orator alium adire, & ab eo ipsam obtinere. Ratio est, quia huiusmodi Litteræ concessæ intelliguntur conformiter ad formam, & naturam Confessionis Sacramentalis, in qua nullo iure constringitur pœnitens quin variare possit, cum non teneatur acquiescere opinioni vnius Confessarij, quoties alium inuenire potest habentem aliam opinionem probabilem. Naldus, & Bonacina *supr.* cum Sanchez, & alijs contra Nauarrum *l.* 1. *consil. de Offic. Delegat. consil.* 8. Imo ipse Confessarius, qui in principio noluit dictam dispensationem concedere, potest, mutata sententia, id postea facere, cum sapientis sit mutare consilium ex iuxta causa. Bonacina *supr.* alijs relatis.

20 Circa modum autem in huiusmodi Litterarum executione seruandum nota primò, quòd licet prædictæ dispensationes, & quæcunque aliæ, in iure communi stando, dari possint extra Sacramentum Confessionis, cum nullo iure oppositum habeatur (Sanchez *supra nu.* 30. Garzia *de Benefic. par.* 11. *cap.* 10. §. 1. *num.* 139.) nihilominus obseruandum esse modum à Papa, vel summo Pœnitentiario quoad hoc designatum. Aliàs irritum erit quod gestum fuerit. Facultas enim Delegati exerceri non potest, nisi iuxta voluntatem delegantis, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Absolutio num.* 6. Illud autem satis probabile est, quòd etiam si talis facultas detur tantum pro foro conscientiæ, quemadmodum in formis adductis conceditur, nihilominus nisi aliud in prædictis Litteris exprimatur, posse dari etiam extra Sacramentum pœnitentiæ, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 45. *& to.* 3. *eo* verbo *Absolutio num.* 6. Verbum enim illud *in foro conscientiæ tantum*, solùm denotat illam dispensationem non prodesse suscipienti quoad Ecclesiam, sed duntaxat quoad Deum, & salutem animæ, pro vt eo loco dixi. Pro quo vide Sanchez, & Rodriguez ibi relatos. Portellum *supr. num.* 9. & ante ipsos Nauarrum *l.* 5. *consilior. in* 2. *edit. de priuileg. consil.* 11. *num.* 2. *& in Man. cap.* 27. *nu.* 41. Cessat tamen difficultas de facto in Breuibus, quæ à S. Pœnitentia-

ria

Rà expediuntur prò similib. dispensationibus : in illis enim apponi solet *in ipso actu Sacramentalis confessionis tantùm, nec aliter, nec alio modo*. Filiucius *supra num.* 155. Thesaur. *in prax. par.* 1. *cap.* 22. §. *secunda differentia*. Idem dicendum, si in eisdem formis dicatur *in foro Pœnitentiæ*, iuxta dicta eo verbo *Absolutio num.* 61.

21 Secundò nota, quòd cum huiusmodi commissiones remittuntur alicui, Generali videlicet, cum consilio, & consensu aliquorum v.g. Definitorum, non poterit ille, v.g. Generalis tale munus exequi non præmisso tali consilio, & consensu. Nam, vt ait Panormitanus *cap. ex parte de Constit.* Si mandator ex forma mandati voluit requiri consilium, non tenet actus nisi requiratur. Ita etiam habetur *ex cap. cum in veteri de elect.* Rodrig. *to.* 2. *quæst. Regular. q.* 103. *ar.* 1. Nec sufficit, quòd requiratur, sed debet expectari responsum consiliariorum, ita vt ante ipsum præstitum non valeat actus. Prout etiam habetur ex *d. cap. cum in veteri*. Rodriguez *ibid.* ex eod. Panormitano. Potest tamen id per litteras peti. Cum per id sufficienter satisfiat intentioni dantis commissionem. Rodriguez *ibid.* ex eodem etiam Panormitano. Quando verò exigitur solùm consilium, etiam si adsit dissensus consiliariorum, factum tenet, quia diuersum quid est consilium, & consensus, & vnum non includit aliud.

22 Specialiter circa *stimulos carnis*, qui pro causa dispensandi allegantur in forma pro dispensando voto Religionis, notandum, per eos non intelligi quascunque tentationes carnis, nec quoduis periculum lapsus in illas, nec timor vnius, vel alterius lapsus, sed requiritur magnum periculum frequentis lapsus, ita vt ea persona dici queat viuere incontinenter. Hoc patet ex verbis clausulæ ibi *continenter viuere posse non sperat, ac propterea &c.* quæ sonant habitum viuendi incontinenter. Et consequenter periculum vnius, vel alterius lapsus non est iusta causa in hoc dispensandi. Sufficiet tamen, ad dispensandum, si hoc grande periculum frequentis lapsus proueniat, vel ex fragilitate complexionis, vel ex prauo habitu acquisito. Filiucius *supr. num.* 353. Portellus *supr. num.* 6. Bonacina *supr. num.* 4.

23 Circa illa etiam verba *per diligentem Oratoris examinationem* nota, Confessarium teneri examinare diligenter istam causam de veritate precum, in secreto, absque testibus, quia agitur solùm de foro conscientiæ. Neque tenetur à pœnitente exigere iuramentum, quia ad conscientiæ forum id non permittitur. Sed debet ipsum in Deo obtestari, vt vera loquatur. Sanchez *supr. à num.* 21. Portellus *supr. nu.* 7. Si verò rem iam nouit antea ex Confessione, vel aliunde, quia erat notoria, non indiget nouo examine, quia id erit

inutile,

Digitized by

Apollo, Beiname des Gottes, der in Kreta und Delphi [illegible]
[illegible] Kreta [illegible] Delphi [illegible]
[illegible] Kreta [illegible] Delphi [illegible]
[illegible] Kreta [illegible]

26 Maximè tamẽ circa pœnitentias iniungendas de Confeſsionẽ facienda ſingulis menſibus &c. nota primò, teneri Confeſſorem iniungere aliquas confeſsiones ſtatis temporibus faciendas, & aliqua pœnitentiæ opera perpetua, quorum aliqua ſint quotidie exercenda. Id enim clarè innuitur in dictis Litteris. Secundò, eo non obſtante, committitur arbitrio Confeſſoris quantitas aliorum operum pœnitentiæ, & pietatis, præter illa, quæ quotidie facienda iubetur imponere. Tertiò, circa Confeſsionem ſingulis menſibus iniunctam relinquitur arbitrio Confeſſoris, vt poſsit eſſe bimeſtris, attento ſtatu pœnitentis occupati, diſtracti, & ſimiliter impediti, tali enim oneri fortè ſuccumbet cum periculo animæ. Patet ex verbis clauſulæ de Confeſsione menſtrua cum dicitur: *Aut quoties tibi videbitur*. Portellus *ſupr. num.* 10. Bonacina *ſupr. num.* 9. ex Sanchez, Salas, & Reginaldo. Quod verò attinet ad obligationem pœnitentis in hac Confeſsione menſtrua facienda, nota quartò, ſatisfacere tali pœnitentiæ ſi confiteatur quouis die cuiuſuis menſis. Vt ſi, v.g. pro menſe Decembri confiteatur prima die Decembris, pro menſe vero Ianuarij confiteatur vltima die ſequentis Ianuarij. Portellus *ſupr.* Bonacina *ſupr. num.* 11. ex eiſdem Authoribus. Si verò talis pœnitens ommittat Confeſsionem in aliquo menſe (quid quid ſit de peccato omiſsionis) non tenebitur in conſcientia illam omiſſam Confeſsionem ſupplere menſe ſequenti: quia fuit onus præcedentis menſis, ſicut dicitur de diuino Officio omiſso in vno die. Neque tempore Quadrageſimæ in illo menſe in quo confitetur, vt Eccleſiæ ſatisfaciat, tenebitur ad hanc menſtruam Confeſsionem iniunctam: quia ſummus Pœnitentiarius nouit fore, vt in aliquo illorum menſium incidat Eccleſiæ præceptum, & tamen ad duplicem Confeſsionem non obligat. Neque ſi iſte pœnitens aliàs ex voto, vel ex pœnitentia iniuncta ab alio Confeſſore tenetur confiteri ſingulis menſibus, per has menſtruas Confeſsiones non ſatisfaceret huic precepto de quo loquimur pro iſta diſpenſatione. Sic tenent probabiliter Salas, & Portell. *ſupr.* Licet Bonacina *ſupr. num.* 13. oppoſitum credat probabilius, quia mens Papæ, aut Summi Pœnitentiarij videtur eſſe imponere opera aliàs non debita.

27 Pariter etiam circa alia opera pœnitentiæ iuſſa imponi nota, ſufficere, vt in quauis hebdomada vna die qua poterat veſci carnibus ab illis abſtineat: vel vna die ſingulis hebdomadis ieiunet, vel vna die cicilio vtatur, vel flagellis carnem verberet, vel quoduis horum operum faciat vna die in quauis hebdomada. Quod ſi viderit Confeſſarius hoc graue fore pœnitenti debili, poterit iubere, vt quoduis illorum operum faciat non ſingulis hebdomadis, ſed vna

die

die in duabus, vel tribus hebdomadis. In particulari verò de operibus Religionis, quæ iubentur imponi quotidie pro dispensando voto Religionis, vt ea quotidie exequens recordetur voti quo tenebatur, videtur sufficere quòd quotidie ei iniungantur, vel Litaniæ, vel Psalmi pœnitentiales, vel quinquies oratio Dominica cum oratione Angelica. Quando verò dispensandum est votum castitatis, iubet summus Pœnitentiarius, vt imponantur aliqua opera pietatis quotidie implenda, vt meminerit prioris voti. Quæ opera pietatis possunt esse quæcunque opera misericordiæ, vel recitare quinquies orationem Dominicam, & Angelicam pro animabus Purgatorij, vel pro viuis in peccato existentibus, vel similia. Ita fermè Portellus *supr. nu.* 11. ex Sanchez etiam *supr. nu.* 41.

28 Circa particulam illam in forma dispensationis Matrimonij, scilicet *dummodo impedimentum inde proueniens occultum sit*, notandum, hic occultum sumi, vt distinguitur contra publicum. Quare licet ab aliquibus tale impedimentum sciatur; ac proinde probari possit, dicitur occultum; & tunc solùm non dicetur occultum, sed publicum, quando est publicum non solùm in Ciuitate, sed etiam in maiori parte Viciniæ, Collegij, Monasterij, vel Parrochiæ, dummodo saltem decem personæ inueniantur in quauis dictarum Communitatum, in quibus id publicum est. Ita Sanchez *supr. num.* 55. Filiucius *supr. num.* 360. Bonacina *supr. num.* 7. post Salas, Reginaldum, & Suarez, quos refert. Dicetur adhuc hoc impedimentum occultum, si copula ipsa sit publica in ratione copulæ, non verò sit publica in ratione impedimenti, ideſt, si sciatur copula, at non sciatur illud esse impedimentum dirimens Matrimonium. Neque enim verè dicetur delictum publicum si tantum actus illius materialiter sit publicus, nisi sit publicus formaliter, ideſt, quatenus est delictum. Quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum qualitatem eius *l. in delictis* §. 1. *ff. de noxalibus*. Nauarrus *in Man. c.* 27. *num.* 155. Sanchez *supr. num.* 56. Bonacina *supr.* Si tamen hoc impedimentum iam sit deductum ad forum contentiosum, non dicitur occultum; quia iam spectat ad forum externum, in quo casu Pap. non vult, vt dispensatio concedatur. Reginaldus *supr. num.* 219. Portellus *supr. num.* 13. & alij communiter. Quod intellige, nisi pœnitens deductus ad forum externum fuit ibi absolutus, quia in tali casu crimen dicetur occultum. Suar. *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. Sayr. *in Thesauro to.* 1. *l.* 4. *cap.* 17. *num.* 23. Portellus *supr. num.* 14. Etiam si falsis testibus se defenderit; quia hoc non tollit quin crimen maneat occultum, cum non amiserit famam, per sententiam enim illam recuperauit. Sanchez *supr. num.* 57. Bonacina, & Portellus *supr.*

Dum-

Dummodo contra ipsum non fuerit saltem semiplena probatio, quia crimen positum in foro externo cum semiplena probatione, etiam si absoluatur, cum ex illo oriatur infamia, iam non potest dici occultum. Suarez *supr. num.* 6. Bonacina, & Portellus *supr.* contra Sanchez etiam *supr. num.* 58. Placet etiam quod idem Bonacina ibidem aduertit contra eumdem Sanchez, quòd si delictum est plenè vel semiplenè probatum, etiam si nondum sit intimatum reo censeri publicum, tum quia tunc adest infamia ipsius, tum quia, quæ iudicialiter fiunt coram Iudice personam publicam sustinente, publica dici debent:

29 Circa illa verba pro dispensatione Matrimonij irriti iterum celebrandi, scilicet *Confessione Sacramentali singulis mensibus &c.* notandum, illam imponendam esse vtrique coniugi, si vterque peccauit, si verò vnus tantum peccauit, illi tantum erit iniungenda. Portell. *supr. nu.* 15.

30 Illa quoque, experiantur saltem, an *sine scandalo possint separari*, & illa, *an cohabitantes tanquam frater, & soror continenter viuere valeant*, sic accipienda, quòd si talis Confessarius ex præcedenti experientia, vel ex ijs, quæ cognouit in examine, intelligat illa non posse moraliter fieri, non erit necessarium illa de nouo experiri velle, quia credendum non est velle Ecclesiam fieri experientiam frustraneam, & quia frustra expectatur euentus, cuius nullus est effectus. *cap. cum contingat de Offic. Delegat.* Bonacina *supr. num.* 14. ex Sanchez, Reginaldo, & alijs. Eò vel maximè, si sit periculum incontinentiæ eam experientiam præmittendo. Portellus *supr. num.* 16. Adhiberi tamen debet quando moraliter loquendo, aut attentis circunstantijs, prudenter iudicatur esse effectum habitura. Sanchez *supr. num.* 60.

31 Præterea illa eiusdem formæ dispensationis pro Matrimonio irrito, scilicet *cum ipsis latoribus, muliere de nullitate prioris consensus certiorata &c.* credit Sanchez *supr. num.* 60. quem sequitur Bonacina *supr. num.* 15. hanc conditionem non esse de essentia dispensationis, sed inseruire quasi instructionem Confessarij, vt contractus Matrimonij sequentis sit certior. Dat causam præcipuè, quia sæpius hæ frustrarentur dispensationes, si id esset necessarium. Sæpe enim continget non posse detegi nullitatem absque periculo detegendi delictum, & maximè si impedimentum sit ex parte fœminæ, cuius delictum si viro detegatur, erit causa multorum iurgiorum, ac periculorum: & sic Doctores multi consulunt peti hanc dispensationem, occultè tacita nullitate prioris consensus. Ego tamen cum Portello *supr. nu.* 17. cui fauet Gutierrez *de Matrim. cap.* 128. *nu.* 22.

Digitized by

num. 22. credo, quod ſi Matrimonium fuit nullum, quia fœmina, v. g. ante illud habuit copulam cum fratre præſentis mariti, tunc, vt hoc Matrimonium denuo ineatur, non eſt manifeſtandum delictum huic viro putato marito, quod delictum fuit cauſa impedimenti. At credo omnino quod dicendum eſt viro ſaltem remotè, & quaſi conditionaliter, vt ſi fortè antea Matrimonium fuerit nullum, denuò conſentiat. Si enim hoc ſaltem modo non conſentiat denuò, non iterabitur verè, neque contrahetur Matrimonium. Eo modo quo profeſſus nulliter ob occultum impedimentum ignoratum non ratificat profeſſionem per quemcunque actum externum, niſi illi conſtet de impedimento ſaltem in confuſo, & dicat ſe denuò conſentire ſaltem ad cautelam, iuxta dicta *to. p. cap.* 2. *num.* 9. Quando etiam Matrimonium eſt irritum ex parte mariti procedi debet eodem modo, præſertim cum tunc non ſit tantum periculum.

32 Circa tertium, de ijs, quæ facere tenetur talis Confeſſarius poſt diſpenſationem factam, quæ videlicet ponuntur in forma pro diſpenſatione in affinitate ex fornicatione ad ineundum Matrimonium, & pro reiterando Matrimonio nulliter inito propter impedimentum occultum affinitatis, quorum primum eſt de prole legitima nuncianda, vel decernenda in foro conſcientiæ tantum, vide Sanchez latè non ſolùm *ſupr. à num.* 45. *vſque ad* 54. ſed etiam in locis, ad quæ ibi ſe remittit. Nota tamen, præcipuè quoad Regulares noſtros, quòd filius ſic legitimatus non erit irregularis, ſed habilis ad Ordines, & Beneficia Eccleſiaſtica. Bonacina *ſupr. n.* 18. ex Reginaldo.

33 Circa ſecundũ verò, quod in litteris pro diſpenſatione in affinitate, & fornicatione occulta ad ineundũ Matrimonium ponitur, videlicet, *nullis ſuper his teſtibus adhibitis, aut Litteris datis, ſeu proceſſibus confectis, ſed præſentibus laniatis, quas laniare tenearis, neque latori reſtituas. Quòd ſi reſtituas, nihil illi præſentes Litteræ ſuffragentur.* Nota, quòd ſi prædictæ litteræ facta diſpenſatione reſtituantur parti, & nihilominus ab ipſo, vel ab alio comburantur, dilanientur, aut omnino ammittantur ſine recuperandi ſpe, valebit ex tunc diſpenſatio; quia hæc ſolùm creditur mens ſummi Pœnitentiarij, vt eæ litteræ non profint, dum apud partem manſerint. Sanchez *ſupr. num.* 42. Bonacina *ſupr. nu.* 16. Imo etiam ſi maneant apud pœnitentem ſemper, diſpenſatio tamen in foro conſcientiæ valebit, quia mens Pœnitentiarij ſolùm eſt, vt illæ non ſuffragentur pro foro externo, vel litigioſo, ſecus pro foro interno. Portellus *ſupr. num.* 12. Bonacina *ſupr.* ex Molina, Salas, Reginaldo, & alijs. Vide & Filiucium *ſupr. nu.* 357.

Notan-

34 Notandum præterea huiusmodi dispensationes S.Pœnitentiariæ omnino gratis faciendas esse, propterea enim in Litteris ipsis apponi solet clausula *gratis vbique*. Salas *supr. num.* 99. Bonacina *supr. num.* 17. Vnde neque ipse summus Pœnitentiarius quidquam etiam sponte datum recipere potest, vt post Nauarrum *l.*4. *consil. de sponsi. consil.* 50. *num.* 3. ostendunt Sanchez *supr. num.* 64. Salas, & Bonacina *supr.* Similiter, nec ob laboris stipendium aliquid etiam sponte oblatum accipi potest à Commissario, seu executore illarum, non solùm quia nullus eum cogit ad obeundum hoc munus, cum voluntariè, & sponte illud assumat, sed etiam quia in ipsis litteris apponi solet hæc clausula valde prægnans: *Deposita per te omni spe cuiuscunque muneris, aut præmij etiam sponte oblati*. Adde etiam, quia aliàs daretur magna occasio multis Simonijs sub specie, aut colore debiti stipendij palliatis. Naldus *in Summa verbo dispensatio. num.* 22. Vnde à S. Congregatione sub Gregorio 13. declaratum video apud Garziam *de Benefic. par.*8. *cap.* 1. *num.* 102. & Barbosam *in Collect. Bullar. verbo dispensatio*, sic, *Pro Litteris absolutionum, & dispensationum in foro conscientiæ tantum nihil à quocunque accipi potest*. Vide alia in eodem Garzia *supra à dicto n.*102. *& sequentibus*.

35 Nota tandem, quòd pro talibus dispensationibus dandis, non est necessaria certa verborum forma, cum nullo iure præscribatur talis forma, pro vt ex Suarez, Sanchez, Sa, & alijs ostendit Bonacina *supr. nu.* 19.

36 Locuti autem sumus in hac materia de dispensationibus in foro interno conscientiæ dandis, ea enim quæ pertinent ad dispensationes in foro externo, cum parum conducant ad intentum Regularium, alijs remittimus. Vide Sanchez *supr. disp.* 35. Zerolam *in praxi. Episcop.* 2. *par. verb. Delegatus* §. 2. *& verbo dispensatio* §. 2. Marcum Antonium Genuensem *in praxi Neapolit. cap.*25. *num.* 13. Garziam de benefic. *par.* 8. *cap.* 1. & alios apud ipsos.

37 Pro alijs etiam ad dispensationis materiam necessarijs, vide dicta *to.* 3. verbo *Commissio*, & *Commissarius* verbo *Dispensatio*, & verbo *Gratia*, ac dicta *supr.* verbo *Licentia quoad Regulares*, & dicenda infra verbo *Mandatum*.

LVDVS

Digitized by Google

LVDVS QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Ludus quid sit. num. 2.
Qui ludus Religiosis, & Ecclesiasticis prohibitus. num. 3.
Quid de ludo laicis prohibito. num. 4.
Ecclesiastici Aleatores quibus pœnis puniantur. num. 5.
Eorum electio confirmari non debet. num. 6.
De dannis, & incommodis ludi. num. 7.
De alijs ludis Clericis, & Religiosis prohibitis. num. 8.
De ludis ipsis concessis. num. 9.
Regulares an possint ludere pro pecunia. num. 10.
An peccent sic facientes contra votum paupertatis. num. 11.
De licentia ad ludendum. num. 12.
An possint ludere rem aliquam spiritualem. num. 13.
Alia remissiuè. num. 14.

1 DE hac materia nonnulla dixi *tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 50. & 51. & *cap.* 9. *num.* 40. & *tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. & 28. Nunc autem alia addenda, maximè pro vt ad ipsos Regulares pertinere potest, præmissis prius principijs aliquot ipsius.

2 Est autem ludus *Contractus quidam, quo ludentes res suas periculo exponunt propter spem acquirendi res alterius.* Ita communiter Doctores, specialiter Sayrus *in Claui regia l.* 11. *cap.* 12. *num.* 1. §. *Quia vero.* Bonacina *de Contractib. disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 1. *num.* 1. Non est illicitus ex natura sua. Potest enim esse actus virtutis, scilicet Eutrapeliæ, si fiat cum debitis circunstantijs, & ob finem honestum, scilicet honestam recreationem. S. Tho. 2. 2. *q.* 168. *ar.* 2. post Arist. 2. & 4. *Ethicorum.* expositores Sancti Thomæ ibidem, Lessius *de Iustitia, & Iure l.* 2. *cap.* 26. *dubitatione* 1. Potest tamen fieri illicitus ex multis circunstantijs. Primò, ex affectu ad malum, vt si ludens velit omittere Sacrum in die festo, vel sit paratus ad faciendum graue aliquod dannum ob amorem ludi. Secundò, quando admiscentur facta, aut dicta praua, vt blasphemiæ, conuitia &c. Tertiò, quando intercedunt fraudes contra leges ludi. Leges autem ludi sunt illæ, quæ seruantur in eo loco, in quo luditur, nisi ludentes constituerint ludere iuxta morem alterius Regionis, aut

alia pacta inierint. Quartò, quando alter dolo, aut vi, aut metu pertrahitur ad ludum. Quintò, quando interuenit irreuerentia contra Deum. Sextò, ratione periculi alicuius notabilis nocumenti. Septimò, quando ludus exercetur cum eo, qui non potest pecuniam ludo exponere, donare, vel alienare. Octauò, quando adest prohibitio ludi. De quibus Azor *to.* 3. *Instit. Moral. lib.* 5. *cap.* 27. *quæst.* 3. Sayr. *l.* 11. *cap.* 12. *num.* 3. *&* 4. Sanchez *to.* 1. *consil. Moral. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 24. Bonacina *supr. num.* 4, & sequentibus. Et Lugo *de Contractibus disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 1. *& sect.* 2. *per totam.*

3 Hinc ad intentum Regularium animaduerte, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 40. ludum alearum esse ipsis, sicut, & alijs Ecclesiasticis prohibitum *can.* 41. *Apostol.* qui refertur *distinct.* 35. *cap. inter dilectos de excessibus Prælat. & cap. Clerici* 2. *de vita, & honestate Clericorum* sumpto ex Concilio Lateranensi, & in Concilio Trident. *sess.* 22. *de Reformat. cap.* 1. Item *l. alearum C. de Religios. & sumptib. funer. Authent. de Sanct. Episcop.* §. *Interdicimus*, & alijs Iurib. Lessius *supr.* Toletus *in Summ. l.* 5. *cap.* 27. *num.* 3. Azor *to.* 3. *l.* 5. *cap.* 26. *quæst.* 8. & communiter omnes. Nomine autem ludi alearum intelligitur ille, qui magis fortuna quam arte regitur, seu in quo prævalet magis fortuna quam ars, qualis est ludus cartarum, & taxillorum. Nauarrus *in Man. cap.* 20. *num.* 7. Lessius, Sayrus, & Toletus *supr.* Peirinis *to.* 2. *de Prælato q.* 2. *cap.* 2. §. 5. *num.* 93. Est etiam talis prohibitio sub peccato mortali, pro vt colligitur ex Iuribus relatis, maximè ex *d. cap. inter dilectos* vbi Clericus ob aleæ vsum iubetur deponi, dipositio enim cum sit grauis pœna non imponitur nisi propter peccatum mortale. Idem colligitur ex alijs pœnis Clericis aleatoribus impositis, de quibus infra. Accedente maximè Concilio Tridentino loco relato, quod eas confirmat, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus. Sayrus *supr.*

4 Circa hanc verò prohibitionem animaduertendum primo, quod licet etiam laicis prohibiti sint ludi alearum, pro vt patet ex multis Iuribus relatis (Toletus, & Lessius *supr.* Sanchez *dub.* 25.) nihilominus ipsi regulariter loquendo non peccant mortaliter sic ludentes, nisi ratione alicuius circunstantiæ mortaliter prauæ. Ratio est, quia leges contrariæ quoad illos censentur consuetudine abrogatæ. Nauarrus *supr. num.* 11. Sayrus, Lessius, & Sanchez *supr.* Nota secundò, nec etiam Ecclesiasticos ipsos, aut Religiosos (si non adsit particularis prohibitio suarum Constitutionũ, aut suorum Superiorum ad mortale obligans) peccare mortaliter quando citra scandalum, semel, vel iterum dictis ludis ludunt, recreationis gratia,

& rem

& rem paruæ quantitatis. Iura enim relata prohibentia ludum alearum præsertim attendere videntur ad decentiam, & honestatem Ecclesiasticorum, quæ non læditur grauiter ludo talibus circunstantijs vestito. Caietanus 2. 2. *q.* 168. *ar.* 3. *dub.* 3. Nauarr. *supr. nu.* 7. Lessius, & Sanchez *supr.* post Angelum, Palacios, Alcozer, & alios. & specialiter quoad Religiosos Medina *lib.* 1. *Summæ cap.* 14. §. 28. Ludouicus Beia *in Responsionib. moral.* 1. *par. cas.* 61. Portellus *in dub. Regular. verbo ludus num.* 1. & 2. In casu etiam raro quando prædictæ, & aliæ circunstantiæ occurrerint, vt prudentis arbitrio iudicetur legem de non ludendo non obligare dictos Ecclesiasticos, aut Regulares, tunc ludentes etiam prædictis ludis alearum nec venialiter peccabunt. Alcozer *lib. de ludo c.* 11. Graffius *in Decis. aur. lib.* 2. *cap.* 121. *nu.* 9. Laym. *lib.* 3. *Tract.* 4. *sect.* 5. *cap.* 21. *num.* 2. Dixi autem semel, vel iterum, quia Ecclesiastici, vel Regulares frequenter vacantes huiusmodi ludis, etiam si scandalum absit, peccant mortaliter, pro vt sententia communis Doctorum tenet, quid quid dicat Megala *in* 1. *p. lib.* 5. *cap.* 14. *nu.* 8. Quid vero requiratur, vt ludus dicatur frequens, aut ludens ipse consuetudinarius agit Bordonus *Resolut.* 33. *num.* 3. & dicit sufficere quòd fiat semel in hebdomada. Nota tertiò, non solùm esse prohibitum Ecclesiasticis, & Religiosis ludere dicto ludo alearum, sed etiam eidem assistere, vel illum aspicere. *dicto cap. Clerici* 2. *de vita, & honest. Clericor. & Autentic. de Sanct. Episcop.* Nauarrus *supr. num.* 14. Toletus *supr.* Licet hæc prohibitio tantùm videatur sub veniali, nisi adsit scandalum, complacentia in ludo prohibito sub mortali, cooperatio ad illum, vel omissio correctionis ludentium, quia materia non videtur tam grauis. Sanchez *supr. dub.* 29. ex Siluestro, Angelo, & Caietano. Nota quartò, pro Religiosis, quòd cum ipsi arctiorem vitæ rationem quam Ecclesiastici sæculares ex Instituto gerant, ideo multo magis indecens est illis ludus prædictus alearum siue chartarum, siue taxillorum, quam alijs Ecclesiasticis, vt bene Layman. *supr.* & ideo etiam in aliquibus casibus, in quibus Ecclesiastici sæculares, vel non peccant, aut solùm venialiter, prædictis ludis ludendo, peccare possunt ipsi, imo & mortaliter, quod ex circunstantijs pensari debet. Præsertim ex loco, tempore, circunstantibus, colludentibus, grauitatis rei quæ luditur, & maioris, vel minoris austeritatis Religionis illius Religiosi, qui ludit. De quibus Portellus *supr. num.* 3.

5 Specialiter etiam notandum, quòd Ecclesiastici aleatores, scilicet publici lusores alearum, ideſt, (pro vt habet Thesaur. *in praxi par.* 2. *verbo ludus cap.* 4. ex Rotæ decisione, & Menochio,) qui

indifferenter, seu cum diuersis, & ad longum tempus, & de notabili quantitate, ac frequenter ludunt; itemque aleatorum susceptores, sunt personæ viles, & infames. Ita enim colligitur ex dicto *cap. inter dilectos*. Molina *de Iust. tract. 2. disp. 159. in fin. §. nihilominus*. Barbosa *de Offic. & potest. Episcopi Allegat. 43. num. 11.* Peirinis *supr. d. num. 93.* post Rebuffum, Mascardum, Menochium, & alios quos referunt. Sunt autem infames infamia facti, ex illis scilicet, qui, iuxta dicta *to. 3.* verbo *Infamia num. 1. & 9.* propter crimen quod committunt malè audiunt apud omnes. Garzia *de Beneficijs par. 7. cap. 8. num. 39.* Thesaur. *supr.* Ac proinde cessat regulariter per triennalem constantem vitam bonam, iuxta dicta eo verbo *Infamia num. 16.* Thesaur. *ibid.* Vnde consequenter, perseuerante hac infamia non possunt ad Ordines promoueri, iuxta dicta eo loco *num. 15.* & verbo *Irregularitas num. 37.* Maiolus *lib 3. de Irregularis. cap. 1. num. 7.* Thesaurus *supr.* Vnde etiam consequenter inhabiles sunt ad Beneficia, ita vt collatio Beneficiorum illis facta sit omnino irrita, pro vt habet decisio Rotæ in vna Pampilonensi *Parrochialis* 21. Maij 1574. coram Cardinali Aldobrandino postea Papa Clemente 8. quam referunt Garzia *supr. num. 40.* Barbosa *supr.* vbi dicitur, quòd Clericus aleator indignus est cui Beneficium conferri debeat, &, si est publicus, est ipso iure nulla collatio, si occultus, venit irritanda, nec est ratione consuetudinis excusandus. Reginaldus *in praxi lib. 30. nu. 199.* & alij apud Auctores relatos. Quia ergo, iuxta dicta to. 3. verbo *Beneficium, & Beneficiati nu. 3.* nomine Beneficij Ecclesiastici veniunt etiam Officia Religionum, videlicet Generalatus, Prouincialatus, Prioratus &c. ideo *to. 2. c. 12. num. 46.* ex Castellino *de Elect. canonic. cap. 4. num. 58.* retuli, electionem Religiosi publicè aleatoris esse ipso iure nullam. Quibus consonant ea, quæ dixi eo verbo *Beneficium, & beneficiati, num. 7.* Nota tamen, quòd cum, iuxta dicta eo *to. 3.* verbo *Irregularitas n. 5.* probabilis sit illorum sententia qui dicunt electionem Beneficij factam irregulari non esse ipso iure nullam, aut irritam, sed irritandam, pro vt tenent Authores eo loco relati, & Garzia *supr. nu. 47.* referens Rotæ etiam decisionem, Nauarrum, Ludouicum Lopez, Rodriguez, & alios, ideo quoad præsens attinet sustineri potest quòd electio publici aleatoris ad Beneficium, vel Officium in Religione non sit ipso iure irrita, sed solùm irritanda, pro vt etiam tenet Thesaur. *supr.*

6 Quomodocunque autem sit, talis electio confirmanda non est, vt loco relato ex 2. *to.* dixi, nec admittenda institutio, aut præsentatio, seu nominatio illius. Garzia *supr. num. 59.* Thesaur. *supr.* ex alijs.

alijs. Vbi etiam quòd talis Eccleſiaſticus, aut Regularis aleator debeat ab officio, ſeu beneficio deponi, ſaltem ſi monitus non deſiſtat. Vide Naldum in Summa verbo *ludus nu.* 4.

7 Pro damnis autem, & incommodis maximis, quæ ex ludo ſequuntur, vt propterea valde deteſtabilis ſit Regularibus, vide Hoſtienſem in Summa *de exceſſib. Prælator* §. *Clericus num.* 4. S. Antoninum 2. *p. tit.* 1. *cap.* 23. §. 6. Peraldum *in Summa to.* 2. *tit. de Auar. cap.* 15. Peirinis *ſupr. nu.* 94. 95. *&* 96. poſtalios.

8 Sunt etiam alij ludi Clericis, & maximè Religioſis in iure prohibiti, ſcilicet ludus omnis, qui fit cum armis *cap. continebatur de homicid. & cap. Clerici de vita, & honeſtate Clericorum.* Silueſter *in Summa verbo ludus quæſt.* 2. Sanchez *dicto dub.* 28. *in fine.* Idem dico de haſtiludijs. Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico l.* 1. *cap.* 40. *n.* 46. ex varijs iuribus. Item omnis ludus Hiſtrionalis. *can. donare. diſt.* 86. *c. cum decorem de vit. & honeſt. Clericor.* Silueſter, & Sanchez *ibid.* Barboſa *ſupr. num.* 63. ex varijs etiam iuribus, & Doctoribus. An verò poſſint aſſiſtere comædijs, dixi *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. Similiter omnis ludus ſaltationis, choreizationis, & huiuſmodi. *ca. pro dilectione de conſecrat. diſt.* 2. Silueſter, & Sanchez *ibidem.* Notat autem Silueſter poſt Angelum *in Summa verbo ludus n.* 2. id intelligi quando ea fiunt in publico, ſecus verò, ſi fierent in ſecreto, aut cum aliquibus domeſticis. Qualiter etiam nec illis aſſiſtere liceat talibus ludis, habet idem Barboſa *ſupr. num.* 61. ex varijs etiam iuribus, & Doctoribus. An verò aſſiſtere poſſint agitationibus taurorum, ſeu aliarum ferarum, habes ex dictis *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. relato. Similiter interdictus eſt illis ludis omnis Larualis. *cap. cum decorem* iam relato, quoad Clericos quidem ſæculares, quia dedecet illos fictam perſonam repræſentare, quoad Regulares verò, non ſolùm propter hoc, ſed etiam quia iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. *&* *cap.* 13. *à num.* 2. prohibitum eſt illis ſub excommunicationis ſententia habitum ſuæ Religionis dimittere. Silueſter, & Sanchez relati. Barboſa *ſupr. num.* 64. Bonacina *ſupr. à num.* 17. poſt Angelum, & Salonium. Aſſerit autem Bonacina, aliter facientes peccare mortaliter, niſi fortè rarò, breui tempore, & ſine ſcandalo id fiat.

9 Sunt tamen plures ludi permiſſi, tempore, & loco, ac alijs circunſtantijs debitis, tum Clericis, tum Religioſis, niſi obſtent ipſorum particularia Statuta, ſcilicet ludi trochi, pilæ, globorum, damarum, & ſimilium. Hi enim iucundi ſunt, animum ſubleuant, corpus exercent, & in eis non prævalet ſors, ſed induſtria. Peirinis *ſupr. n.* 97. *&* 99. Idem dicendum de ludo ſcachorum, latrunculorum, ſeu calculorum, hiſpanè *Axedrez*, quia ſola induſtria innititur. Sayrus

ſupr. num. 5. Sanchez *d. dub.* 28. *num.* 2. Comitolus *l.* 1. *Reſponſ. moral. q.* 92. Peirinis *ſupr. num.* 101. ex multis alijs. Licet oppoſitum inſinuent Caietanus 2. 2. *q.* 168. *ar.* 3. *ad dub.* 3. Nauarr. *in Man. cap.* 19. *nu.* 3. *§. neque ex eo.* Lopez *in Inſtruct. conſcient. par.* 2. *cap.* 31. *conclus.* 1. & alij, eo quòd propter vehementem aduertentiam, quæ ad illum requiritur, potius animum vexet, quàm ſubleuet. Sed ex hoc ſolùm probatur maiori moderatione vtendum eſſe hoc ludo, quam alijs relatis, & ipſum non multum conuenire viris litteratis, aut ſtudioſis, quibus potius ceſſatio, & quies, quam nouus meditationis labor magis conuenit; pro vt ex Ioanne Baptiſta Fino approbat Barboſa *ſupra num.* 69. De ludo autem tabularum cum taxillis, quem *sbaraglinum* Itali vocant, loquendo, quamuis videatur Clericis, & Religioſis prohibitus, quia verè eſt ludus aleæ, cum magis innitatur ſorti, aut caſui, quam induſtriæ, vt habet idem Nauarrus *ſupr. num.* 7. nihilominus, quia valdè vſitatus eſt in Aulis, & Palatijs Principum Eccleſiaſticorum, & aliquibus Religionibus, ideo, conſuetudine approbante, dici poteſt permiſſus. Peirin. *ſupr. n.* 98. Pro his tamen, & alijs ludis, Eccleſiaſticis, & Regularibus permiſsis, notandum, eos non debere niſi in caſu raro ludere cum laicis, pro vt ex Gloſſa 2. *in cap. continebatur de homicid.* & ex Hoſtien. ibi, probat Graffius *in Deciſ. aur. par.* 2. *l.* 3. *cap.* 8. *num.* 11. *&* 12. Barboſa *ſupr. n.* 70. ex Abbate, Coſta, Viualdo, Belleto, & Farinacio. Adde Bordonum *ſupra nu.* 4.

10 Maximè pro Regularibus notandum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 6. *num.* 50. non poſſe ludere quocunque ludo etiam ipſis permiſſo pro pecunia, vel re pretio æſtimabili, & ſic facientes, peccare contra votum paupertatis, quia hoc eſſet res, quas habent in vſus non neceſſarios, aut vtiles, expendere, vel iacturæ illicitæ exponere, quod vtrunque eſt contra paupertatem Religioſam, quæ ſolùm permittit illis ea, quæ habent, ad vſus neceſſarios, vel vtiles. Bonacina *ſupr. num.* 9. Tamburinus *de Iure Abbat. to.* 2. *diſp.* 21. *quæſt.* 12. *nu.* 1. Honeſtæ tamen recreationis cauſa moderatam aliquam quantitatem de licentia Superiorum, niſi Regula, vel Conſtitutiones contradicant, vt ibidem dixi, ludere poſſunt, quia tunc talis vſus cenſetur vtilis, & honeſtus. Bonacina *ibidem*. Tamburinus *ſupr.* Hæc autem non ſolùm procedunt de Religioſis ludentibus cum extraneis, ſed etiam de ludentibus cum alijs Religioſis eiuſdem Ordinis, quia procedit proportionaliter eadem ratio, quando quidem etiam cum talibus ludentes expendunt ſuas res in vſus non neceſſarios, aut vtiles, quod eſt, contra votum paupertatis, niſi, vt dictum eſt, adſit licentia ſaltim tacita Superiorum, & ludus ſit ob recreationem honeſtam,

Digitized by Google

ſtam, & quantitas, quæ luditur, parua ſit. Si verò quæratur quanta ſit illa ſumma, quam Religioſus de licentia ſui Prælati ludere poſsit. Portellus *ſupr. num.* 2. ſic reſpondet. *Ego credo illum poſſe ludere illam quantitatem, quam extra ludum licitè donare, vel alienare poteſt iuxta ſuam Regulam, & Conſtitutiones. Hæc enim regula certa eſt, & generalis. Si enim v.g. tres regales donare poteſt, iuxta ſuam Regulam, & Conſtitutiones, vel quid ſimile, minus aut maius: idem etiam poterit alienare ludendo, parum enim intereſt ſi potens donare, vel alienare, donet, aut alienet, gratis, vel per ludum ſibi aliàs licitum.* Nauarrus autem *ſupr. num.* 12. addit poſſe Religioſum qui eſt in ſtudijs, aut negotijs impenſis ſui Abbatis, de ijs, quæ ipſi dantur in anno pro expenſis faciendis ludere quatuor, aut quinque de centum, modò id fiat honeſtæ recreationis gratia. Quia ad hoc videtur habere licentiam tacitam ſui Prælati. Idem ſequitur Sanchez *l.* 7. *in Decalog.* 19. *num.* 79. referens Valentiam, Leſsium, Graſſium, Salonem, & alios. Idem ſequitur etiam Tamburinus *ſupr. num.* 3. Qui tamen id limitant, niſi talis ludus ſit prohibitus, aut indecens Religioſo, vt eſt ludus aleæ, chartarum, taxillorum &c. vel prohibitus per Regulam, aut Conſtitutiones, aut niſi in eodem anno eamdem pecuniæ quantitatem in aliam recreationem inſumpſerit. Subiungit etiam Azor. *to.* 3. *l.* 5. *cap.* 25. *q.* 8. poſſe talem Regularem extra Conuentum exiſtentem de licentia ſui Superioris, ex ijs, quæ ſibi mittuntur ad congruam ſuſtentationem, ſi aliquid modicum ſibi ſubtrahat parcè viuendo, illud exponere ludo, gratia reficiendi animum, propter eamdem rationem.

11 Ludentes tamen Religioſi notabilem ſummam pecuniæ, vel alterius rei pretio eſtimabilis, peccant contra votum paupertatis. Ratio eſt, quia hoc eſt expendere res, quas habent in vſus non neceſſarios, nec vtiles; quod eſt contra tale votum. Medina *l.* 1. *Summ. cap.* 14. Sanchez *l.* 7. *in Decal. cap.* 19. *num.* 80. Neque Prælati poſſunt ad hoc licentiam concedere, quia cum non ſint domini, ſed tantùm prudentes adminiſtratores bonorum Conuentus, ſicut non poſſunt ipſi in proprios vſus niſi neceſſarios, vel vtiles ea expendere, ita neque poſſunt ſubditis facultatem concedere, vt in alios quam in prædictos vſus ea expendant. Ledeſma 2. *to. Summæ tract.* 31. *c.* 1. *poſt* 10. *concluſionem*. Sanchez *ſupr.* Tamburin. *ſupr. nu.* 8. Vnde conſequenter addunt cum Alcozer *lib. de ludo c.* 39. *paulo poſt principium* lucrantem à Religioſo notabilem quantitatem teneri ad reſtitutionem, etiam ſi Religioſus habuerit licentiam ſui Prælati, cum nec ille potuerit illam ludere, nec Prælatus talem facultatem concedere. Pro quo videantur dicta *to.* 1. *cap.* 6. *nu.* 51. vbi etiam de alijs

casibus, in quibus lucrans aliquid à Religioso tenetur ad restitutionem. Quid verò sentiendum de Religiosis Ordinum militarium quoad hoc punctum, dixi *to. 2. cap. 5. n. 3. & 28.*

12 Licet autem aliqui putent Religiosum obtinentem generalem licentiam à suo Superiore donandi, aut expendendi aliquam quantitatem, posse eam ludo exponere (quod probabile esse censet Diana *3. p. tract. 2. dub. 98.*) verumtamen tenendum est contrarium, nisi horum Theologorum placitum intelligatur de parua, aut moderata quantitate, & de ludo aliàs honesto, nec prohibito ipsi Religioso; eo quòd licentia illa non extendatur, nec extendi possit, nisi ad vsus licitos, & honestos. Sanchez *supr. num. 81.* ex Sayro, & Rodriguez, ab ipso relatis. Quibus adde Sanctarellum *in Tract. de Apost. cap. 6. dub. 2. num. 12.*

13 Similiter, licet aliqui putent Religiosos ludentes pro re aliqua spirituali, videlicet pro Orationibus, vel Psalmis, aut precibus dicendis à victo pro victore, non rectè facere, pro vt tenent Lopez *2. par. Instruct. conscient. cap. 32. in fin.* Peirin. *supr. num. 103.* & Vega ab ipso relatus; oppositum tamen est verius, tum quia talis est vsus plurium piorum, tum quia in eo nulla est irreuerentia erga res Sacras, cum potius sit signum deuotionis, & pietatis erga illas, Deum, & Sanctos, & si quæ est irreuerentia in eo quòd prædicta dicantur sine deuotione, aut reuerentia, id est per accidens, cum possint, & debeant deuotè, & reuerenter recitari. Nauarrus *supr. num. 7. §. dixi* Bonacina *supr. num. 8.* Lugo *supr. sect. 1. num. 5.* post Rebellum, & alios. Posse etiam Religiosum v. g. ludere ludo aliàs licito cum sæculari hoc pacto, vt scilicet, si sæcularis vincat, teneatur Religiosus dicere Rosarium, aut Missam pro illo, si verò vincatur, teneatur soluere Religioso aliquid v. g. gallinam &c. in hoc enim nulla est irreuerentia, propter dicta, nec species Simoniæ, cum non interueniat ratio pretij, pro vt ad Simoniam exigitur; tenent Rodriguez *in addit. ad Summ. to. 3. cap. 228. concl. 9.* Portellus *supr. num. 4.* Id verò negat Lugo *supra*, propter periculum Simoniæ, quæ interuenire videtur in eo contractu.

14 Alia ad hanc materiam spectantia, vt potè non propria Regularibus, nec illis specialiori modo necessaria, hic omittenda, & remittendus lector ad Auctores relatos.

MAN-

Digitized by Google

MANDATVM QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

Mandati acceptiones. num. 1.
Ethimologia, & definitio. num. 2.
Non extenditur ad illicita. num. 3.
Nec quando eſt generale, ad ea, quæ requirunt ſpeciale Mandatum. num. 4.
Quæ requirant ſpeciale Mandatum. ibid.
Mandatum de re illicita inualidum eſt. num. 5.
Mandatum ad vnguem obſeruandum. num. 6.
Fines Mandati attendendi. num. 7.
Non ſeruans formam Mandati nihil validè facit. num. 8.
Quid quando Mandatum datur abſque vlla forma expreſſa. num. 9.
Quibus modis finiatur Mandatum. num. 10.
Quando finiatur morte mandatoris. num. 11.
Finitur morte mandatarij. num. 12.
In alijs caſibus quomodo ſecundum Iura finiatur. num. 13.
Quid de viſitationibus, Commiſſionibus, ſeu Procurationibus Regularium. num. 14.
De mandante committi aliquod delictum. num. 15.
Religioſus ſine licentia non dat, nec recipit Mandatum. num. 16.
Quid quando ſunt diuerſa Mandata. num. 17.
De Mandatis Apoſtolicis. num. 18.
Alia remiſſiuè. num. 19.

1 MAndatum pro vt ad Regulares ſpectare poteſt, omiſſis varijs acceptionibus ipſius, de quibus Felinus *in cap. eam te de reſcript.* dupliciter ſumitur. Primò, pro præcepto Superioris. Secundò, pro commiſſione, delegatione, ſeu impoſitione alicuius negotij. Sicut ſimiliter, & verbum *Mando* aliquando ſumitur pro *præcipio, iubeo*, aliquando verò pro *committo*, ſeu *delego*. Et quidem de mandato priori modo ſumpto plura dicta ſunt in præcedentibus, maximè *to.* 1. *cap.* 4. De mandato autem poſteriori modo, etſi aliqua dicta ſint tertio tomo verbo *Commiſſio, & Commiſſarius*, alia tamen in præſenti addenda, regulas præſertim generales aliquas adducendo, ex quibus plura dubia ad eoſdem Regulares ſæpius ſpectantia, præſertim circa commiſſiones,

nes, procurationes, delegationes, & visitationes, quas alijs committunt, quæ sunt quædam mandata, decidi poterunt.

2 Primò ergo *Mandatum* prout in presenti quantum ad nominis Ethimologiam est idem quod manu datum, quia scilicet antiqui in mandatis dandis, & accipiendis manus sibi inuicem dare consueuerant. Siluester *in Summa verbo Mandatum nu.* 1. Azor. *to.* 3. *Instit. moral. lib.* 9. *de mandato cap.* 1. Definitur autem sic. *Mandatum est officium ab eo qui gratis suscepit, exequendum.* Accursius *in Annotat. ad princip. tit. ff. mandati.* Siluester, & Azor. *supr.* Molina *de Contractibus disp.* 548. *nu.* 1. Bonacina *de Contract. lib. disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 6. *num.* 9. Layman. *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 26. *num.* 1. Dicitur *officium* quia est obsequium, seu ministerium quoddam. Siluest. *supra.* Dicitur *gratis*, quia si data pecunia, vel alio modo datur, non mandatum, sed locatio, aut conductio, aut quid simile dicitur, *l. p. ff. mandati.* Siluester, Molina, & Layman relati, post Angelum *in Summa verbo mandatum num.* 1. Qui autem dat tale mandatum dicitur mandans, seu mandator, & qui recipit illud adimplendum dicitur mandatarius. Siluester, & Molina *supr.* Omissis quoque varijs diuisionibus mandati (de quibus ex *l.* 1. *&* 2. *ff. mandat. instit. eodem tit.* iunctis glossis vtrobique, *& l.* 20. *tit.* 12. *par.* 5. Azor. *supr. cap.* 1. *&* 2. Molina *supr. disp.* 549.) quia illæ non multum nobis sunt necessariæ, præcipua diuisio illius est, iuxta communem Doctorum in mandatum generale, & speciale; mandatum generale, est, quod datur ad omnia negotia mandantis; speciale verò, quod ad quædam tantum. Azor. *supr. cap.* 2. Valet autem tantum mandatum generale quoad omnia, quantum speciale quoad quædam. Siluest. *supr. quæst.* 2. Layman. *supr. nu.* 5.

3 His positis, prima regula est. Mandatum quantumuis generale non extenditur ad illicita, sed ad licita duntaxat. *l. lucius* §. *pro infante ff. ad municip. l. si pater ff. quæ in fraud. credit. & l.* 3. §. *si procurator ff. quod quisque iur.* Molina *supr. disp.* 550. *n.* 1, Bonacina *supr. num.* 10.

4 Secunda. Mandatum etiam quantumcunque generale non extenditur ad ea, quæ requirunt speciale mandatum. Ita enim habetur expressè *in cap. qui ad agendum de procuratoribus in* 6. & maximè *ex cap. qui generaliter eod. tit. etiam in* 6. Ea verò, quæ requirunt mandatum speciale sunt *iramentum deferre, transigere, vel paciſci.* Hæc enim sunt verba *d. cap. qui ad agendum.* Barbosa *de clausul. clausul.* 35. *in impress. Lugdun. à num.* 16. *& in Romana clausul.* 17. *à num.* 7. Layman. *supr.* ex alijs. Excipitur autem ibidem *nisi ei* (scilicet mandatario) *bonorum, vel causæ administratio liberè*

berè sit concessa. ideſt, niſi generale mandatum fiat cum poteſtate plena, ac libera. Hæc enim clauſula inducit mandatum ſpeciale. Garzia *de Benefic. par. 5. cap. 8. num. 72.* ex Rotæ deciſione, & pluribus Doctoribus. Nota tamen ſpecialiter quoad Regulares, quòd licet in commiſſione, ſeu mandato ponatur dicta clauſula cum *plena poteſtate*, ſeu *libera poteſtate*, illa tamen vniuerſalitas ſolùm intelligi debet in ordine ad finem commiſsionis, ſeu mandati, non ad alia, quæ ad talem finem non ſpectant. Et ita cum aliquis à Generali, vel Prouinciali mittitur Viſitator ad aliquam Prouinciam, vel Conuentum, & in commiſsione, ſeu mandato ponitur dicta clauſula, ſolùm intelligi debet in concernentibus dictam viſitationem, non in alijs ad eam nõ ſpectantib. Portellus *in dub. Regul. verbo Commiſſarius Prouincia num.* 1. Similiter nota, quòd etiam ſi in commiſsione, vel mandato Regularibus facto à ſuis Superioribus ponatur iſta clauſula *etiam ſi requirerent ſpeciale mandatum*, adhuc tamen talis commiſsio non debet extendi niſi ad ſimilia, ſeu inferiora expreſsis; non autem ad maiora. Vt aduertunt Barboſa *in cap. 2. de officio Vicarij in 6. num.* 8. & Peirinis *in Formulario littera P. c.* 8. *num. 6.* Niſi forte Superior dans talem commiſsionem adiungat verba iſta, *etiam ſi maiora eſſent expreſſis*, nam ſic tolleretur omnis difficultas. Peirinis *ibid. num.* 7. Ad contrahendum etiam Matrimonium requiritur ſpeciale mandatum *c. fin. de procurator. in 6.* Nald. *in Summ. verb. mandatum num. 6.* Qui id etiam extendit *num.* 7. ad ſponſalia, cum ſint via ad Matrimonium. Extenditur etiam ad profeſsionem in Religione, licet enim ea, iuxta dicta *to. 1. cap. 2. n. 29.* facta per Procuratorem valida ſit, requiritur tamen ad id ſpeciale mandatum, vel quia ipſa eſt quoddam pactum inter profitentem, & Religionem, vel quia eſt quoddam Matrimonium ſpirituale. Rodriguez *to. 3. quæſt. Regular. q. 17. ar.* 13. Sanchez *l. 5. in Decalogum cap. 3. num.* 8. Similiter id extenditur ad collationem Beneficiorum. Etenim Vicarius Epiſcopi non confert Beneficia, ſi ad id non habeat ſpeciale mandatum, ex *cap. fin. de offic. Vicarij in 6.* Garzia *ſupr. num.* 80. Barboſa *de offic, & poteſt. Epiſcopi Allegat.* 54. *n.* 60. apud quos plura in ſequentibus de ijs, quæ Vicarius prædictus facere non poteſt ſine ſpeciali mandato.

5 Tertia regula. Mandatum de re illicita inualidum eſt. *l. ſi remunerandi §. ſi paſſus ff. mandati, & ff. illud quoque inſtit. eod.* Silueſt. *ſupr. q.* 2. Azor. *ſupr. cap.* 4. Molina *ſupr. n.* 2. Layman. *ſupr. num.* 4. Imo ſi mandatarius exequatur illicitum mandatum tenetur ad reſtitutionem damni illati tertio, quia fuit cauſa illius. Molina *ibid.* Naldus *ſupr. num. 6.* ex Lopez, & Petro Nauarro. Et pœnam

mere-

meretur, quamuis ea in delictis grauioribus sit mitior, & in leuioribus sit nulla, si mandatarius sit subditus mandantis. Layman. *d.n.*4. ex Gomez, & Molina.

6 Quarta. Mandatum ad vnguem obseruandum est. *l. diligenter ff. mandati.* Sanchez *l.*2. *de Matrim.disp.* 11. *nu.* 17. Naldus *supr.* Aliàs mandatarius censetur vti simplex priuatus. Naldus *ibid.* Animaduertenda tamen est intentio mandantis. Si enim mandans iussit mandatario vendere equum 100. scutis, si ipse vendidit 120. non dicetur excessisse, quia intentio mandantis præsumitur fuisse, vt si fieri posset, etiam pluris venderetur. Layman. *supr. nu.* 2. Bonacina *supr. nu.* 12.

7 Quinta ad idem. Fines mendati diligenter seruandi sunt. *l. si procurator C. de procurat.* Sanch. *l.* 3. *de Matrim. disp.* 33. *num.*1. Vnde si exceduntur, non erit ratum, quod fiet. Azor. *supr. c.*6. *q.*4. Tunc autem seruantur fines mandati, quando fit illud quod est de natura actus mandati. Azor. *supr. q.* 5. Nald. *supr. num.*7. Nota autem, quòd mandatum extenditur ad vicina, & præparatoria ipsi mandato, etiam in his, quæ sunt stricti iuris. Azor, & Naldus *ibid.*

8 Sexta etiam ad idem. Mandatarius non seruans formam mandati nihil validè facit. Quia gesta contra formam mandati nulla sunt, non solùm quando fit expresse contra formam, sed etiam quando fit præter, & citra formam. Quia quando ad actum datur certa forma paria sunt agere contra, præter, & citra illam. *cap. si cui de elect. in 6. cap. prudentiam de offic. delegat. & l. diligenter* supra relata. Glossa *in cap. si cui de elect. in 6.* Panormitanus *in cap. fin. de restit. spol.* Siluest. *supr. q.* 7. Bonacina *supr. num.* 12. Hoc tamen limitarem, iuxta dicta *supra verbo leges Regularium num.* 46. & 48. quando ea forma est substantialis, secus verò quando est accidentalis.

9 Septima. Quando mandatum datur absque vlla forma expressa, tunc mandatarius tenetur exequi negotium prudenter, & rationabiliter, quia ista præsumi debet intentio mandantis, & propterea rata debet habere sic gesta à mandatario. *l. præterea C. mandatis.* Azor. *supr. cap.* 6. *q.* 3. Molina *supr. disp.* 552. *nu.* 3.

10 Octaua. Mandatum quodlibet finitur multis modis. Primò quidem reuocatione mandantis. *l. si procuratorem* §. *mandati ff. mandati.* Azor. *supr. cap.*7. Layman. *supr. num.* 6. Bonacina *supr. n.*21. Nota tamen non esse liberum mandatori reuocare mandatum quando lis est contestata, vel iudicium, aut negotium ceptum, nisi ex causa iusta, & prius cognita, maximè si interest mandatario, vt ad finem perducatur. Secus verò quando lis non est contestata, seu

quan-

quando res eſt integra, aut non cepta *l. poſt litem*, & *l. ante litem ff. de procurat. l. ſi procuratorem* §. *mandati ff. mandati*. Azor. Layman. & Bonacina *ſupr.* Nota etiam, quòd id quod agit procurator, ſeu mandatarius poſt reuocationem mandati non cognitam ipſi mandatario, ſed bona fide, eſt validum *l. ſi mandati ff. mandati*, & *inſtit. de mandato* §. *rectè*. Gloſſa *in Clem.* 1. *de renunciat. in verbo quomodolibet*. Azor. *ſupr.* Bonacina *ſupr. num.* 22. Excipitur caſus Matrimonij, quod conſtat non validè celebrari poſt reuocationem mandati, etiamſi procurator ignoret mandati reuocationem, propter *cap. procurator de procurat. in* 6. Bonacina *ſupr.* poſt alios.

11 Secundò, regulariter loquendo mandatum finitur morte mandatoris, ſi res adhuc ſit integra. *cap. gratum de offic. Iudic. delegat. l. inter cauſas ff. manda. & l. & quia ff. de iuris dict. omn. iudic. & l. vlt. ff. de ſolut.* Angelus *in Summ. verbo mandatum.* Siluester. *ſupr. q.* 3. Azor. *ſupr.* Dixi *regulariter*, quia ſunt aliqui caſus, in quibus mandatum durat, etiam poſt mortem mandatoris. Primus eſt, ſi mandatum ſit in gratiam mandatarij. *l. ſi cum fundum, ff. de pact.* Azor. *ſupr.* Sa *in Summ. verbo mandatum num.* 2. Bonacina *ſupr. num.* 24. intellige de gratia facta, & non facienda tantum, iuxta dicta *to.* 3. *verbo gratia num.* 8. & *ſupr. verbo licentia quoad Regulares num.* 14. Secundus, ſi tale mandatum fuerit per modum legis, aut Conſtitutionis. Lex enim, & Conſtitutio ex natura ſua ſunt perpetua. Siluester, & Sa *ſupra*. Tertius, ſi mandatum contineat aliquid, quod omnino poſt mortem mandatoris adimpleri debet, vt ſi ſit de tali, vel tali ſepultura ipſi danda, legati ſolutione &c. *l. ſi verò* §. *vlt. ff. mandati*. Azor, & Bonacina *ſupr.* Quartus, ſi mandatum datum eſt nomine officij, ſeu dignitatis mandatoris, officium enim, & dignitas non extinguitur, ſed tantùm perſona, *cap. ſi gratioſè de reſcript. in* 6. & iuxta dicta *to.* 3. *verbo Commiſſio, & Commiſſarius nu.* 2. & 4. vbi alia ad intentum. Azor. *ſupr.* Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 28. *nu.* 49. Quintus eſt, quando mandatum eſt ad piam cauſam, gratia talis piæ cauſæ, & quia ita præſumitur mandatorem voluiſſe. Couarrub. *l.* 1. *cap.* 14. *nu.* 16. Leſſius *de Iuſt. l.* 2. *cap.* 18. *dub.* 6. *num.* 46. Barboſa *de Iure Eccleſiaſtic. l.* 2. *cap.* 13. *num.* 44. Sextus, quando eſt gratia, & fauore dotis. *l. ſi ego ff. de iur. dot.* vel gratia libertatis. *l. ſi pater ff. de manu miſſ. vindict.* vel cauſa liberandi debitorem. *l. eius qui ff. de reb. cred. & l. ſi quis ſeruo ff. de ſolut. & inſtit. de mandato* §. *recte*. Azor. *ſupr.* Layman. *ſupr. num.* 6. Bonacina *ſupr. num.* 25. apud quos, & Naldum *ſupr. num.* 12. alia ad intentum. Dixi etiam *ſi res adhuc ſit integra*, ſi enim integra non eſt, ſed inchoata poteſt cogi mandatarius, etiam mortuo mandato-

datore, ad illam perficiendam. *Inſtit. de mandato §. item ſi adhuc.* Bonacina *ſupr. num.* 22. Layman. *ſupr. num.* 6. Qui, & addit, ſicut dixi ſupra de mandatario, cui nota non eſt reuocatio mandatoris, quòd ſi mandatario nota non fuerit mors mandatoris, & bona fide executus fuerit mandatum, competit ei actio talis mandati, ne iuſta, & probabilis ignorantia ipſi damnum afferat.

12 Tertiò, etiam finitur mandatum morte mandatarij *l. ſi quis alicui §. morte ff. mandat. & inſtit. de mandat. §. recte.* Azor, & Layman. *ſupra.* Vide dicta 3. *to. verbo Commiſſarius nu.* 5. vbi etiam de modo, quo id intelligi debet.

13 Quartò finitur mandatum in alijs caſibus, de quibus in Iure id habetur, videlicet finita, & completa die, ad quam fuerat mandatum conſtitutum. *l. qui mutuam §. non ideo ff. mandati. cap cum olim 1. de Offic. Iud. delegat. cap. ſi quem de procurat. cap. ſignificauit de appellat.* Deinde, ſi quis alius rem demandatam idoneè geſſerit. *l. ſi procuratorem §. mandati ff. mandati.* Item mutatione ſtatus. *l. ſi cum, & l. cum quis ff. de ſolut.* Ac demum furore mandatoris. *l. qui ſeruum ff. de adquir. hæred. & l. ſi quis alicui ff. eodem.* De quibus Azor. *ſupr.*

14 Ex ijs autem, & dictis *to.* 3. verbo *Commiſſio*, & *Commiſſarius*, & verbo *Gratia*, ac ſupra verbo *Licentia quoad Regulares*, ac dicendis infra verbo *Procurator Regularium*, verbo *Vicarius Religionum*, & verbo *Viſitator Regularis* colligere poſſunt ipſi Regulares quando, & quomodo viſitationes, commiſſiones, delegationes, & procurationes, quæ inter ipſos ſunt, finiantur, ſeu terminentur. Sunt etenim iſta quædam mandata, ac per conſequens philoſophandum de illis eſt ſicut dictum eſt de mandatis. Specialiter etiam loquendo de procuratoribus cauſarum, ſeu litium, quæ ab ipſis Regularibus conſtitui ſolent, dicendum eſt, quòd ſi tales conſtituti fuerint à Conuentu, ſeu Monaſterio, tunc mortuo, aſſumpto, vel amoto Prælato, non cenſetur reuocatum mandatum, ſeu procuratoria dictis procuratoribus data, cum Conuentus, ſeu Monaſterium idem perſeueret. Si verò tales conſtituti ſunt ab ipſo Prælato ſolùm, ipſo mortuo, aſſumpto, vel amoto, ceſſat illorum auctoritas. Propter oppoſitam rationem. Naldus *ſupr. nu.* 15. *& verbo Prælatus n.* 2. ex Rotæ deciſionibus. Et ita audio Romæ practicatum. Si tamen tales Procuratores conſtituti ſint à Prælato nomine Dignitatis, ſeu Officij in illis Religionibus, in quibus id facere poſſunt ſine Conuentu, aut Monaſterio, dicendum videtur non ceſſare authoritatem talium procuratorum propter amotionem, aſſumptionem, vel mortem Prælati, propter dicta ſuperius, quia ſcilicet Dignitas, &

Offi-

Officium talis Prælati non ceſſat, ſed manere cenſetur eadem in ſucceſſore.

15 Nona regula. Mandans aliquod delictum, & mandatarius illud exequens, eadem pœna puniuntur, quia vterque eſt cauſa principalis illius. Couarrub. *in Clement. ſi furioſus par.* 2. §. 2. *num.* 1. Molina *ſupr. diſp.* 550. *num.* 4. Naldus *ſupr. num.* 10. & merito quidem, quia mandans, & mandatarius iuriſdictione cenſentur vna, eademque perſona. *cap. qui per alium de regul. Iuris in 6. l.* 1. §. *deieciſſe ff. de vi, & vi arm.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. Alleg.* 51. *num.* 12. & 13. vbi alia ad intentum. Limita tamen hanc doctrinam, vt non teneat verum, quando ex Legis, ſeu Statuti pœnam imponentis verbis colligitur contrarium. Si enim illi qui committit homicidium, manu, vel gladio v. g. imponit aliquam pœnam, tunc ſane qui commiſerit tale delictum per mandatarium non videtur ea comprehendi. Angelus *ſupr. num.* 1. Silueſt. *ſupr. num.* 4. Naldus *ſupr.* Limita 2. in pœnis ſpiritualibus, cenſuris v.g. iuxta dicta enim *to.* 3. verbo *Clericus num.* 8. de quo & Auila *de Cenſur. par.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 2. cenſura, quæ imponitur contra aliquid facientes non afficit ſemper mandantes, niſi aliunde id conſtet, vt ibi dixi. Imo quando res eſt dubia, an illos comprehendat, credendum eſt non comprehendere. Diana 5. *part. tract.* 9. *reſolut.* 57. De mandante autem homicidium an incurrat irregularitatem, dixi 3. *to.* verbo *Irregularitas nu.* 70. & 71.

16 Decima regula eſt, & ſpecialius ad Regulares ſpectans. Nullus Religioſus facere poteſt mandatum, vel illud recipere ſine licentia expreſſa, vel implicita ſui Prælati. Fauent multa, quæ adduxi *to.* 1. *cap.* 9. & fundatur in illo principio, quòd ſcilicet Religioſus non habet velle, aut nolle, *cap. Religioſus de teſtam. in 6. cap. quorumdam de elect. in 6. cap. Religioſi de ſepult. in 6. can. non dicatis* 12. *q.* 1. Azor. *ſupr. cap.* 3.

17 Item pro eiſdem Regularibus, cum ſæpius inter ipſos dubitetur ob varietatem mandatorum, commiſſionum, vel procurationum, cui ex illis attendendum ſit, notandæ ſunt aliquæ regulæ. Prima. Mandatum poſterius non derogat priori, niſi de eo mentionem faciat. Silueſt. *ſupr. quæſt.* 2. Sa *ſupr. num.* 1. Probat Silueſter ex *cap. graue de offic. Iudicis Ordinarij.* Sed illud caput parum ad intentum conuincit. Probari tamen id poteſt ex eo quòd cum per prius mandatum ius mandatario adquiſitum fuerit ad exercendum negotium. quod mandatur, non debet cenſeri huic iuri derogari niſi id exprimatur. Caſu ergo quòd poſt primum mandatum aliud ſimile mandans effecerit, obſeruari debet quod *cap. paſtoralis de reſcript.* decidit

dit Innocentius 3. in ſimili caſu per hæc verba: *Niſi poſteriores prioribus, vel è conuerſo duxerint deferendum, ſimul vtrique cognoſcant, & ſi forte nequiuerint ſimul in vnam ſententiam concordare (quamuis plures ſint ex vna parte quam ex altera) per arbitros communiter electos à partibus huiuſmodi concertatio ſopiatur.* Secunda regula eſt. Speciale mandatum derogat generali, etiamſi de eo non faciat mentionem. *cap. paſtoralis* relato. *cap. ſtuduiſti de offic. legati, & l. in toto ff. de Regul. Iuris.* Gloſſa *in dict. caput paſtoralis verbo per ſpeciale.* Silueſt. *ſupr.* Sunt tamen aliqui caſus, in quibus ſpeciale mandatum non derogat generali. Primus, quando generale eſt effectum ſpeciale, *cap. ex parte de offic. de legati.* Secundus. In priuilegijs. *cap. cum ordinem de reſcriptis.* Tertius. Quando res non eſt integra. Quartus. In legatis. *l. 4. ff. de ſupellect. legat.* Silueſt. & Sa *ſupr.* Azor. *ſupr. c. 6.*

18 Circa mandata Apoſtolica vide dicta ſupra verbo *Litteræ Apoſtolicæ*, & Azor. *to. 2. Inſtitutionum moralium lib. 6. c. 31. & 32.*

19 Alia etiam ad hanc materiam ſpectantia vide infra verbo *Procurator Regularium*, verbo *Vicarius Religionum*, & verbo *Viſitator Regularis.*

MANTELLETVM.

1 MAntelletum (ſicut, & Mozzetta, biretum clericale, & pileum) vna eſt ex veſtibus proprijs Prælatijs, quibus Prælati Eccleſiaſtici non ſolùm ſæculares, ſed quandoque etiam Regulares ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ, vtuntur, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Abbas num.* 13. vbi etiam quomodo competat illud deferre quibuſdam Abbatibus Monachorum, non autem alijs Prælatis etiam Generalibus Mendicantium, aut aliorum Ordinum, niſi forte ad id habuerint eiuſdem Sedis Apoſtolicæ priuilegium. Qui autem habeant illud, præter dicta eo loco, conſule Barboſam *de Iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 17. nu. 56. & 57.* Tamburinum *de Iure Abb. to. 1. diſp. 20. quæſt. 2.* & Ioannem Mariam Nouarium *in Lucern. Regular. verbo Mantelletum.* Debet autem eſſe eiuſdem coloris, ac habitus Religionis profeſſæ, pro vt in ſimili dixi de Epiſcopis ex Regularibus Ordinibus aſſumptis *to. 1. cap. 17. num. 9.* Tamburinus *ſupr. num. 5.* Addens aliquando ex diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, & Sacræ Congregationis oppoſitum conceſſum fuiſſe Abbati S. Petri de monte Meteñſis Diœceſis ann. 1607. Vide alia infra verbo *Mitra*, & verbo *Mozzetta.*

MATRI-

MATRIMONIVM.

DE hac materia pro vt ad Regulares ſpectat non pauca dicta ſunt in præcedentibus, ita vt illa ſolùm remiſſiuè referre ſufficere videatur pro præſenti. Primò ergo, Religioſos Profeſſos omnino incapaces eſſe Matrimonij contrahendi, & de pœnis id facientium, dixi *to.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. *& cap.* 5. *num.* 1. Specialiter de Irregularitate, quam tales incurrunt, dixi eo *num.* 12. *& cap.* 5. *n.* 2. *& 3. to. verbo Bigamus, & Bigamia num.* 3. Quomodo etiam per profeſſionem votorum ſolemnium, non ſolùm diſſoluantur ſponſalia de futuro, ſed etiam Matrimonium ratum non conſumatum præcedens, dixi eo *to.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. vbi etiam & *cap.* 2. *num.* 31. quid dicendum ſit de ſponſa cognita per vim, aut metum, & de Matrimonio conſumato inter infideles, ac de profeſſione facta à coniugatis de conſenſu vtriuſque coniugis. Similiter ſpecialiter quoad milites Regulares quomodo per vota, quæ faciunt milites. S. Ioannis diſſoluatur Matrimonium ratum non conſumatum præcedens, & dirimatur ſubſequens, licet aliter de votis aliorum militum Regularium aſſerendum ſit, habetur ex dictis *to.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. & 8. Per profeſſionem autem votorum ſimplicium Societatis non diſſolui Matrimonium ratum, dixi *to.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. & conſtat ex declaratione S. Congregationis, quam referunt Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Matrimonium*, & Ioannes Maria Nouarius *in Lucern. Regular. verbo Matrimonium*. Nota etiam, ex declaratione quoque S. Congregationis, quam referunt ijdem Authores ibidem, haberi, quòd Matrimonium reputatur ratum, & non conſumatum ad effectum vt vnus ex contrahentibus alio contradicente poſſit ingredi Religionem, ſi poſt illud contractum coram Parrocho, & teſtibus copula non interceſſerit, licet antea pluriès, etiam cum promiſſione de contrahendo, ad fuiſſet fornicatio. Qualiter etiam Religioſis prohibitum ſit ſolemnizare Matrimonia ſine Parrochi licentia ſub pœna excommunicationis, dixi eodem *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 31. *& cap.* 21. *num.* 9. De priuilegijs autem aliquibus Religioſis quo ad hoc conceſſis pro partibus Indiarum, dixi eo *num.* 31. Idem videtur dicendum de benedictione ſponſorum, ſeu nuptiarum. De qua etiam extant aliquæ declarationes S. Congregationis apud eumdem Barboſam *ſupra verbo Nuptiæ*. Qualiter quoque aſſiſtere Matrimonio Sacerdotem non ſit actus Ordinis, dixi *to.* 3. *verbo Irregularitas n.* 7. An poſſit celebrari tempore Interdicti, dixi eodem 3. *to. verbo Interdictum. nu.* 19. De pœnis contrahentium cum Monialibus, dixi *to.* 1. *cap.* 25. *num.* 15. De affinitate, quæ vnum eſt ex impedimentis

Matrimonij, & alijs eam concernentibus, dixi *to.* 3. *verbo affinitas*. De bigamiæ Irregularitate, quæ ratione Matrimonij sæpius contrahitur, dixi eodem *to.* 3. *verbo Bigamus, & bigamia*. An Confessores aliqui Regulares possint cum coniugibus incestuosis ad petitionem debiti dispensare, dixi *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 25. *& to.* 3. *verbo Affinitas à num.* 4. Similiter an possint Confessarij aliqui Regulares dispensare cum coniugibus, qui voto facto de castitate contraxerunt, ad petitionem debiti, dixi eo *cap.* 19. *num.* 26. & dicam infra *verbo votum*. De modo exequendi Litteras Papæ, vel Sacræ Pœnitentiariæ, quibus datur facultas Confessarijs Regularibus ad dispensandum in aliquibus impedimentis Matrimonij, dixi supra verbo *Litteræ Apostolicæ*. An legata aliqua relicta pro maritandis fœminis applicari possint illis, si Religionem ingrediantur, dixi etiam supra verbo *Legata Regularibus relicta num.* 17. & 18. Matrimonium celebrari posse per Procuratorem, & ad id requiri speciale mandatum, dixi etiam *supr.* verbo *Mandatum nu.* 4. Alia etiam in sequentibus.

MATVTINVM.

SVMMARIVM.

An possit dici separatum à Laudibus. num. 1.
An ante Missam. num. 2.
Qua hora recitandum. num. 3.
Declarationes Sac. Congregationis. num. 4.
Alia remissiuè. num. 5.

1 DE Matutino, quod est vna ex Horis Canonicis, dixi *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 16. posse extra chorum dici separatim à laudibus. Quod intellige, etiam si nulla adsit causa ad id faciendum, cum olim in Ecclesia ita fieret, & noctè Natalis Domini sic quoque fiat. Sanchez *in Consil. moral. to.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 20. ex Nauarro, Toleto, & alijs. Quibus adde Oliuerium Bonartium *de Horis Canonic. l.* 2. *cap.* 17. *num.* 3. Quamuis autem Sanchez ibidem contendat non esse necessarium cum separantur Matutinum, & Laudes dicere Orationem diei, oppositum tamen probabilius censeo, vt eo loco dixi cum Nauarro, & alijs, quia talis separatio supponit esse duas Horas distinctas, vel saltem reputari, vt tales, & ideo tunc debent finiri sicut & aliæ horæ. Bonartius *supr. n.* 4. Diana 5. *par. Tract.* 14. *Resolut.* 48. ex alijs.

Iuxta

2 Iuxta dicta etiam eodem *to.* 1. *cap.* 21. *num.* 3. dicere Missam antè Matutinum non est peccatum mortale, imo etiam nec veniale, si fiat ex legitima causa, secus verò si sine illa. Sic etiam Sanchez *supr. dub.* 38. ex Soto, Bartolomæo à Ledesma, Medina, & alijs.

3 Circa horam autem recitandi Matutinum dixi eo *cap.* 12. *n.* 15. ex Suarez ibi relato, posse recitari Matutinum diei sequentis non solùm post occasum Solis, sed etiã ante illum dictis Vesperis, & Completorio quinque horis post meridiem diei antecedentis, siue in hyeme, siue in æstate. Postea tamen vidi perdoctum, & multis mihi titulis colendissimum Patrem Dianam 4. *par. tract.* 4. *resolut.* 9. dixisse ex Martino Ledesma *in* 2. 4. *q.* 16. *ar.* 5. *dub.* 1. & Sanchez *supr. dub.* 37. probabile esse posse recitari hora secunda finita post meridiem, quo sensu intelligit Fabrum, & Molfesium dicentes posse recitari hora 20. diei. Sed aliqua aduertenda. Primò. Secundum horologium Italiæ horam vigesimam, aliquando, scilicet in æstate, contingere quatuor horis post meridiem, aliquando, scilicet in hyeme vna circiter hora post meridiem, & aliquando, scilicet æquinoctiorum tempore, duabus horis etiam post meridiem. Et quidem quando hora 20. contingit quatuor horis post meridiem, pro vt in æstate, tunc credo probabilem esse hanc sententiam, quia iam Sol versus occidens declinare videtur, noctemque approximari. Quando verò vigesima hora contingit vna solùm hora post meridiem, vt in hyeme, non video quomodo sit probabilis hæc sententia, cum vix illa hora legitima sit pro Vesperis dicendis. Cæterum quando vigesima hora contingit secunda post meridiem, vel circiter animaduertendum secundò, Ledesmam, & Sanchez relatos solùm dicere recitantem Matutinum eo tempore satisfacere præcepto, & Ecclesiæ, nec peccare mortaliter, quo denotant saltem venialiter peccare sic facientem, pro vt expressè tenet Sanchez *ibid. num.* 6. nisi legitima causa excusetur. Animaduerto tertiò, Ledesmam relatum à Diana loqui de personis priuatis priuatim recitantibus, quo denotat, quòd Ecclesiæ, & Monasteria quoad hoc debent conformari suis Legibus, & consuetudinibus. Quartò, quòd recitare Matutinum diei sequentis ante dictas aliquas horas v.g. Vesperas, vel Completorium diei præcedentis, licet iuxta dicta eo *num.* 15. illicitum sit, excusari tamen posse, si id fiat ex rationabili causa, qualis solet esse in Religiosis studentibus, qui propter commoditatem studendi solent horas Canonicas temporibus non debitis persoluere. Sanchez *supr. num.* 5. *& dub.* 36. *num.* 3. Diana *supr.*

4 Quia tamen Leges, & consuetudines circa horam recitandi Matuti-

tutinum variæ in Regionibus, & Religionibus sunt, ideo pro ipsis variæ quoque declarationes à S. Congregatione editæ sunt, quas referunt Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Matutinum*, & Ioann. Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Matutinum*, quas etiam hic referam, quia vtiles erunt personis Regularib. Prima est. *Matutinum, siue Matutinæ horæ præstandæ sunt nocturno tempore, si adsit consuetudo; senes verò, & alij legitimè impediti, si interesse non possint, luerantur distributiones quotidianas.* Secunda est. *Matutinum, quod secundum Regulam Ordinis recitari debet media nocte, vt ex causa recitari possit hora octaua noctis conceditur.* Tertia est. *Matutinum, quod recitari solebat à Canonicis vna hora post ortum Solis non est ante ortum Solis inchoandum.* Quarta est. *Matutinum, quod media nocte à Clero Cathedralis Ecclesiæ recitari consueuerat, vt in futurum albescente die cantari possit ex causis narratis conceditur.* Quinta est. *Matutinum Defunctorum In festo omnium Sanctorum ad vesperam recitandum non est, sed ipsamet die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum post Laudes diei recitari debet.* Sexta est. *Matutinum, quod recitabatur media nocte, vt possit recitari hora prima noctis, ob aeris intemperiem, & aduersam valetudinem Monialium conceditur Monialibus S. Catherinæ Senensis in Indijs occidentalibus.*

5 Vide alia dicenda circa hanc, & alias Horas Canonicas infra verbo *Missa*, verbo *Officium diuinum*, verbo *Ritus*, & verbo *Suffragia*.

MENDICANTES REGVLARES.

SVMMARIVM.

De ipsis remissiuè. num. 1.
Mendicantium Ordines quot sunt. num. 2.
Qui fruantur ipsorum priuilegijs. num. 3.
An aliæ Religiones præter relatas. num. 4.
De Mendicantibus qui tractent. num. 5.

QVamuis de Regularibus mendicantibus quamplurima dicta sint in precedentibus, imo omnia ferme, quæ in his quatuor tomis dicuntur ad ipsos applicari debeant, præsertim, quæ secundo tomo *cap.* 1. de ipsis dixi, vbi multa de titulo Mendicantium, numero ipsorum, bonis, quorum sunt capaces,

Digitized by

paces, mendicitate qua vti possunt, priuilegijs, & facultatibus, quibus fruuntur, in præsenti tamen specialiter numerari oportet eos Ordines, qui, vel inter Mendicantes recensentur, vel Mendicantium priuilegijs (quoad plura saltem) fruuntur.

2 Ergo præter Mendicantes à Iure, scilicet Prædicatores, Minores, Augustinianos, & Carmelitas, hi enim à Iure Canonico, & hoc ordine numerantur, iuxta dicta eo *to.2. cap.1. nu.1.* numerari etiam oportet, & Mendicantes ex priuilegio, seu Constitutionibus Summorum Pontificum, scilicet Seruitas, Minimos, Iesuatos Sancti Hieronymi, & Iesuitas, iuxta dicta etiam ibidem. Inter hos autem referuntur à Nouario *in Lucern. Regularium verbo Mendicantes n.6.* RR. PP. Discalceati nostri Ordinis Carmelitarum, propter Constitutionem Clementis 8. *Romanum Pontificem* inter Constitutiones ipsius *num.* 101. Sed in ea Constitutione aliquid amplius vult Pontifex; declarat enim motu proprio, & ex certa scientia eorum Ordinem *vnum esse ex quatuor Mendicantibus, Ordinem scilicet Carmelitarum.* Quo denotat ipsos non ex priuilegio, sed à Iure inter Mendicantes reputari debere. Referri tamen possunt inter Mendicantes ex priuilegio Religiosi SS. Trinitatis Discalciati, propter Constitutionem Pauli 5. *Ecclesiæ Catholicæ* inter Constitutiones ipsius *n.60.* Barbosa *de Iure Ecclesiastico lib.1. cap.41. num.* 215. Nouarius *supra.*

3 Sunt etiam plures alij Regulares, qui de priuilegijs Mendicantium (pluribus saltem) ex speciali Summorum Pontificum Indulto participiant, quos breuiter placet referre, relatis etiam Constitutionibus, seu Bullis Pontificum, in quibus id ipsis conceditur, iuxta Barbosam *supr. à num.* 218. & Nouarium etiam *supr. à num.* 8. Hi sunt Canonici Regulares Lateranenses, ex Pio 5. in Constit.41. incipit *Ex supernæ dispositionis arbitrio* 17. Kal. Septembris 1567. Canonici Regulares S. Crucis Conimbricensis *ibid.* Canonici Regulares S. Saluatoris Bononien. ex Iulio 2. in Constitut.30. *Inter cæteros.* 4. Non. Aprilis 1512. Canonici sæculares S. Georgij in Alga, ex Pio 5. Constitut. 92. *Ex incumbenti nobis.* Item Monachi Cassinenses, ex Iulio 2. in Constitut. *Super Cathedram* in Bullario to. 1. pag. 402. Vallis vmbrosæ, ex Pio 5. in d. Const.41. *Ex supernæ dispositionis arbitrio.* Camaldulen. ex Gregorio 14. Constit. *Ex iniuncto nobis* 24. Septemb. 1591. Cistercienses Congregationis Italiæ Regularis Obseruantiæ, ex Gregorio 14 Const.16. *Romanus Pontifex* 28. Iunij 1592. Cistercienses Reformati Congregationis B. Mariæ Fulienſis, ex Sixto 5. Const.70. *Super specula* Idibus Nouemb. 1587. ex Paulo 5. Const. *Diuina disponente clementia.* 5. Idib. Iulij 1606. & in alia

In Supereminentis 21. Nouembris 1607. Cæleſtini, ex SS. D.N. Vrbano 8. Conſt. 24. *Sacroſanctí.* 14. Auguſti 1624. Silueſtrini, ex Paulo 5. in Conſtit. ſub die 23. Nouembris 1616. Monachi montis Virginis, ex Paulo 5. Conſt. ſub die 19. Maij 1611. S. Baſilij, ex Gregorio 13. in Conſt. *Benedictus*, Kal. Nouembr. 1579. Item plures fratres, nempe S. Spiritus in Saxia, ex Sixto 5. in Conſt. *Exigit.* 13. Auguſti 1586. S. Hieronymi Hiſpaniarum, ex Pio 5. in Conſtitut. 41. *Ex ſuperna diſpoſitionis arbitrio* 17. Kal. Septembr. 1567. S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Piſis, ex Pio 5. in Conſtit. 125. *Religionis.* 30. Martj 1571. S. Hieronymi de Feſulis, ex Pio 5. in d. Conſt. 41. *Ex ſuperna*. Sanctiſſimæ Trinitatis redemptionis captiuorum Prouinciarum Caſtellæ, Leonis, & Bœthicæ, ex Leone 10. & Adriano 6. Cruciferi, ex Gregorio 14. in Conſtitut. *Romanus Pontifex.* 12. Iulij 1591. Sanctæ Mariæ de Mercede ex Leone 10. 5. Kalend. Auguſt. 1516. Militiæ Ieſu Chriſti Portugalliæ reformati, ex Pio 5. d. Conſtitut. 41. *Ex ſuperna*. Eiſdem quoque priuilegijs participant plures Clerici Regulares, videlicet Theatini, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 4. *num.* 19. ex Clemente VII. & Conſt. *Dudum pro parte* ibidem relata. Sommaſchini, ex Paulo 5. in Conſt. *Ex quo diuina maieſtas.* 9. Nouembr. 1607. etiam eo *cap.* 4. *num.* 23. relata. Clerici etiam minores quatenus communicant Theatinorum priuilegia, iuxta dicta eo *cap.* 4. *num.* 25. ex Bulla Gregorij 14. *Romanus Pontifex*. Similiter Clerici Regulares miniſtrantes infirmis, ex Gregorio 14. in Conſt. *Illius qui gregis.* 11. Kal. Octobr. 1591. iuxta dicta eo *cap.* 4. *num.* 24. Matris Dei Scholarum piarum, ex Gregorio 15. in Conſt. *Ad vberes fructus* eo *cap.* 4. *nu.* 27. relata.

4 Addi etiam poſſunt prædictis. Primò, Patres Carthuſienſes, ex Conſtitutione Gregor. 15. *Ad vberes.* die 3. Februar. 1623. Barboſa in *Collectan. Bull. verbo Mendicantes Religioſi*. Item Clerici Regulares Matris Dei Lucæ, ex eodem Gregorio 15. in Conſtit. *Ad vberes*, iuxta dicta eo *cap.* 4. *nu.* 26.

5 De Mendicantibus porro agunt, præter relatos Auctores, D. Antoninus *in Summ.* 3. *p. tit.* 6. *cap.* 1. §. 8. *& tit.* 19. *cap.* 3. *& tit.* 23. *&* 74. Caſſaneus *in Catalog. gloriæ mundi par.* 4. *conſiderat.* 68. 69. *&* 70. Azor. *to.* 1. *Inſtit. moral. l.* 12. *cap.* 13. Zerola *in praxi Epiſcopor. par.* 2. *verbo Mendicantes*. Rodriguez *to.* 1. *quæſt. Regular. q.* 2. *ar.* 1. *& ſequentibus*, Miranda *in Man. Prælator. to.* 1. *q.* 11. *ar.* 6. & plures alij. Non tamen omnibus multùm fidendum, præſertim in extraneorum hiſtorijs, quia ſæpius in illis hallucinantur.

MER-

Digitized by Google

MERCATVRA QVOAD REGVLARES.

1 DE hac re, nonnulla dicta sunt *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 39. maximè *in* 2. & 3. impressione, & 3. to. verbo *Gabella quoad Regulares*, plura tamen, & latè de ea dicam infra verbo *Negotiatio*. Communiter enim Doctores sub hoc verbo de mercatura agunt.

MILITES REGVLARES.

1 DE hac etiam materia latè egi *to.* 2. *cap.* 5. per totum, & ideo ad eum locum remittimus lectorem.

MISSA.

SVMMARIVM.

De Missa vbi tractatum, & quid addendum. num. 1.
Nomine Missæ duo intelligi possunt. num. 2.
Missa pro Precibus, Orationibus &c. accepta finitè valoris est. num. 3.
Quid de Missa sumpta pro Immolatione, Sacrificio &c. num. 4.
Obstantiæ contra hoc præcluduntur. num. 5.
De effectu Sacrificij Missæ. num. 6.
Alius ex opere operantis, alius ex opere operato. num. 7.
Quotuplex fructus Missæ. ibidem.
Applicatur iuxta quantitatem deuotionis. ibidem.
Quibus prodest. ibidem.
An pluribus applicatum æquè prosit omnibus. num. 8.
De quibus id intelligendum. num. 9.
Non possunt accipi plura stipendia pro vna Missa. num. 10.
Etiam si parua, & incongrua sint. num. 11.
Quid de promissione dicendi Missas. num. 12.
Nec etiam propter paupertatem Sacerdotum. num. 13.
Nec propter congruam sustentationem Sacerdotis. num. 14.
Nec propter priuilegia Regularium. num. 15.
Nec propter Imagines magnæ deuotionis. num. 16.
An pro applicatione fructus, qui correspondet Sacerdoti. num. 17.
An pro applicatione Indulgentiæ. num. 18.
Valde cauendum Regularibus accipere plura stipendia pro vna Missa. num. 19.

Digitized by Google

Quomodo satisfacere possint qui id fecerunt. num. 20.
An sint aliqui casus, in quibus id facere possint. num. 21.
An saltem sine stipendio possint vnam Missam pro pluribus applicare. num. 22.
De stipendio pro Missa cantata. num. 23.
Quid in casu grauis necessitatis, & aliarum circumstantiarum. n. 24.
An si alio modo viuere non possint. num. 25.
Promissio semper adimplenda. num. 26.
Stricta sustentatio quomodo intelligenda. num. 27.
Satisfacere debent, qui id fecerunt vijs, & modis possibilibus. num. 28.
Quales sint. num. 29.
De reductione Missarum. num. 30.
Praxis huius reductionis. num. 31.
An Suffragia reduci possint. num. 32.
De quibus fieri possit reductio. num. 33.
Non Missarum votiuarum. num. 34.
An accipi possit eleemosyna pro Missa, & committi alij, detracta parte ipsius. num. 35.
De obligatione inuestiendi pecunias pro onere Missarum. num. 36.
Quæ circa id animaduertenda. num. 37.
Sacerdotes negligentes in celebratione Missarū quomodo peccent. n. 38
Ad quid teneantur ibidem.
Modicum tempus quod intelligatur. num. 39.
An Regulares ægrotantes eximantur ab obligatione Missarum dicendarum. num. 40.
An aliquoties in anno. num. 41.
An in hebdomada. num. 42.
De Capellanijs Religiosorum. num. 43.
Quid determinatum à Sacra Congregatione. ibidem.
Missæ dicendæ tempore quo promissæ sunt. num. 44.
Loco, quo promissæ sunt. num. 45.
Et æedem, quæ promissæ sunt. num. 46.
Quibus diebus dici possint Missæ Votiuæ, seu de Requiem. *num. 47.*
Sacræ Congregationis declarationes. num. 48
An Regulares obligentur ad dicendas duas Missas certis diebus. n. 49.
De anticipatione Missarum. num. 50.
Decretum Sac. Congregationis. num. 51.
Quo tempore datum. num. 52.
Quomodo intelligendum. num. 53.
An viuens Missam, & Officium Defunctorum pro se dici facere possit. num. 54.

De

De Ritu, ſeu modo celebrandi Miſſas. num. 55.
De Miſſa ſicca. num. 56.
De Vaſis, & veſtibus Sacris. num. 57.
Ceremoniæ quomodo obſeruandæ. num. 58.
An ſint præcepta. num. 59.
De lumine ad Miſſam requiſito. num. 60.
De Miſſali. num. 61.
De Cruce. num. 62.
De Miniſtro. num. 63.
Capite cooperto celebrandum non eſt ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. num. 64.
Calceatum debere eſſe celebrantem. num. 65.
Preces præſcriptæ ante Miſſam dum Sacris veſtibus paratur Sacerdos qualiter obligent. num. 66.
Quid animaduertendum pro benedictione populi. num. 67.
De modo ſupplendi defectus in Miſſa. num. 68.

QVamuis plura de hac materia ſparſim per quatuor tomos Summæ dicta ſint, ſpecialiter *to.* 1. *cap.* 21. vbi de Sacerdotibus Regularibus ex profeſſo egi, nihilominus, quia altiſſimũ hoc Sacrificium pretioſiſſima gemma totius Eccleſiæ eſt, pluraque pro ipſo dignè peragendo requiſita ſunt, vt propterea à Summis Pontificibns, & Sacris Congregationibus multa quoque pro eo celebrando ſtatuta fuerint, maior etiam pars Regularium huic miniſterio vacent, ideo opere pretium erit ea, quæ ad praxim ipſius ſpectant, hic diſcutere, alia, quæ ad ſolam ſpeculationem, Theologis relinquendo. Duo ergo præſertim, & accuratiùs propter plurium conſcientiarum inſtructionem, diſcutienda. Alterum, de valore, effectu, & applicatione huius Sacrificij, ſtipendioque, quod pro ipſo celebrando recipere Sacerdotes poſſunt. Alterum verò, de Ritibus, modo, & circunſtantijs pro ipſius celebratione requiſitis.

2 Et quidem circa primum, vt clariùs procedamus, ſupponendum, nomine Miſſæ duo accipi poſſe, ſeu, quod idem eſt, duo in Miſſæ ſacrificio reperiri. Alterum, Orationes, Preces, Cæremonias, aliaſque pias actiones, quæ in diſcurſu Miſſæ à Sacerdote fiunt, vel dicuntur. Alterum verò, Immolationem ipſam, vel actionem, in qua ſubſtantialiter, & eſſentialiter poſita eſt eſſentia Sacrificij, quæ iuxta probabiliorem Theologorum ſententiam, eſt actio conſecratiua, ſeu conſecratio ipſa conuerſiua ſubſtantiæ panis, & vini in ſubſtantiam Corporis, & Sanguinis Chriſti. Cum enim per illam

illam Corpus à Sanguine Christi separetur mysticè, ideo etiam per illam mysticè mactatur Christus, ac per consequens offertur,& immolatur Deo. S. Tho. *in 4. dist. 45. q. 2. ar. 3.* Silvest. *in Summ. verbo Missa num.* 1. Toletus *in Summ. l. 2. cap. 8. num.* 1. Bonacina *de Sacrific. Missæ disp. 4. quæst. vlt. punct. 4. num. 7.* Fagundez *in* 1. *Eccles. præcept. l. 3. cap .6. nu. 2.* & alij.

3 Et quidem loquendo de Missa primo modo sumpta, scilicet pro Precibus, Orationibus, & alijs pijs actionibus,quæ in ipsa exercentur, certum est eam esse finiti, & determinati valoris. Ratio est, quia sanctitas, vel dignitas Sacerdotis,à qua sumitur talis valor, finita est, & limitata, ergo etiam ipse valor finitus, & limitatus erit. Corduba *lib. 1. quæst. 93.* Ioannes de la Cruce *in Director. conscient. de sacrific. Missæ dub. 6.* Quod non solùm est verum loquendo de istis actionibus,seu Orationibus,quatenus procedunt à Sacerdote, vt est priuata quædam persona, vt de se patet, sed etiam, vt est publicus Ecclesiæ Minister ad id munus ab ipsa constitutus, cum sanctitas, vel dignitas ipsius adhuc isto modo considerati finita etiam sit, & limitata.

4 Loquendo autem de Missa secundo modo, scilicet pro Immolatione ipsa,Sacrificio, aut actione,in qua essentialiter consistit, inter varias Theologorum sententias, illa est mihi probabilior,quæ asserit esse infinitum, & indeterminatum. Ratio est, quia valor, & dignitas cuiuscunq.oblationis ex duplici præcipuè capite mendicari debet, scilicet, ex parte rei oblatæ per ipsam, vel (saltem principaliùs) ex dignitate personæ offerentis illam oblationem, iuxta illud Genes 4. v. 4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Vbi Doctores ponderant ad vtrumque respexisse Deum, licet prius *ad Abel*, quam *ad munera* ipsius, eo quòd valor talis oblationis,vel ex vtroque,vel principaliter ex Abelis dignitate pendebat. Cum ergo res oblata in Sacrificio Missæ, & principalis offerens,scilicet Christus sit res infiniti valoris, & dignitatis, quippe ratione Vnionis Hypostaticæ humanitatis cum Verbo Diuino infiniti valoris, & dignitatis est, procul dubio ipsum etiam Sacrificium erit infinitæ dignitatis, & valoris. Confirmo à simili de Oblatione, seu Sacrificio cruento Crucis, ex eo enim fuit infiniti valoris, & dignitatis, quia tam res oblata, quam persona principaliter offerens, scilicet ipse Christus,talis erat. Sed Sacrificium incruentũ Altaris est idem essentialiter cum Sacrificio Crucis, non solùm ex parte rei oblatæ, sed etiam ex parte principalis offerentis, scilicet ipsius Christi, pro vt docet Concilium Trident. *sess. 22. cap. 2.* dicens: *Vna enim, eademque est Hostia, idem nunc offerens Sacerdotum Ministerio, qui se ipsum*

tunc

tunc in Cruce obtulit, ſola offerendi ratione diuerſa, & tenent Henriquez *l.9. de Miſſa cap.*19. §. 1. Suarez *to.*3. *in* 3. *p. diſp.*76 *ſect.* 1. §. *dico primo.* Fagundez *d. cap.*6. *num.*9. Ergo erit infinitæ dignitatis, & valoris, ſicut & cruentum. Ita Silueſt. *ſupr. q.*9. Caietanus 3. *p. q.* 79. *ar.* 5. *& to.* 3. *opuſc. tract.* 3. *q.* 1. *cap.* 2. Corduba *ſupr.* Ruard. Taper. *ar.* 16. *contra Lutherum.* Petrus Sotus *de Inſtit. Sacerdot. lect.* 7. Petrus Nauarra *l.* 2. *de reſtit. cap.*2. *num.* 269. Bartholomeus de Angelo *Dialog.* 5. *de Miſſa* §. 742. Vaſquez *in* 3. *p. to.* 3. *diſp.* 230. *cap.* 3. Fabius Incarnatus 2. *p. ſpeculi.* Theodorus Peltanus *de Purgatorio cap.* 3. 4. *&* 5. Dominicus Montagnolus *in diſp. de valore, & effectu Miſſæ cap.*3. 4. *&* 5. Ioannes de la Cruce *dicto dub.* 6. *concl.* 1. & innumeri alij. Quibus fauent ex Scholaſticis antiquioribus Ordinis noſtri non ſolùm Ioannes Bacconius, & Michael de Bononia infra referendi, ſed & Ioannes Beetz, noſtri etiam Ordinis *in* 7. *præcept. Decalogi fol. mihi* 195. Quomodo autem intelligenda ſit hæc infinitas, ex dicendis conſtabit.

5 Nec obſtat ſi dicatur. Quamuis ex adducto fundamento probetur Miſſę ſacrificiũ ea ratione qua à Chriſto offertur, eſſe infiniti valoris, quia tamen offertur ab ipſo medio Sacerdote, vt ipſius Miniſtro, cuius dignitas non eſt infinita, id circo tale Sacrificium limitatur, ita vt non ſit niſi finiti valoris. Falſum enim eſt, quòd valor, aut dignitas cauſæ principalis minuatur, aut limitetur ab inſtrumento, vt conſtat non ſolùm in naturalibus, ſed maximè in moralibus: ſi quidem euidens eſt eleemoſynam, ſeu quodcunq. aliud opus factum ab aliquo per famulum, vel miniſtrum non perdere ſuum valorem, aut limitari ex malitia talis famuli, vel miniſtri. Quod etiam contingit in Sacramentis, cum conſtet ipſorum valorem, aut virtutem non perdi, aut limitari ex prauitate, aut malitia miniſtrantis illa. Ioannes de Cruce *ſupr.* Si autem inſtes. Ergo etiam Sacramenta dici debent valoris infiniti, ſi quidem ad illorum effectus concurrit etiam Chriſtus iuxta communiorem Theologorum ſententiam. Reſpondeo; diuerſimodè concurrere Chriſtum cum Sacramentis, ac cum Sacerdote immolante, ſeu Sacrificante, cum illis enim ſolùm concurrit, vt cauſa vniuerſalis, cum Sacerdote autem etiam, vt cauſa particularis ſeipſum illo mediante immolans, & ſacrificans, ac proinde tali Immolationi, ſeu Sacrificio infinitã dignitatem, aut valorem conferens. Adde: quemadmodum Sacrificium Miſſæ modo aſſignato eſt infiniti valoris, & dignitatis, non quoad efficaciam, cum nunquam effectum infinitum producat, ſed ſolùm quoad ſufficientiam, quia quantum eſt ex ſe infinitum effectum produceret, ſi infinita diſpoſitio eſſet ex parte illius pro quo offertur, & pro infini-

tis

tis hominibus, si illi infiniti essent, applicari posset, iuxta dicenda inferius; ita similiter sacramentum, verbi gratia Baptismi, aut Pœnitentiæ, dici potest quoad sufficientiam, & extensiuè infiniti valoris, & dignitatis, non quia aliquem effectum infinitum producat, sed quia applicari potest infinitis hominibus si tot essent, remittere infinita peccata, si tot commissa fuissent, & dare infinitam gratiam, si infinita dispositio esset ex parte suscipientis illud.

6 Ex quo iam constat quid dicendum sit de effectu Sacrificij Missæ. Supponimis autem valorem, & effectum distingui sicut actum primum, & secundum, esto communiter à Theologis confundantur. Dominicus Montagnolus *in Disput. de Valore Missæ c.2. fundam.*10. Paulus Fraxinellus *in Disput. de Obligationib. Sacerd. ad Miss. sect.3. prænot.* 3.§.3. Loquendo enim de Missa primo modo, scilicet pro Orationibus, Cæremonijs &c. certum est habere effectum finitum, & determinatum, cum valor, & dignitas illius isto modo sumpta finita sint, & determinata, vt pote à finita dignitate, & sanctitate procedens. Loquendo verò de Missa secundo modo, scilicet, pro Sacrificio, & Oblatione &c. quamuis hoc modo sit infinitæ dignitatis, & valoris, vt dictum est, nihilominus, quia non est talis quo ad efficaciam, sed solùm quoad sufficientiam, vt habent Martinus Ledesma 2.4. *quæst.* 16. *ar.*14. Canus 12. *de locis cap.*12. *ad* 10. Vasquez *supr. d. disp.* 230. *cap.* 1. *&* 2. Ludouicus Beia *in Respons. cas. conscientiæ congregat.* 4. *cas.* 3. ideo non producit effectum infinitum actu, aut intensiuè; aliàs non esset necessarium quòd fideles pro ipsorum animabus celebrari facerent nisi solùm vnicam Missam. Nihilominus potest dici infinitus in potentia, & extensiuè, quatenus infinitis applicari posset, si tot essent, & infinito modo si infinita deuotio, & dispositio esset ex parte illorum, vt infra dicetur. Vnde Corduba, & Nauarra *supr.* valorem Missæ pro eius effectu vsurpantes vocant infinitum syncathegorematicè. Idem etiam Corduba, & Bonacina *d. punct.* 4. vocant infinitum extensiuè, prout etiam Suarez *supr. disp.* 79. *sect.*12. *in prima conclus.*

7 Pro huiusmodi autē effectu, seu fructu Missæ notandum primò, quòd licet is, qui correspondet Missæ quoad Orationes, Preces, Cæremonias &c. sit ex opere operantis, quia commensuratur merito, bonitati, & dispositioni Sacerdotis, & Ecclesiæ offerentis, at verò, qui correspondet Missæ secundo modo, quatenus scilicet includit Oblationem, est ex opere operato, quia est ex institutione Christi supra omne meritum, & dispositionem Sacerdotis offerentis, ita vt, ipso etiam in peccato mortali existente, adhuc Missa habet hunc fructum. Miranda *to.*1. *Man. Prælator. q.* 41. *ar.*6. Bonacina *supr. nu.*7.

Digitized by Google

num. 7. Secundò, huiuſmodi effectum, ſeu fructum Miſſæ diuidi in generalem, ſpecialem, & ſpecialiſſimum, quem aliqui medium vocant. Primus eſt, qui ex intentione Chriſti, & Eccleſiæ applicatur omnibus fidelibus. Secundus eſt, qui applicatur ipſi Sacerdoti offerenti. Tertius eſt, qui applicatur illi, pro quo ſpecialiter Sacerdos offert Sacrificium. Angelus *in Summ. verbo Miſſa num.* 52. Nauarrus *in Man. cap.* 25. *nu.* 92. Azor. *to.* 1. *inſtit. Moral. l.* 10. *cap.* 20. *§. Quod vt intelligamus.* Bonacina *ſupr. num.* 2. Paulus Fraxinellus *in d. diſputat. de Obligationib. Sacerdot. ad Miſſ. ſect.* 3. *prænot.* 3. ex innumeris alijs. Tertiò nota, huiuſmodi effectũ, ſeu fructum Sacrificij generaliter loquendo triplicem eſſe, ſcilicet collationem gratiæ, & remiſſionem peccatorum venialium, ac proinde vocari propitiatorium; remiſſionem pœnæ temporalis, quem vocant ſatisfactorium; & impetrationem omnium bonorum ſiue ſpiritualium, ſiue temporalium, vocatum impetratorium. De quibus, & quomodo ex vi ipſius cauſentur, communiter Doctores, ſpecialiter Azor. *ſupr. cap.* 20. Suarez *ſupr. diſp.* 79. *fere per totam.* Bonacina *ſupr. punct.* 3. & alij. Quartò nota, etiam generaliter loquendo huiuſmodi fructum, ſeu effectum Miſſæ applicari omnibus pro quibus offertur, magis, vel minus iuxta quantitatem deuotionis ipſorum. Ita enim colligitur primò ex verbis Eccleſiæ in Canone Miſſæ: *Quorum fides tibi cognita eſt, & nota deuotio; pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt &c.* Secundò, ex ſimilitudine paſſionis Chriſti, de cuius fructu participant fideles, magis, vel minus iuxta quantitatem fidei, deuotionis &c. Tertiò, ex ſimilitudine Sacramentorum, ea enim producunt maiorem, vel minorem effectum, iuxta quantitatem maiorem, vel minorem diſpoſitionis recipientium illa. Quartò, ex aureis S. Thomæ verbis 3. *p. q.* 79. *ar.* 5. vbi ſic: *Quamuis ergo hæc Oblatio ex ſui quantitate ſufficiat ad ſatisfaciendum pro omni pœna, tamen ſit ſatisfactoria illis pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, iuxta quantitatem ſuæ deuotionis, & non pro tota pœna.* Conſonat ſibi *in* 4. *diſt.* 12. *q.* 2. *argum.* 2. *quæſt.* 3. *& diſt.* 45. *q.* 1. *ar.* 2. *q.* 3. Et ita ex mente ipſius idem ſequuntur Silueſter, & Caietanus *ſupr.* relati. Quibus adde Sa *in Summ. verbo Miſſa num.* 42. Paulum Gryſaldum *in Deciſionibus fidei verbo Miſſa* 22. Beiam *ſupr.* Lugum *de Euchariſtia diſp.* 19. *ſect.* 10. *num.* 200. Ioannem de Cruce *ſupr. concl.* 2. Maxime verò Vaſquez, qui *diſp.* 231. *cap.* 7. *num.* 49. & 50. ex S. Tho. Caietano, Soto, & Corduba dicit deuotionem hanc non eſſe quamcunque, ſed eam, quam erga hoc Sacrificium habent, vel habuerunt. Quod vltimum præcipuè intellige loquendo de defunctis. Pro quo vide dicta *to.* 3. verbo *Indulgentia quoad Regulares num.* 5. Nota quin-

quintò, quòd ad hoc, vt applicetur fructus, seu effectus huius Sacrificij alicui requiritur ex parte ipsius alia dispositio veluti habitualis præter deuotionem modo assignatam. Etenim quoad effectum satisfactorium requiritur status gratiæ. Cum enim nunquam remittatur alicui pœna temporalis nisi prius ei remissa sit æterna, ideo solus iustus est capax remissionis pœnæ temporalis, seu huius effectus satisfactorij. Vasquez *supr. d. cap. 7. num.* 44. ex S. Tho. Soto, & alijs. Quoad alios autem effectus non requiritur, cum constet offerri *pro omnibus Orthodoxis*, vt dicitur in Canone Missæ, ideſt, pro omnibus fidelibus, inter quos multi sunt in peccato mortali. Bonacina *supr. punct. 5. num.* 1. ex Suarez, Miranda, Bellarmino, & alijs. Excipiunt communiter Theologi excommunicatos maiori excommunicatione, eo quòd Ecclesia priuet illos Suffragijs communibus ipsius. De hoc tamen aliquid dixi to. 3. verbo *Excommunicatio quoad Regulares num.* 11. & 12. & an id licitè fiat offerendo sacrificium in persona Christi pro ipsis, agunt Lugo *supr. d. sect.* 10. *à num.* 185. & Layman. *de Sacrificio Missæ. Tract.* 5. *cap.* 2. *num.* 7. Deinde requiritur status viæ. Non enim prodest vllo modo hoc Sacrificium damnatis. Fagundez *supr. cap.* 11. *num.* 6. post Bellarmin. Azor, Enrriquez, & alios. Nec Beatis, nisi quatenus per ipsum coluntur, honorantur, & inuocantur, ex quo illis resultat gaudium quoddam accidentale, quod est impropriè pro illis offerri. Bonacina *supr. num* 7. Lugo *supr. num.* 192. Layman. *supr. num.* 4. Animabus autem Purgatorij prodest maximè quoad effectum satisfactorium. Illæ enim sunt in statu gratiæ, & sunt illæ, de quibus dicitur in Ordinatione Sacerdotum: *Accipe potestatem offerendi in Ecclesia Sacrificium, pro viuis, & mortuis &c.* Et ita definitur in Concil. Trid. *sess.* 2. *can.* 3. *&* *cap.* 2. habeturque ex traditione Patrum. De quo multa Azor. *to.* 1. *Instit. moral. l.* 10. *cap.* 22. *q.* 8. Enrriquez *l.* 9. *de Missa cap.* 16. Bellarminus *l.* 2. *de Missa cap.* 7. & Fagundez *d. cap.* 11. *num.* 3. Non tamen requiritur Baptismus, cum probabilior sententia sit (contra aliquos oppositum asserentes) offerri posse pro Cathecumenis, cum illi habeant fidem, possint esse in gratia, & aliquo modo pertineant ad Ecclesiam, faueantque illis tum vsus Ecclesiæ, tum plurium Patrum testimonia. De quibus Enrriquez *supr. cap.* 15. Layman. *supr. num.* 8. Lugo *supr. d. sect.* 10. Idem dico de Fide, quod scilicet, nec ea requiratur ex parte illius, cui applicatur fructus huius Sacrificij. Potest enim offerri pro Infidelibus, Paganis, Turcis, & Iudæis, vt conuertantur ad fidem, prout etiam ex varijs fundamentis, & Authoribus: imo, & vsu Ecclesiæ contra Sotum, & Vasquez probant Layman. *supr. num.* 9. & 10.

Fa-

Digitized by Google

Fagundez *supr. cap.* 12. *à num.* 21. Ioannes de Cruce *supr. dub.* 5. *concluſ.*2. & alij.

8 Ex quo etiam ad celebrem illam quæſtionem, in qua quæritur, vtrum Sacrificium Miſſæ pluribus applicatum æquè proſit cuilibet, ac ſi pro ipſo ſolo applicaretur. Dicendum etenim eſt, quòd licet illud ſumptum primo modo, ſcilicet pro Orationibus, Cæremonijs &c. applicatum pluribus non æquè proſit cuilibet, ac ſi pro ipſo ſolo applicaretur, cum valor, & effectus ipſius iſto modo accepti finitus ſit, & limitatus, omne autem finitum ſi diuidatur inter plures minus participatur à quolibet, quam ſi ſoli ipſi communicaretur (Vaſquez *ſupr. diſp.* 231. *cap.* 3. *num.* 18. *&* 19. Ioannes de Cruce *ſupra* §. *ex dictis patet*) nihilominus ſumptum ſecundo modo, ſcilicet pro eo, in quo eſſentialiter ratio Sacrificij cõſiſtit dicendum eſt contrarium, ſcilicet quòd pluribus applicatum à Sacerdote, tantum prodeſt cuilibet quantum ſingulis, ita vt nihil detrimenti accipiat ille, pro quo Miſſa celebratur, ſi pro alijs etiam dicto ſecundo modo applicetur. Colligitur primò ex *Canone* 23. *non mediocriter de conſecr. diſt.* 5. vbi ex D. Hieronimo (eſto ea ſaltem omnia in ipſo non reperiantur) ſic habetur; *Cum igitur pro cunctis animabus Pſalmus, vel Miſſa dicitur, nihil minus quàm ſi pro vno quolibet ipſorum diceretur, accipitur.* Colligitur ſecundò, ex infinitate valoris Miſſæ, quemadmodum enim ſi in mari eſſet aqua infinita, quantumuis infiniti homines ex eo aquam haurirent, poſſent omnes quantum vellent aquæ haurire ſine detrimento aliorum, & abſque eo quòd mare euacuaretur. Infinitum enim inexhauribile eſt, & finiri non poteſt. Ita ſimiliter de Sacrificio Miſſæ dicto modo ſumptæ affirmari debet, ita vt iuxta cuiuſcunque deuotionem proſit omnibus æquè, ac ſingulis. Colligitur tertiò, exemplo paſſionis, & meritorũ Chriſti, ex eo enim, quòd valor illorum infinitus eſt, poſſunt pluribus applicari ſine detrimento alicuius, & pluribus applicata, æquè proſſunt vnicuique, ac ſi pro illo ſolo applicarentur. Quod idem dicendum videtur de Sacrificio Miſſæ, cum iuxta dicta Sacrificium Miſſæ, & Crucis non differant eſſentialiter. Imò, vt bene Angelus *ſupra* ait, *Miſſa reſpectu operis operati nihil aliud eſt quam applicatio meriti paſſionis Chriſti, quod per tale Sacrificium immediatè applicatur illi pro quo dicitur, & ideo licet multis dictum meritum paſſionis Chriſti applicetur, nihilominus quilibet non minus habebit, quàm ſi ſolùm ſibi fuiſſet applicatum.* Colligitur quartò, ex ſimilitudine Sacramentorum, ſi enim Baptiſmus, vel Pœnitentia pluribus (etiam infinitis ſi fieri poſſet) applicentur, ſinguli eorum, qui abſoluuntur, vel baptizantur tantum fructum recipiunt, ac ſi ſoli ipſi eſſent. Ergo idem

de

de fructu Missæ dicendum erit. Quintò ex dictis, si enim fructus huius Sacrificij commensuratur deuotioni recipientis ipsum, cum deuotio vnius pro quo offertur non impediat deuotionem aliorum, pro quibus etiam offertur, procul dubio rectè sequitur prodesse omnibus sine detrimento aliorum, ac si pro vnoquoque illorum solùm offerretur. Tandem à simili animæ rationalis, quæ communicatur omnibus membris corporis humani, ac si singulis, & sine detrimento aliorum; & luminis corporei; & vocis externæ, quæ etiam hoc modo communicantur. Et ita hanc sententiam tenent Angelus, & Caietanus *supr.* Neque est ipse Caietanus primus Auctor huius sententiæ, vt aliqui putant, cum ante ipsum per ducentos circiter annos, eandem tenuerit noster Ioannes de Baccone *in* 4. *dist.* 20. *q.* 3. *ar.* 2. & noster etiam Michael de Bononia *ibidem dubitat.* 2. & 3. referens etiam Guidonem. Item noster Ioannes Beetz *in decem præcept. Decalog. circa* 7. *præcept. expos.* 2. *cap.* 4. Ex Recentionibus quoque illam sequuntur Aragon. 2. 2. *q.* 85. *ar.* 3. Petrus Sotus, & Petrus Nauarra *supr.* Vasquez etiam *supr. disp.* 231. *cap.* 3. Viguerius *de Institutionib. Theolog. cap.* 16 asserens ita etiam sensisse Sorbonensem Vniuersitatem. Ioannes Baptista Corradus *in Respons. Cas. conscient. respons.* 266. Peirinis *to.* 1. *priuil. Minim. in Constit.* 5. *Julij* 2. *nu.* 15. Dominicus Montagnolus *supr.* & plures alij apud ipsos. Licet autem non omnes eodem modo eam explicent, sed varijs distinctionibus vtantur, nihilominus, vt Vasquez *ibid.* ex Caietano, Corduba, & alijs refert, intelligitur hæc sententia de Sacrificio quouis modo pro pluribus oblato.

9 Hoc autem maximè verum est loquendo de ijs, qui aliquo modo ad Sacrificium cooperantur, vt propterea offerentes dici possint, pro vt sunt, non solùm, qui Missæ Sacrificio deseruiunt, sed etiam, qui pro illo offerendo stipendia Sacerdoti præstant, aut rogant celebrari. Imò & circunstantes, qui adstant, cum illud offertur. De ijs enim omnibus præcipuè verum est, quòd Sacrificium Missæ quantum ad oblationem æquè prosit omnibus iuxta vnius cuiusque deuotionem, vt dictum manet, ac si pro vno quoque solùm offeretur. Tum propter rationes adductas, tum quia ex oppositio sequeretur quòd Missæ valor diminuatur, ex eo quòd plures adstent ipsius celebrationi, aut quòd plures Ministri, vel in Altari, vel in Choro Missæ deseruiant. Quod est contra Ecclesiæ intentionem, quæ potius desiderat, vt plures adstent Missarum ministerio, & celebrationi. Tum præterea, quia si aliqui iuxta Crucem Christi cum eo offerrent Patri æterno Sanguinem illum nihil consequerentur minus de fructu ipsius quam si vnus solus id faceret, idem autem Sanguis Christi est, qui

qui offertur in Altari, ac qui oblatus fuit in Cruce. Tum denique, quia id videtur conformius non solùm institutioni Christi, sed etiam naturæ Sacrificij, quæ postulare videtur tam in lege veteri, quam in lege noua, aut Euangelica, vt propter multitudinem offerentium non perdant singuli de fructu ipsius. Suarez *d. disp. 79. sect. 12. in prima conclusione*. Vasquez *d. disp. 231. cap. 7. num. 49.* Beia *supr.* Toletus *supr. cap. 7. nu. 1. in fine*. Bonacina *dicto puncto 4. nu. 6.* Layman. *supr. cap. 1. assertione 5.* ex Conincho, & Comitolo. Vide ad intentum Angelum *in Summ. verbo Missa n. 52.* & Armillam *verbo Missa nu. 32.*

10 Non tamen propterea (vt ad aliud quæsitum respondeamus) possunt Sacerdotes plura stipendia pro vna Missa suscipere. Primò, quia aliàs priuarent offerentes talia stipendia fructu aliquo Missæ, quem ipsi intendunt. Etsi enim, vt dictum est, fructus ex opere operato correspondens ipsi Sacrificio, vt tale, non minuatur ex eo quòd Missa pro pluribus applicetur, fructus tamen ex opere operantis correspondens Orationibus, Precibus, Ceremonijs, & alijs pijs actionibus, quæ in Missa fiunt, cum sit finitus, & limitatus, procul dubio minuitur pro pluribus applicatus, quia in ipsos diuiditur. Dantes autem stipendia pro Missa omnem fructum ipsius, tam qui est ex opere operato, quàm qui est ex opere operantis, petunt sibi applicari. Appellatione enim rei simpliciter venit res tota, & non pars tantum, vt habent Doctores communiter *in cap. final. de verbor. significat.* & nemo præsumitur iuri suo renuntiare, nisi hoc exprimat. *l. Vxore §. legauerat. ff. si seruitus vendicetur. l. prædijs §. balnea de leg.* Secundò, ad idem, quia sic facientes sunt infideles promissioni factæ illis, qui talia stipendia dederunt, cum enim mens illorum sit, vt tota Missa quantum ad totum eius valorem siue ex opere operato, siue ex opere operantis, ipsis applicetur, quia quilibet præsumitur velle, maximè in spiritualibus, totum commodum quod potest, & omni meliori modo quo potest, proculdubio Sacerdotes, qui hoc scientes accipiunt talia stipendia, virtualiter saltem promittere videntur totum valorem Missæ pro illis applicare, ac per consequens aliter facientes infideles sunt promissis. Tertiò, quia opposita sententia scandalum generat in Ecclesia, quia propter illam retardantur fideles ab oblatione stipendiorum pro Missis, cum videant fructum ipsorum etiam inter alios distribui, & quia id attribuunt improbæ cupiditati, seu auaritiæ Sacerdotum. Quartò, & præcipuè, ex Decretis *de celebratione Missarum* Sacræ Congregationis Concilij Sanctiss. D.N. Vrbani auctoritate editis 21. Iunij 1625. quæ habentur *in 4. to. Bullarij* inter Constitutiones Vrbani *num.* 43. & quæ re-

tuli *to.* 1. *cap.* 21. *num.* 5. 6. & 7. Etenim in prohæmio ipsorum opposita sententia *teterrimus abusus, e Christiana Republica euellendus, atque eradicandus* appellatur. & *in* §. 2. verbis adductis eo *n.* 5. expressè præcipit S. Congregatio *sub obtestatione diuini Iudicij, vt absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint, ita vt alioquinij, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant, quinimo grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur.* Item in declarationibus eiusdem Sacræ Congregationis ad dubia facta super eisdem Decretis *in respons. ad* 4. sic habetur. *Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficij, seu Capellæ, legati, aut salarij; si eleemosynas pro alijs etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere.* Vnde hanc sententiam tenent communiter Doctores, non solùm, qui post prædicta Decreta scripserunt, sed, & qui ante illa, quorum aliqui contrariam censuræ nota inurunt. Etenim noster antiquus Doctor Ioannes de Baccone *in* 4. *dist.* 20. *q.* 3. *ar.* 1. eam vocat errorem. Antonius Honcala *in Opuscul. de valore Missæ ar.* 11. *in fin.* iniquam, & impiam appellat. Scandalum generare ait Angles *in flor. Theolog. q.* 4. *de valore Missæ ar.* 2. Falsissimam esse, & valde dignam quòd à Summo Pontifice censuretur, dicit Villalobos *in Summ. to.* 1. *Tract.* 8. *de Missa diffic.* 16. *num.* 1. Vnde opusculum Dominici Montagnoli, vbi solus, quem viderim, contrariam sententiam tenet, prohibitum est à S. Congregatione Indicis. Vide alia contra ipsam in Fraxinello *sup. sect.* 4. *concl.* 1. §. 1.

11 Nec excusantur Sacerdotes plura stipendia pro vna Missa suscipientes, vel numerum Missarum ad ratam stipendiorum minuentes, propterea quòd illa parua, exigua, & incongrua sint; idest, minora quam lege, vel consuetudine taxata sunt. Tum quia esto talia essent, nihilominus eo ipso, quòd sunt à Sacerdotibus accepta ta, tenentur saltem, iuxta dicta supra, ratione fidelitatis, & promissionis conformiter ad mentem dantis, non acceptare alia pro eadem Missa, sed integram dicere pro dante exiguum stipendium. Tum præcipuè, quia ita declarauit Sacra Congregatio in Decretis adductis §. 2. illis verbis eo *num.* 5. relatis, *plura stipendia quantumcunque incongrua, & exigua.* Et clariùs *in responsione ad* 3. *dubium.* Cum enim illud esset an *cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam, iuxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo teneantur Missas illas ab offerente præscriptas celebrare*; respondit Sacra Congregatio: *Teneri.* Bonacina *supr. quæst. vlt. punct.* 7. §. 2. *num.* 8. ex alijs, Diana *par.* 2. *Tract.* 14. *Resolut.* 7. & *par.* 5. *tract.* 13. *Resolut.* 52. Ludouicus à Cruce *in*

Expo-

Expoſit. Bullæ cap.3. dub. 19. *num.* 31. Lugo *ſupr. diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.*26. Quare licet Rodriguez, Corduba, Suarez, Vaſquez, Angles, Peirinis, Fernandez, Filiucius, Scorzia, & Fraxinellus, quos referunt Diana, & Lugo oppoſitum tenuerint, modò tamen ſtandum eſt Decretis S. Congregationis, vt ijdem Authores fatentur. Illis tamen ſecluſis, (videlicet ſi ab eadem S. Congregatione, vel Summo Pontifice reuocentur, vel alio modo obligare deſinant) & promiſſione non interueniente, ſuſtineri poteſt contraria ſententia in caſu, quo propter paupertatem cogeretur Sacerdos accipere talia ſtipendia exigua, & minora quam iure debita erant, cum tunc non violaretur virtus fidelitatis, ſi quidem ea ſupponit promiſſionem; nec virtus iuſtitiæ, quia cum iniuria fiat Sacerdoti non dando illi ſtipendium integrum iure debitum, poteſt damnum ſibi illatum reſarcire meliori modo quo poteſt. Suarez *ſupr. diſp.* 86. *ſect.* 4. Molfeſſius *to.* 1. *Tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 89. Naldus *verbo Miſſa num.* 1. Peirinis *to.* 3. *priuileg. cap.* 1. *nu.*26. Layman. *ſupr. nu.* 1. §. *cæterum*.

12 Hic obiter notandum pro dictis, & dicendis, promiſſionem de celebranda Miſſa pro aliquo obligantem in conſcientia non eſſe tantum ſimplicem animi declarationem, & propoſiti, quod tunc quis habet ſine intentione aliqua ſe obligandi, hæc enim promiſſio nec eſt vera promiſſio, nec inducit obligationem rigoroſam, ſed tantum ex quadam decentia. Promiſſio ergo in conſcientia obligans eſt illa, quæ eſt cum intentione explicita, ſeu implicita ſe obligandi. Suarez *d. diſp.* 85. *in principio*. Peirinis *ſupr. num.*28. Quæ autem requirantur ad veram promiſſionem, & quomodo intentio obligationis in illa includatur, cepi dicere *to.* 1. *cap.*2. *num.* 27. Nota ſecundò pro præſenti materia, quòd quamuis promiſsio de dicendo Miſſam pro aliquo obliget in conſcientia, nihilominus plures Theologos probabiliter ſatis tenere liberaliter promittentem alicui vnam Miſſam non peccare niſi tantum venialiter eam non dicendo, quia omiſsio illius Miſſæ ex liberalitate promiſſæ non eſt in genere damnorum ſpiritualium tale quòd poſsit conſtituere peccatum mortale. Sanchez *l.* 1. *de Matrimon. diſp.*5. *num.*25. Portellus *in Dub. Regular. verbo Miſſa num.* 10. Diana *par.* 2. *Tract.* 17. *Reſolut.* 9. poſt Rodriguez, & Malderum, contra Petrum Nauarra, & Bonacinam. Nota etiam, nos loqui de promiſsione omnino liberali tantum, non de alia, quæ ſit ex ſtipendio, vel alia obligatione etiam ex gratitudine. Sanchez, & Diana *ſupra*, ac Trimarchus apud Peirinis *ſupra*.

13 Nec etiam excuſantur Sacerdotes plura ſtipendia pro vna Miſſa ſuſcipientes propter paupertatem. Probatur, tum ex Decretis Sacræ Congregationis adductis. Si enim verba relata expendantur, & con-

textus ipsorum, maximè verba illa prohemij scilicet, *vt Sacerdos pro necessaria sua sustentatione nouis se oneribus obstringere compellatur*, inspiciantur, facilè cognoscetur non solum hanc esse mentem eiusdem Congregationis, sed hunc fuisse finem edendi dicta Decreta. Tum quia Christus, aut Ecclesia non instituit Missas ad alendos pauperes Sacerdotes, imo Ecclesia sanxit, vt nullus pauper ordinaretur. *cap. non liceat cap. Episcopus cap. tuis*, & *cap. cum secundum de præbend.* & in Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 2. vbi pro Sacerdotum ordinatione, Beneficium, aut patrimonium petitur. Imo etiam *ca. Clericus victum dist.* 61. decernitur, quòd Sacerdos in paupertatem incidens aliqua arte, siue agricultura sibi victum quærat. Tum quia esto quòd Sacerdotes possint pro ministerio Altaris subsidium corporalis alimenti accipere, vt colligitur ex Paulo 1. *Corinth.* 9. irrationabile tamen prorsus est, vt pro semihoræ labore, qualis est ille, qui in Missis dicendis exhibetur, totum diei alimentum exigant. Tum denique, quia paupertas Sacerdotis non dat illi ius ad recipiendum vltra iustum stipendium taxatum, sicut nec in alijs rebus paupertas vendentis auget pretium rei, quæ venditur. Nauarrus *supr.* Corduba *lib.* 1. *quæst.* 4. *dub.* 2. Naldus *verbo Missa n.* 3. Fraxinellus *supr. sect.* 4. *concl.* 1. §. 3. Bonacina *d.* §. 2. & alij innumeri Scriptores, præsertim ex Patribus Iesuitis, contra plures etiam, quos modò referam.

14 Nec similiter excusantur Sacerdotes plura stipendia pro vna Missa accipientes, eo quòd secundum plurium Theologorum sententiam iustum stipendium Missæ sumendum est non ex taxatione facta, lege, aut consuetudine, sed in ordine ad congruam Sacerdotis sustentationem, ita vt iustum stipendium Missæ illud sit, quod est necessarium pro qualibet die ad prædictam congruam sustentationem. Pro hac enim sententia sunt Aragon. *de Iustit. & iure q.* 85. *ar.* 3. Canus *lib.* 12. *de locis c.* 12. *ad* 10. Petrus Nauarra *lib.* 2. *de restitutione cap.* 2. *num.* 433. & fauent Dominicus Sotus *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *ar.* 1. & alter Sotus *lectione* 7. *relata*; tenentq; Ludouicus de Beia *in lib. responsion. ad casus conscientiæ congregatione* 4. *casu* 3. Nunus *in* 3. *p. q.* 83. *ar.* 1. *dub.* 10. Fernandez *in Exam. Theolog. mor. par.* 3. *cap.* 5. §. 8. Paulus Grisaldus *in Decisionibus fidei verbo Missa* 22. Franciscus Samarinus *in* 3. *p. Thesauri Sacerdotalis tit. de virtute, & vtilitate Missæ fol.* 43. & probabile putant Alfonsus Vega mihi *lib.* 1. *Summ. c.* 160. & *lib.* 2. *cap.* 474. & *lib.* 5. *casu* 190. Ledesma *in Summ. p.* 1. *de Sacram. Eucharist. cap.* 18. Ioannes de la Cruce *supr. dub.* 7. *concl.* 2. Molfesius *supr. cap.* 16. & alij. Horum enim opinio, & sententia, esto ante Decreta S. Congregationis probabiliter sustineri posset,

post

post illa tamen non potest in praxi teneri, pro vt notant Diana *d. Tract.* 14. *Resolut.* 8. & Lugo *supr.* Et meritò, sanè, quia videtur damnata saltem virtualiter in dictis Decretis, dum eam Eminentissimi Cardinales vocant, vt dixi, *teterrimum abusum*, & ipsam practicantes, ex auctoritate Papę sibi specialiter attributa dicunt, *non satisfacere suæ obligationi, peccare grauiter, & teneri ad restitutionem*. De quo Bordonus *resolut.* 25. *nu.* 13. Nec volunt ijdem Eminentissimi, vt dicta Decreta contra hunc sensum interpretari possint. Quin, vt audio, quendam aliàs doctum, qui id tentauerat, prohibuerunt id facere grauibus pœnis, & censuris, Summo Pontifice, etiam annuente. An verò secluſis dictis Decretis S. Congregationis ea sustineri possit, & quibus limitationibus, dicam infra.

15 Similiter nec Regulares excusantur propter aliqua priuilegia illis antiquitus concessa. Quale est illud, quod Iulius 2. pro vt refert Sorbus *in Additionibus ad Compend. priuileg. Mendicantium verbo Missa* 3. concessit Minimis, videlicet, quòd Generalis ipsorum posset propter Missarum multitudinem in Conuentibus repertam dispensare cum ipsis, quòd dicendo nouem, vel septem Collectas satisfaciant pro nouem, vel septem Missis. Quale etiam est illud, quod ex compendio Ordinis D. Hieronymi in Hispania *verbo Capellania* §. 3. refert Portellus *in Dubijs Regularium verbo Missa n.* 2. Et aliud Leonis 10. pro Minorib. quod affert Casarub. *in Compend. verbo Missa* 3. *num.* 14. Aliud etiam, quod vidi eiusdem Leonis pro Prouincia Bœthica Carmelitana. Item aliud Nicolai Franci Sixti 4. Legati pro Benedictinis Vallisoletanis, quod refert Rodriguez in Bullario in Sixto 4. Bulla 44. & de quo plura Fraxinellus *supr. sect. 6. in* 22. *argumento*. Hæc enim omnia, & alia quæcunque priuilegia vacant his temporibus, vt notant idem Fraxinellus *supra nu.* 13. *& in* 21. *argumento num.* 4. Lugo *supr. nu.* 28. & Bordonus *d. resolut.* 25. *nu.* 19. propter Decreta adducta. In illis enim §. 3. vt etiam dixi eo *cap.* 21. *num.* 5. sic dicitur. *Id verò, vt deinceps obseruetur exactiùs, Sacra Congregatio eadem auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibusvis personis, Ecclesijs, ac locis pijs, tam sæcularibus quam Regularibus cuiuscunque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcunque ob causam concessa, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Anniuersariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus, pluribus Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat*. Quia verò per illam particulam *in futurum &c.* denotari videbatur non reuocari dicta priuilegia quoad onera suscepta de præterito, ideo postea eadem S. Congregatio *in responsione ad sextum dubium*, quod erat *An verba in futurum suscipiendis in-*

telligenda sint de oneribus suscipiendis post priuilegium, respondit. *Ita esse intelligenda*. Quo declaratur, eam reuocationem priuilegiorum esse etiam quoad onera suscepta ante Decretum, si suscepta sunt post priuilegium. Bordonus *supr.* Vnde colligi potest prædicta priuilegia reuocata non esse quoad onera suscepta ante ipsorum priuilegiorum concessionem. Nec etiam reuocata erunt ea priuilegia (si quæ habuerint Regulares) quæ non habuerint eam qualitatem, quam S. Congregatio assignat, scilicet, *vt certarum Missarum, vel Anniuersariorum &c.* prout in verbis adductis habetur.

16 Nec similiter excusantur Sacerdotes plura stipendia pro vna Missa recipientes, eo quod v. g. in ea Ecclesia, in qua degunt, est aliqua Imago Beatæ Virginis. v. g. magnæ deuotionis, & concursus populi, pro vt contingit in celebri nostro Conuentu Carmelitarum Neapolis, & alijs similibus. Tum quia Decreta Sacræ Congregationis adducta generaliter loquuntur. Tum quia eadem est ratio in hoc casu, ac in alijs. Quod enim dicitur, scilicet, quòd Ecclesiæ cultus, & deuotio, ac fidelium concursus, si id non fiat, diminuentur, parum vrget respectu grauis iniuriæ, quæ fit illis, qui stipendia offerunt pro Missis pro se dicendis. Verum quidem est, quòd si tacitus consensus fidelium talia stipendia tribuentium sit, vt illis Missis satisfaciant dicti Sacerdotes eo modo quo potuerint, tunc poterunt plura illa stipendia recipere pro vna Missa, cũ ex Regula Iuris *scienti, & volenti nulla fiat iniuria*. Nota autem quòd huiusmodi consensus tacitus rarò contingere solet, prout ex Nauarra, & Megala notat Fraxinellus supra dicta *sect.* 4. *conclusione* 4. §. 8. *num.* 5. Nam personæ prudentes talia stipendia dantes existimant prædictos Sacerdotes, si per se ipsos omnes Missas celebrare non possunt, per alios Sacerdotes satisfacere. Simplices autem, & vulgares de ipsorum Sacerdotum obligationibus non cogitant, vel eas ignorant, vel eorum numerum non aduertunt. Et ita rarò, vt dixi, talis consensus tacitus reperietur.

17 An verò præfati Sacerdotes, aut Regulares possint saltem accipere duo stipendia pro vna Missa applicando vni partem solitam, scilicet fructum illum, quem *supr. num.* 7. dixi applicari ei pro quo specialiter offertur Missa, & alij partem, quæ correspondet ipsi Sacerdoti, idest fructum illum, quem eo loco dixi ipsi correspondere, non leuis difficultas est. Consistit autem in duobus, primò, an sit in potestate celebrantis applicare alij prædictum fructum. Secundò, an ratione talis applicationis accipere possit aliud stipendium. Et quidem quoad primum, licet valde probabilis sit pars negatiua, quam tenent Suarez *supr. disp.* 79. *sect.* 9. *in fin.* & Bonacina *supr. punct.* 8.

punct. 8. *num.* 16. Fraxinellus *d. sect.* 3. *prænot.* 3. *à num.* 4. & Lugo *supr. num.* 33. post alios, quia ea pars fructus ita videtur propria celebranti, vt nullatenus alij applicabilis sit. Nihilominus probabilior mihi est pars affirmatiua. Cum enim fructus Missæ, qui competit Sacerdoti sit eiusdem rationis cum illo, qui competit ei pro quo specialiter offertur, non video cur vterque applicari non possit alij à celebrante, præsertim, si talis fructus non sit gradus aliquis sanctitatis, nec remissio culpæ. Et sic credi debeat institutum à Christo hoc Sacrificium, vt quemadmodum quis sua bona opera satisfactoria quantumuis personalia alijs applicare potest, sic & huiusmodi fructum quantumuis etiam personalem, cum vtrunque opus Charitatis sit, quam Deus semper commendat, maximè in Eucharistia, quæ tota Charitas est. Nauarrus *d. cap.* 25. *num.* 92. & 111 §. *secundo sequitur*, vbi dicit se solitum fuisse id facere, Nauarra *l.* 2. *c.* 2. *n.* 256. Nunus *d. q.* 83. *ar.* 1. Naldus *verbo Missa num.* 12. & alij, quos refert, & sequitur Diana *supr. resolut.* 14. & *par.* 5. *Tract.* 14. *Resolut.* 45. Quamuis autem Miranda *in Man. to.* 1. *disp.* 42. *ar.* 4. *concl.* 1. & *ar.* 17. *concl.* 1. cum Suarez, & alijs, solum id concedat de fructu, qui correspondet celebranti ex opere operantis; ratio tamen adducta id etiam probat de fructu ex opere operato. Naldus *supr.* Bordonus *supra num.* 15. ex Nauarra, Henrrico, Molfesio, Filiucio, & alijs. Quoad secundum verò, licet probabiliter sustineri posset celebrantem pro applicatione talis fructus sibi debiti stipendium accipere posse, pro vt tenent Molfesius, *in Summ. to.* 1. *Tract.* 3. *cap.* 15. *n.* 40. Bartholomæus ab Angelis *in Exam. Confessar. dialog.* 5. §. 507. & Bartholomæus à sancto Fausto *in Tract. de Eucharist. l.* 2. *q.* 58. & 158. veruntamen, tum quia incertum valde est non solum quòd Sacerdos possit applicare illum, sed etiam qualis, aut quantus sit, ille fructus correspondens celebranti, quibusdam asserentibus cum Filiucio *to.* 1. *Tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 181. solum esse tertiam partem illius, qui applicatur pro eo pro quo offertur Missa, alijs verò maiorem esse quasi diuinando asserentibus, & quia, qui dat stipendium, valorem certum, & non dubium intendit sibi applicari, ideo sustinenda est pars negatiua, quam tenet Rodriguez *in Summ. to.* 2. *c.* 48. *num.* 2. Naldus *supr.* Peirinis *supr. nu.* 25. Bonacina *supr. punct.* 8. *num.* 15. referens ita determinasse Congregationem Pœnitentiariæ Mediolanensis, & alij. Quod maximè procedit post Decreta S. Congregationis adducta illis verbis: *Tot Missæ celebrentur quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerunt.* Ex eo enim iequi videtur non posse accipi stipendium pro applicatione fructus correspondentis celebranti. Et ita in terminis dictorum Decretorum id

cenent Megallius *variar. Resol.to.2. Resolut.179.* Fraxinellus *sect.3. prænot.3.§.2. num. 9.* Lugo *supr. num.33.* dicens de hoc iam non esse dubium, & Diana *d. Resolut.45.* Licet videam Bartholomæum à Sancto Fausto, & Bordonum *supr.* oppositum tenere, non obstantibus dictis Decretis. Vellem propterea, vt eadem Sacra Congregatio circa hoc suam mentem clariùs exprimeret.

19 Existimat etiam Bordonus *supr. num.17.* posse Sacerdotem accipere duplex stipendium pro vna Missa, vnum quidem ratione applicationis fructus illius, qui communiter contingit ei pro quo Missa dicitur, & alterum pro applicatione Indulgentiæ, v.g. Altaris priuilegiati, cui est concessa liberatio animæ à pœnis purgatorij. Sed hæc sententia non solùm est singularis, cum nullum alium pro se patronum habeat, sed, & contra communem sensum fidelium, qui quando petunt pro aliquo defuncto dici aliquam Missam cum Indulgentia Altaris v.g. priuilegiati, petunt applicationem tum Indulgentiæ, tum fructus, qui communiter in alijs Misis applicatur, imò, & contra intentionem Pontificum concedentium tales Indulgentias, qui hoc fine dubio intendunt. Quare non video quomodo sustineri possit, maximè post Decreta Sacræ Congregationis adducta generaliter prohibentia recipi plura stipendia pro vna Missa. Quæ tamen dicta sint sine præiudicio dicti Bordoni, viri sanè docti, & pij.

19 Timeant ergo Regulares quicunque illi sint, & quocunque prætextu ducantur, plura stipendia, aut plusquam vnum pro vna Missa accipere contra præceptum Sacræ Congregationis relatum attendentes illud Ecclesiastici 34. *v.* 21. *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata.* Et infra *v.* 23. & 24. *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine Sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert Sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris.* Hæc enim omnia defraudatoribus stipendiorum Missarum applicari iure possunt. Si enim Missæ illæ celebrandæ, erant pro impetratione boni spiritualis, vel temporalis, eo defraudantur fideles, si verò pro animabus Purgatorij, Dei visione ad tempus carere coguntur, & interim acerbissimis doloribus cruciatæ iustissimè ad Deum pœnas debitas contra Sacerdotes, quorum culpa sic affliguntur, postulare poterunt. Maximè verò talium Sacerdotum iniquitas in eo apparebit, si vijs, aut modis exquisitis huiusmodi stipendijs quæritandis, veluti nundinentur. Quod quantum piaculum sit, Ambrosius Caterinus *in Tractatu de veritate incruenti Sacrificij* sic expressit. *Est abusus eorum, qui Iudam imitantur vendentes Christum, & paciscentes*

tes pro Missis, *ac numero* Missarum. *Sunt enim Sacerdotes pauperes, qui tanquam venale exponunt sanctissimum Sacrificium, vt inde sibi comparent victum, sicuti qui ex qualibet profana mercimonia sibi contrahunt, vt viuant. O væ infelix, & æternum huiusmodi sacrilegium.* Nec prætermittam, quod noster Beatus Cyrillus Montis Carmeli Eremita *in suo Oraculo Angelico* in Bibliotheca Vaticana reperto *cap.* 11. sic de quibusdam Regularibus hoc crimen perpetrantibus ænigmaticè scripsit, dicens. *Fallaces, ingenioſi, medijs linguis fantes cum viduis, exponentes Sacrificia mercaturæ, offer sacrificium præbe testimonium, & plaga vltra non erit. Hoc fingent filij nequam, seductores, astuti, vt augeant stercora, & erigant cacumina. Febres sanabunt. Eorum mors vita istorum, ad quærulas voces tibicinum salient lætabundi, vt agni in pascuis.* Quod est dicere, pro vt Abbas Ioachimus eius Scholiastes ibidem exponit, futuros quosdam Regulares, qui talibus astutijs, & artibus similibus huiusmodi stipendiorum pro celebrandis sacrificijs iniquæ mercaturæ, seu negotiationi vacaturi sunt. Forsan tales modò in Ecclesia iam non sunt. Quis enim de aliquibus id credet? Perierunt forsan inter eos Regularium Ordines, quos Summi Pontifices, & Concilia præteritis temporibus exterminio tradiderunt. Vnde de illis postea subdit Cyrillus: *Verumtamen spiritus vehemens latens in cornibus repentè perflabit, & quadros abscindet de montibus.* Idest, pro vt idem Ioachimus exponit, quòd ab Ecclesia extinguentur sic facientes. Legatur Fraxinellus *supr. sect. 5. in Corollar.* Vbi istorum abusum vocat ex Azorio *Sordidam lucri cupiditatem*, ex Nauarra *Planam iniquitatem*, ex Rodriguez *Ignorantiam, & paucum Dei timorem*, ipsosque id facientes ex Marco Antonio Genuensi *Necatores pauperum, infideles, fures, sacrilegos.* Vide Ioannem Sancium *in select. disp.* 44. *nu.* 13. §. *ex his infertur.*

20 Tales ergo, qui pluribus huiusmodi Missarũ oneribus obligatos se cernunt, nec vllo modo supereſt illis facultas pro ipsis satisfaciendi, quia nec stipendia accepta restituere possunt, eo quòd in alios vsus expenderint, nec alijs Missis in futurum eis satisfacere queunt, quia Capellanijs, Anniuersarijs, & alijs obligationibus perpetuò adstricti sunt, nec denique à Sede Apostolica, vel Sacra Congregatione prædictorum onerum restrictionem obtinere possunt, vt præfatis obligationibus, vtcunque (saltem quoad possunt) satisfaciant, facere possunt, & debent ea, quæ inferiùs *num.* 29. dicemus pro illis, qui graui necessitate cogente, & Decretis Sacrę Congregationis adductis à Sede Apostolica derogatis, vel quoquomodo non obligantibus, plura stipendia pro vna Missa dicenda susceperint.

In-

21 Interim tamen animaduertendum aliquos casus esse, in quibus sine præiudicio Decretorum S. Congregationis licitè possunt Sacerdotes plura stipendia pro vna Missa accipere. Primus, quando id fiat de partium, scilicet eorum, qui stipendia præbent, consensu. Tum quia scienti, & volenti nulla fit iniuria, tum quia cessant omnes illi fines, quibus Sacra Congregatio mota fuit ad condendum dicta Decreta, vt ea intuenti constabit. Nauarrus *d. num.* 92. Filiucius *supr. num.* 188. Bonacina *supr. punct.* 7. §. 2. *num.* 4. Bordonus *supr. num.* 14. post Suarez, Posseuinum, Graffium, & alios. Notant tamen Bonacina, & Bordonus ex Posseuino hunc consensum dare non posse hæredes, legatarios, aut alienæ voluntatis executores, cum isti non sint domini, sed ministri. Solum ergo eum præstare poterunt ij, pro quibus Missa debet offerri. Secundus est, cum Sacerdos habens onus celebrandi aliquam Missam ex stipendio accepto, offerenti aliud stipendium, ob metum transgrediendi præceptum Sacræ Congregationis, dicit: *Non possum pro te offerre hanc Missam, orabo tamen in Memento*, vel *addam pro te vnam Collectam*. Tunc enim si offerens stipendium consentiat, poterit accipere illud, & facere debet pro vt promisit. Vt enim S. Thom. *in 4. dist. 45. q. 2. ar. 3. q. 2. ad 2.* ait: *Cum pro vno Missa dicitur, non est inconueniens, vt pro alijs etiam Orationes fiant*. Bonacina *supr.* Tertius est secundum probabilem opinionem aliquorum, cum Sacerdos ratione stipendij prius accepti, Beneficij, Præbendæ, Capellaniæ &c. non est obligatus applicare sacrificium pro aliquo, sed solum celebrare tali die, in tali loco, Ecclesia, Capella &c. tunc enim potest nouum stipendium accipere pro applicatione Missæ, cum obligationes istæ diuersæ sint, & vna non impediat aliam. Et ita tenent Suarez, Vasquez, Alfonsus de Leone, Fraxinellus, Homobonus, Bartholomæus à sancto Fausto, Turrianus, & Ludouicus à Cruce, quos citat, & sequitur Lugo *supr. sect. 1. num.* 21. Imò Turrianus addit oppositum esse improbabile, & contra praxim receptam. Dixi autem secundum probabilem opinionem aliquorum, quia post Decreta S. Congregationis res videtur dubia, propter verba relata ex ipsa supra *num* 10. Propter quæ Diana *supr. d. Tract.* 14. *resolut.* 80. *in 2. p.* sequens Gauantum in oppositum inclinat, innixus dictis verbis S. Congregat. Cui consonat alia etiam declaratio, quam postea referam. Cæterum Ludouicus à Cruce *in Expos. Bullæ compos. disp. 3. dub.* 19. *num.* 21. ac Lugo *supr.* dicunt, mentem S. Congregationis solùm esse, ne Sacerdotes accipiant plura stipendia pro applicatione Missæ, non tamen prohibere ne possint accipere vnum pro obligatione celebrandi tali tempore, loco &c. cum hæc sit pretio æsti-

ma-

Digitized by Google

mabilis, & aliud in ſui ſuſtentationem pro applicatione Miſſæ. Vide eumdem Lugo *ibid.* Nota tamen quòd ad hoc, vt cognoſcatur an ſtipendium detur pro applicatione Sacrificij, an verò ſolùm pro obligatione celebrandi tali lóco, aut tempore, pro cultu Eccleſiæ, commoditate populi &c. (quod maximè neceſſarium eſt pro Regularibus, quibus ſimilis caſus ſæpius contingit) attendendum eſt ad circunſtantias perſonarum, verba quibus vtitur teſtator, vel inſtitutor, labor extrinſecus requiſitus, & ſimilia. Alfonſus Leo *tract. de Iubileo par. 3. q. 20. num. 27.* Lugo *ſupr. num. 23.* Imò notanda declaratio quædam S. Congregat. in vna Aretina 28. Aprilis 1629. quam refert Barboſa *in Collectan. Bull. verbo Miſſarum eleemoſyna* 3. Vbi ſic. *Miſſa vnica ſatisfacere non poteſt Sacerdos duabus obligationibus duplicem eleemoſynam recipiens, niſi in fundatione expreſsè cautum ſit quid non teneatur Sacrificium applicare.* Quartus caſus, in quo licite Sacerdotes accipere poſſunt plura ſtipendia pro vna Miſſa, eſt, ſi ſint in extrema neceſsitate conſtituti, quia in tali caſu omnia ſunt communia. Filiucius *ſupr.* Sed animaduerte, adhuc in eo caſu teneri prædictos Sacerdotes alijs vijs, & modis aſsignandis infra à *n. 29.* ſupplere eam partem valoris Miſſæ, qua priuant eos pro quibus offerunt ſimul cum alijs.

22 Cum etiam in prædictis Decretis Sacræ Congregationis ſolùm prohibeatur accipere plura ſtipendia pro vna Miſſa, non verò illam pro pluribus ſine ſtipendio gratis, aut alio modo applicare; ideo Sacerdos obligatus ex ſtipendio accepto ad celebrandum pro aliquo, poteſt, innitendo ſententiæ illi probabiliſsimæ de valore infinito ſaltem extenſiuè Miſſæ (de qua ſupra dictum eſt *nu. 4. & 8.*) Et quæ nullo modo à Sacra Congregatione reprobata eſt, prædictam Miſſam pro alijs etiam (ſaltem ſub conditione veritatis prædictæ ſententiæ) applicare, ſi ab illis id poſtuletur, vel ipſe velit, aut teneatur illos hoc ſuffragio ex Charitate, gratitudine, vel alia virtute adiuuare. Quod maximè notandum pro Regularibus, quia ipſi ſæpius in Conuentibus pauperibus tenentur pro aliquibus propter ſtipendia accepta ſemper celebrare, & tamen ſæpiùs occurrunt cauſæ, propter quas debeant etiam pro alijs, ſaltem ex Charitate, vel ex Conſtitutionibus Ordinum, aut præceptis Superiorum offerre, vt contingit ſi moriantur, aut in graui aliqua neceſsitate conſtituti ſint eorum parentes, conſanguinei, fratres eiuſdem Religionis, amici, Protectores, Patroni, Benefactores &c. Tunc enim offerre poſſunt pro illis modo dicto, etiã ſi pro alijs ex ſtipendijs acceptis ſimul offerant. Hurtadus *de Sacrific. Miſſæ diſp. 4. diffic. 15* ex Ægidio Coninch.

23 Aliqui etiam volunt pro Miſſa cantata, ſeu ſolemni, pro vt in die-

diebus festiuis celebrari solet, posse accipi duplex, vel saltem maius stipendium. Ita enim sequitur Homobonus *in Exam. Eccles. p.* 1. *Tract.* 4. *cap.* 13. *q.* 120. & Fraxinellus *supr. sect.* 4. *concl.* 1. §. *n.* 9. & indicat Bonacina *supr. punct.* 8. *num.* 14. Sicque determinatum dicitur à Congregatione Pœnitentiariæ Mediolanensis. Cæterum Diana *dicto Tract.* 14. *Resolut.* 9. putat hanc sententiam damnatam esse à Sacra Congregatione in Decretis adductis. Mihi tamen sub distinctione videtur respondendum. Aliud enim est quòd propter Missam cantatam, vel solemnem, duplicatum, aut triplicatum stipendium accipi possit, quàm pro Missa recitata, aliud verò, quòd dicens vnam Missam cantatam, vel solemnem satisfaciat obligationi quam habebat dicendi duas, vel tres Missas, propter duo, aut tria stipendia. Primum quidem est verum, & conforme vsui Ecclesiarum, quæ pro dicenda Missa cantata, vel solemni plus duplo, aut triplo accipiunt, quam pro vna Missa recitata. Et ratio est, quia, vt ait Fraxinellus relatus, quo magis detinetur Sacerdos in ministerio Missæ, maius stipendium pro sua sustentatione recipere potest. Posterius verò est falsum, iuxta decretum Sacræ Congregationis relatum *supr. num.* 10. Ibi enim indistinctè dicitur Missas celebrandas esse ad præscriptum eleemosynæ.

24 Loquendo etiam ex natura rei, & seclusis decretis adductis S. Congregationis, idest, si illa à Sede Apostolica abrogentur, vel in ipsis à Papa dispensatum fuerit, aut quomodolibet eorum obligatio cesset, satis probabile est, Sacerdotes pauperes (idem dico de Monasterijs Regularium pauperum) in graui, etiam citra extremam, necessitate constitutos, qui alio modo decenter viuere non possunt, posse, secluſa promissione in contrarium, pro stricta sui sustentatione, tot stipendia Missarum accipere, quot ad dictam sustentationem necessaria erunt, innitendo sententiæ Doctorum asserentium valorem Missæ quantum ad fructum ex opere operato esse infinitum extensiuè seu syncathegorematicè, ita vt pluribus applicatum singulis profit, ac si pro ipsis solùm offerretur, iuxta dicta supra *à num.* 8. & procurando alijs vijs, & modis satisfacere illi parti fructus Missæ ex opere operantis, in quo defraudant eos pro quibus hoc modo celebrant. Hæc conclusio est de mente Doctorum, quos *supr. num.* 14. retuli, & quorum sentẽtiam ibi dixi, esto ante Decreta prædicta probabiliter sustineri potuisse, non autem in praxi post illa. Ex eo enim sequitur, quòd seclusis talibus Decretis, vel quomodolibet, vt dictum est, non obligantibus, probabiliter sustineri possit. Ratio est, quia pro Sacerdotibus in tali graui necessitate, & cum prædictis circunstantijs constitutis, iustum stipendium Missæ non est illud quod lex positi-

sitiua, aut consuetudo taxauit, sed illud quod lex naturæ, imo etiam diuinum, iuxta illud Pauli 1. *Corinth. 9. vers.* 13. vbi sic: *nescitis quoniam qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario sunt edunt, & qui Altari deseruiunt, cum Altari participant?* Illud videlicet, quod pro stricta sustentatione Sacerdotum necessarium est.

25 Dixi *qui alio modo decenti viuere non possunt*, quia aliàs nullo modo sunt excusabiles plura stipendia pro vna Missa ratione grauis necessitatis accipiendo, cum alio modo decenti, & honesto huic necessitati succurrere possint sine aliorum dispendio. Vega *in Summa dicto libro* 1. *casu* 160. & alij. Quod notent Regulares in prædicta necessitate constituti, cum legendo, docendo, prædicando, scribendo, immo etiam pingendo, aut aliam honestam artem intra claustra Monasteriorum exercendo, eidem necessitati cum fidelium exemplo subuenire possint.

26 Dixi etiam *secluſa promissione in contrarium*, quia Sacerdos etiã pauper, & in tali graui necessitate constitutus, qui explicitè, vel implicitè promisit danti stipendium pro Missa pro illo solum illam offerre, peccabit ad minus contra fidelitatem alia stipendia ab alijs pro eadem Missa suscipiens, iuxta dicta *supr. n.* 10. & 11. & ita supponunt plures ex Authoribus relatis, specialiter Siluester *supr. d. dub.* 9. §. *quantum ad tertium*, Armilla *verbo Missa num.* 33. Beia *d. casu* 3. §. *ne tamen*, Vega *d. lib.* 1. *casu* 160.

27 Dixi etiam *pro stricta sui sustentatione*, pro vt supponunt Beia *supr.* §. *respondetur*. Nunus *in* 3. *p. q.* 83. *ar.* 1. *dub* 10. Ledesma *in Summ. p.* 1. *de Eucharistia cap.* 18. & alij, quia prorsus absurdum est pro splendido victu, seu vestitu, ampla habitatione, & similibus superfluitatibus hoc artificio vti in aliorum præiudicium. Pro quo pijssimus Doctor Nauarrus *dicto cap.* 25. *num.* 92. hæc habet contra Sacerdotes illa facientes. *Quælibet pitantia dari solita communiter sufficit pani, & vino emendis; quibus solis, quinimo paucioribus, multi laici, etiam coniugati, sustentantur tota die laborantes.* Quæ, & si aliquatenus rigidiora videantur, clarè tamen condemnant superfluitatem pauperum Sacerdotum, & Regularium in cibo, potu, vestitu, habitatione, lectisternijs &c. ex Missarum stipendijs comparatam.

28 Dixi etiam *procurando alijs vijs, & modis satisfacere illi parti fructus ex opere operantis, in quo defraudant eos, pro quibus Missas dicto modo offerunt*, quia cum ex vi acceptationis stipendij Missæ teneantur, iuxta dicta *supra num.* 10. totam pro illo offerre, qui stipendium dedit, etiam quantum ad fructum ex opere operantis; si hoc non faciunt, iniuriam illi irrogant, ac per consequens te-

tenentur ad reſarciendum ipſam in quantum potuerint,

29 Modi autem, quibus hoc facere poſſunt, ſunt iſti. Primus, offerendo pro illis in alijs Miſſis (ſaltem conditionatè), & applicando ipſis eam partem fructus, quam ſine aliorum detrimento applicare poſſunt, ſupponendo magnam probabilitatem illius ſententiæ, quòd ſcilicet Miſſa pro pluribus applicata tantum valet omnibus quantum ad fructum ex opere operato, quantum ſingulis, ſi pro ipſis ſolùm applicaretur. Tali enim fructu ex opere operato ſufficienter compenſabunt defectum fructus ex opere operantis. Angelus *ſupr. n.* 52. Silueſt. *ſupr. dub.* 10. Tabiena *in Summ. verbo reſtitutio num.* 33. Armilla *verbo Miſſa num.* 35. & fauet Ioannes de Cruce *ſupr. dub.* 8. Secundus eſt, applicando illis eam partem fructus, quæ ipſis Sacerdotibus celebrantibus correſpondet, innitendo ſententiæ illi, quam ſupra *num.* 17. diximus eſſe probabilem. Et ita hoc admittunt Filiucius ibi relatus, & Peirinis loco relato ex *to.* 3. *priuilegiorum cap.* 1. *num.* 25. *&* 29. Tertius eſt, applicando etiam pro illis opera ſua ſatisfactoria ieiuniorum, orationum, diſciplinarum &c. Cum certum ſit in Theologia huiuſmodi opera ſatisfactoria ab homine iuſto facta prodeſſe alijs, ſi ipſis ea applicentur. Conſtat hoc etiam in præſenti materia ex Leone 10. qui, vt teſtatur Caſarubius *in Compendio priuilegiorum Mendicantium verbo Miſſa* 3. *quoad modum num.* 11. idem conceſſit Minoribus. Idque ſupponunt communiter Doctores, ſpecialiter Angelus, Silueſter, Tabiena, & Armilla *ſupr.* ac Peirinis *ſupr. num.* 29. Quartus eſt, quando prædictæ Miſſæ fuerint pro defunctis, per acquiſitionem Indulgentiarum illarum, quæ pro defunctis applicari poſſunt, quales ſunt plures, quæ certis medalijs, coronis, & imaginibus, verbi gratia, quinque Sanctorum, S. Caroli, aut ſimilibus, à Summis Pontificibus conceſſæ ſunt. Inter quas illæ, quæ Coronis D. N. Ieſu Chriſti vocatis, & quæ à RR. PP. Eremitis Camaldulenſibus diſtribui ſolent, iure numerari debent. Eæ enim omnes (quæ paucæ non ſunt) applicari poſſunt pro defunctis, iuxta conceſſionem Sixti Quinti ann. 1586. vt vidi in Summario iſtarum Indulgentiarium, dum hæc ſcribebam ab ipſis mihi cum aliquibus dictis Coronis donato, non ſine ſpeciali (vt credo) Dei prouidentia, vt hæc iſto loco pro animabus Purgatorij iuuandis ſcribere poſſem. Lucrando autem dictas Indulgentias pro defunctis, eaſque ipſis applicando compenſare poterunt prædictum defectum. Quintus eſt, audiẽdo Miſſas, & maximè illis miniſtrando, & fructum ipſarũ pro illis, quibus debitores ſunt, applicando. Fieri enim poſſe huiuſmodi applicationem pro alijs tenent expreſsè Miranda *ſupr. ar.* 4. *&* 17. & Naldus *ſupr. num.* 14. Eſt autem tantæ efficaciæ appli-

plicatio hæc Missæ pro alijs, vt iuxta aliquos Auctores, quos, suppresso nomine, refert Sa *in Summa verbo Missa num.* 42. vtilius sit audire Missam deuotè, quam eam pro se dici facere. Sextus modus dictæ compensationis est, per maiorem deuotionem, seu affectum Sacerdotis dicentis Missam erga illos, quibus debitor est alicuius fructus spiritualis. Siluester, & Armilla *supr.* Hæc ferè omnia consuluit Reuerendiss. simulque doctissimus Theodorus Stratius nostri Ordinis Generalis quibusdam Sacerdotibus, qui multis stipendijs Missarũ, quæ indebitè receperant, alio modo satisfacere nõ poterant.

30 Loquendo de alijs, quæ in prædictis Decretis Sacræ Congregationis præcipiuntur, constat ex dictis *to. 1. cap. 21. num. 6.* propter Decretum eiusdem S. Congregationis nõ posse modò post illud Abbates, & Generales Religionum Missas quascunque post Concilium Tridentinum quomodolibet impositas, aut in limine fundationis Ecclesiæ, aut Capellæ ante ipsum Concilium, ad minorem numerum reducere, sed hoc pertinere ad Sedem Apostolicam. Excipe, vt ibi dixi, Missas, quæ ante Concilium Tridentinum, & non in limine fundationis Ecclesiæ, seu Capellæ, sed alio modo impositæ erant. Vbi etiam de conditionibus, quibus id fieri debet. Quarum praxis prout ad Religiosos spectat talis est, attendendo ad verba Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 4.* vbi sic. *Facultatem dat Episcopis, vt in Synodo Diœcesana, itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in suis Capitulis Generalibus, re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in prædictis Ecclesijs, quas hac prouisione indigere cognouerint, statuere circa hæc quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire, ita tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerunt.* Vnde huiusmodi reductio Missarum ante Concilium, & non in limine fundationis Ecclesiæ, seu Capellæ, sed alio modo impositarum, fieri debet in Capitulis Generalibus, prout Concilium loquitur, idest, non in Prouincialibus, aut à solis Generalibus. Et si enim plures asserant Episcopos extra Synodos id facere posse, prout tenent post Nauarrum *in Man. cap* 25. *nu.* 138. *ad fin.* Rodriguez, Henriquez, Miranda, Riccius, Molfesius, & Barbosa *de Offic. & potest. Episcopi allegat. 29. num.* 15. eo quòd quoad illos Concilium non statuit nouum ius, sed iubet obseruari antiquum, idque sit ex consuetudine receptum in aliquibus Episcopatibus; Prælati tamen Regulares, cum pro illis statuat Concilium ius nouum, & statuat formam quomodo sit facienda reductio, nec sit consuetudo in contrarium, non poterunt id facere, nisi in dictis Capitulis Generalibus. Moneta *de Commutat*

mutat vltim. volunt. cap. 5. *num.* 372. Barbosa *supr. num.* 15. Diana *dicto Tract.* 14. *Resolut.* 3. & 4. ex alijs. Tales autem Prælati debent esse Generales, vt constat ex verbis Concilij relatis, non Prouinciales, vt existimare visus est Peirinis *supra num.* 29. *ad fin.* Debent etiam cautè, & cum timore lædendi suas conscientias id facere, propter illa verba Concilij *re diligenter perspecta, pro sua conscientia &c.* Barbosa *supr. num.* 3. Et præsupposita iusta causa. Quia voluntates testatorum absque illa violari non possunt. Fraxinellus *supr. section.* 7. §. 5. Barbosa *supr. num.* 3. ex Rodriguez, Molina, Bonacina, Riccio, & alijs. Iusta autem causa est, tum stipendij, seu salarij recepti diminutio, aut distractio; tum augmentum stipendij currentis; tum minor numerus Sacerdotum; tum extenuatio reddituum Monasterij; tum maiores expensæ necessariæ ad victum, & vestitum, habito semper respectu ad vires legati. Vnde diligenter inuestigandum est, quo tempore onus fundatum sit, quibus modis, quotum stipendium, & quot Missis. Debent autem antiquiora præferri alijs. Fraxinellus *supra.* Barbosa *supr.* Bordonus *supr. n.* 21. Quamuis autem quoad hoc regula generalis assignari non possit, nisi conscientia facientium tales reductiones, prudenter tamen in Ordine nostro *parte* 1. *Constitutionum cap.* 3. *num.* 33. sic statutum est. *Statuimus propter multitudinem Missarum, quibus fieri satis haud quaquam potest, vt singulo mense Fratres in quocunq. Conuentu duas Missas solemnes cantent, vnam pro viuis, alteram pro defunctis, & singulis diebus commemorationem faciant, & orent pro ijs, à quibus eleemosynas acceperunt.* Obseruent tamen iuniores huiusmodi supplementum nihil iuuare pro Missis receptis post Concilium, aut ante illud in limine fundationis; sed pro Missis receptis ante ipsũ Concilium, & non in limine fundationis, vt dictum est. Circa verba autem illa Concilij *eorum semper defunctorum commemoratio fiat &c.* & nostratum Constitutionum *commemorationem faciant, & orent &c.* Notandum est ex declaratione S. Congregationis sufficere quòd fiat, vel in *Memento*, vel in Collectis. Moneta *supr. n.* 366. Fraxinellus *supr.* Vgolinus *de Offic. Episcopi cap.* 61. Barbosa *supr. num.* 11.

31 Pro praxi etiam huiusmodi reductionis Missarum notandum, primò, praxim Sacræ Congregationis Romanæ Eminentissimorum Dominorum Cardinalium esse non reducere Missas, quæ proueniunt ex Legatis conuentionalibus, illis scilicet, in quibus intercedit conuentio inter legantem, & legatarium, sed solùm eas, quæ proueniunt ex legatis simplicibus, in quibus non interuenit dicta conuentio. Quæ verò talia dici possint, habet Bordonus *supra à num.* 40.

Nota

Nota etiam secundò, quòd si Episcopo concedatur priuilegium à Sede Apostolica reducendi onera Missarum suæ Diœcesis, tale priuilegium extenditur ad onera Missarum Regularium, ita vt possit etiam ea reducere, si verba priuilegij non restringant illud ad onera solùm Clericorum sæcularium. Ratio est, quia etiam onera huiusmodi spiritualia commissa Religiosis ex propria vocabuli significatione dicuntur onera diœcesis Episcopi habentis priuilegium, ergo illud extenditur etiam ad Religiosos. Bordonus *supra num.* 33. Consonant ea, quæ dixi *tomo* 1. *cap.* 11, *nu.* 6. Nota tertiò, SS. D. N. Vrbanum approbando Constitutiones Fratrum Conuentualium Minorum illis indulsisse, vt ipsi in primo eorum Capitulo, seu Congregatione Capitulari in omnibus eorum Conuentibus Missas reducere, & pro qualibet Missa quotidiana annuam eleemosynam sexaginta scutorum assignare possent. Quod postea confirmauit idem SS. Litteris datis sub forma Breuis die 6. Augusti 1639. apud Peirinis *in Additamentis Constitut. nouiss.* 27.

32 Quamuis autem dicto *cap.* 21. *num.* 6. *ex primo to. Summæ* dixerim huiusmodi reductionem nõ posse fieri aliorum Suffragiorum, sed tantum Missarum, propter declarationem Sacræ Congregationis, quam ibi adduxi ex Sorbo, ex quo sequi videbatur, idem dicendum esse de Anniuersarijs, & Officijs pro defunctis. Nihilominus, quia plures Authores referunt oppositum etiam declarasse S. Congregationem ad instantiam Archiepiscopi Neapolitani die 26. Nouembris 1583. & faueat illud verbum *Legata*, quod affert Concilium loco relato, quod est quid communetam ad Missas, quam ad Anniuersaria, seu Officia defunctorum, ideo dicendum etiam in istis fieri posse prædictam reductionem. Barbosa *supr. nu.* 4. Diana *supr. Resolut.* 5. ex Garcia, Piacecio, Quaranta, Galeto, Riccio, & alijs.

33 Notandum etiam pro Regularibus, quòd Missæ impositæ in fundatione alicuius Beneficij Regularis ipsorum, etiam si id fuerit post Concilium, reduci non possunt, cum Concilium solùm loquatur de reductione relictorum in vltima voluntate. Ita enim colligitur ex Declaratione Sacræ Congregationis, quam referunt Naldus *supr. num.* 8. Barbosa *supr. num.* 13. ex Galeto, Poseuino, & alijs.

34 Notent etiam non posse reducere Missas particulares votiuas, vel pro defunctis, quæ iustis stipendijs sigillatim à particularibus personis petuntur, nisi adsit consensus earum, quia Concilium, vt dixi, solùm videtur loqui de Missis relictis in vltimis voluntatibus, Fraxinellus *supr.* Barbosa *supr. num.* 14. Bordonus *supr.* Notandum tamen quòd si casus esset, quod aliquis sæcularis commendasset alicui Monasterio v.g. centum Missas, eæque celebratæ essent, nihi-

Dominus pro recuperando stipendio ipsarum aliquas expensas fecerit Monasterium, eo quòd qui ipsas commendauerat nolebat illud soluere, si postea idem sæcularis alias Missas eidem Monasterio commẽdasset, posset Monasterium compensare damnum sibi illatum diminuendo in his centum Missis id quod consumpserat in stipendio aliarum recuperando. Ratio est, quia sicut Sacerdos accepto stipendio tenetur ratione iustitiæ Missas celebrare, ita etiam commendans Missas tenetur ratione iustitiæ in vtroque foro stipendium tribuere. Cum autem in obligationibus Iustitiæ detur compensatio, ita & in præsenti. Peirinis *supra num.* 27. Conformiter ad doctrinam Suarez, Henriquez, & Petri Nauarra, quos refert.

35 Circa communem illam quæstionem, an scilicet possint Sacerdotes accipere Missam celebrandam cum certa eleemosyna, & postea alijs Sacerdotibus eam Missam committere, retenta sibi parte eleemosynæ, quamuis plurium sententia sit, quòd id fieri possit, modò Sacerdotibus celebrantibus tanta tradatur eleemosyna quanta communiter taxata est, pro vt ex Suarez, Nauarro, Reginaldo, Fraxinello, Enriquez, & alijs tenent Bonacina *supr. punct.* 8. *num.* 8. Modò tamen post Decreta Sacræ Congregationis adducta verbis à me relatis *to.* 1. *Summ. eo cap.* 21. *num.* 7. sustineri id non potest, prout notant Diana *supr. Resolut.* 10. Lugo *dicta sect.* 2. *num.* 29. & Bordonus *supr. num.* 27. Licet hic Auctor *num.* 28. videatur dicere solum esse hoc peccatum veniale, non mortale, quod satis dubium videtur, propter grauitatem materiæ. Melius addit Lugo *ibid. nu.* 32. quòd si aliqui Sacerdotes omnino sponte, & liberè, nec vi aliqua, aliquoue metu, aut alio modo coacti, contenti sint parte stipendij, possint Sacerdotes alij, qui maius stipendium receperunt eas ipsis committere, retenta sibi alia parte stipendij, cum in hoc casu nulla fiat iniuria dictis Sacerdotibus, & Sacra Congregatio non videatur id prohibere; sicut neque quòd aliquis Sacerdos absque vllo stipendio celebret Missam pro alio, qui eam suscepit celebrandam pro stipendio. Cauendum tamen est periculum auaritiæ, & damnabilis lucri, pro vt Sacra Congregatio præcipit. Quo sensu accipiendi sunt Diana *supr. Resolutione* 13. ex Ioanne de Cruce, Homobono, & alijs, quos refert. An verò administratores Ecclesiarum possint retinere sibi aliquam partem eleemosynæ pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inseruientium, paramentorum, luminum, vini, Hostiæ, & similium, constat ex responsione Sacræ Congregationis, quam dicto loco retuli. Licet, vt audio, nec id obseruetur in aliquibus Vrbis Ecclesijs, nescio quo fundamento. Nota etiam eamdem Sacram Congregationem ad dubium aliud circa prædicta De-

cre-

eta, quod erat; an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna aior solita pro celebratione Missæ debeant dare eamdem integram emosynam ijs, quibus Missas celebrandas committunt, an vero sas sit, vt dent celebrantibus eleemosynam consuetam; respondisse: *ebere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, ec vllam illius partem sibi retinere posse*. Nota similiter circa Cellanos dicentes per alios Missas, ad quas tenentur, declarationes Sacæ Congregationis, quas referro infra *n.* 43.

5 De obligatione quam habent Regulares sub pœna Interdicti ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda, & à Sacra Congregatioe verbis relatis eo loco ipsis imposita, inuestiendi pecunias, & boa mobilia ipsis relicta cum onere perpetuo Missarum in bona imobilia fructifera dixi *ibidem*. Vbi etiam ex decreto eiusdem Sacræ ongregationis; *Quod si eadem bona immobilia deinceps alienari ntigerit, eorumdem pretium sub eadem pœna deponi, & in alijs bois stabilibus etiam fructiferis cum eiusdem oneris repetitione, atque nexione, conuerti debeat*. Ibi etiam habes præcepta eiusdem Sacræ ongregationis, quibus Regularibus præcipitur: *Ne in posterum rædicta onera perpetua suscipiant Missarum sine Generalis, vel rouincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda ub pœna priuationis officiorum, quæ tunc obtinent, ac perpetuæ inabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque activæ, ac passivæ bsque alia declaratione*.

7 Circa quæ aliqua animaduertenda sunt. Primum, quòd cum acra Congregatio solùm loquatur de oneribus perpetuis Missarum elebrandarum, ideo Regulares recipientes onus celebrandi Missas er triginta, quadraginta, aut quinquaginta annos, non tenentur ex præsentium Decretorum pecuniam, seu bona mobilia, quæ pro taonere receperunt inuestiri facere in bonis immobilibus fructiferis, ec aliter facientes, incidere in prædictam pœnam Interdicti &c. Taenim onus non est perpetuum, sed temporale. argument. *l. Iuriscrit. ff. de excusat.* Bordonus *supr. num.* 36. Dixi ex vi præsentium Decretorum, quia ex alijs capitibus ad hæc possunt obligari, præterm cum aliàs non possint esse securi, quòd prædicta onera a suis succssoribus adimplcantur. Secundum, quòd cum Sacra Congregaio præcipiat, vt prædicta pecunia, aut bona mobilia inuestiantur in onis immobilibus fructiferis inuestiri non poterunt in bonis mobious quantumuis pretiosis, nec in immobilibus non fructiferis. Intum enim Sacræ Congregationis est, vt ex fructibus talium borum inuestitorum sustentari possint Sacerdotes in futurum celebrari tales Missas, ad quod necessaria est dicta implicatio. Emenda

ergo est noua proprietas, quæ actu fructificet, vt ex fructibus ali possint Sacerdotes celebraturi. Hoc enim importat propriè verbum *inuestire*, quo vtitur Sacra Congregatio, & per consequens hæc est mens ipsius. Sufficit autem reficere, seu renouare aliquam proprietatem Monasterij, domum v.g. eam reddendo fructiferam, ita vt ex eius locatione actu percipiantur annui fructus, vel vineam, ita vt ex ipsa etiam fructus percipiantur. Hoc enim etiam est quoddam genus inuestitionis, seu implicationis in bonis immobilibus fructiferis. Bordonus *supr. num.* 34. An autem sufficiat inuestire talem pecuniam super aliqua bona immobilia Monasterij exempta à simili onere, assignando illa, vt substent eidem, tractant Peirinis *in formulario littera A. cap.* 11. *num.* 2. & Bordonus *supra*. Tenenda tamen est pars negatiua, pro vt in simili casu eiusdem controuersiæ decisum audiui inter Canonicos Basilicæ Sancti Petri, consulente viro quodam doctissimo, quem ipsi ad dubij decisionem vocauerant. Inuestire enim aliquam pecuniam in bonis immobilibus fructiferis, tum ex proprietate verborum, tùm ex mente Sacræ Congregationis, vt dixi, importat adquirere de nouo aliquam proprietatem, seu possessionem nouos fructus, aut redditus fructificantem. Bordonus *supr.* Qui rectè etiam ibidem contra aliquos apud Peirinis *supr.* dicit non posse ex illa pecunia extingui annuum censum Monasterij, quia extinctio census non est implicatio, seu inuestitio pecuniæ, sed æris alieni solutio. Si tamen talis census impositus esset super aliquod bonum stabile fructiferum Monasterij, tunc extinctio illius esset quædam virtualis inuestitio talis pecuniæ in bono stabili fructifero nouos fructus fructificante, cum per illam accrescerent Monasterio illi fructus, qui in solutione reddituum census expendebantur, & per consequens saluaretur intentio S. Congregationis. Quo sensu, & non alio accipiendus est Peirinis relatus, & Martha *in Decisionibus voto* 243. *num.* 3. & 5. quem ibi refert. Tertium est, quòd quando capitale huiusmodi, vel aliud quodcumque pro celebratione Missarum sine culpa Monasterij deperijt, non tenentur Religiosi ad eas celebrandas; tum quia non obligantur ad celebrandum nisi propter stipendium, quod tunc non esset; tum quia intentio testatoris talis præsumenda est; tum denique à simili de Beneficio, quod datur propter officium. Quando enim perit Beneficium, cessat & officium. Fraxinellus *supr. sect.* 4. *concluf.* 4. §. 27. ex Perez de Lara *de Anniuers. & Capellan. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 8. & 9. & Oncala *in Opusculo de valore Missæ art.* 17. *propositione* 1. quos etiam sequitur Bordonus *supr. num.* 31. Dixi *sine culpa Monasterij*, quia ea subsistente, manebit obligatum ad celebrandas tales Missas, quia iniustum est

quòd

quòd qui illas instituerunt patiantur aliquod damnum propter culpam Monasterij. Bordonus *ibidem*. Si verò prædicti fructus vsu temporis etiam sine culpa Conuentus valdè diminutus fuerit, & expensæ quoad victum, & vestitum maiores, non propterea licet Religiosis propria auctoritate numerum Missarum diminuere, sed recurrendum est ad Sacram Congregationem, vel ad Generales Religionum pro illarum reductione respectiuè, & iuxta ipsarum qualitatem, & dicta *supra num.* 30. *&* 31. Tum quia propter hanc causam in impositione huiusmodi perpetuarum Missarum assignatur maius stipendium quam pro Missis quotidianis. Tum quia Concilium Tridentinum *sessione* 25. *cap.* 4. pro huiusmodi casu concessit Episcopis, & Generalibus dictam facultatem reducendi Missas ad minorem numerum. Tum denique ex declaratione Sacræ Congregationis *in Responsione ad primũ dubium* circa prædicta Decreta *de celebratione Missarum*. Fraxinellus *supr. sect.* 4. *concl.* 4. §. 24. *& sectione.* 6. *in* 15. *argumento*, *& sect.* 7. §. 5. *&* 10. Licet in hoc casu (sicut in alio simili, qui contingere potest, si ab habente auctoritatem augeatur stipendium Missarum) valde probabile sit, quod Marcus Antonius Genuensis *Tractatu de Eccles. tricenar.* 6. *quæst.* 179. resoluit, & post ipsum Diana *supr. Resolut.* 17. adeundum esse hæredem testatoris, vt conueniens stipendium adiungat, data capacitate hæreditatis. Idem dicendum, & propter eadem fundamenta in casu, quo bonum illud stabile in quo inuestita fuit prædicta pecunia v. g. vinea, vel domus sic deteriorata fuerit, vt in eius renouatione Monasterium notabilem expensam fecerit. Pertinet enim solùm ad Sedem Apostolicam talium Missarum restrictio. Bordonus *supr. nu.* 30. ex Homobono, Ricio, Barbosa, & alijs. Quis verò possit absoluere transgressores prædictorum Decretorum à censura illa interdicti ab ingressu in Ecclesiam, & dispensare in pœnis illis priuationis, inhabilitatis &c. quæ in eis ponuntur, præsertim cum nulli reseruatæ videantur, vide dicta *to.* 1. *cap.* 10. *à nu.* 34. *& cap.* 18. *à nu.* 36.

38 Deinde, Sacerdotes negligentes in celebrandis Missis, ad quas tenentur, peccant mortaliter, propter notabile damnum spirituale, seu temporale, quod afferunt sic faciendo, illis, pro quibus tenentur eas Missas dicere. Siluester *verbo Missa* 1. *quæst.* 10. *in fine*. Petrus Nauarra *lib.* 2. *cap.* 2. Bonacina *supr. punct.* 7. §. 5. *nu.* 1. Fraxinellus *supr. sect.* 4. *conclus.* 5. & alij communiter. Addit Bonacina *supr. num.* 2. ex eodem Petro Nauarra, Rodriguez, & alijs, fieri posse, vt Sacerdos qui Missæ celebrationem distulit obligandus sit ad restitutionem stipendij accepti, vt si acceperit eleemosynã pro impetranda infirmi valetudine, & ipse celebrationem Missæ distulit ad tempus,

quo infirmus obierat. Quamuis enim illud Sacrificium prodesse possit defuncto quoad satisfactionem, nihilominus non prodest illi quo ad impetrationem, quam intendit, quando tradidit eleemosynam. Sed quamuis horum doctrinam veram esse in pluribus casibus existimem, attendendum tamen credo sæpius ad piam intentionem largientis stipendium, qua sæpius contentus erit, vt si Missa pro vno effectu non sit illi necessaria, pro alio ipsi vtili applicetur. Qualiter autem Sacerdotes possint, aut non, plura stipendia pro Missis dicendis recipere, sic declarauit eadem Sacra Congregatio in Decretis adductis §. 6. *Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ita demum ijdem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, vt noua quoque onera suscipere valeant, alioquin omnino abstineant ab huiusmodi eleemosynis etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesijs cum inscriptione illa* Eleemosyna pro Missis, *vel alia simili, sub ijsdem pœnis ipso facto incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur.* Cum autem circa hoc Decretum aliquot dubia eidem Sacræ Congregationi proposita fuissent, videlicet: *An hoc Decretum prohibeat absolutè quo minus accipiant nouas eleemosynas ij, qui acceptis non satisfecerunt?* Et: *Quid si congruo tẽpore possint omnibus satisfacere?* Et: *Quid si offerens eleemosynas audito impedimento, consentiat, vt Sacerdos Missam celebret cum primum poterit?* Et: *An pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem Decreto afficiant tam eos, qui accipiũt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesijs, vt ibidem præcipitur?* Et: *An in hoc Decreto comprehendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesijs in die Commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur* (Casse de morti)? Et: *An administratores Ecclesiæ magnæ deuotionis, & concursus, possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si ijsdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesiæ, & deuotio, ac concursus fidelium, vt aiunt, minuantur.* Respondit ad primum. *Non prohibere absolutè, ac propterea, etsi oneribus tam susceptis non satisfecerint, posse tamen noua etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.* Ad secundum. *Quamuis onera susceptа infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione id sciat, & consentiat, vt illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, Decretum non prohibere quo minus eo casu eleemosyna accipiatur pro ijsdem Missis iuxta benefactoris consensum celebrandis.* Ad tertium. *Has pœnas non habere locum nisi in suscipientibus one-*

ra

a perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel eius Generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis. Ad quartum *Comprehendi.* Ad quintum. *Non posse, nisi de consensu eorum, qui leemosynas tribuunt, vt supra in responsione ad duodecimum*, id est, d secundum ex ijs dubijs, quæ modò retulimus.

39 Circa quæ nota, dubium quotidianum esse, quid intelligat Sacra Congregatio verbo illo *modicum tempus*. Et quidem Ledesma *in Summa to. 1. cap. 18. conclus. 17.* Villalobos *in Summ. par. 1. Tractatu 8. dub. 18. nu. 2.* Diana *dicto Tractatu 14. resolutione 25.* enent, tempus longum, ad quod Sacerdotes differentes fati sfacere Missis, peccant mortaliter, esse quinquaginta, aut sexaginta dies, ed isti Authores non faciunt mentionem huius Decreti Sacrę Congregationis. Cæterum Lugo *supr. dicta sect. 2. num. 34.* qui ipsum Decretum refert, dicit cum prædictis, per *modicum tempus* intelligi illud quo quinquaginta, vel sexaginta Missæ dici possent. Thesaurus autem in *Praxi parte secunda verbo Missarum onera cap. 1. in fine* existimat, spatium octo, vel decem dierum, & non vltra intelligi per *modicum tempus* à Sacra Congregatione. Ego verò prudentis arbitrio id relinquendum fore censeo, pensatis circunstantijs loci, temporis, Missarum dicendarum, & Sacerdotum, qui illas dicere debent, prout ipse Thesaurus ibidem *ex l. si ita quis ff. de verb. obligat*, & Menochio *ibidem* affert. Qui rectè notat quod si Missa sit dicenda pro aliqua necessitate, quæ moram non admittat. v. g. pro præsenti infirmitate, tribulatione, expeditione alicuius litis, vel negotij instantis, tunc nullo modo differri possit.

40 Quamuis autem numerus Missarum, ad quas Sacerdotes, aut Regulares tenentur, integrè adimpleri debeat, nihilominus, quemadmodum Capellanus ægrotans per breue tempus non tenetur Missas illorum dierum per alios celebrare, quia ita prudenter existimatur fuisse intentionē pij Institutoris Capellaniæ, & prout tenent Grafius *to. 2. consiliorum l. 3. de prœvendis. consilio 1. a fficult. 2.* Barbosa *de Offic. & potestate Episcopi par. 2. allegat. 24. num. 31.* Fraxinellus *supr. sect. 4. conclus. 4. §. 13.* Peirinis *to. 3. priuileg. Minim in additam. ad Constit. Pyrrhi c. 1. n. 24.* & alij apud ipsos (quod intelligo, nisi in fundatione Capellanię oppositā determinaretur, vt etiam tenent Fraxinellus *ibid.* Ioannes de Cruce *supr. aub. 8. concl. 1.* ex Rodriguez, Sa, & alijs, ac Lugo *dicta sect. 2. nu. 48.*) sic quoque de Regularibus obligatis particulariter ad dicendas aliquas Missas ratione alicuius Capellaniæ dicendum est; quòd si per prædictum breue tempus ægrotent, non teneantur per alios illas dicere, nisi hoc fuerit in institutione Capellaniæ determinatum. Procedit enim eadem ratio

in illis, ac in alijs Capellanis. Dixi *particulariter*, quia si institutio Capellaniæ non est pro aliquo Religioso in particulari, Priore, v. g. Regente, Lectore &c. sed pro toto Conuentu, prout regulariter contingit, tunc Missæ prætermissæ ab vno Sacerdote ægrotante suppleri debent per alios. Dixi etiam *ratione alicuius Capellaniæ*, quia obligati ad Missas manuales tenentur singulas, prout promissæ fuerunt, celebrare. Peirinis *supr.* Breue autem tempus infirmitatis existimat Ioannes de Cruce *supra* esse duos, aut tres dies. Cæterum Molfesius, Grafius, Fraxinellus, Barbosa, & Homobonus, quos refert Diana *supr. Resolut.* 27. existimant esse spatium octo, vel decem dierum. Bonacina verò *supr. punct.* 8. *num.* 17. §. *sed mihi* existimare videtur esse quindecim dierum, quod mihi satis rationabile videtur, sicut nimis latũ, quod Petrus Nauarra *de Restitutione lib.* 2. *cap.* 2. Peirinis *supra*, & Lugo *supra num.* 49. putant, extendi id posse etiam ad duos menses. Video etiam in Concilio Prouinciali Mediolanensi 7. apud Gauantum *in Man. Episcop. verbo Missa num.* 29. id extendi ad infirmitatem vnius mensis, accedente Episcopi iudicio.

41 Similiter, quemadmodum, iuxta probabilem opinionem aliquorum, Capellanus obligatus ad dicendum Missam v. g. quotidie, pro aliquo, potest in anno quater, vel sexies celebrare pro se ipso, vel sibi valdè coniuncto, v. g. vel quia è vita discessit, vel quia in aliqua valde graui necessitate est constitutus, prout tenent Naldus *supr. num.* 7. Fraxinellus *supr. sectione* 4. *concl.* 4. §. 3. *num.* 2. & Diana etiam *supr. resolut.* 28. sic similiter de Religioso specialiter deputato ad adimplendum onus annuũ alicuius Capellaniæ dicendum est. Procedit enim in vtroque eadem ratio, scilicet virtualis voluntas pij Institutoris Capellaniæ, qui si de eo casu grauis valde necessitatis interrogaretur, id non negaret. Peirinis *supra num.* 23. Secus esset si obligatio dicendi tales Missas non esset specialiter pro eo Religioso, sed pro toto Conuentu, quia tunc, vt dictum est, talis defectus suppleri deberet per alios Sacerdotes.

42 Pariter etiam quemadmodum, iuxta plurium opinionem, & consuetudinem, Capellanus quotidie obligatus ad celebrandum potest semel in Hebdomada à celebrando vacare, iuxta *c. significatum de præbend.* propter honestatem, & debitam deuotionem, prout tenent Naldus *supr. num.* 6. Peirinis *supr. num.* 23. & Diana *supr. Resolut.* 28. & indicat Bonacina *supr. punct.* 7. §. 2. *nu.* 16. & 17. ita pariter de Religioso Capellano dicendum est, procedit enim in vtroque eadem ratio. Animaduertenda tamen aliqua sunt in præsenti, ne plus æquo habenæ conscientiarum laxentur. Primum, id solùm pro-

procedere posse quando particulariter, & specialiter instituitur Sacerdos Capellanus (quod rarò contingetinter Religiosos). Si enim non instituitur ipse hoc modo,sed Monasterium,vel Ecclesia,tunc tales Missæ supplendæ sunt per alios, vt dictum est, cum tunc non fuerit electa persona Sacerdotis, sed habita solùm ratio Missæ celebrandæ in tali Ecclesia, vel Monasterio. Siluester *in Summa verbo Missa* 1. *dub.*7. §. 5. Fraxinellus *supr. sectione* 4. *conclus.*4. §.1. Barbosa *de Offic.& potest. Episcop. Allegat.* 24. *nu.*28. *&* 31. Peirinis,& Diana *sup.*Idem dico, si in institutione Capellaniæ explicetur quòd Capellanus per se, vel per alium celebret, si enim ita sit, defectus vnius Capellani suppleri debet per alium. Sa *in Summ. verbo Missa num.* 46. Fraxinellus *supr.* §. 2. Peirinis, Barbosa, & Diana *supr.* Secundum, quòd huiusmodi ratio, propter quam Capellanus potest vnam Missam in Hebdomada prætermittere,non est,voluptatis, curiositatis, itineris, aut alicuius impedimenti gratia, sed solùm, vt peccatum in Sacrificio propter malam dispositionem, vel indeuotionem euitet. Consuetudo enim apud Capellanos aliquos omittendi Missæ celebrationem semel in hebdomada solùm originem ducit ex dicto cap. *significatum*, in quo Pontifex determinauit quemdam Sacerdotem,cui commissa est præbenda vnius Ecclesiæ teneri celebrare quantum frequentius posset, *salua* (inquit) *honestate sua,& debita deuotione*,idest,sine peccato mortali,vt explicat Glossa *ibid. verbo Salua honestate*. Vnde cessante huiusmodi causa,scilicet peccati,indeuotionis, aut indispositionis, celebrare tenetur dictus Capellanus per se, vel per alium,prout etiã determinatum dicitur in Concilio 4. Prouinciali Mediolanensi, & in Synodo Diœcesana Mediolanensi 3. Bonacina *supr.* Fraxinellus *supr.* §. 3. Naldus *supr.num.* 7. Vnde multo minus licebit tali Sacerdoti celebrare eo die pro alio, accipere stipendium ab illo, aut in alio loco. Quia ratio propter quam potest omittere talem celebrationem etiam procedit celebrando pro alio, aut in alio loco. Fraxinellus, Bonacina,Peirinis, & Naldus *supr.* Tertium, rariùs contingere posse hunc casum inter Regulares, cum ipsi strictiori obligatione adstricti sint ad procurandum dispositionem, & debitam deuotionem pro quotidiana celebratione, & quia præcepto suæ Religionis (maximè in pauperibus Conuentibus) obligantur ad quotidie celebrandum.

43 Quia tamen hic agimus de Capellanijs Religiosorum, aliqua pro ipsis animaduertenda sunt, eisdem Religiosis necessaria. Primum, quòd iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 11. *num.* 19. huiusmodi Capellaniæ sunt Beneficia Ecclesiastica, vel quasi, cum habeant spirituale annexum. Vt ex Sacris Canonibus explicat Paulus Fuscus *de visita-*

tio-

tione, & rrg. Ecclesiarum lib.2. cap.11. num. 2. & ex ipso Fraxinellus *supr. sect. 7. §. 2. num. 6.* Et communiter dicuntur Beneficia simplicia, quandoquidem eis cura animarum non est annexa. Puscus, & Fraxinellus *supr.* Fagundez *de primo Ecclesiæ præcepto l.3. cap. 9. num. 3.* Secundum, quòd licet ad institutionem prædictarum Capellaniarum, si seruentur conditiones superiùs à Sacra Congregatione designatæ, non requiratur licentia Sedis Apostolicæ, quando tamen Oratorium, seu Capella Ecclesiæ, in quibus fundantur tales Capellaniæ, alicui venduntur (prout sæpiùs inter Regulares contingere solet) requiritur eiusdem Sedis Apostolicæ licẽtia, iuxta dicta *to.2. c.19. num. 56.* eo quòd talis venditio sit alienatio quædam boni stabilis, iuxta *ibidem* dicta. De modo autem, quo Capellæ dari debeant: sæcularibus à Regularibus, agit Portellus *in Dub. Regularium verbo Capellæ Monasteriorum*, ex Rodriguez *in to. 4. addition. ad Summam verbo Procurator conclusione sexta*, & dicit, quòd cæteri Religiosi, qui habent dominium rerum suarum temporalium, si donaturi sunt aliquam Capellam suę Ecclesię alicui sæculari debent id facere pulsata campana, & de consensu maioris partis Capituli cum cæteris circunstantijs requisitis ad debitè alienandum bona Ecclesiæ, cum enim sint domini rerum suarum, debet expectari illorum consensus. At si aliqua Capella Minorum donanda sit sæculari, vel Clerico, non requiritur pulsatio campanæ, neque consensus Capituli, neque Diffinitorij, sed sufficit quòd donet solus Syndicus Conuentus, qui est Procurator Papæ, & dominus illius Capellæ in nomine Papæ. Debet tamen interuenire licentia Prouincialis: & non sufficiet licentia Guardiani. Sed quia plures Religiones habent priuilegia faciendi alienationes sine prædicta solemnitate, iuxta dicta *to. 2. cap. 19. num. 62.* ideo ipsa consulenda sunt, præsertim quia, vt ibidem dixi, Decretum Sacræ Congregationis, quod *to. 1. cap. 10. nu. 2. & to. 3. verbo Alienatio num.4.* retuli, solùm videtur reuocare priuilegia Regularium, quantum adhoc, quod est facere alienationes sine consensu eiusdem S. Congregationis, non quantum ad alia, quæ pertinent ad ipsarum solemnitatem, vt eo numero 62. dixi. Tertium, plures extare Sacræ Congregationis declarationes circa Capellanias, quas refert ex varijs Auctoribus Barbosa *in Collect. in. Bullar. verbo Capella, & verbo Capellania, & verbo Capellanus.* Ex quibus, quæ magis ad intentum Regularium deseruire possunt, sunt sequentes: Prima est. *Capellam obtinentem compellere non potest Episcopus, vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur, quod Capellanus celebret. Nam ijs onribus Missarum rite per substitutum satis fit.* Pro qua S. Congregationis declaratione plures extant Rotæ decisiones.

nes apud eumdem Barboſam *de Offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat.* 24. *num.* 29. Secunda. *Capellæ fundatio ſi eſſet ſub verbis teſtatoris quòd Capellanus deberet celebrare diuina Officia noctu diuque, ſicut cæteri Capellani faciunt, non inde infertur neceſſe, vt Capellanus debeat eſſe Presbyter.* Tertia. *Capellas, & Altaria in Regularium Eccleſijs etiam per ſæcularium Confraternitates conſtructa, viſitare non poteſt Epiſcopus.* Pro quo vide dicta *to.* 2. *cap.* 15. *num.* 27. Quarta. *Capellaniam habens non tenetur ad Sacerdotium, niſi in fundatione cautum ſit, vt Capellanus per ſe ipſum Miſſas celebret, ſed debet curare, vt per alium Miſſæ in illa celebrentur, neque erit ſatisfactum oneri, ſi Miſſæ in alia Eccleſia celebratæ erant. Nec perſonalem reſidentiam requirit, niſi aliter in fundatione cautum eſſet.* Quinta. *Capellania inſtituta à teſtatore cum his verbis.* Vt beneficiatus ipſius Capellæ omni die, ſeu ſaltem quinquies in Hebdomada celebrare teneatur, & ſi negligens fuerit ipſe Beneficiatus incurrat pœnam duorum ſolidorum, *non cenſetur requirere perſonalem reſidentiam, nec exigit, vt perſonaliter Miſſam dicat.* Sexta. *Capellani ſæculares Monialium poſſunt ex gratia celebrare Miſſas occurrentes de Sanctis ipſius Ordinis, cuius eſt Monaſterium, etiam ſi ipſi non ſint eius Regulam profeſſi.* Pro qua declaratione vide dicta *to.* 1. *cap.* 25. *num.* 43. Septima. *Capellanus per ſe ipſum tenetur diuinis inſeruire, poſita inſtitutione Capellæ infraſcripti tenoris, videlicet:* Qui quidem Capellanus teneatur, & obligatus ſit qualibet Hebdomada dicere in ipſa Eccleſia pro remiſſione peccatorum teſtatoris duas Miſſas, & ſeruire Eccleſiæ in diuinis. Octaua. *Capellanus ad nutum amouibilis cum obligatione vnius Miſſæ qualibet Hebdomada cum ſtipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos poteſt demandare celebrationem dictarum Miſſarum alteri cum eleemoſyna conſueta, iuxta morem regionis, retenta ſibi parte dicti ſtipendij debiti Capellanio.* Nona. *Capellani amouibiles, qui ſunt nominati, vel electi ab hæredibus teſtatorum ad celebrandas Miſſas cum aſſignatione certi redditus, iuxta diſpoſitionem teſtatorum poſſunt aſſignare certam mercedem iuxta morem Regionis Sacerdoti pro Miſſis celebrandis, & pro ſe aliam partem retinere.* Decima. *Capellani ad nutum operariorum amouibiles, à quibus ſalarium recipiunt nullo onere applicationis ſacrificij adiuncto, & ſalarium ipſum ex eleemoſynis cum onere Miſſarum à fidelibus oblatis non proueniat, neque certo vſui aliàs deſtinatum exiſtat, poſſunt de conſenſu dictorum operariorum vltra ſalarium conſtitutum vnicam eleemoſynam recipere.* Ex octaua autem, & nona declaratione moderatum videtur quoad Capellanos id quod dixi *ſupra num.* 35. ſcilicet, non poſſe Sacerdotes partem aliquam ſti-

stipendij sibi pro Missis oblati pro se reseruare. De illis enim Capellanis, de quibus ibi est sermo, oppositum decernitur, & consonat Ioannes de Cruce *supra dub.* 8.

44 Tenentur etiam Sacerdotes omnes satisfacere Missis tempore, quo promiserunt id facere. Ad id enim obligantur ratione fidelitatis, & promissionis factæ. Imo hæc obligatio videtur sub mortali, cum materia sit grauis, nisi adsit rationabilis causa oppositum suadens. Barbosa *de Offic. & potest. Episcopi allegat.* 24. *nu.* 28. ex Rodriguez, Enrriquez, Azor, & alijs. Capellanus autem obligatus ad dicendum Missam, quinquies v.g. in Hebdomada, satisfaciet celebrando tantùm diebus ferialibus, cum sic faciens satisfaciat institutioni fundatoris. Bonacina *dicto puncto* 7. §. 5. Fraxinellus *supr. sect.* 4. §. 19. Nisi oppositum constet ex mente fundatoris. Vt si Capellania sit instituta in aliquo loco, vbi ratione boni publici, v.g. commoditatis populi, credatur intentionem eius fuisse, vt diebus festis illæ Missæ dicantur. Bonacina, & Fraxinellus *supr.* ex Congregatione Pœnitentiariæ Mediolanensis. Obligatus autem ad celebrandum pro aliquo omnibus diebus totius anni, non tenetur in die Natiuitatis Domini tres illas Missas pro fundatore illarum Missarum offerre. Quia talis institutio nihil aliud imponit, nisi quod Sacerdos quotidie pro Institutore celebret. Fraxinellus *supr. num.* 21. Similiter taliter obligatus ad dicendum Missam quotidie pro aliquo, satisfaciet in die Commemorationis solemnis omnium Defunctorum, scilicet, die secunda Nouembris, dicendo Missam pro omnibus Defunctis in generali. Hæc enim videtur esse intentio Ecclesiæ in institutione illius Solemnitatis. Fraxinel. *supr. num.* 22. Vnde credo sufficienter satisfacere illa die prædictæ obligationi, vel etiam stipendio accepto pro aliquo in particulari, offerendo Missam pro omnibus Defunctis in communi, & quantum fieri potest pro illo particulari, applicando circa illum particulariter suam intentionem. Similiter ille obligatus ad dicendum Missam quotidie, non censetur obligatus ad eam dicendam Feria sexta Hebdomadæ Sanctæ. Cum ea die Missa non celebretur. Idem dico de feria quinta, & sabbato eiusdem hebdomadæ, si iuxta consuetudinem Ecclesiarum Sacerdotes particulares (vt contingit in Ordine nostro) his diebus non celebrent. Lugo *d. sect.* 2. *num.* 46. An verò liceat Missas anticipare, seu dicere ante tempus, quo est obligatus Sacerdos ad eas dicendum, dicam infra. Alia circa tempus celebrandi Missas, scilicet, an ante lucem, & post meridiem, habes ex dictis *to.* 1. *cap.* 21. *num.* 2. vbi etiam *num.* 17. qualiter Regularibus licitum sit quacunque hora debita celebrare, etiam antequam Rector Parrochialis Ecclesiæ ce-

le-

ſebrauerit, & *num.* 18. de celebratione in triduo ante Paſcha.

45 Tenentur etiam celebrare Sacerdotes in loco illo, Eccleſia ſcilicet, Oratorio, Capella, vel Altari, in quo promiſerunt celebrare, vel in quo inſtituta eſt Capellania. Ad id enim obligantur ratione fidelitatis, & promiſſionis factæ. Silueſter *verbo Miſſa* 1. *quæſt.* 10. *in fine.* Nauarrus *in Man.cap.* 25. *num.* 135. & plures, quos refert, & ſequitur Barboſa *ſupr. num.* 33. Immo aliter faciens videtur regulariter loquendo peccare mortaliter, quia in re magni momenti infideliter agit frangendo promiſſum. Diana *ſupra Reſolut.* 29. ex Nauarro, Rodriguez, Azorio, Graffio, Homobono, & alijs. Intelligetamen, nifi adſit iuſta, & rationabilis cauſa incontrarium. Bonacina *ſupr.* §. 4. *num.* 2. ex multis alijs. Qualis eſt, ſi Eccleſia, Capella, Oratorium, vel Altare impedita ſint violatione, euerſione, inundatione, vel alio modo. Fraxinellus *ſupr. dicta concl.* 4. §. 2. Riccius *in praxi deciſ.* 405. *in* 1. *edit. & reſolut.* 342. *in* 2. Vel ſi Sacerdos tales Miſſas dicturus ob aliquam vrgentem cauſam ex eo loco diſcederet, & obligatus eſſet ad illas dicendas. Fagundez *ſupr. c.* 9. *num.* 2. An autem in tali caſu Sacerdos liber maneat pro illa die à ſua obligatione, an verò debeat alibi celebrare, dubium eſt. In quo dicendum, quòd quando teſtator intendit principaliter ſolùm quòd celebraretur in tali loco, vel Altari, propter cultum, qui indè reſultabat Sancto illi, cui dedicatum eſt, ceſſare obligationem, quia illigatur ad illum locum. Sicut qui vouit ieiunare in vigilia talis Sancti, ſi eo die non poſſit, non debet alio die ieiunare. Si verò teſtator intendit fructum Sacrificij pro anima ſua, vel cultum Dei, ut quid ſimile, non ceſſat obligatio, ſed debet Sacerdos in alio Altari, vel Eccleſia celebrare. Fraxinellus *ſupr.* Lugo *ſupr. num.* 42. Poſt Naldum *ſup. n.* 34. In dubio autem præſumitur intentionem teſtatoris poſteriori potius quam priori modo ſe habuiſſe. Primò, quia præſumitur voluiſſe obligare ad id quod ſibi erat vtilius. Secundò, quia in *cap. nos quidem de teſtament.* præſcribitur, quòd ſi non poſſit Monaſterium conſtrui in loco à teſtatore deſignato, debeat in alio ædificari. Quo denotatur attendendum eſſe in eiuſmodi caſibus ad voluntatem, quæ vtilior fuerit teſtatori. Lugo *ſupr.* Quamuis oppoſitum ſentiat Naldus *etiam ſupr.* Quando autem deſignatum eſt Altare priuilegiatum pro dicenda Miſſa in eo, non ſatisfacit obligationi ſuæ Sacerdos, ſi in Altari alio non priuilegiato eam dicat, etiam ſi habeat calculum, coronam, vel medalliam cui conceſſa ſit Indulgentia liberationis animæ è Purgatorio. Non ſolùm quia Indulgẽtia pro defunctis quæ applicatur Altari ſolet eſſe magis certa, & authentica quam quæ applicatur calculo, coronis &c. ſed etiam quia teſta-

tor

tor volens Missam in Altari priuilegiato non videtur solùm voluisse, Indulgentiæ applicationem, sed Missam cui applicata sit talis Indulgentia à Papa. Diana *supr. Resolut.* 39. Lugo *supr. nu.* 39. Etsi oppositum placeat Fraxinello *dicta sect.* 4. *concluf.* 4. §. 9. *num.* 2. Megalio *variar. resolut. to.* 2. *Resolut.* 187. *num.* 20. & nouissimè Pasqualigo *in Decis. mor. decis.* 427. & 428. Putat autem ipse Diana *ibidem* ex alijs, quos refert (quibus adde Naldum *d. num.* 34.) Sacerdotem celebrantem in alio loco (idem dico de tempore) præter designatum sibi à testatore non teneri ad restitutionem, cum tantum Missæ circunstantias, non verò substantiam prætermittat. Quod tamen intellige, nisi aliquod suffragium illi pro quo dicebat Missam subtraxerit, prout continget in casu, quo non diceret Missam in Altari priuilegiato, sicut debebat facere, & similibus.

46 Tenentur quoque Sacerdotes celebrare eas Missas, quas promiserunt, siue de Beatissima Virgine, siue de Sanctis, siue de *Requiem*, siue votiuas &c. Ratio est, quia ex virtute fidelitatis tenentur omnes promissionem de re iusta, & honesta adimplere, qualis est hæc, cum speciales Missæ Orationes vtiles sint ad finem, & deuotionem petentium illas, & ita rationabiliter ab ipsis petantur. Bonacina *supr. punct.* 7. §. 3. *num.* 4. ex Angelo, Armilla, & Bartholomæo ab Angelo. Quibus adde Layman. *supr. num.* 15. & Fagundez *dict. cap.* 9. *num.* 6. In Festis tamen duplicibus, aut Dominicis, ac per consequens in illis diebus, in quibus Festa duplicia celebrari non possunt, scilicet, infra octauam Epiphaniæ, Paschæ, & Pentecostes, & vigilijs Natiuitatis, & Pentecostes, ac in feria quarta cinerum, & maiori Hebdomada, prædictæ Missæ omitti debent, & solùm dici occurrentes conformes Officio, quod recitatur, iuxta dicta *to.* 1. *ca.* 21. *num.* 25. non solùm propter Rubricas Missalium, quæ id præcipiunt, sed quia omnes Missæ sunt æqualis valoris quantum ad fructum ex opere operato, vt docet S. Thomas *in* 4. *dist.* 45. *q.* 2. *ar.* 3. *q.* 1. *ad* 5. & licet quantum ad Preces, & Orationes, vna sit maioris valoris accidentalis, quam alia (prout communiter tenent Theologi de Missa de *Requiem*, quòd scilicet magis prosit defunctis quam aliæ, quia eius Preces ad animarum liberationem directè funduntur) hoc tamen suppleri potest, tum ex maiori deuotione Sacerdotis, quam erga Mysterium, Festum, vel Sanctum de quo celebrat, pro supplendo tali defectu, debet habere, tum ex intercessione ipsius Sancti, de quo Missam dicit, & cuius suffragium in ea imploratur. Siluester *verbo Missa quæst.* 8. §. 5. Enriq. *lib.* 9. *de Missa cap.* 23. *num.* 6. Sa *verbo Missa num.* 48. & alij, quos referunt, & sequuntur Fagundez *supr.* & Diana etiam *supr. Resolut.* 31. Colligitur id etiam ex Decreto

S. Con-

S. Congregationis, quod referunt Gauantus *in Theſauro Sacrorum Rituum par.* 1. *tit.* 4. §. *non eſt duplex*, & Barboſa *de Offic. Parrochi cap.* 11. pro die 28. Auguſti 1627. in quo dicitur Miſſas votiuas, & de *Requiem* prohiberi illis diebus, quibus prohibetur fieri de Feſto duplici, ſcilicet illis, qui ſupra aſſignati ſunt. Nec obſtat promiſſio facta in contrarium de dicendis talibus Miſſis. Ea enim intelligi debet ciuili modo, & moraliter, quatenus ſcilicet non ſit contraria Ritui, & ordini Eccleſiæ. Fraxinellus *ſupr. ſect.* 4. *concl.* 4. § 4. *n.* 10. Diana *ſupra*. Hæc porrò obligatio non dicendi prædictis diebus dictas Miſſas votiuas, aut de *Requiem*, ſecluſo ſcandalo, non videtur eſſe niſi tantum ſub veniali peccato, iuxta dicta eo *num.* 25. Peirinis autem loco relato ex 3. *to. Priuileg. Minim. num.* 15. ex Fagundez, & alijs, quos refert, inſinuare videtur id nullum eſſe peccatum. Sed immeritò ſanè, vel propter declarationem S. Congregationis adductam. Niſi ſit in caſibus deſignatis ab eadem S. Congregat. in declarationibus, de quibus *infra*.

27 Quamuis autem idem videatur dicendum de Feſtis ſemiduplicibus, & ſimplicibus, ita vt etiam his diebus ſatisfaciat Sacerdos Miſſis occurrentibus, etiam ſi ex vi promiſsionis ad alias teneatur, propter eamdem rationem, & quia, vt ait Panormitanus *in cap. quiam de celebr. Miſſar.* Miſſa celebrari debet de eo de quo fit officium, & ita teneat Bonacina *ſupr. dicto puncto* 7. §. 3. *num.* 4. ex pluribus alijs quos refert, quibus iunge Ledeſmam *in Summa to.* 1. *cap.* 24. *de Euchariſtia*, Ioannem de Cruce *ſupr. de ſacrif. Miſſæ quæſt.* 4. *ub.* 2. *concl.* 2. & Villalobos *in Summa to.* 1. *tractatu* 8. *difficult.* 91. Nihilominus oppoſitum licitè fieri poteſt, dicendo iſtis diebus Miſſas votiuas, vel de *Requiem*, iuxta promiſſionem factam, & ob rationabilem cauſam, ſcilicet deuotionem petentium illas. Ita enim obligitur ex relato *cap. Quidam de celebrat. Miſſar.* & ex declaratione Sacræ Congregationis adducta, & alijs adducendis infra, ac ex conſuetudine Eccleſiæ. Layman. *ſupr. dicto num.* 15. Imo, vt credo, Sacerdos obligatus ex promiſſione, aut alio pacto ad dicendum illes Miſſas votiuas, ſeu de *Requiem*, in Feſtis, ſemiduplicibus, ſimplicibus, &c. tenetur illas dicere iſtis diebus. Ratio eſt, quia talis promiſſio eſt de re licita, & honeſta, & cui aliàs Rubricæ Miſſalis, & conſuetudo Eccleſiæ non contradicunt, cum potius id permittant, non ergo eſt vnde excuſetur Sacerdos à tali obligatione. Pro his item, & alijs concernentibus vide dicta eo *cap.* 21. *à num.* 21. & ſequentibus. Quia tamen prædicta maximè confirmantur ex declarationibus Sacræ Congregationis, quæ circa ea referunt, ideo, quæ magis ad intentum Regularium deſeruire poſſunt, hic adducendæ.

Pri-

48 Prima. *Miſſæ duæ celebrandæ ſunt in Eccleſia, in qua ex legato relicto præcipitur, vt ſingulis ſabbatis celebretur Miſſa de Beata Maria, ſi in ſabbato occurrat Feſtum ſolemne alterius Sancti.* Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Miſſa* 1. Secunda. *Miſſæ votiuæ à teſtatoribus relictæ non ſunt acceptandæ de cætero, niſi in illis diebus, in quibus ſecundum regulas Miſſalis celebrari poſſunt. De Miſſis verò iam acceptatis petenda eſt à Sanctiſſimo diſpenſatio pro transferendo in dies, in quibus liceat.* Barboſa *ſupr.* Tertia. *Miſſam peculiarem de Roſario celebrandi quando onus in legato pio imponitur, tunc loco Miſſæ de Roſario celebratur Miſſa votiua Beatæ Virginis de tempore.* Gauantus *in Man. Epiſcop. verbo Miſſa nu.* 3. Barboſa *ſupr.* Quarta. *Miſſa Conuentualis in Quadrageſima, Aduentu, Quatuor temporibus, & ſimilibus, etiam quod in dictis diebus occurrat Feſtum duplex non eſt omittenda, ſed vtraque Miſſa, nempe de Sancto, & de Feria eſt celebranda.* Gauantus *ſupra verbo Miſſa Conuentualis num.* 7. & 8. Barboſa *ſupr.* Quinta. *Miſſa Conuentualis de Feria nunquam eſt omittenda, etiam quòd occurrat Feſtum duplex, vel ſemiduplex, non obſtante contraria conſuetudine.* Gauantus *ſupra par.* 3. *tit.* 11. Barboſa *ſupra.* Sexta. *Miſſa Conuentualis non poteſt omitti pro Miſſa votiua, vel defunctorum.* Gauantus *in theſauro tit.* 4. *de Miſſis votiuis* §. *ex quibus.* Barboſa *ſupr. verbo Miſſa Conuentualis* 4. Septima. *Miſſa Defunctorum non eſt prætermittenda ſi ea legato relicto ordinetur, vt celebretur ſingulis diebus, quæ de præcepto non ſeruantur, licet ſit Feſtum duplex, quod de præcepto non ſeruatur, quo caſu duæ Miſſæ ſunt celebrandæ, vna de feſto, altera defunctorum, vt licitè lucrari poſſit eleemoſyna relicta.* Barboſa *ſupr. verbo Miſſa defunctorum* 5. Octaua. *Miſſæ defunctorum non ſunt celebrandæ, & cantandæ in diebus ſolemnibus.* Barboſa *ſupr.* Nona. *Miſſa celebrata in Altari priuilegiato pro defunctis non ſuffragatur, nec indulto ſatisfit, niſi ſit de* Requiem, *licet in indulto non exprimatur.* Gauantus *ſupr. tit.* 5. §. *Sacra,* Barboſa *ſupr.* Diana 4. *par. Tract.* 4. *Reſolut.* 233. Decima. *Miſſa pro Defunctis Ritu de* Requiem *celebrari poteſt in Dominicis, & Feſtis, inſepulto, & in Eccleſia præſente corpore, vbi nimirum viget conſuetudo ſepeliendi defunctos ſimul cum Miſſa.* Gauantus *ſupr. tit.* 5. §. *niſi in die.* Barboſa *ſupr.* Vndecima. *Miſſa de* Requiem *in Altari priuilegiato non poteſt dici in die Feſto duplici, & de præcepto, qui incidit in diem aſſignatum pro dicto Altari priuilegiato.* Gauantus *d. tit.* 5. §. *Sacra.* Barboſa, & Diana *ſupr.* Vide pro his Altaribus priuilegiatis dicta *tertio to. verbo Altare num.* 19. Duodecima. *Miſſæ de* Requiem *tollerari poſſunt in Feſto duplici, quod non eſt de præcepto, pro voluntate teſtatorum*

rum implenda. Gauantus *supr. tit.* 5. §. *Sacra tamen.* Barbosa *supr.* Animaduertit autem Gauantus non dixisse Sacram Congregationem id licere ad arbitrium viuorum, sed pro implenda voluntate defunctorum. Decima tertia. *Missæ Defunctorum certo die dicendæ eo impedito transferantur in sequentem*. Gauantus *d. tit* 5. §. *Anniuersario*. Barbosa *supr.* Decima quarta. *Missæ de* Requiem *non possunt dici in illis diebus, quibus prohibetur fieri de festo duplici, nimirum infra octauam Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, in hebdomada maiori, Feria quarta Cinerum, & in Vigilijs Natiuitatis Domini, & Pentecostes*. Gauantus *supr. in Rubric. de Missis votiuis tit.* 4. §. *non est duplex*. Barbosa *supr.* Apud quem etiam *verbo Missæ propriæ* 6. de Missis proprijs aliquorum Sanctorum, præsertim Ordinis Carmelitarum, & alia ad intentum.

49 Circa Regulares tamen specialiter notandum, quòd eorum Ecclesiæ videntur obligatæ ad cãtandum duas Missas in Ferijs Quadragesimæ, quatuor temporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiam si duplex, vel semiduplex Festum, vel octaua in eis occurrat. Vnam videlicet de Festo, alteram de Feria &c. Declarationes enim S. Congregationis adductæ, in quibus id præcipi videtur generales quoad omnes Ecclesias Orbis sunt. Verum quidem est, quòd si in talibus declarationibus solùm esset sermo de Ecclesijs Cathedralibus, aut Collegiatis, illis non comprehenderentur Ecclesiæ Regulares, quæ propriè loquendo solùm dicuntur Conuentuales, & non nisi impropriè, & solùm quoad fauorabilia Collegiatæ. De quo Rodriguez *to.* 1. *quæst. Regular. quæst.* 43. *art.* 12. Flauius Cherubinus *in Compend. Bullar. in Innocentio* 4. *Bulla* 7. *scholio* 1. Gauantus *supr. par.* 3. *tit.* 11. *num.* 12. Peirinis *supr. num.* 19. Notandum etiam, probabile esse sufficere, quòd in Ecclesijs Regularium vna dictarum Missarum cantetur, & alia recitetur. Quia nec Decreta S. Congregationis aliud petunt, nec id est in praxi receptum. Peirinis *supr. n.* 17. Vide alia circa hoc infra verbo *Officium diuinum*.

50 Circa anticipationem Missarum iam dixi *to.* 1. *cap.* 21. *num.* 7. licere anticipare illas, ideſt, dicere illas ante tempus præfixum à testatore, vel institutore, nisi contrarium expressè declaretur ab illo. Quia generaliter loquendo anticipata solutio nullo modo præiudicat, sed prodest creditori. Cenedo *de quæstionib. Canonic. q.* 38. Fagundez *supr. cap.* 9. *num.* 1. & 2. Diana *supr. Resolut.* 16. ex Ledesma, Riccio, & alijs. Vnde Sacerdos obligatus ad dicendum quindecim Missas v.g. singulis mensibus, potest hoc mense dicere triginta pro præsenti, & sequenti. Petrus Nauarra *supr. l.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 9. *n.* 366. Rodriguez *in Summa cap.* 252. *titulo Missa concluſ.* 8. Cenedo, &

Fagundez relati. Secus dicendum, quando designatio temporis pro Missis dicendis facta est à testatore propter aliquam rationabilem causam: vt si instituit Missam Feria 6. in honorem Passionis Domini, & sabbato pro B. Virgine, aut propter aliquem decorem Capellæ, vel Altaris, commoditatem populi audientis illas, vel similia. Cenedo, & Fagundez relati. Lugo *supr. num.* 43. & 44. Aduertens bene in omissione huius circunstantiæ temporis non facilè committi peccatum mortale, quod intellige, nisi causa talis institutionis grauis sit, & magni ponderis.

51 Anticipate autem Missas, ipsas applicando pro illis, qui postea daturi sunt eleemosynas, prohibitum est à S. Congregatione sub Paulo V. iuxta dicta eo *nu.* 7. cuius Decreti copia missa ad Illustriss. Nuncium Hispaniarum talis est. *Superioribus diebus significatum fuit S.D.N. paucis ab hinc annis in Hispania nouam consuetudinem recentiorum aliquot Theologorum opinione nixã sensim receptam in dies magis inualuisse, vt Sacerdotes Missas celebrantes eius valorem generalem applicent his, qui postea Missæ celebrationem postulaturi, ac pro eo eleemosynam præbituri sunt, tametsi antequam Missæ Sacrificium perageretur, neque à Sacerdote illud rogassent, neque ei hac de causa præstitissent eleemosynam. Quam rem, cum Sanctitas sua ad sacram Congregationem Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum pro materiæ grauitate examinandam reiecisset, in ipsa Congregatione primum de ea actum fuit diligentissimè, ac deinde relatum ad Sanctitatem suam, quæ ex eiusdem Congregat. sententia huiusmodi consuetudinem tanquam pluribus nominibus periculosam, fidelium scandalis, & offensionibus obnoxiam, atque à vetusto Ecclesiæ more nimirum abhorrentem exposit, ac improbauit, atque Amplitudini tuæ litteras dari (quod facimus) mandauit, vt omnibus illius Regni Archiepiscopis, atque Episcopis, in quorum Diœcesibus huiusmodi applicatio in vsum inducta fuerit, per litteras, aut aliàs scripto iniungat, vt talem vsum aboleant, ac prohibeant, excommunicationis atque alijs, quas opportunas, & necessarias existimauerint, pœnis. Idemque præcipiat Generalibus, & Capitulis Ordinum, quos in istis Regnis nunc nouerit commorari, vt scilicet, & ipsi Regularibus sibi subditis tales applicationes, eisdem pœnis propositis, interdicant. Quæ omnia pro sua pietate, & Sanctissimi Domini Nostri iussu obsequendi studio Amplitudinem tuam sedulo effectarum sperantes Omnipotentem Deum rogamus, vt eam quotidie cælestis suæ gratiæ donis velit augere. Romæ 15. Nouembr. 1605.*

52 Referunt hoc Decretum Cenedus *supra quæst.* 38. *num.* 6. Fraxinell. *supr. sect.* 3. §. 5. *prænotione.* 5. Barbosa *supr. num.* 12. & alij plu-

plures. Quamuis autem Barbosa, Diana *supr. Resolut.* 15. & alij dicant illud emanasse à Clemente 8. veritas tamen est eius publicationem, seu epistolam, in qua mittebatur ad Illustrissimum Nuncium Hispaniarum non fuisse factam nisi à Paulo 5. eius successore, vt notant Sossa *in Libello de non fundandis nouis Conuentib. in Regno Castellæ.* Gauantus *in Man. Episcop. verbo Missa num.* 33. & Fraxinellus *supr.* eo quod decima quinta dies Nouembris anni 1605. quando id factum fuit, Pontifex erat Paulus 5. Causa autem diuersitatis in citando Summo Pontifice à dictis Auctoribus, potest esse, quòd opinio de Missis anticipatis delata fuit ex Hispania Clementi 8. qui eam S. Congregationi Concilij commisit, vbi pro ea decidenda summa adhibita fuit diligentia, vt in ea epistola refertur, & forsan Decretum sub Clemente ipso factum fuit, licet postea tempore Pauli 5. promulgatum, & ideo vtrique attributum. Fraxinellus *supr.* Cum autem eius publicatio non nisi per dictam epistolam ad Nuncium facta fuerit, ideo cessat dubium, quod circa illud habet Naldus *supr. num.* 2. eo quòd nec in Bullario, nec in eius Compendio reperiatur. Non enim epistolæ huiusmodi in eis locis reperiuntur, sed reseruantur in Archiuio, & Secretaria S. Congregationis. Notat autem Fagundez *supr. d. cap. 9. num.* 10. huiusmodi Decretum non esse in vsu receptum in Hispania. Sed hoc mihi valde dubium est, cum nihil vnquam de tali non receptione in Hispania audiuerim, nec facilè de ea constare poterit, præsertim cum in ea Regione ob magnam populi deuotionem, & multitudinem Missarum, quæ in ipsa est, rarissimè inueniantur Sacerdotes, quibus desint stipendia pro Missis celebrandis, ac proinde, qui cogantur dicta anticipatione vti.

53 Maximè circa verba illa eiusdem Decreti, *eius valorem generalem applicent* &c. non leue mihi dubium occurrit circa ipsius intelligentiam, cum enim valor Missæ, qui applicatur pro offerente stipendium non sit generalis, cum iste applicetur pro omnibus fidelibus, sed special's, prout communiter tenent Theologi, quæ est causa quare Sacra Congregatio eum appellauit generalem? Videtur enim ex eo colligi quòd si aliquis anticipatè diceret Missam offerendo fructum specialem illius pro eo, qui primò daturus est eleemosynam, non contraueniret Decreto prædicto Sacræ Congregationis. Quia tamen dici potest Sacram Congregationem per fructum generalem intelligere specialem, sed eum vocare generalem, quia scilicet generaliter applicatur ab omnibus Sacerdotibus pro illis à quibus stipendium accepere, ideo huic parti adhærendum. Notandum tamen, quòd, etsi secluso tali Decreto Sacræ Congregationis, sustineri possit speculatiuè loquendo sententia in eo reprobata, quando

scilicet Sacerdos non habens eleemosynam offeret Missam pro eo, qui primò eam sibi tradiderit, non quidem suspendendo effectum Sacrificij, quia hoc non est in potestate ipsius, sicut neque potest fructus Sacramentorum isto modo suspendere, sed verè applicando tunc talem fructum, prout tenent Enrriquez *lib. 9. de Missa cap. 21.* Petrus Nauarra *lib. 2. de restitutione cap. 2. num. 373.* Aragon 2. 2. *quæst. 85. ar. 3.* Rodriguez *in Summa verbo Missa cap. 252.* Naldus *supr. num. 2.* Bonacina *etiam supr. puncto 7. §. 5. nu. 3.* ex alijs, quos refert, & ex decisione Congregationis Pœnitentiariæ Mediolanensis, quibus etiam fauet Vasquez *supra disput. 234. cap. 3. n. 23.* Nihilominus in praxi id fieri non debet, non solùm propter Decretum Sacræ Congregationis relatum, sed eo quòd talis anticipatio lucri auiditatem sapiat, & negotiationem; vsui Ecclesiæ non consonet, intentioni Missam stipendio petentis repugnet (qui Missam præsenti suæ necessitati, vel deuotioni exquirit), & reuerentiæ tanti Sacrificij, Sacerdotum perfectioni, & fidelium desiderio, ac expectationi aduersetur. Fraxinellus *supr. sect. 3. prænotione 5. §. 5. num. 4.* Bonacina *sup.* ex Suarez, Reginaldo, Nugno, & alijs. Vide Ioannem Lugo *de Sacram. Pœnit. disp. 13. sect. 5. à n. 137.*

54 Potest autem quilibet etiam viuens sibi Officium defunctorum, & Missam pro defunctis celebrari facere, & optimum consilium est id facere, ne forte postea hæredes, vt frequenter fit, & pigri sint, & negligẽter se gerant in huiusmodi Suffragijs faciendis cum tanto dispendio, & detrimento animarum suorum defunctorum. Primò, quia credi par est ita institutum esse à Christo hoc Sacrificium, & ab Ecclesia tale Officium mortuorum, vt prodesse possent ei cui applicantur pro quacunque necessitate, & occasione, in qua futurus sit capax effectus illorum, ita vt interim non maneat suspensus, sed veluti reseruatus in acceptatione diuina, ad modum quo Theologi dicunt merita mortificata per peccatum, manere in Dei acceptatione retribuenda, dum homo capax illorum fuerit. Vnde hoc non est simpliciter loquendo applicare illa pro viuis, sed applicare pro mortuis, si quidem applicatur viuis pro tempore quo mortui fuerint. Secundò, quia ita gessisse insignes viros pietate, & doctrina constat ex historijs. Si quidem de Alberto Magno id refert Ferdinandus del Castello *in Histor. gener. S. Dominici par. 2. l. 3. cap. 46.* & de Henrrico Comite de Ratenec Episcopo Ratisponensi Vuiguleus Hundus *in Histor.* Quod etiam imitati sunt plures alij, ex Doctorum consilio, nostris temporib. pietate, & deuotione insignes. Tertiò, quia id fauet non solùm pietati, & deuotioni, sed etiam humilitati, & memoriæ mortis, quæ tam vtilia sunt hominibus. Ac denique quar-

tò,

, quia id videtur colligi ex celebri illo D. Gregorij *lib.* 4. *Dialog.* *p.* 58. quod etſi aliqui ſolùm accommodent Miſſis viuorum, re- è etiam accomodari poteſt Miſſis, & Officijs defunctorum: *Tu- or eſt via, vt bonum, quod quiſque poſt mortem ſuam ſperat agi per ios, agat ipſe, dum viuit per ſe. Beatius quippe eſt liberum exire, iàm poſt vincula libertatem quærere.* Zerola 2. *p. verbo Miſſa*, re- rens Nauarrum, Lucas Pinellus *de Miſſa par.* 2. *cap.* 7. *q.* 3. *verbo liſſa*, approbans hunc vſum, quem dicit vigere in Lothari ngia. Bar- iolomæus à S. Fauſto *de Euchariſt. lib.* 2. *q.* 148. Homobonus *in xam. Eccleſiaſt. par.* 1. *Tract.* 3. *cap.* 14. *q.* 127. Peirinis ſupra loco lato *ex* 3. *to. Priuileg. Minim. cap.* 1. *num.* 21. Barboſa *in Colle- an. Doctor. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *cap.* 3. *num.* 8. & Fagundez *pr. cap.* 10. *num.* 13. Limitant tamen aliqui, dummodò non di- ntur eæ Orationes, quæ ſupponunt aliquem diſceſſiſſe è vita, v. g. ratio *Inclina Domine &c.* in qua dicitur, *quem de hoc ſæculo mi- are iuſſiſti*, ne mendacium committatur. Sed hanc limitationem on admittunt Fauſtus, & Fagundez, quia etiam in Miſſis de defun- is quando dicuntur pro ijs, qui multo ante tempore deceſſerunt, di- mus in Oratione Offertorij *Domine Ieſu Chriſte Rex gloriæ, libera imas omnium fidelium defunctorum de pœnis Inferni, & de pro- ndo lacu: libera eas de ore leonis; ne abſorbeat eas tartarus, ne ca- nt in obſcurum &c.* In qua oratione à Deo poſtulat Eccleſia ne imæ illorum defunctorum ad pœnas Purgatorij detrudantur, dum cit *Ne cadant in obſcurum, ne abſorbeat eas tartarus*; cum ta- en illæ iam in eodem igne ſint, vel fuerint; & tamen nullum men- cium committitur: quia ne committatur, ſufficit quòd Eccleſia præſentet illas animas Chriſto, ac ſi tunc è vita eſſent diſceſſuræ, ſque conſideret quaſi adhuc agonizantes, & pro ijs oret, vt à Pur- torij ignis pœnis liberentur, vt docet Henrriq. *lib.* 9. *de Miſſa c.* 16. *m.* 3. *fine*. Sic etiam in caſu præſenti, vt veritas ſalua, & illibata rſiſtat, ſufficit ſi Eccleſia, & Sacerdos oret pro viuo, & repræſen- eum Chriſto Domino, ac ſi iam vitam cum morte commutaue- , & poſt ipſius mortem. Ex quibus ſoluuntur, quæ Fraxinel- *ſupr. ſect.* 3. *prænot.* 4. §. 3. *num.* 4. & Diana 5. *par. Tract.* 13. *iſcellan. Reſolut.* 2. poſt Layman. & alios afferunt contra hanc ctrinam.

Circa Ritum, ſeu modum celebrandi Miſſas plura dici poſſunt. onſiſtit autem hic Ritus in tempore, loco, vaſis, veſtibus Sacris, remonijs, & miniſtris. Et primò loquendo de tempore celebran- Miſſam, conſtat ex dictis *to.* 1. *cap.* 21. *nu.* 2. eſſe tempus ab Au- ra vſque ad meridiem, vbi etiam de particularibus priuilegijs Reli-

scilicet Sacerdos non habens eleemosynam offeret Missam pro eo, qui primò eam sibi tradiderit, non quidem suspendendo effectum Sacrificij, quia hoc non est in potestate ipsius, sicut neque potest fructus Sacramentorum isto modo suspendere, sed verè applicando tunc talem fructum, prout tenent Enrriquez *lib. 9. de Missa cap.* 21. Petrus Nauarra *lib.* 2. *de restitutione cap.* 2. *num.* 373. Aragon 2. 2. *quæst.* 85. *ar.* 3. Rodriguez *in Summa verbo Missa cap.* 252. Naldus *supr. num.* 2. Bonacina *etiam supr. puncto* 7. §. 5. *nu.* 3. ex alijs, quos refert, & ex decisione Congregationis Pœnitentiariæ Mediolanensis, quibus etiam fauet Vasquez *supra disput.* 234. *cap.* 3. *n.* 23. Nihilominus in praxi id fieri non debet, non solùm propter Decretum Sacræ Congregationis relatum, sed eo quòd talis anticipatio lucri auiditatem sapiat, & negotiationem; vsui Ecclesiæ non consonet, intentioni Missam stipendio petentis repugnet (qui Missam præsenti suæ necessitati, vel deuotioni exquirit), & reuerentiæ tanti Sacrificij, Sacerdotum perfectioni, & fidelium desiderio, ac expectationi aduersetur. Fraxinellus *supr. sect.* 3. *prænotione* 5. §. 5. *num.* 4. Bonacina *sup.* ex Suarez, Reginaldo, Nugno, & alijs. Vide Ioannem Lugo *de Sacram. Pœnit. disp.* 13. *sect.* 5. *à n.* 137.

54 Potest autem quilibet etiam viuens sibi Officium defunctorum, & Missam pro defunctis celebrari facere, & optimum consilium est id facere, ne forte postea hæredes, vt frequenter fit, & pigri sint, & negligẽter se gerant in huiusmodi Suffragijs faciendis cum tanto dispendio, & detrimento animarum suorum defunctorum. Primò, quia credi par est ita institutum esse à Christo hoc Sacrificium, & ab Ecclesia tale Officium mortuorum, vt prodesse possent ei cui applicantur pro quacunque necessitate, & occasione, in qua futurus sit capax effectus illorum, ita vt interim non maneat suspensus, sed veluti reseruatus in acceptatione diuina, ad modum quo Theologi dicunt merita mortificata per peccatum, manere in Dei acceptatione retribuenda, dum homo capax illorum fuerit. Vnde hoc non est simpliciter loquendo applicare illa pro viuis, sed applicare pro mortuis, si quidem applicatur viuis pro tempore quo mortui fuerint. Secundò, quia ita gessisse insignes viros pietate, & doctrina constat ex historijs. Si quidem de Alberto Magno id refert Ferdinandus del Castello *in Histor. gener. S. Dominici par.* 2. *l.* 3. *cap.* 46. & de Henrrico Comite de Ratenec Episcopo Ratisponensi Vuiguleus Hundus *in Histor.* Quod etiam imitati sunt plures alij, ex Doctorum consilio, nostris temporib. pietate, & deuotione insignes. Tertiò, quia id fauet non solùm pietati, & deuotioni, sed etiam humilitati, & memoriæ mortis, quæ tam vtilia sunt hominibus. Ac denique quar-

tò,

tò, quia id videtur colligi ex celebri illo D. Gregorij *lib.* 4. *Dialog. cap.* 58. quod etsi aliqui solùm accommodent Missis viuorum, rectè etiam accomodari potest Missis, & Officijs defunctorum: *Tutior est via, vt bonum, quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat ipse, dum viuit per se. Beatius quippe est liberum exire, quàm post vincula libertatem quærere.* Zerola 2. *p. verbo Missa*, referens Nauarrum, Lucas Pinellus *de Missa par.* 2. *cap.* 7. *q.* 3. *verbo Missa*, approbans hunc vsum, quem dicit vigere in Lothari ngia. Bartholomæus à S. Fausto *de Euchariſt. lib.* 2. *q.* 148. Homobonus *in Exam. Eccleſiaſt. par.* 1. *Tract.* 3. *cap.* 14. *q.* 127. Peirinis supra loco relato *ex* 3. *to. Priuileg. Minim. cap.* 1. *num.* 21. Barbosa *in Collectan. Doctor. ad Concil. Trid. seſſ.* 22. *cap.* 3. *num.* 8. & Fagundez *supr. cap.* 10. *num.* 13. Limitant tamen aliqui, dummodò non dicantur eæ Orationes, quæ supponunt aliquem discessisse è vita, v. g. Oratio *Inclina Domine &c.* in qua dicitur, *quem de hoc sæculo migrare iussisti*, ne mendacium committatur. Sed hanc limitationem non admittunt Faustus, & Fagundez, quia etiam in Missis de defunctis quando dicuntur pro ijs, qui multo ante tempore decesserunt, dicimus in Oratione Offertorij *Domine Iesu Christe Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis Inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis; ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum &c.* In qua oratione à Deo postulat Ecclesia ne animæ illorum defunctorum ad pœnas Purgatorij detrudantur, dum dicit *Ne cadant in obscurum, ne absorbeat eas tartarus*; cum tamen illæ iam in eodem igne sint, vel fuerint; & tamen nullum mendacium committitur: quia ne committatur, sufficit quòd Ecclesia repræsentet illas animas Christo, ac si tunc è vita essent discessuræ, easque confideret quasi adhuc agonizantes, & pro ijs oret, vt à Purgatorij ignis pœnis liberentur, vt docet Henrriq. *lib.* 9. *de Missa c.* 16. *num.* 3. *fine*. Sic etiam in casu præsenti, vt veritas salua, & illibata persistat, sufficit si Ecclesia, & Sacerdos oret pro viuo, & repræsentet eum Christo Domino, ac si iam vitam cum morte commutauerit, & post ipsius mortem. Ex quibus soluuntur, quæ Fraxinellus *supr. sect.* 3. *prænot.* 4. §. 3. *num.* 4. & Diana 5. *par. Tract.* 13. *miscellan. Resolut.* 2. post Layman. & alios afferunt contra hanc doctrinam.

55 Circa Ritum, seu modum celebrandi Missas plura dici possunt. Consistit autem hic Ritus in tempore, loco, vasis, vestibus Sacris, cæremonijs, & ministris. Et primò loquendo de tempore celebrandi Missam, constat ex dictis *to.* 1. *cap.* 21. *nu.* 2. esse tempus ab Aurora vsque ad meridiem, vbi etiam de particularibus priuilegijs Reli-

gionum. Declarauit autem Sacra Congregatio apud Barbosam *in Collectaneis Bullarij verbo Missa* 1. Missas priuatas celebrari posse etiam cum Horæ Canonicæ in Choro cantantur, non tamen in Altari maiori. Insuper, teste Alcozer *in suo Cæremoniali*, & Gauanto *in Thesauro Rituum tit.* 15. §. *si propter*, declaratum etiam est à S. Congregatione, Missam de Festo, seu Dominica non post sextam, sed post tertiam cantari debere, ita vt præstet differre tempus dicendi tertiam, quàm cantare prædictas Missas post sextam. Circa locum etiam, in quo celebrari debeant Missæ, constat ex dictis eo *cap.* 21. *num.* 14. 15. & 16. & 3. *to. verbo Ecclesia* solùm esse Ecclesiam, Oratorium, aut similia loca consecrata, aut benedicta, vbi etiam de priuilegijs Regularium, quæ circa hoc sunt. Qualiter etiam Missæ celebrari non debeant nisi in Altari, & quid de priuilegijs Regularium circa hoc, vide dicta *to.* 3. *verbo Altare*.

56 Quamuis autem eo *cap.* 21. *num.* 16. ex communi sententia dixerim, non licere propter quamcunque necessitatem celebrare supra mare, seu flumen in naui, propter periculum effusionis Sanguinis ex motu nauis, id tamen intelligitur loquendo de Missa communi, & ordinaria, quæ fit cum consecratione Corporis, & Sanguinis Christi, non tamen de Missa vulgò *sicca* appellata, in qua Introitus, Epistola, Euangelium, & aliæ Orationes, consecratione prætermissa, dicuntur, prout habetur in nostro Cæremoniali *lib.* 2. *Rubrica* 55. & docent Henrriquez *l.* 9. *de Missa cap.* 27. *nu.* 3. Fagundez *supr. c.* 10. *num.* 14. ex Azorio *to.* 1. *Instit. moral. lib.* 7. *cap.* 7. *q.* 6. Quomodo autem ea dici possit siue in mari, siue in terra, lege Henrriquez *d. c.* 27 & Portellum *in Responsionib. par.* 3. *cas.* 26. Id quoque habetur loco relato ex nostro Cæremoniali, vbi etiã in fine illius Rubricæ sic dicitur. *Hoc etiam modo Missa sicca coram infirmis dici poterit si pro deuotione illam audire volunt, cum Missa cum consecratione in eorum domibus non possit celebrari*. Addit idem Fagundez *ibidem num.* 15. loquendo etiam de Missa communi, & ordinaria, viuæ vocis oraculo Clementis 8. & Pauli 5. concessum esse Patribus Societatis, vt in Indiarum Orientalium nauigatione Missam celebrare possent, sereno Cælo, & tranquillo mari, in nauibus onerarijs Lusitaniæ, idque vsu introductum esse. Sed de his viuæ vocis oraculis sæpius dixi inualida esse post reuocationem factam illorum à Gregorio 15. & Sanctiss. D. N. Vrbano, nisi de nouo confirmata fuerint. Audio etiam idem fieri solitum in nauibus alijs Regis Catholici ob nauigantium deuotionem, & præcipuè si necessum est communicare aliquos morti proximos. Casu tamen, quo id fieri liceat, faciendum non est, nisi cum maxima cautela, & prudenti circumspectio-

ctione, vt par est, &, vt oportet ad reuerentiam tam admirabilis Sacrificij. Quod fieri etiam potest citra omne periculum effusionis Sanguinis, si adsit alius Sacerdos, qui consecratum Calicem manu firmet, ne cadat. Fagundez *supr.* De hac verò controuersia latè, & doctè Lugo *de Euchariſt. disp.* 20. *sect.* 3. post Granadum, & alios. Quibus adde Pasqualigum *in Decis. moral. decis.* 181.

57 De vasis autem Sacris, in quibus celebrari debet, dicam infra verbo *Vasa Sacra*, & dixi tertio tomo *verbo Calix*. De vestibus etiam, & paramentis, tum Sacerdotum, tum Altarium, dicam etiam infra verbo *Paramenta Sacra*, & verbo *Vestes Sacræ*.

58 Quoad Cæremonias attinet, certum est, prout colligitur ex Concil. Trid. *sess.* 7. *can.* 13. *& sess.* 22. *in Decr. de obseruand. & vitand. in celebrat. Miss.* & Bullis Summ. Pontific. quæ in principio Missalium ponuntur, eas obseruari debere, quæ in prædictis Missalibus assignantur. Licet autem omittere aliquam grauem Cæremoniam ex malitia, vel culpabili negligentia sit peccatum mortale, cum sit transgressio præcepti in re graui, prout ex communi sententia affert Ioannes de Cruce *supr. quæst.* 4. *dub.* 1. *concl.* 2. omittere tamen vnam vel alteram, vel etiam aliquas Cæremonias, non ex contemptu, & cessante scandalo, solùm peccatum veniale, non autem mortale, communiter æstimatur. Filiucius *to.* 1 *tract.* 5. *cap.* 5. *nu.* 140. Possevinus *de Officio Curati cap.* 2. *n.* 16. Ioannes de Cruce *supr. concl.* 3. Diana *par.* 5. *Tract.* 5. *resolut.* 45. Vnde quædam declarationes Sacræ Congregationis, quas refert Barbosa *in Collectan. Exllar. verbo Missale*, quæ contra hoc esse videntur, intelligendæ sunt iuxta dicta, & contra illos, qui sui Missalis Cæremonias spernunt, vel alias adiungunt de nouo. Lugo *supr. disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 104. Circa illas autem notandum etiam, plures facetè asserere, Missam dicendam esse cum A, B, C, D. A, ideſt *altè*, B, ideſt *breuiter*; C, ideſt *clarè*; D. ideſt, *deuotè*. Sa *in Summa verbo Missa num.* 50. Gauantus *sup. par.* 3. *tit.* 11. *num.* 13. Quibus etiam assentior, dummodo Sacerdotes cohærere faciant illud *breuiter* cum illo *deuotè*, præsertim si cum eodem Gauanto addamus alteram litteram, scilicet E, ideſt, *Exactè*, aut *Exquisitè*. Vnde notat ibidem cum Scortia *lib.* 2. *cap.* 19. illud *breuiter* denotare, non vltra mediam horam. Alia circa huiusmodi Cæremonias, seu Ritus Missæ tractat relatus Gauantus Author in hac materia versatissimus.

59 Illud tamen animaduertendum, nullatenus admittendum esse quod Fagundez *supra dicto l.* 3. *cap.* 21. *num.* 32. inquit scilicet, Regulas Missalis non obligare, nisi tantum illas, quæ continent essentiam, aut quasi essentiam Sacrificij, reliquas verò non esse præcepta,

sed instructiones quasdam. Quod etiam refert, nec impugnat Diana *supra resolut.* 41. & fauet Peirinis etiam supra loco relato ex 3. *tomo priuileg. Minim. cap.* 1. *num.* 15. Si enim Bullæ Pontificiæ, declarationes Sacræ Congregationis relatæ, imò ipsæ Rubricæ Missalis attentè legantur, procul dubio pro comperto erit eas vera esse præcepta, & non tantùm instructiones, aut consilia, ac per consequens obligare ad culpam, saltem venialem, iuxta dicta. Verum quidem est id quod notauit Suarez *to.* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. §. *ad primam confirmationẽ*, & ex eo Fagundez supra *n.* 8. scilicet quod Regulæ Missalis, quæ sunt de *supplendis defectibus Missæ* ad peccatum non obligant, quia illæ solùm sunt doctrinales quædam instructiones circa facienda in talibus casibus, neque approbantur à Pontificibus, nisi solùm veluti bonæ, & probabiles opiniones. Sed non propterea idem dici debet de alijs Regulis, seu Rubricis Missalis.

60 Inter Cæremonias autem ad Missas necessarias vna est, quòd sine lumine celebrari non possit, *cap. fin. de celebrat. Miss.* Idque sub mortali, vt ex eodem *cap.* colligitur. Sotus *in quarto dist.* 13. *q.* 13. *ar.* 4. Toletus *in Summa l.* 2. *cap.* 2. *n.* 6. & alij communiter. Quamuis autem ex cõsuetudine satis rationabili duæ candelæ requirantur; in necessitate tamen pro Ecclesijs pauperibus vna tantum sufficiet. Bonacina *supr. puncto nono num.* 30. ex Azorio, Toleto, Grafio, & alijs. Similiter quamuis ex Ecclesiæ consuetudine, immo, & multorum Patrum auctoritate, tale lumen debeat esse ex cereo ignito, vt rectè Henrriquez *l.* 9. *de Missa cap.* 26. *num.* 4. *& cap.* 29. *nu.* 7. in casu tamen grauis necessitatis licere puto, saltem sine peccato mortali, cum lumine olei celebrare, secluso scandalo, & contemptu, vt docent Ioannes de Cruce *supr. quæst.* 3. *dub.* 5. *concluſ.* 1. & Diana *dicto tractatu* 14. *resolut.* 67. *&* 45. post Suarez, Fagundez, & alios. Imo, & forsan sine veniali, si necessitas grauis valde sit, vt colligo ex Vazquez *supr. disp.* 233. *cap.* 3. *num.* 25. Bonacina *supr* & Layman. *supr. cap.* 6. *num.* 17. §. *tertiò licet*. Ex seuo autem, seu inferiori materia id non licere tenet Vasquez *ibi*, etsi Bonacina, & Layman. contrarium dicant. Sanè res indecens videtur, & ita non sine valde graui causa admitti potest. Certus autem numerus superstitiosus candelarũ in celebratione Missarum prohibitus est à Concilio Tridentino *sess.* 22. *in Decreto de obseruand. in celebrat. Miss.* Vasquez *supr. n.* 26. Quot autem candelæ ponendæ in Altari, Abbate celebrante, dixi *to.* 3. *verbo Abbas n.* 15.

61 Ex dictis etiam patet decisio dubij quod aliqui mouent, an scilicet aliquando liceat celebrare sine Missali. Etsi enim regulariter loquendo id nullo pacto liceat, propter Ecclesiæ præceptum, & consue-

ſuetudinem, & ad euitandum periculum lapſus in memoria, prout communiter Doctores tenent, ſpecialiter Nauarrus *in Manuali cap.* 25. *nu.* 84. Azor. *to.* 1. *Inſtitutionum moralium l.* 10. *cap.* 29. *q.* 5. Henrriquez *l.* 9. *de Miſſa cap.* 26. *num.* 4. & alij, quos refert, & ſequitur Fagundez *ſupr. cap.* 21. *num.* 23. Nihilominus, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, & cum Sacerdos conſtanter credit non lapſurum in memoria, ſi adſit rationabilis cauſa id ſuadens, poterit ſine Miſſali celebrare. Vaſquez *ſupr.* Diana *ſupr. reſolut.* 46. poſt Layman. Villalobos, & Ledeſmam. Quod & probabile cenſet Lugo *dicta diſp.* 20. *ſect.* 2. *n.* 78.

62 De Gruce qualiter neceſſaria ſit pro Altari, in quo celebratur, & an ſine illa celebrari poſſit, habes ex dictis *to.* 3. *verbo Crux n.* 3.

63 Loquendo autem de miniſtro, quamuis antiquitus nullus Sacerdos celebrare poſſet niſi duobus præſentibus miniſtris, vt colligitur ex *can. hoc quoque de conſecrat. diſt.* 1. & quia cum Sacerdos dicat *Dominus vobiſcum*, & *Orate fratres* videatur cũ duobus loqui, nihilominus conſuetudine receptum eſt, vt ſolus vnus miniſter adſit Miſſæ. Toletus *l.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. Azor. *ſupr. quæſt.* 1. Fagundez *cap.* 21. *num.* 1. Is autem debet eſſe vir, & non fœmina. *cap. inhibendum de cohabit. cleric. & mulier. & can. Sacratas diſt.* 13. Toletus *ſupr.* Bonacina *ſupr. nu.* 32. ex Suarez, Henrriquez, Reginaldo, & alijs. Vnde peccatum mortale eſt fœminas Sacerdoti in Miſſa miniſtrare, ita vt expediat magis Sacerdotem dicere Miſſam ſine miniſtro (intellige in caſu magnæ neceſſitatis iuxta dicenda) quam fœminam aliquam ad id muneris adhibere. Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *ar.* 5. Azor. *ſupr. q.* 2. Bonacina *nu.* 33. ex alijs. Licet oppoſitum ſequatur Nunus *in* 3. *par. to.* 1. *q.* 83. *art.* 6. *dub.* 1. quem non impugnat Diana *ſupr. reſolut.* 44. Permittitur tamen Monialibus reſpondere Sacerdoti ex choro, & remotè, ex Eccleſiæ conſuetudine. Bonacina *dicto num.* 32. Fagundez *num.* 2. Quod admitit Lugo *ſup. ſect.* 4. *num.* 103. etiam ſi nullus vir reſpondeat in Altari, ſed ſolùm deſeruiat, & ſequi videtur Archangelus Romanus *de Priuileg. lib.* 3. *verbo Miſſa*. In caſu etiam magnæ neceſſitatis, videlicet quando eſſet dies Feſtus, nec eſſet ex populo qui ſciret miniſtrare, vel dandum eſſet moribundo Viaticum &c. licitum erit Sacerdoti ſine miniſtro celebrare, prout docent Azor. *ſupr. q.* 3. Zerola *in praxi* 2. *par. verb. Miſſa*. Diana *ſupr. Reſolut.* 43. referens Villalobos, Pitigianum, Siluium, & alios. Conſulerem tamen in tali caſu neceſſitatis, vt Sacerdos Sacrum facturus neſcientem aliquem doceret præeundo etiam in ipſo Altari, & reſponſiones proferret cum eodem, vt admittit additionator Toleti *ſupr.* §. *vt poteſt* ex Suarez. De Sacerdote

etiam

etiam recluso, quòd possit celebrare sine ministro tenet Archangelus *supr.* ex Graffio. Quod sanè mihi dubium.

64 Sacerdotem celebrare non posse nisi capite discoperto habetur ex *can. nullus Episcopus de consecrat. dist.* 1. Notant tamen Doctores Episcopum, vel etiam Ordinis Prælatum, ob causam v.g. infirmitatis, vel nimiæ frigiditatis, licentiam dare posse Sacerdoti celebrandi capite cooperto pileolo, præsertim vsque ad consecrationem, sicut videre est in Azorio *supr. cap.* 18. *q.* 16. Sa *verbo Missa nu.* 17. Fagundez *dicto cap.* 21. *num.* 33. Immo si causa ad id faciendum euidens sit, nec adesset scandalum, dummodo Sacerdos pileum tollat cum Hostiam, vel Calicem eleuat, id fieri posse sine alia licentia, admittit idem Fagundez ex Henrriq. Angelo, Nauarro, & alijs. Quod & tenet Layman. dicto *cap.* 6. *num.* 16. Quia tamen facultatem concedere ad hoc est his temporibus Summo Pontifici reseruatum, propter declarationes quasdam Sacræ Congregationis, quas refert Gauantus *in Rubricas Missalis to.* 1. *par.* 2. *tit.* 2. & ex eo Diana *supr. resolut.* 58. ex quibus vidi vnam pro Archiepiscopo Vrbinate, in qua Sacra Congregatio decernit *non posse illum vti tali pileolo sine licentia Sedis Apostolicæ*; idque constat ex Missali reformato iussu Sanctissimi Domini Nostri Vrbani Octaui, in cuius principio habetur similis declaratio cum derogatione cuiuscunque consuetudinis in contrarium, ideo ita est tenendum. Lugo *dicta sect.* 4. *n.* 102.

65 Sacerdotem etiam celebrantem calceatum esse debere ob maiorem honestatem, ac decorem, communis sententia Doctorum tenet. Notandum tamen, id non esse sub obligatione peccati mortalis, imo, vt credo, nec venialis, si necessitas ad sic faciendum id postulet, & scandalum cesset. Laymanus *supra num.* 15. Lugo *supr. num.* 102.

66 Mortiferè peccare Sacerdotem, si dum Sacris vestibus induitur, Preces omnes ab Ecclesia præscriptas non recitat, ait Nauarr. *ca.* 25. & ex eo Azor. *d. cap.* 29. *quæst.* 5. Sed alij id negant, dum nullus adest contemptus. Henrriq. *l.* 9. *cap.* 24. Rodriguez *in Summa c.* 246. Additionator Toleti *supra*, & alij. Dicendum ergo est, solùm esse obligationem ad id faciendum sub veniali, quia communiter tale præceptum receptum non est sub maiori obligatione, nisi adsit contemptus. Diana *supr. resolutione* 41. ex Homobono, Layman. Vega, Scortia, & alijs. Idem dicendum de Hymno *Te Deum*, & alijs Orationibus dicendis à Sacerdote post Missæ celebrationem. Fagundez *supr. num.* 9.

67 Qualiter se gerere debeat Sacerdos Missam dicens quoad benedictionem populi, si celebrat præsente Episcopo in loco suæ iurisdictio-

dictionis dixi *to.* 3. *verbo Benedictio, & benedicere num.* 2. quod multò magis procedit ſi celebrat coram Cardinali. De quo etiam Layman. *ſupr. num.* 18. Alia ad intentum habentur infra verbo *Officium diuinum*, verbo *Ritus Sacri*, verbo *Suffragia*, verbo *Vaſa Sacra*, & verbo *Veſtes Sacræ*. Vide & dicta to. 3. verbo *Euchariſtia quoad Regulares*.

68 De modo ſupplendi defectus in Miſſa occurrentes, cum de eo habeatur inter Rubricas Miſſalium, nunc ſuper ſedendum. Interim videndi Suarez ſupra *d. diſp.* 85. *ſect.* 1. Bartholomæus à S. Angelo *Dialogo* 5. & Bonacina *ſupr. diſp.* 4. *q. vlt. punct.* 10. poſt alios.

MITRA.

SVMMARIVM.

Mitra quid, quotuplex, & qualis figuræ. num. 1.
Quibus conceditur. num. 2.
An alijs Abbatibus. num. 3.
Quomodo hæc priuilegia intelligenda. num. 4.

1 MItra, ſeu Apex ex Auguſt. 2. *Ciu.* 15. ſeu *Sertum cum gemmis* ex Ennodio de Mitra Sancti Ambroſij, ſeu *Corona Sacerdotalis* ex Ammiano Marcell. *l.* 29. ſeu *Corona gloriæ* ex Euſebio Cæſarienſi *l.* 10. *Hiſt. ca.* 4. ſeu *Pileum* generis neutrius; vel *Galea*, vel *Tiara* ex Iſidoro *l.* 19. *Orig. cap.* 21. ſeu *Inſula* ex Hugone Victorino *lib. de Sacr. cap.* 55. ſeu *Cidaris* ex Alcuino *de ſingul. veſtibus*; ſeu *Phrygium* ex Niceph. *l.* 14. *cap.* 34. quod impoſuit capiti Sancti Silueſtri Conſtantinus; ſeu *Lorum* ex Balſamone apud Buleng. *de veſt. Pontif. l.* 1. *cap.* 6. ſeu *Auriphrygium circulare* ab Innoc. III. *in ſerm. de S. Silueſtro* (ijs enim nominibus appellatur) ab Apoſtolis ortum habet. Ex Baron. *An.* 34. *num.* 298. Et inter Epiſcopi inſignia enumeratur ad ornandum illius caput, & erudiendum Epiſcopum. Gauantus *in Theſauro ſacrorum Rituum par.* 2. *titulo* 1. *de præparat. Sacerdotis celebraturi* §. *Mitra ſeu Apex*. Tamburinus *de iure Abbat. tomo* 1. *diſput.* 20. *quæſit.* 1. *num.* 3. Imponitur etiam Abbati in ipſius benedictione. Tamburinus *ſupra diſp.* 11. *quæſit.* 14. *num.* 35. Significat, prout dixi *tomo* 3. *verbo Abbas num.* 12. Spineam Chriſti Coronam, vel ſecundum quoſdam, propter duo cornua, quæ habet, vtrumque teſtamentum, cuius ſcientiam habere debet Prælatus. *Ca. Epiſcopus*

pus 23. quæst. 1. Barbosa *de Iure Ecclesiastico l.*1. *cap. 9. num.* 56. Ipsius species sunt tres, vna, quæ pretiosa dicitur, quia gemmis, & lapidibus pretiosis, vel laminis aureis, aut argenteis contexta esse solet; altera auriftigiata, sine gemmis, & sine laminis aureis, vel argenteis, sed vel aliquibus paruis margaritis composita, vel ex serico albo auro intermixto, vel ex tela aurea simplici sine laminis, & margaritis; tertia, quæ simplex vocatur, sine auro ex simplici serico Damasceno, vel alio, aut etiam linea, ex tela alba confecta, rubeis lacinijs, seu francijs, & vittis pendentibus. Ex Cæremon. Episcop, *l.* 1. *cap.* 17. Castald. *in praxi cæremon. l.* 1. *sect.* 5. *cap.* 4. *num.* 5. Barbosa *supra num.* 54. Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Mitra num.* 2. Pro varijs figuris Mitrarum antiquarum, præsertim S. Siluestri Papæ, quę Romæ asseruatur in antiquissima Ecclesia S. Martini in Montibus nostri Carmelitarum Ordinis, & S. Augustini, quæ Valentiæ visitur, & S. Isidori, quæ Bononiæ dicitur esse, consule Gauantum *supra* §. *pars Mitræ*. Sunt autem Baculus Pastoralis, & Mitra correlatiua, ita vt cui vnum conceditur, & aliud concessum credatur, prout ex duplici declaratione Sacræ Congregationis dixi *to.*3. *verbo Baculus num.* 2.

2 Quamuis autem Mitra inter insignia Pontificalia numeretur, ita vt propria Episcoporum sit, nihilominus à Sacra Congregatione concessa est pluribus Abbatibus, seu Præpositis Monachorum, prout ex varijs eiusdem Sacræ Congregationis declarationibus refert Barbosa *in Collectaneis Bullarij verbo Mitræ, & Baculi vsus*. Videlicet Abbati S. Adrianæ Mechlinien. diœcesis, & successoribus suis. Abbati Auburgen. Argentin. diœcesis. Abbati de Bello loco Ordinis Præmonstraten. Abbati de Bello podio eiusdem Ordinis. Abbati Engelbergh. Monasterij Constantien. diœcesis pro se, & successoribus. Abbati S. Luciæ in Plano Melatij Regni Siciliæ Capellano Regio, & Referendario Apostol. Abbati Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Regalis oppidi Perpiniani Elnen. diœcesis. Abbati Monasterij S. Mariæ Bonæ Spei Ordinis Præmonstraten. Abbati Monasterij S. Mariæ Oppidi de Amerio Ordinis S. Benedicti. Abbati Monasterij S. Mariæ de Calmosiaco Canonicorum Regularium Tullen, seu nullius diœcesis. Abbati Oliuensi Ordinis Cistercien. Abbati Monasterij Sancti Petri Meten. diœcesis. Abbati Præmiten. Ordinis Cistercien. Ponasmien. diœcesis. Generali Congregationis Monachorum S. Hieronymi in Italia. Correctori, seu visitatori hospitalis Neapolis. Prepposito Monasterij Ciuitatis Vitenischi diœcesis Vilnen. fratrum Ordinis Beatorum Martyrum de Pœnitentia. Præposito Monasterij Monialium Gotieschonien. Pragen. diœcesis, cum bene-

benedictione sacrorum Vasorum,& Paramentorum. Præposito Collegiatæ Praten. &c.

3 Præterea etiã ex specialibus Sedis Apostolicæ Priuilegijs habẽt vsum Mitræ, & aliorum Pontificalium Abbates Canonicorum Regularium Lateranensium, vt videre est in *libro Priuilegiorum illius Ordinis* Mediolani impresso de anno 1606. & Congregationis S. Saluatoris Bononien. per Innocentium VIII. vt patet ex Constit. eiusd. Pontif. sub dat. Romæ apud S. Petrum pridie Idus Nouembris 1489. Item Cassinenses,aliàs Sanctæ Iustinæ de Padua, per Eugenium IV. sub dat. Florentiæ 7. Kal. Iunij 1442. Camaldulenses per Leonem X. Vallumbrosani, Cistercienses, Celestini, Montis Oliueti, Montis Virginis, & Præmonstratenses, vt videre est partim apud Rodriguez *in Collect. priuilegiorum Regular. in Eugen.* 4. *Bulla* 18. & præsertim apud Tamburinum *supra d. disput.* 20. *quæst.* 1. *num.* 13. & sequentibus, & Barbosam loco relato ex *lib.* 1. *Iuris Ecclesiastici cap.* 9. *num.* 55.

4 Circa hæc tamen priuilegia animaduertendum primò, iuxta dicta *tomo* 3. *verbo Altare num.* 3. & verbo *Baculus num.* 3. non communicari Prælatis alijs Regularibus, etiam Mendicantium, quantumuis habentibus communicationem generalem omnium priuilegiorum alijs Religionibus concessorum, quia scilicet hæc priuilegia concessa sunt prædictis Abbatibus, quia ipsi habent vsum Pontificalium, quod alijs Prælatis Regularibus non competit. Secundò, quòd ex tribus Mitris superius relatis Abbates illa tantum vti debent, & non alterius speciei, quæ eis à Sede Apostolica est concessa, scilicet simplici. Ille enim cui ex priuilegio conceditur vsus Mitræ auriphrygiatæ, & pretiosæ, reputatur dignior illo cui vsus Mitræ simplicis concessus est. Ita Mich. Leon Estensis *in Speculo Sacrar. Cæremon. verbo Abbas* §. *Abbatis vestes, & insignia vers. Mitra Abbatis*. Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Mitra num.* 4. Abbates autem exempti quando inter sunt Prouincialibus Concilijs, & Episcopalibus Synodis possunt vti Mitris aurifrigiatis, sed non habentibus gemmas, vel laminas aureas, vel argenteas: si verò non sunt exempti vti debent simplicibus albis, & planis, ideſt non aurifrigiatis; sed in alijs locis exemptis vti possunt Mitris, prout indulta concessa à Sede Apostolica eis permittunt. Declaratum etiam est à Sacra Congregatione Abbatem vnica tantum Mitra vti posse celebrando. Gauantus *in Manuali Episcoporum verbo Abbas num.* 7. Nouarius *supra num.* 1. Tertiò, non licere prædictis Abbatibus, Mitram, aut alia Pontificalia insignia deferre præter quam in locis suæ iurisdictionis, & dignitatis, sicut nec Archiepiscopo licet

cet Crucem facere ante ſe deferre, aut pallium geſtare in aliena Prouincia. *cap. vt lit. pendent. cap. antiqua de priuil. Clement. Archiep. de priuil. cap. ad honorem. cap. ex tuar. de authorit. & vſu pallij.* Idque conſtat ex declaratione Sacræ Congregationis. Tamburinus *ſupra diſput.* 21. *queſt.* 3. *num.* 1. Nec licet ipſis ea inſignia deferre dum adeſt Epiſcopus, tunc enim ea demittere debent. Tamburinus *ſupra num.* 2. *&* 3. Vbi etiam in ſequentibus, qualiter in hoc attendendum ſit ad priuilegiorum tenorem. Barboſa *ſupra nu.* 54. Qualiter etiam Abbas inſignia Pontificalia deferens præcedat non habẽtem, & an poſſit ea deferre in Eccleſia exempta, quando vſus eorum fuit ſimpliciter conceſſus; & an extra Monaſteria ſine licentia Ordinarij, conſule Pacianum *de Probationibus l.* 2. *cap.* 28. & ex eo Barboſam *ſupra num.* 58. *&* 59. & dicta à ſimili de Baculo 3. tomo verbo *Baculus*, ac dicenda in fra verbo *Mozzetta*.

MONACHI.

DE ijs plura dixi *tomo* 2. *cap.* 2. per totum, illisque applicari poſſunt omnia ferme, quæ in quatuor iſtis tomis Summæ dicta ſunt, & dicentur, maximè quæ 3. to. verbo *Abbas*, & verbo *Abbatia*, & id circo nunc ſuperſedendum.

MONASTERIA REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

De hac materia remiſſiuè. num. 1.
Licentia, quæ pro Monaſteriorum *conſtructione requiſita ſit. num.* 2.
Quæ notanda circa Decreta pro conſtructione Monaſteriorum. *num.* 3.
An requiratur licentia Papæ pro Monaſteriorum *conſtructione. n.* 4.
De cõſenſu Religionum ad fundationem Monaſteriorum *requiſito. n.* 5.
Quid de Hoſpitijs Religioſorum. num. 6.
Quid ſi Religioſi ſine cauſa rationabili contradicant. num. 7.
De Decreto non recipiendi Conuentus niſi in eis poſſint Religioſi duodecim ſuſtentari. num. 8.
Solemnitates requiſitæ an debeant obſeruari in erectione Monaſteriorum inchoatorum. num. 9.
An in Monaſterijs Monialium. num. 10.
Quid de excommunicatione impoſita contra tranſgreſſores. num. 11.

Quid

Quid per omnimodam iuriſdictionem Epiſcoporum intelligatur. n. 12.
Monaſteria virorum, & mulierum ſimul an ſint modò permiſſa. n. 13.
Quis numerus Religioſorum in Monaſteriys conſtituendus. num. 14.
Præceptum Sac. Congregationis Concilij. num. 15.
De Monaſteriys Recolectis. num. 16.
De conſtructione, ſeu ornatu Eccleſiarum ex Decreto Sac. Congregationis Apoſtolicæ viſitationis. num. 17.
De modeſtia, & humilitate à Regularibus ſeruanda in conſtructione Monaſteriorum. num. 18.
Priuilegia Regularium circa conſtructionem Monaſteriorum. n. 19.
Quomodo in praxi recipiantur. num. 20.
Alia quorumdam Regularium priuilegia. num. 21.
Monaſteria Regularium quibus priuilegijs gaudeant. num. 22.
Sæculares an erigere poſſint ædificia circa Monaſteria Regularium. num. 23.
Monaſteriorum inuaſores quibus pœnis puniantur. num. 24.
Monaſteria gaudent immunitate Eccleſiaſtica. num. 25.
An Prælati Regulares poſſint facere aliquid contra huiuſmodi immunitatem. num. 26.
Priuilegia Fundatorum, ſeu Fundatricum. num. 27.
De Patronis Monaſteriorum. num. 28.
An ad fundationem Monaſteriorum requiratur licentia Principis ſæcularis. num. 29.
Monaſteriys poteſt quilibet res ſuas donare. num. 30.
Alia Monaſteriorum priuilegia. num. 31.
Mutatio, ſeu tranſlatio Monaſteriorum, an, & quomodo liceat. n. 32.
Decreta Summorum Pontificum an etiam intelligantur de tranſlatione Monaſteriorum. num. 33.
De augmento, ſeu extenſione ipſorum. num. 34.
Quid de mutatione ipſorum intra eamdem Ciuitatem. num. 35.
Quid de Religioſis vitam heremiticam ducentib. num. 36.
Quorumdam Regularium priuilegia. num. 37.
Quomodo practicanda. num. 38.
De vnione Monaſteriorum priuilegia. num. 39.
Priuilegium Pij 2. *num.* 40.
Priuilegium Innocentij 8. *num.* 41.
Monaſteria quomodo non deſerenda. num. 42.
Priuilegia quædam circa hoc. num. 43.
Monaſteria derelicta in triplici differentia. num. 44.
Non conuertenda in vſus prophanos. num. 45.
An pro recuperatione Conuentuum ab hæreticis occupatorum requiran-

rantur conditiones à Summis Pontificibus poſitæ. num. 46.
De bonis Monaſteriorum deſertorum. num. 47.
An requirant Prælatorum reſidentiam. num. 48.
De probibitione ingrediendi fœminas Monaſteria Religioſorum. n. 49.

QVamuis de hac materia nonnulla dicta ſint in præcedentibus tomis, maximè *tomo* 1. *cap.* 9. *num.* 34. 35. *&* 36. & *tomo* 2. *cap.* 19. ferme per totum, & de clauſura pro ipſis neceſſaria *tomo* 1. *cap.* 16. *n.* 1. & ſequentibus, *& tomo* 3. *verbo Clauſura*, alia tamen in præſenti adiungenda pro maiori explicatione, vel ampliatione materiæ, quinque præcipue. Primum, de fundatione, ſeu conſtructione Monaſteriorum. Secundum, de ipſorum priuilegijs. Tertium, de eorumdem tranſlatione, ſeu mutatione. Quartum, de ipſorum vnione. Quintum, de illorum dimiſſione, deſertione, ſeu deſtructione. Sumitur autem in præſenti pro eodem Monaſterium, & Conuentus, etſi Graffius *de Caſibus reſeruatis caſu* 2. *num.* 16. *&* 17. ea diſtinguat in eo quòd Monaſterium referatur ad loca vbi manent Monachi, Conuentus ad loca Fratrum.

2 Quoad primum ergo, conſtat ex dictis *tomo* 1. loco relato ex *cap.* 9. quòd licet antiquitus licentia ad noua Monaſteria ædificanda à ſolo Papa concedenda eſſet (intellige Mendicantibus, iuxta dicenda inferius) licet ex priuilegijs Religionum multæ illarum poſſent id facere de ſola Ordinarij licentia; his tamen temporibus propter Decreta & Conſtitutiones, tum Concilij Tridentini, tum Summorum Pontificum, præſertim Clementis VIII. Gregorij XV. & Sanctiſſimi D.N. Vrbani VIII. & Sacræ Congregationis Concilij, in erigendis, ſeu conſtruendis Monaſterijs haberi debet primò licentia Epiſcopi, in cuius Diœceſi erigenda ſunt, prout præcipit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 3. Deinde ipſi Epiſcopi facere debent id, quod præcipit Clemens VIII. in Conſtitutione, quæ incipit: *Quoniam ad inſtituta*, de qua dicto *cap.* 9. *num.* 35. dixi, videlicet. *Locorum Ordinarios non poſſe licentiam ad nouos Conuentus cuiuſq. Mendicantium Ordinis in Ciuitatibus, & locis eorum Ordinaria Iuriſdictioni ſubiectis erigendos, impertiri, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem Ciuitatibus, & locis exiſtentium Conuentuum Prioribus, ſeu Procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus, & cauſa, ſeruatis ſeruandis, cognita, conſtiterit, in eiſdem Ciuitatibus, & Locis nouos huiuſmodi erigendos Conuentus, ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſe.* Similiter debet obſeruari Decretum Sacræ Congregationis ſub Gregorio XV. quo cauetur ne aliqua Monaſteria de nouo erigantur, *niſi in eis ſaltem duodecim fratres, aut Monachi,*

macbi, seu Religiosi inhabitare, ac ex redditibus, & consuetis eleemosynis sustentari valeant, ac Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conuentuum, seu Domorum aliarum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum, seu Institutorum huiusmodi, non solùm in prædictis, sed etiam in alijs per quatuor millia passuum circumuicinis locis ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni consenserint, vel aliàs Ordinarijs locorum constiterit Religiosos Monasterij, Conuentus, seu Domus Regularis sic erigendi, seu erigenda absque detrimento Religiosorum in Monasterijs, seu Domibus antea in Ciuitatibus, seu locis huiusmodi erectis, degentium, ibi in numero duodecim commodè, & congruè manu teneri, & ali posse. Si verò noui Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas huiusmodi instituendæ erunt, nullique alij Regulares inibi reperiantur, Ordinarij locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum incolæ, & habitatores, (quorum, & consensum requirant, ac adhibeant) huiusmodi duodecim Religiosos in Conuentibus, vt præmittitur, instituendis, commodè alere, & manu tenere valeant. Demum pro obseruantia prædicti Decreti Gregorij XV. præsertim quoad prædictum numerũ duodecim fratrum, *in Decretis de Celebratione Missarum* à Sacra Congregatione Concilij editis, sic præcipitur. *Deinceps verò Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi præter alia ad id requisita in singulis eiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut* Monachi, *seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis detractis omnibus, vt supra detrahendis, competenter sustentari valeant ad præscriptum decreti fel. rec. Gregorij XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt supra, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & ea non inhabitauerint, Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur.* Hæc autem omnia innouantur à Sanctissimo D. N. Vrbano in Constitutione *Romanus Pontifex*, de qua infra, præcipiturque omnibus Regularibus ipsorum obseruantia, non obstantibus quibuscumque licentijs, seu facultatibus illis à Prædecessoribus Pontificibus concessis.

3 Circa quæ animaduertendum primò, meritò Concilium, Summos Pontifices, & Sacram Congregationem pro fundatione, seu erectione nouorum Monasteriorum, consensum Episcopi, seu Ordinarij postulasse, quia ille requisitus est ex Iure communi. *can. quidam & sequentibus* 18. *q.* 2. Campanile *in Diuers. Iur. Can. Rubr.* 12. *c.* 13. *n.* 80. & 81. Miranda *in Manuali tomo* 1. *q.* 33. *art.* 1. *q.* 3.

Digitized by Google

Tamburinus *de Iure Abbatissarum disput.* 33. *quæsit.* 1. *num.* 2. Imò omnia Monasteria Episcopo essent subiecta de iure communi, si non obstarent priuilegia Religiosorum. *ca. qui vere* 16. *q.* 1. *cap. cum dilectus de Relig. domibus*, & alijs iuribus. Tambur. *supra num.* 1. ex Nauarro, & Rodrig. Declaratum etiam est à Sacra Congregatione, licentiam ad constructionem Monasteriorum dari non posse à Vicario Capitulari Sede vacante. Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Monasteria* 1. Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Monasteria num.* 2. Similiter declaratum est ab eadem Sacra Congregatione, nec Vicarium generalem Episcopi posse concedere hanc licentiam, nisi ad id faciendum habeat speciale mandatum. Sellius *in Selectis* Canonicis cap. 90. Nouarius supra.

4 Secundò maximè notandum, quòd cum in *cap. vnic. de excess. Prælat. in 6.* confirmato in Clem. *cupientes de pœnis.* & *cap. vnico de Religios. domib. in 6.* habeatur Religiosos Mendicantes non posse accipere noua loca sine Summi Pontificis authoritate (quam Dispositionem non destruit Concil. Trid. sed vltra illam indixit ne acciperentur talia noua loca sine cõsensu Ordinarij) ideo plures Doctores tenent, post Concilium Trid. præter prædictam Ordinarij licentiam, requiri etiam ad hoc quòd Religiosi noua Monasteria recipiant Sedis Apostolicæ facultatem. Campanile *supra num.* 80. Barbosa *de Iure Eccl. l.* 2. *cap.* 12. *num.* 11. Tamburinus *supra dicto quæsit.* 1. *num.* 6. *& to.* 3. *de Iure Abbat. disp.* 5. *quæsit.* 1. *nu.* 3. Isti tamen Doctores animaduertisse non videntur, primò, in *cap.* illo *vnic. de Religios. domib.* solùm id prohiberi non quatuor Mendicantibus de Iure, scilicet Prædicatoribus, Minoribus, Eremitis S. Augustini, & Carmelitis, cum isti expressè à dicta prohibitione excludantur eo capite, sed quibusdam alijs Mendicantibus post Concilium Lateranense institutis, quos Gregorius X. qui est Author illius capitis cum Concilio Lugdunensi, extingui iubet. Prout rectè noster Thomas de Iesu *sup. Regul. Carmelitar. par.* 3. *cap.* 2. *gloss.* 2. §. *extendenda tamen*, & Suarez 5. *to. in* 3. *p. disp.* 23. *sect.* 4. *num.* 19. & *sect.* 5. *nu.* 33. Deinde, quòd licet in *d. cap. vnic. de excessibus Prælatorum* habeatur talis prohibitio, eam tamen non esse pro omnibus Religiosis, sed solùm pro Mendicantibus. Vt rectè etiam notant Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 144. & Suarez *dicto num.* 33. Solùm ergo Mendicantes, & non alij Religiosi quicumque prohibentur noua loca recipere sine Papæ licentia. Sed adhuc de Mendicantibus loquendo, probabilissimum est, quòd stando in terminis Concilij Trid. non requiratur talis licentia Papæ pro illis, qui ex priuilegijs Summorum Pontificum ante dictum Concilium habuerunt fa-

Digitized by Google

facultatem fundandi Monaſteria ſine prædicta Papæ licentia. Quales ſunt Carmelitæ ex Sixto IIII. & Minimi ex Iulio II. prout refert Caſſarubius *in Compend. priuileg. Mendicantium. verbo Aedificare n.* 18. & 20. Ratio eſt, quia Concilium non derogat talibus priuilegijs, ſed ſolùm præcipit quòd non erigantur talia Monaſteria ſine Epiſcopi diœceſani licentia. Et ita ſupponunt Nauarrus *ſupra*, & Suarez *dicto num.* 33. & tenent Rodriguez *to.* 2. *quæſt. Regular. q.* 49. *ar.* 3. Thomas de Ieſu *ſup.* §. *pro cuius*, & Sorbus *in annotationibus ad Compendium priuilegiorum Mendicantium circa* §. 20. Nec obſtat declaratio quædam Sacræ Congregationis, quam referunt Thomas de Ieſu *ſupra*. Zerola *in praxi Epiſcoporum par.* 1. *verbo Monachi* §. 1. & 2. Campanile *ſupra num.* 80. & Barboſa *in Declarationibus*, & *remiſſ. ad cap.* 3. *vigeſimæ quintæ ſeſſionis Concilij* per hæc verba: *Monachi non poſſunt ædificare Monaſteria in Parochia, in qua ea non habent ſine cognitione, & licentia Papæ*. Nam, præter quam quòd de hac declaratione autenticè non conſtat, & ea videtur ſolùm fuiſſe non pro Mendicantibus, ſed ſolùm pro Monachis, & pro aliqua cauſa particulari, prout patet ex verbis ipſius; vlterius dici poteſt cum Thoma de Ieſu *ſupra* §. *Quæri tamen*, eam ſolùm intelligi attento communi iure, ſecluſis priuilegijs. Quia etiam Iura allata non loquuntur de Monachis, ſed ſolùm de Mendicantibus, ideo probabilius forſan dici poteſt S. Congregationem quoad præſens nouum ius pro monachis condidiſſe. Dixi autem *ſtando in terminis Concilij Trid.* quia ſtando in terminis Conſtitutionis Sanctiſſimi D. N. Vrbani, quam retuli *d. cap.* 9. *num.* 34. & quæ habetur *in* 4. *to. Bullar.* inter Conſtitutiones eiuſdem Vrbani *num.* 25. oppoſitum videtur dicendum reſpectu omnium, & quorumcunque Regularium. In ea enim non ſolùm reuocat omnes, & quaſcumque licentias, & facultates Religionibus quibuſcunque conceſſas ad erigendum noua Monaſteria abſque conditionibus requiſitis ex Concilij, & Summorum Pontificum prædeceſſorum Decretis, ſed etiam hæc addit. *Præterea Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Inſtitutorum Regularium Superioribus quocumq. nomine nuncupatis, cæteriſque perſonis, ad quos ſpectat, in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub priuationis vocis activæ, & paſſiuæ, nec non officiorum quorumcumque, ac inhabilitatis ad illa, & alia in futurum obtinenda, nec non etiam excommunicationis ipſo facto incurrendis pœnis interdicimus, & prohibemus, ne licentiarum, ſeu facultatum, per Nos, vt præfertur, reuocatarum, & annullatarum, ſiue alio quouis prætextu, vel cauſa etiam quantumuis priuilegiata, noua Monaſteria, Collegia, Domos, Conuentus, & alia loca Regularia*

Digitized by Google

huiusmodi, nisi de expressa Ordinariorum licentia, ac seruata in omnibus, & per omnia Sacrorum Canonum, & Concilij Trid. nec non Constitutionibus fel. rec. Clem. VIII. quæ incipit, Quoniam ad institutam *sub dat. Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die 23. Iulij 1603. ac Decretorum de mandato eiusdem Clementis, nec non sim. me. Gregorij XV. Pontif. prædecessorum desuper editorum forma, recipere, erigere, fundare, seu alias quomodolibet instituere, seu incepta finire, & absoluere audeant, seu præsumant.* Quibus verbis, si expendantur illa *seruanda in omnibus, & per omnia Sacrorum Canonum &c. forma &c.* manifestè colligi videtur Pontificem velle in fundatione talium Monasteriorum habendam esse Papæ licentiam. Per illa enim verba *Sacrorum Canonum &c.* vt notauit Collector Constitutionum eiusdem Vrbani in *principio dictæ Constitutionis* denotatur *cap. 1. de excessibus Prælat. in 6* &c. in quo, etsi non respectu aliarum Religionum; saltem respectu Mendicãtium expressè habetur, vt dictum est, requiri talem Papæ licentiam ad noua loca Regularia erigenda. Addit idem Collector cum multis alijs idem etiam haberi in *cap. vnic. de Religios. domibus in 6.* Sed, vt dixi, ibi solùm est sermo de quibusdam Religiosis Mendicantibus institutis post Concilium Lateranense, quos idem Gregorius ibi extingui iubet, non de Prædicatoribus, Minoribus, Augustinianis, & Carmelitis, quos ibi expressè excludit. Verum quidem est, probabiliter sustineri posse oppositum respectu Religionum habentium priuilegia ante Concilium fundandi Monasteria sine prædicta Papæ licentia, quia Pontifex Vrbanus solùm videtur loqui in ea Constitutione de illis Religiosis, qui facultates, seu licentias ad fundanda Monasteria non seruata debita forma obtinuerunt post Concilium Trid. & Clementem VIII. quales sunt nostri Patres discalceati ex Paulo V. Monachi Congregationis B. Mariæ Fulienſis ex eodem Paulo V. & Superiores Congregationis Clericorum Regular. Sancti Pauli decollati ex eodem etiam Paulo V. quos refert Barbosa *supra num.* 12. 13. & 14. Non de illis, qui ante Concilium, priuilegia, & indulta ad id obtinuerunt, quales sunt Carmelitæ, & Minimi superius relati, sicque video practicari apud multos. In eo tamen aliorum iudicio me remitto. Illud certius, quòd loquendo de Monasterijs Monialium illa absque speciali Sedis Apostolicæ indulto erigi minimè valent, nec in eis erectis absque Ordinarij licentia celebrari potest, prout determinauit Sacra Episcoporum, & Regularium Congregatio in anno 1615. de mense Aprilis in vna Vicentina. Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Monasteria Monialium* 2. Nouarius *supra*.

5 Præsertim tertiò circa conditionem illam à Clemente VIII. assigna-

signatam de non fundandis Monasterijs, nisi *vocatis, & auditis aliorum in eisdem Ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus, seu Procuratoribus &c.* notandum, Constitutionem hanc locum etiam habere circa erigenda Monasteria non solùm virorum, sed etiam Monialium, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij decima nona Decembris 1620. vt referunt Barbosa *de Iure Ecclesiastico l.2. cap.* 12. *num.* 7. & Tamburinus *de Iure Abbatissarum disput.* 33. *quæsito* 1. *nu.* 4. Vnde inferunt ipsi post Rodriguez, & Sellium, non licere Ordinarijs licentiam dare, ædificandi dicta Monasteria, nisi vocatis prius, & auditis Prælatis Conuentualibus locorum vbi ædificanda sunt, & alijs interesse habentibus. Non tamen videntur comprehendi dicta Monasteria Monialium in eo quod addit Sacra Congregatio sub Gregorio XV. scilicet, quòd non erigantur de nouo Monasteria, nisi in eis saltem duodecim Religiosi inhabitare, & sustentari valeant, & quòd etiam vocentur, & audiantur Priores, seu Procuratores aliorum locorum per quatuor millia passuum circumuicinorum, quia ibi solùm videtur sermonem esse de Monasterijs virorum, vt patet ex illis verbis, *Fratres*, Monachi, *Religiosi &c.* Declaratio autem illa Sacræ Congregationis adducta anterior est ad Decretum prædictum sub Gregorio XV.

6 Similiter quartò notandum, quòd licet in prædictis Constitutionibus, præsertim in ea, quæ edita est à Sanctissimo D. N. Vrbano generaliter videatur esse sermo de omnibus, & quibuscumque domibus, seu habitationibus Religiosorum, vt patet ex illis verbis, *noua Monasteria, Collegia, Domus, Conuentus, & alia loca Regularia huiusmodi &c.* nihilominus Hospitia Religiosorum nõ videntur illis comprehendi, prout ex Ricio *in Praxi decisione* 652. & Bariola *verbo Regulares pag.*264. tenent Peirinis *to.*3. *priuileg. Minim. in Constitutione* 3. *alias* 13. *Vrbani VIII.* Bordonus *in Resolutionibus resolutione* 41. *nu.*6. Quibus iunge Tamburinum *de Iure Abbat. to.*3. *disp.*5. *quæst.*1. *num.*10. Quod intellige, quando Religiosi in illo Hospitio existentes campanas non pullarent, eleemosynas non quæritarent, Missas non reciperent, aut Ecclesiam, in qua publicè celebraretur, non haberent. Ex talibus enim Hospitijs nullũ præiudicium, aut detrimentum Religiosis alijs infertur, ac per consequens cessat finis propter quem prædictæ Constitutiones, seu Decreta edita fuerunt. Vnde etiam probabiliter infert idem Peirinis *in Formulario littera Z. cap.*3. *in appendice* 5. *num.*4. quòd quando aliqua Religio vellet intrare in aliquem locum, Vrbem scilicet, aut Oppidum, cum obligatione non quærendi eleemosynas (adde etiam nec faciendi aliquid ex quo aliquod detrimentum alijs Religiosis obueniret) non

esset necessarium citare alias Religiones interesse habentes, nam cessaret finis dictarum Constitutionum. *cap. cum cessante de Appellat.*

7 Præterea quintò circa illa verba Decreti Sacræ Congregationis sub Gregorio XV. *vel aliàs Ordinarijs Locorum constiterit Religiosos Monasterij, Conuentus, seu Domus Regularis sic erigendi, seu erigendæ absque detrimento Religiosorum in Monasterijs, seu domibus antea in Ciuitatibus, seu Locis huiusmodi erectis, degentium, ibi in numero duodecim commodè, & congruè manuteneri, & ali posse*, nota, colligi debere ex ipsis, quòd si prædicti Priores, seu Procuratores Monasteriorum aliarum Religionum erectioni noui Monasterij alterius Religionis gratis, vel (quod absit) ex mala voluntate, contradixerint, possit nihilominus Ordinarius concedere licentiam construendi tale Monasterium. Nec hoc arbitramentum sublatum est per Constitutionem Vrbani, prout Peirinis *supra* loco relato *ex 3. to. priuileg. Minim.* autumat eo quòd Vrbanus in ea Constitutione confirmet aliam Clementis, in qua non erat tale arbitramentum. Nam etiam confirmat aliam posteriorem Gregorij XV. in qua est. Vnde potius debebat dicere contrarium Peirinis.

8 Sextò nota, Decretum illud Sacræ Congregationis Concilij, de quo supra *num.* 2. & quod est vnum ex Decretis *de Celebratione Missarum*, scilicet, de non recipiendis Conuentibus nisi in eis duodecim Fratres degere valeant, aliàs Ordinarij visitationi, & iurisdictioni subderentur, comprehendere etiam eas Religiones, quæ onera Missarum non recipiunt, vt sunt Religiones Capuccinorum, & Societatis Iesu, & habere etiam locum extra Italiam. Ita enim respondit eadem Sacra Congregatio *ad 17. & 18. dubium* circa ea Decreta *de Celebratione Missarum*. Nouarius *supra nu.* 11. 12. & 13.

9 Nota septimò, solemnitates requisitas à Summis Pontificibus, & Sacra Congregatione in prædictis Constitutionibus, & Decretis, obseruari etiam debere in erectione quoque Monasteriorum, quæ incepta fuerunt ædificari tempore Constitutionis Sanctissimi D.N. Vrbani, vt patet ex verbis illis relatis supra *num.* 4. *seu incepta finire, & absoluere*. Et ita practicatum est ex declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in casu fundationes cuiusdam Monasterij RR. PP. Discalceatorum nostri Ordinis contradicentibus PP. Dominicanis, & Augustinianis, apud Peirinis *in Formulario littera Z. cap.* 3. Vbi etiam notat, quòd receptionis Conuentus signum est plantatio Crucis. Vnde qui plantaret Crucem in aliquo loco, aut Missam, & Officia celebraret, non seruatis dictis conditionibus, in pœnas in eisdem Constitutionibus, & Decretis designatas

in-

inci deret. Quid verò dicendum de Religiosis relinquentibus aliquod Monasterium, & post aliquod tempus illud resumere volentibus, an scilicet teneantur obseruare dictas conditiones, constabit ex dicendis infra.

10 Nota octauò, quòd circa Monasteriorum Monialium erectionem habetur hæc declaratio Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in facti contigentia. *Monasteria Monialium non erigantur nisi Ordinarijs locorum consentientibus, & nisi in ijs dumtaxat locis, quæ muro vnita sunt, & in quibus adest Presbyterorum sæcularium, vel Regularium copia, ad audiendas earum Confessiones, nisi in facultatibus habeant Moniales vt Confessarium aliunde ascitum sustentare valerent.* Barbosa *de Iure Ecclesiastico* loco relato. *num.* 10. *& in Collectan. Bullarij verbo Monasteria Monialium* 2. Nouarius *supra num.* 6. Alia circa Monialium Monasteria ex declarationibus eiusdem Sacræ Congregationis, & Gauanto *in Manuali Episcop.* retuli *to.* 1. *cap.* 25. *num.* 43. Quia etiam Concilium Trid. *sess.* 25. *cap.* 5. Monasteria Monialium extra Vrbis mænia, vel Oppidi constituta ad noua, vel antiqua Monasteria intra Vrbes, vel Oppida frequentia iubet reduci, ideo consequenter præcipere videtur ne extra mænia, aut extra Vrbes, & Oppida ædificari possint, esto prius ex Gregorio Papa in *ca. luminoso* 18. *q.* 2. in solitudinibus condi permitterentur. Vgolinus *de Potestate Episcopi c.* 21. *in principio.* Hieronymus Venero *in Examine Episcop. l.* 6. *cap.* 21. *num.* 13. Tambur. *supra quæst.* 2.

11 Nota nonò, excommunicationem illam à Sanctissimo D.N. Vrbano in prædicta Constitutione positam contra Regulares noua loca erigentes non seruatis Decretis Concilij, Clementis, & Gregorij seruatam non esse, ac per cõsequens, iuxta sæpius dicta, posse quemlibet Prælatum Regularem suos subditos, & quemlibet Confessarium approbatum suos pœnitentes ab ea absoluere. Qui autem possit dispensare in pœnis illis, quas ibi ponit, priuationis vocis, Officiorum, inhabilitatis &c. consule dicta *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 35. *& cap.* 18. *a num.* 46.

12 Quid verò importetur per verba illa Decreti Sacræ Congregationis inter Decreta *de Celebratione Missarum*, vbi de Conuentibus, seu Monasterijs in futurum erigendis, in quibus duodecim saltem Fratres competenter sustentari non valeant, dicitur: *Ordinarij Loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur*, constat ex dictis *to.* 3. *verbo Episcopus quoad Regulares num.* 6. *&* 16.

13 His positis circa explicationem dictarum Constitutionum, &

Decretorum, vlterius circa prę ſentem materiam animaduertendum, quòd, etſi olim, ad imitationem Eſſenorum, qui iuxta Philonem *in lib. de vita contẽplatiua*, ſimul viri cum fœminis conuiuebant, vel ſaltem ſimul Deo laudes, & cantica canebant, ſimul Monachi, & Moniales conuiuerent, aut ad Eccleſiam, & Chorum pro pſallendis diuinis laudibus ſimul conuenirent; nihilominus hoc iam eſt prohibitum multis iuribus, ſpecialiter *can. diffinimus cum ſeqq.* 18. *q.* 2. & in Concilio Romano ſub Innocentio Papa *ca.* 27. *& ca. perniciosam* 25. *q.* 2. & in Nicæna Synodo 2. *cap.* 20. & alijs. Caſſarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Monaſteria nu.* 1. 2. 3. *&* 4. Barboſa ſupra loco relato *de Iure Eccleſiaſtico num.* 20. Tambur. *ſupra quæſt.* 3. Nota tamen, quòd talia Monaſteria mixta ex viris, & fœminis non ſolùm antiquitus erant in vſu, ſed etiam his temporibus, præſertim in Diœceſibus Leodicenſi, & Harmacenſi, alijſque partibus Germaniæ, vt colligitur ex Cochiero *de Iuriſdictione Ordinarij in exemptos quæſt.* 3.

14 Ex Decreto etiam Concilij Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. confirmato à Clemente VIII. & à Sacra Congregatione Concilij ſub Sanctiſſimo D. N. Vrbano, & à Paulo V. in Bulla *Sanctiſſimus* anno 1605. edita, & conformiter ad Decreta antiqua *in cap. vnico §. ſane de ſtatu Regularium in 6.* & Conſtitutionem Pij V. quæ incipit *Circa Paſtoralis*, & Concilia Arelatenſe, & Maguntinum, iuxta dicta *to.* 1. *ca.* 10. ſic habetur: *In prædictis autem Monaſterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantum numerus conſtituatur, ac in poſterum conſeruetur, qui vel ex redditibus proprijs Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari.* Quod Decretum obligare ad culpam mortalem, vt pote de re grauiſſima, tenent Sanchez *l.* 7. *in decal. cap.* 23. *n.* 3. Thomas de Ieſu *in cap. non dicatis par.* 4. *cap.* 6. & Peirinis *to.* 1. *de Subdito q.* 2. *cap.* 2. §. 2. Qui tamen cum eodem Sanchez ait, poſſe excuſari Prælatos Regularium plures Religioſos cõtra prædictum Decretum in Conuentibus conſtituentes, ſi iuſta cauſa ducti id faciant, ſcilicet ne Monaſteria numero Religioſorum ſufficienti deſtituantur, ita vt miniſterijs ex ſuo Inſtituto debitis ſatisfacere non poſſint. Quomodo autem id intelligendum quantum ad Monaſteria Monialium dixi eodem *to.* 1. *cap.* 25. ex varijs Sacræ Congregationis declarationibus, & dicam infra verbo *Moniales*. Illud notandum, quòd cum à Sac. Congregatione quæſitum fuiſſet, *an Nouitij ad habitum Regularem admiſſi, poſſint admitti ad profeſſionem in Monaſterijs, in quibus, habita, vt ſupra, præfixione numeri, commodè alij non poſſunt?* Eadem Sac. Congregatio,

prout

Digitized by Google

prout patet ex declarationibus ipsius circa Decreta *de Celebratione Missarum* respondit, *esse admittendos ad professionem, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio eiusdem Religionis esse collocandos, vbi commodè ali possint.* Item etiam addendum, quòd quamuis iure antiquo dicti *cap. vnico* §. *sane* professio Monialium receptarum in Monasterijs non Mendicantium vltra numerum earum, quæ ex redditibus Monasteriorum, & consuetis eleemosynis absque penuria sustentari valerent, esset irrita, vt ex Glossa, Dominico, Franco, Siluestro, Azorio, & alijs probat Sanchez *nu.* 2. at hodie id Decretum quoad hoc locum non habet, quia consuetudine abrogatum est, cum compertum sit plures sæpe admitti, nec vnquam nostris temporibus propterea auditum sit in controuersiam verti valorem professionis, aut illam irritari. Sanchez *supra num.* 4. Barbosa *de Offic. & potestate Episcop. allegat* 98. *n.* 9.

15 Pro huius etiam Decreti obseruantia à Sacra Congregatione Concilij in Decretis *de Celebratione Missarum* sæpiùs relatis, sic habetur: *In hærentes Summorum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilij Decretis hac de re editis, S. D. N. auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscumque alijs Superioribus Monasteriorum, Conuentuum, ac Domorum Regularium bona immobilia possidentium, vel non possidentium cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, vt singuli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vsu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obuentiones tam communes Monasteriorum, Conuentuum, & domorum eiusdem Prouinciæ, quàm etiam singularibus personis Religiosis assignatas, seu permissas in communem vsum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoscant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliaue cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere, eaque omnia scripto fideliter exarata idem Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione Generali, vel Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipsomet Capitulo, seu Congregatione deligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuentionibus vniuersis, & oneribus, vt supra detractis, sedulo examinent quot Religiosi homines, connumeratis etiam laicis, alijsque necessarijs seruientibus, in vno quoque*

Mo-

Monasterio, Conuentu, & domo Regulari, iuxta Regionis, & proprij Instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorundem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, vt in illo, diligenter omnibus discussis, cuiusque familiæ Monasterij Conuentus, ac domus Regularis in singula quaque Prouincia certus earum tantum personarum numerus Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obuentionibus, vt superiùs, sufficienter ali possint. Ne verò Superiores, qui id præstare debent serius, aut remissiùs, quam par est, suo muneri satisfaciant, mandat Sacra Congregatio. vt infra annum post primum Capitulum Generale, vel Prouinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta in authenticam formam redacta ad Sacram ipsam Congregacionem Concilij singuli mittant, numerumque familiæ singulorum Conuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi Regularium Capituli, seu Congregationis Generalis, vel Prouincialis sententia, & auctoritate præfinitum, ijdem Superiores tam Generales, & Prouinciales omnes, quam locales perpetuò seruare omnino teneantur, nec possint illum quoquomodo augere, etiam prætextu augmenti reddituum absque Sacræ ipsius Congregationis licentia. Superiores autem huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, vt supra præscriptum quouis modo augere præsumpserint, priuationis omnium Officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque activæ, ac passiuæ, & ad omnia suæ Religionis Officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque alijs etiam grauioribus à Sede Apostolica infligendis pœnis, Sacra Congregatio subiacere voluit, & declarauit. Cohæret hoc Decretum cum alio ferme simili à Paulo V. in Bulla superius relata, & quæ habetur in 3. to. Bullarij inter Constitutiones Pauli *num.* 9. aliàs 7. edito. Quod etiam referunt Quaranta *in Compendio Bullarij verbo Monasteria, & Conuentus*, Castellinus *de Electione in additionibus pag.* 502. ac Barbosa *supra nu.* 5. Nescio tamen an prædictum Decretum, prout par erat ab omnibus Religiosis etiam in Italia, & Insulis adiacentibus, pro quibus editum est, executioni mandetur.

16 Pro reformatione etiam Sacrarum Religionum, seu Monasteriorum tuenda optimè deseruiunt, quæ Pius V. in Bulla *Iniunctum nobis*, in Bullario Rodriguez *to.* 2. *in Pio V. Bulla* 29. decreuit, quæ, etsi solùm pro Ordine Minorum statuta sint, aliarum tamen Religionum reformationi valde vtilia erunt. *Auctoritate Apostolicæ tenore præsentium perpetuò decernimus, atque statuimus, quòd in*

qua-

qualibet Prouincia dicti Ordinis duæ adminus, domus, & loca Recollecta eſſe debeant. Et præfata Monaſteria Recollecta nullatenus ab huiuſmodi recollectione ſeparari poſſint: & fratres in illis degentes (etiam ſi velint) niſi de Miniſtri Generalis ipſius Ordinis, vel Prouincialis, & Diſcretorum Conuentuum dictorum locorum Recollectorum pro tempore exiſtentium conſilio, ad alia loca non Recollecta transferri nequeant, niſi eiſdem Superioribus, vt aliter fiat, viſum fuerit expedire. Inferius autem pro prædicti priuilegij executione Epiſcopum Cõchenſem, & Auditorem Camerę, ac Officialem Toletanum Commiſſarios, conſtituit. Agunt de hoc priuilegio ipſe Rodriguez *tom. 2. quæſt. Regular. q. 49. art. vltimo*, & Portellus *in dubijs Regularium verbo Monaſterium in addit. n. 4.*

17 Circa Conſtructionem, ſeu ornatum Monaſteriorum, ſeu Eccleſiarum exijt Romæ noua Diſpoſitio ex mãdato Sanctiſſimi D.N. Vrbani anno 1625. trigeſima die menſis Iunij à Sacra Congregatione Apoſtolicæ Viſitationis, quam refert Naldus *in Summa verbo Monaſteria* huius tenoris. *De mandato Sanctiſſimi D. N. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. viuæ vocis oraculo ei facto, præcipit omnibus, & ſingulis Superioribus Regularium Mendicantium, & non Mendicantium quocumq. nomine nuncupatis, cuiusuis gradus, conditionis, dignitatis, Ordinis, Congregationis, Inſtituti, Societatis, Monaſterij, ſeu Religioſæ domus, Hoſpitalium, vel locorum piorum exiſtant, tam virorum, quam mulierum, etiam ſi ſpeciali denominatione egerent, ne alicui eorum liceat quoduis ædificium de nouo conſtruere in eorum Eccleſijs, Monaſterijs, ſeu Domibus, nec Sacella, aut noua Altaria erigere, neque vllam inſolitam imaginem, quæ deuotionem, ac pietatem non præſeferat, in eiſdem Eccleſijs, Sacellis, ſeu Altaribus ponere: niſi iuxta præſcriptum S. Concilij Tridentini, ac exhibito prius eidem Congregationi exemplari, ſeu, vt vulgò dicitur* il modello, *cum dimenſionibus ipſius fabricæ conſtruendæ, præuia etiam, ſi opus fuerit, loci viſione. Item nec feneſtras in viam publicam proſpicientes, efficere poſſint, niſi ad lumen tantum, nullo autem modo ad proſpectum. Quæ omnia, & ſingula ſub pœnis priuationis Officiorum, ac vocis activæ, & paſſiuæ eo ipſo incurrendis, aliiſque eiuſdem Congregationis arbitrio, inuiolabiliter obſeruari mandat, quibuſcumque contrarijs non obſtantibus,*

18 De modeſtia autem, & humilitate ſeruanda à Regularibus in ædificijs Monaſteriorum, non pauca ex Sanctis Patribus, & Doctoribus dixi *in lib. de Reformatione Regularium*, præſertim *c. 16. & 17.* de quo etiam Peirinis *to. 1. de Subdito q. 2. cap. 2. §. 2.* vbi etiam non in meritò inuehitur contra illos, qui nimia auiditate noua Mo-

na-

nasteria adquirere, aut sibi ædificari procurant. De qualitate etiam, situ, & alijs circunstantijs locorum pro Monasterijs extruendis accipiendorum, maximè pro Carmelitis, qui ex vi suæ Regulæ tenentur curare quòd ea sint ad Religionis *obseruantiam apta, & commoda* agit Thomas de Iesu *supr. à §. circa secundum verò.*

19 Maximè etiam animaduertendum, plura priuilegia concessa esse Regularibus circa Monasteriorum erectionem. Primò enim Clemens IIII. prohibuit omnibus Mendicantibus, ac quibuscumque alijs Ordinibus in paupertate fundatis, ne possent ædificare Monasteria infra spatium 300. cannarum ab Ecclesijs fratrum Minorum, mensurandarum per aerem etiam, vbi aliàs rectè mensurari loci dispositio non permitteret. Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Aedificare nu.* 1. Portellus *in Dub. Regular. verbo Monasterium num.* 1. Idem Clemens consimile priuilegium concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum. Cassarubius *supra num.* 5. Ioannes de Cruce *de Priuileg. Regular. l.* 2. *cap.* 9. *concluf.* 3. Licet postea Iulius 2. declarauerit hoc non debere nocere fratribus Minoribus, ac proinde prædictum priuilegium 300. Cannarum de nouo illis concessit. Cassarubius *supra num.* 9. Ioannes de Cruce *supra*. Campanile *supra num.* 81. Insuper idem Clemens IIII. concessit Carmelitis nostris, ne aliqui Religiosi Ordinis Mendicantium Ecclesias, seu quæuis loca ædificare, seu construere, aut per alios constructa, seu ædificata recipere, aut in habitare, iuxta loca prædicti Ordinis infra spatium centum quadraginta Cannarum mensurandarum etiam per aera, (vbi aliàs rectè non permitteret loci dispositio mensurari) quo quomodo præsumerent, decernens quidquid secus actum fuisset irritum, & inane. Cassarubius *supra num.* 16. & constat ex Mari Magno Carmelitarum *Bulla* 32. Quod priuilegium confirmauit, & approbauit Sixtus IIII. in eodem Marimagno *num.* 23. prohibitionem illam extendens non solùm ad Mendicantes, prout Clemens fecerat, sed etiam ad quoscumque alios Religiosos, & Ecclesiasticas personas. Cassarubius *supra num.* 19. Item ex concessione Vrbani IIII. apud Compendium Cistercien. *verbo Aedificare §. fin.* nulla ædificia construi possunt intra vnum milliare ab Abbatijs, & locis Ordinis Cistercien. sub excommunicationis pœna. Barbosa *supra num.* 73. Ex priuilegio etiam Innocentij IIII. pro Carthusiensibus statutum est, ne infra dimidiam leucam à terminis possessionis ipsorum, alicui Religioso liceret quodlibet ædificium construere, vel possessiones adquirere. Cassarubius *supra num.* 20. Item Minimi ex priuilegio Iulij 2. apud Peitinis *to.* 1. *Priuilegiorum Minimorum in Constitutione* 7. *Iulij* 2. habuerunt facultatem fundandi Monaste-

ria

ria etiam non diſtantia ab alijs aliorum Ordinum per centum, & quadraginta cannas. Ieſuitæ etiam ex priuilegio Gregorij XIII. habent facultatem erigendi domos etiam intra centum quadraginta cannas à Conuentibus aliarum Religionum. Sorbus *in annotationibus ad Compend. priuileg. Mendicantium verb. ædificare §. confirmata eſt*. Portellus *ſupra num.* 3. Barboſa *ſupra nu.* 77. Agunt etiam de huiuſmodi priuilegijs Confettius *in Collect. Litterar. Apoſtolicar. præſertim in Clem. IIII. & Iulio* 2. maximè verò *in Summar. mater. priuileg. Mendicantium tit.* 18. *cap.* 1. Rodriguez *to.* 2. *quæſt. Regular. q.* 49. *art.* 5. Miranda *in Man. to.* 1. *q.* 33. *art.* 4. & Hieronymus Rodriguez *in Compend. quæſt. Regular. Reſolut.* 55.

20 Circa quæ animaduertendum, quòd quamuis prædicta priuilegia videantur inutilia his temporibus, ſi quidem propter Decreta adducta, præſertim Sacræ Congregationis ſub Gregorio XV. nulla Monaſteria de nouo erigi poſſunt, niſi ex conſenſu Priorum, ſeu Procuratorum aliorum Monaſteriorum eiuſdem Ciuitatis, vel Oppidi vbi erigi debent, & etiam aliorum per quatuor millia paſſuum circumuicinorum locorum, quod eſt maius ſpatium, quam illud, quod conceditur per dicta priuilegia, nihilominus quia vtilia eſſe poterunt non ſolùm ſi præfata Decreta abrogatione, diſpenſatione, vel alio quocumque modo deſinant obligare, ſed etiam in caſu arbitramenti faciendi ab Epiſcopo, iuxta Decretum Sacræ Congregationis ſub Gregorio XV. & dicta *ſupra num.* 7. ideo notandum. Primò, nomine cannarum intelligi menſuram octo palmorum in longitudine, quæ eſt menſura ordinaria in Italia, ſicut eſt quatuor palmorum menſura Hiſpanica. Miranda *ſupra concluſ.* 1. Barboſa *ſupra n.* 75. Notandum ſecundò, quòd quamuis, vt teſtantur Sorbus *in annotationibus ad Compendium priuilegiorum Mendicantium verbo ædificare §.* 1. & Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minim. in Conſtit.* 7. *Iulij* 2. *§.* 1. *num.* 1. talia priuilegia non ſint in vſu Neapoli, & alijs Ciuitatibus magnis, cum multa Regularium Monaſteria viciniſſimè reperiantur ædificata, idque aſſerat Sorbus ſæpius deciſum à Sede Apoſtolica. Nihilominus, vt experientia Romæ didici, quando Regulares reclamant prædicta priuilegia oſtendentes, de ea re audiuntur. Tertiò nota, in his etiam priuilegijs reperiri communicationem priuilegiorum, quam habent Religiones, præſertim Mendicantes inter ſe ipſas, vt ſupponit Campanile *ſupra num.* 81. Imo etiam, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 57. ex Corduba, & Portello ibidem relatis, ſi aliqua Religio ex Mendicantibus velit fundare Monaſterium circa Monaſterium alterius Religionis ex eiſdem Mendicantibus, poteſt hæc Religio defendere ſe contra illam priuilegio conceſſo à Summis

Pon-

Digitized by Google

Pontificibus de non fundando Monasterio alterius Ordinis iuxta Monasterium ipsius intra spatium tot cannarum, etiam si casus esset quòd illud priuilegium primò esset concessum illi alteri Religioni, & sibi solùm per communicationem. Ratio est, quia per communicationem fiunt priuilegia propria Religionis, cui communicantur, & tam independentia ab alia, ac si ipsi essent specialiter concessa. Et ita notant Confettius *supra d. tit.* 18. *num.* 1. Rodriguez *to.* 2. *quæst. Regular. q.* 49. *art.* 5. propterea animaduertentes priuilegium illud Iulij 2. de 300. cannis communicari omnibus Mendicantibus. In praxi tamen illorum hoc obseruatur, vt iuxta Regulam illam. *Qui prior est tempore est prior in Iure*, prælatio detur Monasterio prius erecto, ita vt quod de nouo construendum est semper distare debeat ab antiquiori, prout notant Confettius, & Campanile *supra*. Pro quo vide dicenda infra verbo *priuilegia Regularium num.* 24. Illud tamen priuilegium Gregorij XIII. pro Patribus Iesuitis, quod retuli supra *num.* 19. dicitur singulariter esse ipsis concessum, ita vt alijs communicari non possit, prout notant Portellus, & Barbosa eo loco relati. Quod tamen mihi non constat, nec quo fundamento id dicatur, cum potius videam in Bulla *Saluatoris*, quæ est eiusdem Gregorij XIII. in 2. to. Bullarij inter Constitutiones ipsius *num.* 39. prædictum priuilegium, quod à Pio IIII. erat ipsis concessum, ab eodem Gregorio confirmari sine dicta restrictione, quòd alijs Religiosis communicari non possit. Quod idem dico de illo priuilegio Iulij 2. pro Minimis relato. Vide aliud priuilegium SS. D. N. Vrbani pro Monachis de Monserrato, quod refert Tambur. *de Iure Abbat. to.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 3.

21 Demum notandum particulare priuilegium concessum Eremitis S. Augustini à Iulio 2. in Constitutione *Etsi* apud Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minim. in Constit.* 11. huius Pontificis, per quod illis concedit facultatem ad recipiendum noua loca, & Ecclesias, etiam Parochiales, ac cuiuscumque Ordinis absque Sedis Apostolicæ licentia. Quod est magnum priuilegium. Nec video illud reuocatum, seruatis seruandis ex Decretis superiùs adductis Concilij Tridentini, Clementis VIII. Gregorij XV. & Sanctissimi D. N. Vrbani. Nota quoque idem priuilegium quoad receptionem Ecclesiarum Parochialium concessam fuisse Carmelitis prius à Sixto IIII. in Marimagno Ordinis *n.* 40. Cassarubius *in Compendio priuilegiorum* Mendic. *verbo ædificare n.* 18.

22 Circa secundum, quod dixi agendum sub hoc verbo *Monasteria Regularium*, scilicet de ipsorum priuilegijs, notandum, inter ipsa primo loco numerari debere, quòd, etsi omnia Monasteria de Iure

re

re communi subiecta sint Episcopo in cuius diœcesi sunt sita, ita vt Episcopi veluti Generales Monachorum, quosdam ad professionem admittere, alios repellere potuissent. *ca. qui vere* 16. *q.* 1. *cap. Monasteria il* 1. 18. *q.* 2. *ca. vidualitatis* 27. *q.* 1. Silvest. *in Summa verbo Religio* 3. §. 4. Nauarrus *in cap. non dicatis* 12. *q.* 2. *num.* 63. *vers. addo* 2. Rodriguez *quæst. Regular. to.* 2. *q.* 63. *art.* 1. & 3. Campanile *in Diuers. iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *nu.* 1. Vbi subdit ex alijs Doctoribus, quòd propterea Episcopi de ipso iure communi intētionem fundatam tam in ciuilibus, quam in criminalibus contra Abbates, & Regulares habent, ita vt omnia Monasteria Episcopo censeantur subiecta nisi probentur exempta. *cap. cum dilectus de Religiosis domibus*. Barbosa *loco relato de Iure Ecclesiastico l.* 2. *cap.* 12. *num.* 22. Ex priuilegijs verò specialibus Summorum Pontificum, quorum plura retuli *tu.* 3. *verbo exemptio Regularium num.* 4. *& sequentibus* omnia fere Regularium Monasteria sunt ab Ordinariorum potestate exempta, siue priuilegia directè, siue indirectè per communicationem talem largiantur exemptionem, & consequenter Monasteria his temporibus habent iurisdictionem pleno iure quasi Episcopalem. Nauarrus *supra*. Campanile *supra num.* 2. Erasmus Cochier. *de Iurisdictione Ordinarij in exemptos par.* 1. *q.* 17. *n.* 9. & 25. Barbosa *supra n.* 23. Imo etiam illa Monasteria, quæ Episcopi iurisdictioni sunt subiecta, non subduntur illi quoad Regularem obseruantiam. Campanile *supra nu.* 1. Vide dicta 3 *to. verbo Episcopus quoad Regulares nu.* 2. 6. & 16. & *verbo Exemptio Regularium n.* 3. vbi multa in sequentibus de huiusmodi exemptione. Neque quoad legem diœcesanam in aliquibus exactionibus, iuxta dicta *eo verbo Exemptio Regularium nu.* 3. sed solùm quoad legem iurisdictionis, quæ consistit in visitatione, correctione &c. Barbosa. *supra num.* 55.

23 Notandum etiam, sæculares prohiberi erigere excelsas domos, & ædificia prope Monasteria Religiosorum, vel Monialium, taliter quòd ab ipsis videantur Religiosi, vel Moniales. Imo nec Religiosis degentibus prope Monasterium aliorum Religiosorum licitum est sua in altum prætendere ædificia, vel ianuas aperire, ex quibus possint prospicere interiora Claustra Conuentus, non obstante regula vulgari iuris, quòd priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur suo priuilegio, quæ fallit in eo, qui priuilegium actu habet, patiturque damnum, seu læsionem ab habente simile priuilegium. Ita Barbosa *supra nu.* 79. ex vtroque Rodriguez, & Portello. Quibus adde Tamburinum *to.* 3. *de Iure Abbatum disp.* 5. *quæsito* 2. *num.* 4. Notat autem idem Portellus *in Dubijs Regularium verbo Monasterium*

n. 12.

num. 12. se audiuisse à quodam Iudice Supremi Senatus mandasse Regem Catholicum (pie sane) dirui , vel claudi ianuam sæcularis domus , ex qua Religiosi Tertiarij eiusdem Vrbis intra Conuentum videbantur , & inquietabantur . An verò pro constructione Monasteriorum , seu Ecclesiarum , aut reædificatione ipsorum , possint compelli sæculares vicini ad vendendum propria, tractat dictus Tamburinus *supra* .

24 Extat etiam priuilegium Clementis IIII. pro fratribus Minoribus , quo etiam gaudent alij Religiosi cum ipsis communicationem priuilegiorum habentes . Hoc verò priuilegio inhibuit, vt nullus Ecclesias, aut Monasteria , seu loca Fratrum ausu temerario præsumeret infringere , aut in illis violentiam damnabilem exercere . Ac voluit quòd illi, qui secus facere præsumpserint, sententiam excommunicationis incurrerent ipso facto; à qua non possent absolui nisi per Sedem Apostolicam , aut per Conseruatores eidem Ordini deputatos . Cassarubius *in Compendio priuilegiorum Mendicantium verb. Monasteria nu.* 7. Similia priuilegia pro Fratribus Prædicatoribus ex Clem. IIII. & Bonifacio IX. habentur apud Confettium *in Collect. litter. Apostolic. in Clem. IIII. Bulla 6. & in Bonifac. IX. Bulla* 1. Subdit autem Cassarubius *supr. & verb. Absolutio quoad Sæculares* 2. *n.* 15. Leonem X. postea concessisse , quòd infringentes , vel aliquam violentiam in Ecclesijs, vel locis fratrum Minorum facientes ab excommunicatione propter hoc incursa possent à Prælatis dicti Ordinis in foro conscientiæ absolui, licet antea non possent huiusmodi delinquentes absolui nisi à Papa , vel à Conseruatoribus dicti Ordinis . Nota autem hoc priuilegium viuæ vocis oraculo concessum esse , & ita de illo iudicandum , sicut de similibus oraculis , vt pote his temporibus reuocatis , sæpius dixi . Quod, & notat Bordonus *in suis Resolutionibus , resolutione* 1. *num.* 1. Animaduerte etiam , quòd si hoc factum fuerit violando immunitatem Ecclesiarum quoad receptionem reorum in ipsis, talis casus reseruatus censebitur pro quibuscumque Confessarijs propter Decretum Sacræ Congregationis sub Clemente VIII. quod retuli *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. & dicta 3. *to. verb. Immunitas Ecclesiarum nu.* 21. Quod etiam animaduertit Bordonus *supra* . Licet non bene dicat hanc facultatem ablatam fuisse Prælatis Regularibus per dictum Decretum , cum verè illud solùm loquatur de Confessarijs .

25 Inter Monasteriorum priuilegia illud etiam præcipuè numerari debet , quod retuli *to.* 3. *verb. Immunitas Ecclesiarum num.* 2. & 3. vbi dixi , Monasteria , seu Domos Regularium gaudere immunitate Ecclesiastica, ita vt rei ad eas confugientes extrahi non possint,

nisi

nisi in aliquibus casibus, & pro aliquibus criminibus, iuxta formam designatam à Gregorio XIIII. in Constitutione ***Cum aliàs***, de qua eo loco dixi. Vbi etiam nomine Monasterij intelligi dixi non solùm dormitorium, sed etiam totum circuitum Monasterij, hortos, & viridaria ipsius. Nunc verò addendum, nomine Monasterij in præsenti venire omnia loca, quæ continentur intra, vel infra Claustra, septa, seu ambitum totius fabricæ, & habitationis, vt sunt ipsa Clausira, Dormitoria, Cellæ, Refectorium, Capitulum, Nouitiatus, Horti, Areæ, & loca pro famulis, hospitibus, & habitationes animalium, Gymnasia, & similia, ad quæ Religiosi accedere possunt sine licentia Superioris regulariter loquendo. Ratio est, quia omnia ista sunt partes Monasterij, & ita concessisse Seruitis Innocentium VIII. refert Peregrinus *de Immunitate Ecclesiarum cap.* 4. *num.* 50. & Bordonus *supra num.* 4. ex Rodriguez, & Portello. Quamuis autem eo loco dixerim, domos, seu villas, quas Religiosi habent recreationis gratia separata ab Ecclesijs non gaudere hoc priuilegio; nihilominus oppositum probabiliter docent prædicti Peregrinus, Portellus, & Bordonus *num.* 5. loquentes de grangijs Religiosorum. Tum ex dicta Constitutione Gregorij XIIII. vbi illud supponit concedi locis Sacris, seu Religiosis, qualia sunt prædictæ grangiæ. Tum etiam ex priuilegio Eugenij IIII. pro Cistercien sibus, quod refert Rodriguez *to.* 2. *q.* 75. Quod maximè dicendum est, si in prædictis locis aliqui Religiosi commorentur: tunc enim planè dici poterunt talia loca Religiosa. Si autem in illis Religiosi aliqui non commorentur, erunt prædicta loca sicut vineæ, prædia, & domus aliæ, quas sæcularibus conducere solent ipsi Religiosi. De domo etiam noua, seu habitatione recenti contigua Ecclesiæ, & cepta fabricari pro ipsa, gaudere etiam hoc priuilegio tenet idem Bordonus *supr. num.* 7. Tum quia fabrica incepta pro finita habetur in fauorabilibus, arg. eorum, quæ habet Glossa *vers. ante consumationem cap.* 7. *de Regul. & in cap. cum in cunctis de elect.* Tum quia in hoc comparatur Ecclesiæ, quæ sufficit, vt sit cepta fabricari.

26 Illud certius, Superiores Regulares non posse condere statuta, quibus præcipiant absolutè, ne aliqui rei, quibus immunitas Ecclesiastica suffragatur, ad sua Monasteria confugientes, recipiantur. Tale enim statutum est contra ius commune, quod reis concedit hoc confugium, ac per consequens erit nullum; si quidem Superiores Regulares nihil possunt statuere contra ius commune. Bordonus *supra n.* 21. Idque supponitur non solùm in Constitutione Gregorij XIIII. relata, & litteris Sacræ Congregationis, quas retuli *to.* 3. *verbo Bannitus num.* 3. & 8. Quare statuta aliqua Religionum, quale est illud,

quod pro Ordine nostro habetur *par. 1. Constitutionum cap. 9. n. 6.* illis verbis: *Item malefactoribus, & scelleratis ad domos nostras confugientibus metu pœnæ nullo modo aditus pateſiat.* Et infra: *Nec omnino vltra tres dies vllo pacto possint manere in Conuentu sub pœna priuationis ab officio ipsi Priori infligenda*; intelligenda sunt de illis reis, aut facinorosis, quibus non suffragatur immunitas Ecclesiastica iuxta dictam Constitutionem Gregorij, vel qui confugiunt ad Ecclesias, seu Monasteria animo manendi, hospitandi, aut commorandi ibi, vel forsan se occultandi, vt iterum ad similia committenda exire possint, iuxta dicta eo verbo *Bannitus* loco relato. Vnde in prædictis nostris Constitutionibus loco relato hoc insinuatur, simulque modus, quo ideſt faciendum sine præiudicio Regularis obseruantiæ, illis verbis. *Et si forte ob aliquam causam omnino introducendi essent, Prior assignabit eis locum à Fratribus totaliter separatum: nec Frater aliquis loquatur, vel comedat, seu bibat cum eis sub pœna carceris.* Nota etiam, non posse Regulares renunciare huic immunitati suarum Ecclesiarum, aut Monasteriorum, tum quia illa est ius commune adquisitum Ecclesijs, & locis Sacris, super quod non cadit renunciatio, quia est species quædam alienationis (Glossa in *ca. vlt. 16. q. 6.* Siluester *in Summa verbo Alienatio num. 18.*) tum quia quamuis esset priuilegium, est priuilegium bonum publicum Ecclesiæ respiciens, & ita non possunt illi renunciare. *cap. si diligenti de foro compet. & in l. 2. §. sed quia veremur C. de iure iur. propt. calumn. & in l. ius publicum ff. de pact.* Tamburinus *de Iure Abbatum to. 1. disp. 16. q. 15.* Peirinis *to. 1. Priuilegiorum Minimorum in Constitutione 2. Iulij 2. §. 3. nu. 10.* Addunt Peregrinus *supra cap. 2. num. 4. & 17.* & Bordonus *supra*, facientes talia statuta incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ, & aliorum Iurium impositam contra eos, qui statuta aliqua contra immunitatem Ecclesiasticam condunt.

27 Inter priuilegia quoque Monasteriorum iure etiam recenseri debent ea, quæ ipsis Fundatoribus, ipsorum Monasteriorum erectorum intuitu, concessa sunt; quale est illud, quod concessit Fundatricibus Monasteriorum Minimorum Iulius 2. in Bulla *Dudum* apud Peirinis *to. 1. priuilegiorum Minimorum in Constitutione 1. Iulij 2.* quòd scilicet, ipsæ cum liberis suis, omnibus, ac singulis eiusdem Ordinis Minimorum priuilegijs, gratijs, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, indultis, concessionibus, & Indulgentijs, vti, potiri, & gaudere, liberè, ac licitè valerent. Quo priuilegio etiam gaudere possunt aliæ Religiones, quæ cum Minimis communicationem priuilegiorum habent. Notat autem idem Peirinis super dictam Bullam

lam Iulij 2. *nnm.* 52. & 53. hoc priuilegium hodie vacare per Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de Reformatione cap.* 11. quantum ad ea, quæ perturbationem in Epiſcoporum iuriſdictione excitare poſſunt. Similiter gaudent Fundatores, & Fundatrices Monaſteriorum Ordinis eiuſdem Minimorum, & per conſequens etiam aliorum, qui cum ipſis priuilegiorum communionem habent, gratia illis ab eodem Iulio 2. in Bulla *Aliàs venerabilem* apud eundem Peirinis ſupra *Conſtitutione* 4. conceſſa, ſcilicet, quòd omnium, & ſingulorum ipſorum ieiuniorum, orationum, & Sacrificiorum, ac quorumcumque aliorum in toto huiuſmodi Ordine Minimorum de cætero faciendorum, & recitandorum, participes fotent, & illis communicata ſint, & eſſe debeant. Quomodo autem hæc applicatio bonorum ſpiritualium intelligenda ſit, habes ex dictis *to.* 3. *verbo Bona Regularium*. Magnam quoque gratiam illis conceſſit idem Iulius 2. dicta Bulla *Dudum* §. 39. ſcilicet, quòd ipſi, & vtriuſque ſexus liberi plenariam omnium peccatorum ſuorum veniam, & indulgentiam conſequerentur. *Ac quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitando, omnes, ac ſingulas Indulgentias, quas diebus Indulgentiarum omnium Eccleſiarum Vrbis, & extra illius muros proſtationibus deputatarum conſequuntur Eccleſias Vrbis, & extra muros huiuſmodi viſitantes, plenè, ac integrè conſequantur, & conſequi poſſint, ac ſi Indulgentiarum huiuſmodi diebus Eccleſias Vrbis, & extra muros huiuſmodi, & earum quamlibet perſonaliter viſitarent*. Pro qua Indulgentia, & an his temporibus in ſua vi permaneat, conſule dicta *to.* 3. *verbo Indulgentia quoad Regulares*.

28 Cum autem conſtet ex dictis *to.* 2. *cap.* 11. poſſe, & de facto dari Patronos Monaſteriorum Regularium, ſi tamen habeant conditiones illas ad Patronos requiſitas, de quibus dixi eo *cap.* 11. *n.* 2. ſcilicet, quòd Monaſterium fundauerint, vel conſtruxerint, vel dotauerint; ideo, etiam quando Monaſterium eſt fundatum, ſi tamen egens ſit, nec habeat ſufficientia pro ſuſtentatione, poteſt eligere alium Patronum, illum ſcilicet, qui illud Monaſterium de nouo conſtruxerit, vel dotauerit, poſitis tamen conditionibus eo *c.* 11. aſſignatis. Ratio eſt, quia per hoc quod conſtruat de nouo, vel dotet Monaſterium ſufficienter facit id quod requiritur ad rationem Patroni. Rodriguez *to.* 2. *quæſtionum Regularium quæſt.* 49 *art.* 7. Peirinis *ſupra in Conſtitutione Iulij* 2. §. 27. *n.* 83. & 84 ex alijs.

29 Monaſteria ædificari poſſunt de nouo ſine licentia, etiam Principis ſæcularis, etiam ſi ſtatuerit non ædificanda ſine ipſius facultate obtenta. Tale enim ſtatutum contrarium eſt Eccleſiaſticæ liber-

tati, prout probat *cap. vlt. de Eccleſiæ ædificat.* & ex Doctoribus noſter Epiſcopus Bouius *in ſuis Reſponſionibus.* Duardus *in Bulla Cœnæ can. 5. q. 19. à nu. 68.* Bonacina *de Cenſuris in Bulla Cœnæ diſp. 1. q. 16. ſect. 2. puncto 2.* & Barboſa *dicto l. 2. de iure Eccleſiaſtico cap. 2. num. 2. & 3. & cap. 3. num. 196.* poſt alios. De quo etiam infra verbo *Statuta*.

30 Monaſterijs poteſt quilibet ſuas res donare. *l. generali, & l. iubemus l. 2. C. de Sacros. Eccleſia*, & omnium ſuorum bonorum donationem facere. *cap. in præſentia de probat.* Transferreque dominium in ipſa nudo pacto, ſeu nuda promiſſione, ita vt vendicare poſſint rem ſibi conceſſam ſine traditione. *l. finali C. de Sacros. Eccleſ. cap. ex litteris de conſuet.* De quibus, & alijs concernentibus Molina *de Iuſtitia tractatu 2. diſp. 3. & 230.* Rebellus *de Obligation. iuſtitiæ par. 2. l. 18. q. 7.* Barboſa *dicto l. 2. de Iure Eccleſiaſtico c. 3. à num. 180.* vbi etiam alia ad intentum. Qualiter etiam capacia ſint legatis eiſdem derelictis, dixi ſupra verbo *Legata Regularibus relicta nu. 5. 6. & 7.*

31 Sunt etiam plura alia priuilegia Monaſteriorum, quæ ſaltem rem iſſiuè tangenda ſunt. Et primò quidem, immunia eſſe à gabellis, collectis, ſeu oneribus impoſitis à Principibus ſæcularibus, conſtat ex dictis *to. 3. verbo Clericus*, verbo *Gabella quoad Regulares*, & verbo *Immunitas Eccleſiaſtica Regularium*. Deinde, immunia etiam eſſe à decimis ſoluendis, præſertim in multis caſibus, conſtat etiam ex dictis eo 3. *to. verbo Decimæ quoad Regulares*. Qualiter etiam alienari non poſſint eorum bona (quod etiam inter priuilegia ipſorum recenſetur) conſtat ex dictis eodem etiam 3. *to. verbo Alienatio, & alienare*; vbi etiam me remitto ad alia, quæ de hac materia dixi *to. 1. & 2.* Quorum bonorum, ſeu iurium ſint capacia Monaſteria Regularium dixi *to. 2. cap. 19.* Conueniunt etiam ipſis priuilegia Eccleſiarum, & piorum locorum, ſcilicet priuilegium fiſci, militum, alimentorum, dotis, minorum, imperij, & ſimilibus, de quibus Barboſa *dicto l. 2. cap. 13.*

32 Circa tertium de mutatione, ſeu tranſlatione Monaſteriorum notandum, quòd iure communi *cap. vnico de exceſſibus Prælat. in 6.* nullatenus licet Mendicantibus Monaſteria mutare ſine Sedis Apoſtolicæ licentia, excepto ſi mutatio ſit ad Eremos, & in Clementina *Cupientes de pœnis* idem ſtatuitur ſub pœna excommunicationis. Idem etiam ſtatuitur in *cap. vnico de Religioſ. domibus in 6.* reſpectu eorum Mendicantium, qui eo loco extingui dicuntur, iuxta dicta ſupra *num. 4.* Suarez *5. to. in 3. p. diſp. 23. ſect. 5. num. 33.* Rodriguez *to. 2. quæſt. Regular. q. 49. art. 4.* Miranda *in Manuali to. 1.*

q. 33. *art.* 2. & Thesaurus *in Praxi par.* 2. *verbo Religiosi cap.* 1. Vbi nota, hanc prohibitionem non comprehendere omnes Religiosos, sed tantum Mendicantes. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 144. Suarez *supra*. Deinde, solùm est quoad Monasteria recepta ab ipsis eo tempore, scilicet Bonifacij VIII. qui est Author illius capitis, & Clem. V. qui est Author illius Clementinæ, non ad recipienda in posterum. Dicitur enim ibi: *Hactenus recepta mutare*. Suarez *supra num.* 34. ex Glossa, & Nauarro, Thomas de Iesu *supra* §. *praterea*. Nihilominus plura priuilegia concessa sunt Regularibus pro huiusmodi mutatione, seu translatione Monasteriorum. Primò enim id concessisse videtur Minoribus Sixtus IIII. in Bulla *Regimini* apud Rodriguez *in Bullario in eodem Sixto IV. Bulla* 14. §. 35. Prædicatoribus idem Sixtus IIII. in Bulla etiam *Regimini* apud eundem Rodriguez *supra in Sixto IV. Bulla* 33. §. 24. & Minimis Iulius 2. in Constitutione *Virtute* §. 27. apud Peirinis *to.* 1. *Priuilegiorum Minimorum in Iulio* 2. *nu.* 2. Secundò, & clarius, Pius 2. Benedictinis Vallisoletanis in Bulla apud eundem Rodriguez *in Bullario in Pio* 2. *Bulla* 6. illis verbis; *Ac alia Monasteria in locis eorundem temporalium dominorum, vel sterilibus, & in aquosis existentia, si secundum Deum hoc expedire videritis, de dictis Oppidis, siue locis ad alia loca, vel Oppida transferendi*. Item Sixtus V. sub anno 1587. pro 7. Kal. Decembris concessit, quòd *Abbas Generalis Congregationis S. Benedicti Regnorum Portugalliæ, qui pro tempore fuerit, cum consilio, & assensu Capituli Generalis, Monasteria dictæ Congregationis, quæ in locis incommodis, & minus populosis reperiuntur, ad commodiora loca, vbi Monachorum doctrina, & vitæ exemplo populo Christiano magis vtilis futura sit, & fructuosa, propria auctoritate, Ordinariorum locorum, vel cuiusuis alterius licentia minime requisita eum eorum Monachis, & suppellectilibus, paramentis, & ornamentis, aliisque rebus necessarijs transferre, & mutare, ac fructus, redditus, & prouentus eorundem Monasteriorum, seu cuiuslibet eorum, vel illorum partem Generalis, & Capituli prædictorum arbitrio, alij, seu alijs eiusdem Congregationis Monasterijs magis indigentibus perpetuò, vel ad tempus, etiam renitentibus Abbatibus Monasteriorum eorundem, & quibusuis alijs personis, applicare, & assignare. Prouiso tamen quòd animarum cura personarum sæcularium incumbens Abbatibus, & Conuentibus Monasteriorum transferendorum huiusmodi in Ecclesijs eorum nullatenus negligatur, sed per Monachos dictæ Congregationis Regulares, vel Presbyteros sæculares idoneos, & ab Ordinarijs approbatos, laudabiliter exerceatur, liberè, ac licitè valeant, plenam, & liberam Apostolica Auctoritate eorun-*

dem tenore præsentium licentiam concedimus, & facultatem. Non obstantibus &c. Referunt hoc priuilegium non solùm Rodriguez, & Miranda relati, sed etiam alter Rodriguez *in Compendio quæst. Regular. Resolut.* 55. & Portellus *in Dub. Regular. verbo Monasteria num.* 7. Extat etiam concessio Leonis X. pro Ecclesijs Fratrum Minorum, & Monialium S. Claræ transferendis, seu mutandis de vno loco in alium, quam refert Cassarubius *in Compendio verbo Ecclesia fratrum num.* 15. *& verbo Aedificare num.* 14. quam tamen omitto, quia fuit viuæ vocis Oraculum, quod cum similibus hoc tempore vacat, nisi per Bullam aliam confirmatum sit, prout sæpius dixi.

33 Circa hæc tamen priuilegia graue dubium est an his temporibus pro prædicta mutatione, seu translatione Monasteriorum permaneant in suo vigore, an verò reuocata censeantur, ita vt etiam pro mutatione, seu translatione Monasteriorum requirantur solẽnitates adductæ superiùs ex Clemente VIII. Gregorio XV. & Sanctissimo D. N. Vrbano, præsertim cum omnia priuilegia quoad hæc Regularibus concessa reuocentur in illis, vt dictum. In quo; inter extremas aliquorum sententias, quorum aliqui parum liberales in Regulares dicunt ea priuilegia derogata esse, ac proinde etiam pro mutatione Monasteriorum requiri dictas solemnitates; alij verò liberaliores in eosdem id negant; distinguendum videtur, vel enim loquuntur de mutatione, seu translatione huiusmodi Monasteriorum ex vna Ciuitate, vel Oppido ad alia, vel de vno loco ad alium intra eandem Ciuitatem, vel Oppidum. Rursus, aut hæc mutatio, seu translatio est cum damno, seu præiudicio aliorum Monasteriorum, eò quòd proximius ad illa accedatur, vel non. Et quidem loquendo de mutatione, seu translatione Monasteriorum, ex vna Ciuitate, vel Oppido ad alia, certum puto requiri ad illam prædictas solemnitates in prædictis Constitutionibus, & Decretis designatas. Ratio est, quia id videtur colligi ex prædictis Constitutionibus, quia in illis est sermo de nouorum Conuentuum erectione, vt patet ex verbis ipsarum, quando autem Monasterium transfertur, seu mutatur de vna Ciuitate, vel Oppido ad alia, propriissimè dicitur erigi nouum Monasterium, imò de nouo erigi ibi. Accedit, quòd in ista mutatione, seu translatione Monasteriorum procedit ratio motiua, propter quam Pontifices prædictas Constitutiones ediderunt, scilicet euitare damnum, seu præiudicium aliorum Monasteriorum, ad quæ proximè accedit Monasterium de nouo erigendum. Et in hoc sensu accipiendi sunt Cherubinus *in Compend. Bullarij in Constitutione 99. Clem. VIII. Scholio* 1. & Thesaurus *supra* relatus. & Laurentius de Franchis *in suis Controuers. q.* 1 *pag.* 109. Et quoad hunc modum

dum mutationis, seu translationis reuocata censeo prædicta priuilegia per dictas Constitutiones, maximè per eam, quæ est SS.D.N. Vrbani, iuxta dicta *supra num.*4. Vide Riscium *in Decis. Cur. Neapolit. decis.* 168. *p.* 4. Loquendo autem de mutatione, seu translatione Monasterij ex vno loco ad alium intra eandem Ciuitatem, vel Oppidum, ex qua nullum nouum præiudicium fit alijs, credo non requiri ad ipsam prædictas solemnitates, nec pro ipsa esse reuocata priuilegia prædicta. Ratio est, non solum, quia in prædictis Constitutionibus, & Decretis nullum est verbum denotans illis comprehendi mutationem, seu translationem istam, de qua loquimur (cum tamen de illa expressa mentio fieri deberet, quia sæpiùs circa ipsam mulæ lites, & controuersiæ Romæ apud Sacram Congregationem tractantur) sed etiam, quia in ea non militat ratio motiua prædictarum Constitutionum, quæ est, vt dixi, cauere, ne per nouas fundationes Conuentuum Ecclesijs antiquis aliquod præiudicium fiat, cum iam supponatur Regulares dicti Monasterij, quod mutatur, seu transfertur, habuisse ius ad commorandum, permanendum, & quærendum eleemosynas in dicta Ciuitate, vel Oppido. Et ita hanc partem tuentur Rodriguez *dicta quæst.* 49. *art.* 9. dicens ex Geminiano, & Baptista de Salis ita decisum Bononiæ in casu simili circa prohibitionem factam à Bonifacio VIII. *in cap. vnic. de excessib. Prælat. in 6.* de non mutandis Monasterijs à Regularibus, Miranda *supra dicto art.* 2. Diana 3. *p. tract.* 2. *Resolut.* 136. & clariùs Peirinis *to.*2. *Priuileg. Minim. in Constit.* 6. *Gregorij XV. & to.*3. *c.*11. *num.*18. Si tamen contingeret, quòd ex tali mutatione, seu translatione Monasterij de vno loco ad alium etiam intra eandem Ciuitatem, vel Oppidum, alijs Monasterijs aliquod præiudicium fieret, saltem per accidens, scilicet ratione maioris propinquitatis, aut alterius causæ; tunc credo nō posse fieri sine solemnitatibus requisitis in præfatis Constitutionibus, & Decretis, & per illa reuocari priuilegia adducta. Tunc enim militat ratio motiua illorum Decretorum, & Constitutionum. Et hoc puto sensisse Cherubinum, & Thesaurum relatos, ac alios Auctores.

34 Illud etiam certius, Monasteria semel cum legitima licentia possessa, augeri, seu extendi posse intra terminos priores; eo quòd talis extensio, seu augmentatio Monasterij est de actibus iam permissis supposita legitima acquisitione illius, *argument. l. ab ea parte ff. de probat.* Et quia ille, cui est prohibitum acquirere nouum ius, non dicitur venire contra prohibitionem, si augmentet pristinum. *cap. fin. de conces. præb. in 6.* & alijs iuribus. Lapus *consilio* 188. Siluester *in Summa verbo Excommunica-*

2io 9. §. 86. Rodriguez *dicto art.* 9. ex Geminiano.

35 Notandum tamen, quòd quamuis admitteretur, veram esse sententiam illorum, qui, iuxta dicta *supra num.*4. dicunt ad nouam erectionem Monasteriorum requiri his temporibus Sedis Apostolicę licentiam, nihilominus hoc non procedere in prædicta mutatione Monasteriorum ex vno loco ad alium, maximè intra eandem Ciuitatem, vel Oppidum, si talia Monasteria post Bonifacium VIII. seu Clementem V. adquisierunt. Ratio est, quia licet in *cap. vnico de excessib. Prælat. in 6.* confirmato in Clementina *Cupientes de pœnis*, talis licentia Sedi Apostolicæ ab his Pontificibus pro mutatione Monasteriorum requiratur, id tamen intelligitur solùm de mutatione eorum Monasteriorum, quæ tempore dictarum Constitutionum Mendicantes Religiosi habebant, non aliorum, quæ postea acquisierunt. Dicitur enim in illis *Hactenus recepta mutare*. Et ita tenent Siluester, & Rodriguez supra ex Geminiano, qui refert ita decisum Bononiæ in simili causa Fratrum Minorum.

36 Notandum etiam, id maximè procedere in Religiosis, qui vitam eremiticam, seu solitariam ducunt in Eremo, siue locis vbi non est hominum habitatio de propinquo, isti enim sine licentia Papæ possunt loca sua non solùm mutare, sed etiam similia de nouo adquirere. Ita enim habet Bonifacius VIII. expressè in dicto *cap. vnico de excessib. Prælat. in 6.*& notat ibi Glossa.

37 Maximè etiam notandum, Religiosos Minores, Prædicatores, & Minimos mutantes Monasteria de vno loco ad alium, habere hoc priuilegium ex Sixto IIII. & Iulio 2. in Bullis *supra num.*32. relatis. *Ad hæc liceat fratribus vestri Ordinis, cum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, tam ædificia, quam omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt,* (*dedicatis Ecclesijs dumtaxat exceptis*) *quàm libros, Calices, paramenta, secum ad alia loca transferre, ac ædificia ipsa cum solo, & alijs ad eadem loca pertinentia* (*præter Ecclesias*) *per personas adhoc à Sede Apostolica deputatas vendere, ipsorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti Fratres se transferunt, ædificationem, seu aliàs in illorum vtilitatem conuertere, secundum quod eis melius videbitur expedire*. Addit infra. *Et ne aliqui Archiepiscopi, vel Episcopi, aut alij Ecclesiarum Prælati, seu quæuis alia persona Ecclesiastica, seu sæcularis prædicta loca, seu bona occupare, accipere, vel vsurpare, aut quoquomodo sibi vendicare præsumant absque dictæ Sedis licentia speciali districtiùs inhibemus*. Benedictini etiam Lusitaniæ habent priuilegium Sixti V. quod retuli *supra num.* 4. Imo & Minores ex Clem. 4. (vt refert Cassarubius *in Compend. Priuileg. Mendicant. verb. Ædificare num.*2.) habent simile

mile priuilegium illi, quod ex Sixto IIII. retulimus.

38 Pro quorum priuilegiorum praxi notandum primò, illis vti poſſe non ſolùm præfatas Religiones, quibus conceſſa ſunt, ſed etiam alias, quæ cum ipſis habent communicationem priuilegiorum. Confettius *in Summar. mater. priuileg. tit.* 18. *cap.* 3. Miranda *ſupr. d. q.* 33. *art.* 2. Secundò, huiuſmodi mutationem, ſeu translationem Monaſteriorum triplicitèr poſſe contingere. Primò quidem, adquirendo nouum Monaſterium, & non derelinquendo antiquum. Secundò, deſerendo antiquum, & non adquirendo nouum. Tertiò, adquirendo nouum, & deſerendo antiquum. Ex quibus primus modus mutationis potius eſt adquiſitio Monaſterij, quàm mutatio, & ideo de illo intelliguntur ea, quæ dicta ſupra ſunt *à num.* 2. circa Monaſteriorum erectionem. Secundus etiam, potius eſt derelictio, aut deſertio Monaſterij, quam mutatio, & ita de illo intelligenda ſunt ea, quæ infra dicemus. Tertius autem eſt propriè mutatio, de qua in præſenti, & ad quam deſeruiunt priuilegia adducta. Tertiò nota, quòd ex vi illorum, quæ ſunt Sixti IIII. & Iulij 2. pro Prædicatoribus, Minoribus, & Minimis, poſſunt tam ipſi, quam alij, qui eum ipſis communicationem priuilegiorum habent, omnia bona mobilia, etiam pretioſa, & materiam ipſam ædificiorum Conuentus, ſcilicet ligna, lapides &c. quæ in antiquo Monaſterio erant, ad nouum transferre, abſque eo quòd Ordinarij in eis ſe poſſint ingerere, vt patet ex prædictis priuilegijs. Confettius *ſupra*. Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minim. in Conſtit.* 2. *Iulij* 2. §. 27. *num.* 77. Eccleſias verò integras relinquere debent, nec vllo modo prophanare, aut ad vſus profanos laicorum applicare. Tum ex regula Iuris in 6. *ſemel Deo dicatum non eſt ad vſus humanos vlteriùs transferendum*. Tum ex *ca. ligna de conſecrat. diſt.* 1. Vbi ſic. *Ligna Eccleſiæ dicatæ non debent ad aliud opus adiungi, niſi ad aliam Eccleſiam, vel igni ſunt comburenda, vel ad profectum in Monaſterio Fratribus, in laicorum verò vſum non debent admitti*. De quo Portellus *in Dubijs Regularium verbo Eccleſiæ reconciliatio, in fine num.* 5. Imo ſi in talibus Eccleſijs ſit cura animarum proculdubio faciendum eſt id, quod Sixtus V. in priuilegio relato *d. num.* 32. dixit de non negligenda tali cura. Et etiamſi in illis cura animarum non ſit, fieri oportet id, quod Leo X. viuæ vocis oraculo ſtatuit pro Fratribus Minoribus apud Caſſarubium *ſupra verbo Monaſteria num.* 8. ſcilicet, ea aliquando viſitare cum tempus opportunum fuerit, & in eis etiam aliquando celebrare. Maximè, quia in *ca. ſi quis vult.* 16. *q.* 7. expreſsè determinatur, quòd quando Monaſterium aliquod in alium locum transfertur, dimitti debet Presbyter in priori loco ad miniſteria Eccleſiæ.

Addi-

Additur autem in prædictis priuilegijs, solum, seu fundum Conuentus, qui derelinquitur, vendi posse per personas à Sede Apostolica deputatas, dummodo ipsorum pretium in Fratrum vtilitatem conuertatur. Quamuis autem per personas istas à Sede Apostolica deputatas intelligendas credam, quoad fratres Minores, ipsorum Sindicos, prout habet idem Cassarubius *supra dicto verbo Aedificare*, & quoad alios putet Peirinis *supra* intelligi Conseruatores Religionum, puto tamen priuilegia hæc his temporibus quoad hoc vacare, quia non solùm ex Extrauaganti *Ambitiosæ*, Pauli II. & aliorum Pontificum Constitutionibus, sed maximè ex Decreto S. Congregationis Concilij sub Sanctissimo D. N. Vrbano, quæ retuli *to. 1. cap. 10. à num. 1. & to. 2. cap. 19. à num. 54. & to. 3. verbo Alienatio, & alienare* prohibita est Regularibus omnibus quæcumque alienatio bonorum immobilium, & etiam mobilium pretiosorum cum reuocatione omnium, & quorumcumque ipsorum priuilegiorum. Quod potiori ratione dicendum de Ecclesijs ipsis derelictis, tum propter eandem rationem, tum quia ita etiam declaratur in prædictis priuilegijs. Quod intellige contra Peirinis relatum, siue eæ sint consecratæ, siue tantum benedictæ, propter eandem rationem. Quidverò de illis agendum sit, inferius constabit, cum de dimissione, seu derelictione, aut destructione Monasteriorum dicemus. An autem per translationem ammittant Monasteria sua priuilegia, agit Tamburinus *de Iure Abbat. to. 3. disp. 5. quæst. 6.*

39 Circa quartum de vnione Monasteriorum, extat primò priuilegium Ioannis XXIII. concessum Abbati Cistercienſi Cabilonensis Diœcesis, eiusque Coabbatibus vniuersis in Capitulo Generali quandocumque congregandis, quod refert Rodriguez *in Bullario to. 1. in Ioanne XXIII. Bulla* 1. per hæc verba. *Hinc est quòd nos volentes vestræ paci, & tranquillitati consulere, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vt quæcumque Monasteria dicti Ordinis, tam Monachorum, quàm etiam Monialium, & quorum facultates, fructus, redditus, & prouentus non sufficiunt ad sustentationem tot Regularium personarum in eisdem Monasterijs pro tempore degentium, quot in eis pro augmento diuini cultus, ac Missis, & alijs diuinis Officijs celebrandis, secundum eiusdem Ordinis statuta, & præmissorum, ac Regularium Cæremoniarum obseruantiam requiruntur, alijs Monasterijs Religionis, & Ordinis prædictorum pro commodiori sustentatione degentium in eisdem, & quando pro statu, & quiete huiusmodi personarum id noueritis expedire (super quibus vestras eimscientias oneramus) cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, vnum videlicet alteri Monachorum, & aliud alteri Monialium,*

Mo-

Monaſterijs, eiuſdem Ordinis Monaſteria, cuiuſcumque taxæ, ſeu annui valoris fuerint, (& quæ cum eorum iuribus, & pertinentijs ſuis vniuerſis præſentibus haberi volumus pro expreſſis) Authoritate Apoſtolica annectere, & vnire: ita quòd cedentibus, vel decedentibus huiuſmodi Monaſteriorum Abbatibus, vel Abbatiſſis, ſeu Prioribus, vel Prioriſſis (ſi Monaſteria ipſa per Priores, aut Prioriſſas fuerint ſolita gubernari) aut ea quomodolibet dimittentibus, liceat alijs Abbatibus, & Abbatiſſis, aut Prioriſſis, quorum Monaſterijs alijs ſic vacantia venient vnienda, corporalem poſſeſſionem huiuſmodi vacantium Monaſteriorum, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum authoritate propria apprehendere, & perpetuò retinere, ac fructus, redditus, & prouentus dictorum Monaſteriorum vniendorum in ſuos vſus, ac pro ſuſtentatione huiuſmodi perſonarum degentium in eiſdem liberè conuertere, Diœceſani loci, aut cuiuſcumque alterius ſuper hoc licentia minimè requiſita, liberè, & licitè valeatis, deuotioni veſtræ de ſpecialis dono gratia concedimus per præſentes. Non obſtantibus &c. Hæc ibi ad litteram.

40 Secundò extat priuilegium Pij II. pro Priore, & Conuentu Benedictinorum Vallisoleti, quod retuli *ſupra num.* 32. in quo cum pro parte ipſorum petitio iſta propoſita eſſet; quòd *in nonnullis domibus eiuſdem Ordinis diuerſarum diœceſ. præfato Monaſterio quoad obſeruantiam ſubiectis, propter inopiam reddituum vltra tres, vel quatuor Religioſi nequeunt commodè ſuſtentari, quo fit, vt in eiſdem domibus Regularis obſeruantia ad plenum, vt decet, obſeruari non poſſit*, Pontifex concedit ſequentia. *Nos itaque de præmiſſis certam notitiam non habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, de quorum prouidentia, & circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, ſi eſt ita, duo, vel tria Monaſteria, ſiue domos dicti Ordinis, in quibus, propter exiguitatem fructuum, reddituum, & prouentuum tres, vel quatuor Monachi ſuſtentari nequeunt, Abbatum, & Conuentuum dictorum Monaſteriorum expreſſo ad id interueniente conſenſu, vniendi, annectendi, & incorporandi; ac in aliquo ipſorum Monaſteriorum, ſiue domorum, Monachos, vſque ad numerum duodecim conſtituendi, & deputandi.* Et infra, paucis interiectis. *Nec non fructus, redditus, & prouentus prædictorum omnium Monaſteriorum, vt præmittitur, vniendorum, quos pro expreſſis haberi volumus, pro ſuſtentatione Monachorum in magis accommodis domibus, & Monaſterijs commorantium deputandi plenam, & liberam tenore præſentium concedimus facultatem. Non obſtantibus* &c.

41 Tertiò Innocentius VIII. conceſſit fratribus Prædicatoribus quòd

quòd Conuentus non valens sustentare octo Religiosos possit alteri incorporari per Vicarium Congregationis, seu Prouincialem (quod idem est) cum Diffinitoribus, dum tamen sine scandalo fiat, & in Ecclesia loci incorporati non cesset cultus diuinus. Refert hoc priuilegium Ioannes de Cruce *de Priuilegijs Regularium l.2.c.9. dub.2.* & tam ipse, quam Peirinis, qui *to. 1. priuileg. Minim. in Constitutione 2. Iulij 2. num.* 80. priora duo alia priuilegia referunt, supponunt illis vti posse Religiones alias habentes communicationem priuilegiorum cum istis. Quod intellige, seruatis conditionibus in eisdem priuilegijs designatis. Alia autem circa huiusmodi priuilegia, & præsentem materiam habet Tamburinus *de Iure Abbat. to.3. disp.* 8. *per totam*. Quibus adde, SS.D.N. Vrbanum 8. facultatem quoque concessisse Generalibus Minorum Conuentualium, & Minimorum supprimendi, & extinguendi Conuentus tenues, & pauperes, & eorum bona, & onera in alios Conuentus transferendi. Vt videre est in Peirinis *to.3. priuileg. Minim. cap.* 12. *in Constit. D.N. Vrbani* 14. *aliàs* 24. *& in nouiss. Constit. eiusd. Vrban. n.*15.

42 Circa quintum de dimissione, seu derelictione Monasteriorum, constat ex dictis *to.* 1. *cap.* 21. *num. 36.* deseri non posse à Regularibus, in iure communi stando, sine licentia Sedis Apostolicæ, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ex *cap. vnico de Religios. domib. in* 6. & *ex cap.* etiam *vnico de excessibus Prælatorum etiam in* 6. adiuncta Clementina *Cupientes de pœnis*. Siluester *in Summa verbo Casus q.*1. *casu* 8. Rodriguez *to.*1. *quæst. Regular. q.*23. *art.*6. Ioannes de Cruce *supra dub.* 1. *concl.* 1. Notandum tamen, prohibitionem illam *cap. vnic. de Religiosis domib.* solùm esse iuxta dicta *supra n.* 4. pro illis Religiosis Mendicantibus, quos Pontifex eo capite extingui fecit, non pro alijs quatuor Mendicantibus, aut alijs Religiosis. Similiter prohibitio illa *cap. vnic. de excessibus Prælat.* & Clement. *Cupientes*, solum est, iuxta dicta etiam *supra*, pro Mendicantibus, non pro alijs Religiosis non Mendicantibus. Nauarrus *in Man. cap.*27. *num.*144. Rursus solum pro Conuentibus, aut Monasterijs, quæ habebant tempore Bonifacij VIII. & Clem. V. iuxta dicta *supra*, non pro alijs Conuentibus, aut Monasterijs, quæ postea adquisierunt. Nauarrus *supra*. Regulares ergo non Mendicantes nullo iure communi prædicto prohibentur Monasteria deserere, nec Mendicantes nisi ea, quæ illis temporibus possidebant.

43 Nihilominus extat priuilegium Sixti IIII. pro Vicario Generali Minorum, quod refert Confettius *in Collect. Litter. Apostolic. in Sixto IIII. Bulla* 12. & de quo Rodriguez *supra*, quo scilicet illi concessit, vt ea loca, quæ Fratribus suæ curæ commissis minus commoda

Digitized by Google

mõda esse cognouerit, vel aliàs onerosa, in manibus Ordinariorum locorum liberè, & licite deferere possit, facultatem concessit, prout sibi visum fuerit expedire, onerando tamen in hoc ipsius conscientiam, non obstantibus Constitutione Bonifacij VIII. & alijs quibuscumque. Simile etiam priuilegium (forsan idem) pro Generali fratrum Minorum de Obseruãtia refert Cassarubius dicto *verbo Aedificare num.* 8. Notat autem Confettius supra *in Summar. mater. priuilegior. tit.* 18. *cap.* 3. hoc priuilegium communicari Generalibus aliorum Ordinum, intellige, habentium communicationem priuilegiorum cum Minoribus. Obseruat etiam Rodriguez *supra*, nec Prouinciam solam, nec Prouinciales posse vti hoc priuilegio, nec alio modo, quam deserendo dicta loca in manibus Ordinariorum.

44 Præcipuè notandum, huiusmodi Monasteria, seu loca Regularia derelicta, esse in triplici differentia; alia enim sunt, quæ à Communitatibus, Vrbibus scilicet, vel Oppidis ipsis concessa fuerunt. Alia verò, quæ ipsi ex eleemosynis acquisitis, vel proprijs redditibus construxerunt. Alia denique, quæ sunt Iuris patronatus alicuius Patroni iure fundationis, constructionis, vel dotationis, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. Et quidem si fuerint primo modo, proculdubio videtur procedere doctrinam traditam, scilicet, quòd cum deseruntur deferi debeant in manibus Ordinariorum, ad illos enim pertinet iure communi cura Ecclesiarum, & locorum piorum. Si autem fuerint secundo modo, oppositum videtur dicendum, loquendo de illis Religionibus, quæ capaces sunt dominij bonorum in communi, scilicet ea non debere deseri in manibus Ordinariorum, sed posse illa Regulares, quorum sunt, vendere, alienare, commutare &c. seruatis tamen seruandis, scilicet licentia Sedis Apostolicæ &c. cum sint bona Ecclesiastica immobilia, quæ sine eius assensu alienari non possunt. Nullo enim iure habetur, quòd dicti Religiosi teneantur illa, quæ sunt sua, & ab ipsis iustè adquisita Ordinario tradere. Etsi oppositum tenere videantur Miranda *dicta q.* 34. *art.* 3. *concl.* 2. & Barbosa *dicto l.* 2. *de iure Ecclesiastic. cap.* 12. *nu.* 67. Vnde quoad ista priuilegium adductum videtur inutile, ac per consequens standum in iure communi de illis non deserendis à Mendicantibus nisi ex Papæ licentia; loquendo videlicet iuxta dicta, de Monasterijs, quæ habebant tempore Bonifac. 8. & Clementis 5. non de alijs, quæ postea adquisierunt. Si verò fuerint Monasteria, seu loca tertio modo, distinguendum est, vel enim tales Fundatores, seu Patroni in contractu fundationis, seu patronatus retinuerunt sibi dominium illorum, in casu quo Religiosi illa relinquerent, vel non. Si primum, proculdubio pertinent ad ipsos talia Monasteria, seu lo-

ca

ea derelicta; lege quidem naturæ, propter contractum factum, & lege posi iua, propter *cap. Antigonus de pact.* Peirinis *dicto to. 1. in Constitutione 2. Iulij 2. nu.* 82. Quod etiam est verum quando contractus factus fuit à prædecessoribus, quia Prælati successores tenentur ex contractu prædecessorum. Prout ex Abbate, Baldo, Cardinali, & Decio tenent Rodriguez dicta *q. 49. art. 7.* & Miranda *sup. q. 34. art. 2. concl. 1.* Idem dic, quando tales Patroni non abdicarunt à se dominium Monasteriorum, sed illud absolutè sibi retinuerunt. Portellus *in dub. Regular. verbo Monasterium num.* 8. Si secundum, videtur eodem modo dicendum ac de locis, seu Monasterijs adquisitis secundo modo. Id tamen animaduertendum pro fratribus Minoribus, quòd cum ipsi bona in communi non possideant sicut aliæ Religiones possident, ideo huiusmodi Monasteria, seu loca Regularia ab illis, vel eleemosynis, vel à Patronis concessa transeunt in dominium, & proprietatem Sedis Apostolicæ, & ita vti posse illos priuilegio adducto prædicta Monasteria in manibus Ordinariorum deferendo. Si quidem ipsamet Sedes Apostolica hoc illis concedit in eodem priuilegio. Rodriguez *supra dicto art. 7. §. quantum autem.* Quod intellige tantùm, quantùm ad Ecclesias, & Oratoria, & Cœmeterium, nam quantùm ad dormitoria, officinas, seu alia loca Monasterij ea pertinent ad Patronos, seu fundatores. Prout expresse habet Nicolaus III. in *cap. exijt de verbor. significat.* Rodriguez *supra*. Miranda *supra dicta q. 34. art. 2. concl. 2.*

45 Præcipue etiam, iuxta dicta *supra num.* 38. notandum, huiusmodi Monasteria, seu loca Regularia derelicta non esse in habitacula sæcularium, vel laicorum conuertenda, nec à sæcularibus gubernanda, aut commutanda, vel vendenda. *ca. nemini* cum sequenti 16. *q. 7. ca. quæ semel* 19. *q. 3.* Nec etiam Clericis sæcularibus debent concedi. *ca. peruenit. ad me* 18. *q. 2.* Hieronimus Rodriguez *in Compendio quæst. Regular. resolut.* 55. *nu.* 7. Miranda *supra q. 34. art. 1. concl. 1.* Barbosa *supra num.* 59. Qui etiam asserunt quòd in casu magnæ alicuius necessitatis, & rationabili existente causa, de licentia, consensu, & auctoritate Episcopi diœcesani, bene posset Monasterium destrui, & deseri, atque cum opus fuerit in profanos vsus commutari. Quibus consonat declaratio S. Congregat. quam refert Naldus *in Summ. verbo Ecclesia num.* 23. in qua habetur, quòd Ordinarij arbitrio relinquitur quando Ecclesiæ dirutæ conuerti possint in priuatas domos, aut loca publica, in vsus tamen non sordidos, & an pecunia ex ipsis ruinis comparata sit conuertenda in bona stabilia Ecclesiæ, vel eroganda in alios pios vsus. Apud eundem etiam Naldum *ibid.* ex Praxi Curiæ Archiepiscop. Neapol. habes, quòd Ecclesia

diruta

diruta, & prophanata deſeruire poſſit pro magazzeno vini, ſeu cella vinaria, non autem pro vſu hiſtrionum, aut pro coquina, propter indecentiam, quæ in hoc eſt. Regulariter autem loquendo ligna, & lapides Eccleſiæ dirutæ nõ debent ad aliud applicari niſi ad aliam Eccleſiam, vel profectum Fratrum in Monaſterio, nullatenus verò in laicorum vſum. Ita enim habetur *ca. ligna de conſecrat. diſt.* 1. Silueſter *in Summ. verb. benedictio q.* 7. ex Palud. In caſu etiam quo pro Monaſterijs deſuerint Regulares, Clerici ſæculares in eis poterunt conſtitui. *cap. inter quatuor de Religioſ. domib.* Barboſa *ſupra n.* 61. Eccleſiæ autem dirutæ locum non poſſe alienari ſine ſolemnitate conſueta declarauit S. Congregatio, teſte Naldo *ſupra n.* 22.

46 Præterea notandum, quòd ſi Regulares ſua loca, vel Monaſteria deſeruerunt per vim, aut metum iniuſtè illatum, prout contigit in deſertione Monaſteriorum noſtræ, & quarundam aliarum Religionum in partibus hæreticorum, Anglia ſcilicet, Scotia, Hibernia, Saxonia, & ſimilibus, quòd ad ipſa recuperanda non videantur requiri ſolemnitates adductæ in ſuperioribus ex Decretis Summorum Pontificum, & Sacrarum Congregationum confirmatis à Sanctiſſimo D. N. Vrbano in Conſtitutione relata ſupra *num.* 4. Ratio eſt, quia Decreta illa, & Conſtitutiones, vt ex ipſis conſtat, ſolùm loquuntur de noua erectione Monaſteriorum Regularium, non autem de recuperatione eorum, quæ iniuſtè per vim, aut metum ab ipſis ablata fuerunt. Præſertim, quia illa ſemper manſerunt in dominio Religionum, cum per iniuſtam illam ablationem ſolùm priuati fuerint poſſeſſione illorum, non dominio. Rodriguez *dicta quæſt.* 49. *art.* 9. Miranda *dicta quæſt.* 32. *art.* 5. *concl.* 1. Quando verò Regulares ſponte dimiſerunt aliqua Monaſteria, an ſi poſtea illa velint occupare, neceſſe ſit obſeruare prædictas ſolemnitates, dubiæ quæſtionis eſt, & parti affirmatiuæ fauent Cherubinus *in Compend. Bullar. in Clem. VIII. Conſtit.* 99. & Peirinis *to.* 2. *Priuileg. Minim. in Conſtitut.* 6. *Gregorij XV. num.* 2. eo quòd in iſta reaſumptione Monaſteriorum militet eadem ratio, ac in noua erectione. Negatiuæ verò Rodriguez dicto *art.* 9. Miranda *ſupra*. Ego verò, iuxta dicta *ſupra nu.* 33. dicendum puto, quòd ſi ex huiuſmodi recuperatione Monaſterij nouum detrimentum contingat alijs Monaſterijs, ſeu Eccleſijs, tunc proculdubio neceſſarium videtur obſeruare illas, quia militat eadem ratio, & intentio Summorum Pontificum, & Sacrarum Congregationum. Si verò, vel nullum nocumentum prædictis Eccleſijs, vel Monaſterijs inferatur, vel illud non eſt nouum, ſed antiquum, tunc non videtur requiri, quia ex vi prioris fundationis ſuperatum videtur iam hoc inconueniens, &

adqui-

adquisitum ius Regularibus illorum Monasteriorum.

47 Quòd bona Monasteriorum desertorum, quæ erant Regulariũ, ad ipsos pertineant, constat, tum ex iure communi, cum nulla ratio sit, vt ipsis priuentur, tum ex dictis supra cum de mutatione Monasteriorum ageremus. Qualiter etiam bona Monasteriorum quarumdam Monialium destitutorum applicari debeant Religiosis earundem Religionum ex priuilegijs Sedis Apostolicæ, constat ex dictis *to.* 2. *cap.* 19. *nu.* 50.

48 Prædicta quoque Monasteria à Regularibus deserta non requirere Prælatorum residentiam, constat ex declaratione Sacræ Congregationis, quam ex Garzia, & Armendariz, refert Barbosa *in Collectaneis Bullarij verbo Monasteria Monialium* 1. Ibi enim habetur, quòd Monasteria, quæ cura, & Conuentu carent, non requirant aliquam residentiam. Similiter, si Religiosus aliquis in talibus Monasterijs desertis pro illis administrandis deseratur, quòd non teneatur rationem reddere Ordinario, colligitur, tum ex dictis 3. *to. verbo Administratio, & administrare num.* 2. tum ex alia declaratione Sacræ Congregationis, quam ex eodem Armendariz refert Barbosa *supra*.

49 Qualiter prohibitum sit viris Religiosis introducere, vel ingredi permittere in ipsorum Monasteria fœminas quascunque, constat ex dictis *to.* 1. *cap.* 10. *à num.* 9. De quo etiam, præter Authores ibi relatos, Filiucius *Tract.* 15. *num.* 118. *&* 119. & Thesaurus *in prax. par.* 2. *verbo clausura cap.* 3. Maximè verò circa absolutionem à suspensione à diuinis non reseruata, quam contra transgressores imposuit Pius 5. in Constitutione eo *num.* 9. relata, & ab excommunicatione Papæ reseruata, quam Gregor. 13. contra eosdem imposuit in Constitutione etiam eodem loco adducta, consule priuilegia Religionum, & quæ pro nostra adduxi eodem *to.* 1. *cap.* 18. *à num.* 33. Sicut pro dispensatione in pœnis priuationum, inhabilitatum &c. dicta eo *cap.* 18. *num.* 46. & dicenda infra verbo *pœna Ecclesiastica*, præsertim *num.* 8. *&* 17. De quibus etiam, & alijs hanc materiam concernentibus latè, & doctè Vincentius Candidus *to.* 4. *disquis. disquis.* 5. *art.* 2.

MONE-

Digitized by Google

MONETARII.

SVMMARIVM.

Constitutio Sanctissimi D. N. Vrbani contra Monetarios. num. 1.
Actiones ibi prohibitæ. num. 2.
Quomodo ea intelligendæ. num. 3.
De degradatione delinquentium. num. 4.
De pœna triremium. num. 5.
Nomine Italiæ an veniant Insulæ adiacentes. num. 6.
An Monetariorum crimen sit reseruatum. num. 7.
An gaudeant immunitate Ecclesiæ. num. 8.
De valore monetæ Sac. Congregationis declaratio. num. 9.

1 DE Monetariorum crimine, & de pœnis ipsorum aliqua dixi *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 23. *& tom.* 3. *verbo Falsarius à num.* 5. alia tamen in præsenti addenda, maximè cum Constitutio Sanctissimi D. N. Vrbani, quam eo loco retuli, etiam ad Regulares extendatur. Ea verò quantum ad præsens sic habet. *Cum itaque felic. rec. Pius Papa V. prædecessor noster attendens, quòd licet monetarum aurearum tonsoribus de iure vltimi supplicij esset inflicta pœna, argenteas tamen monetas tondentibus satis minor erat imposita, omnes eos, qui argenteas tonderent, vltimi supplicij, & eadem, qua aurearum tonsores eatenus puniti fuerant, & de iure puniri debebant, pœna, puniendos esse statuerit, prout in cedula Motus proprij manu eiusdem Pij prædecessoris subscripta plenius continetur. Nos Motu proprio, ac excerta scientia, meraque deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, statutum, voluntatem, & mandatum Pij prædecessoris præfati tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus. Ac ad omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, etiam quomodolibet exemptas, tàm seculares, quàm cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam de necessitate exprimendi, nec non Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, Regulares, non solùm in Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Nobis, & Sedi Apostolicæ subiecto, sed etiam in omnibus, & singulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, & locis in Italia dumtaxat existentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel*

aliàs adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut exponere præsumpserint, extendimus, & ampliamus. Volentes, vt culpabiles in præmissis reperti, præuia degradatione, Curiæ sæculari puniendi tradantur. Pecunias verò sic, vt præfertur, adulteratas scienter detinentibus, seu de loco ad locum transferentibus, aut materiam, instrumenta, siue opem ad præmissa præstantibus, pœnam triremium per decennium imponimus. Et cognitionem causarum huiusmodi, quoad personas Ecclesiasticas præfatas tàm sæculares, quam Regulares in Prouincijs Nobis, & Sedi præfatæ subiectis, ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in eisdem Prouincijs de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore existentes, in alijs verò omnibus, & singulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Castris, & locis tam sub nostra, & dictæ Sedis, quàm cuiusuis alterius Principis ditione, in Italia tantùm comprehensis, priuatiuè quoad omnes etiam Superiores Religiosorum, ipsisque Superioribus penitus exclusis, ad Ordinarios locorum spectare etiam volumus. Mandantes propterea Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, singulis videlicet in suis Ciuitatibus, & Diœcesibus, & quoad loca intra fines alicuius Diœcesis, non tamen de Diœcesi existentia, ipsarum Diœcesium, intra quarum fines eadem loca extiterint, quo verò ad ea, quæ extra fines alicuius Diœcesis consistunt, vicinioribus eorundem locorum Ordinarijs, quatenus ad instantiam cuiusuis fisci, vel etiam cuiusuis denunciatoris, causarum huiusmodi cognitiones suscipientes, præuia etiam auocatione à quibusuis alijs, in causis ipsis, modo præmisso procedant, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, inuocata etiam ad hoc, si opus fuerit, brachij sæcularis auxilio. Inhibentes &c.

2 Circa quam Constitutionem notandum. Primò, sex præcipue actiones in illa prohibitas esse. Prima est, *aureas, vel argenteas monetas tondere*. Secunda, eas *fabricare*. Tertia, eas *colorare*. Quarta, eas *adulterare*. Quinta, eas quomodolibet adulteratas *scienter erogare*. Sexta, illas *exponere*. De prima iam dixi loco relato ex 3.to. quid sit *tondere* monetam, scilicet de iusto pondere ipsius aliquid detrahere, vel abscindere, & qualiter sic faciens peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem. Vbi etiam quid dicendum sit de tondente priuata autoritate monetas plus æqui pondetis habentes, in ea quantitate qua excedunt. Vbi nota, quòd etsi talis propriè falsarius non sit, quia falsarius non est nisi qui veritatem dolo aliquo mutat, quod non facit sic tondens, vt habet Naldus *in Summa verbo falsum num. 6.* ex Petro de Nauarra, quem refert; nihilominus punibilis est, etsi mitiori pœna, vt ibi dixi, quàm ea, quæ in prædicta

& Constitutione decernitur. De secunda etiam, quæ est *fabricare*, iam dixi eo loco hanc actionem committere illos, qui priuata autoritate monetam cudunt, & sic facientes peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem iacturæ, quam patiuntur Principes, vel Ciuitates, ad quos pertinet illas fabricare, Quod intellige, etiam si bonam, & iustam monetam cudant, propter eamdem rationem; & quia cum non sit Principis auctoritate facta, non habet verum valorem monetæ, sed solùm valorem auri, vel argenti, ex quo facta est. Vide Chapeauille *de Casib. reseruat. casu* 16. *q.* 1. *difficultate* 1. & 4. Notant autem Guidius *l.* 3. *de Mineralib. tit.* 9. *de Moneta q.* 71. *num.* 104. & Peirinis 3. *to. priuileg. Minim. in Const.* 12. *aliàs* 22. *Vrbani ca.* 12. *num.* 2. quòd qui incepisset fabricare falsam monetam, deinde pœnitens ex libera sua voluntate non perfecit, sed destruxit id quod ceperat facere, his pœnis non tenetur, quia leges pœnales non habent locum nisi secuto effectu. Dixi autem ad Principem, vel Ciuitatem pertinere solùm fabricare monetam, quia ita habetur ex varijs Legibus & Authoribus, vt affert Barbosa *de Offic. & potest. Episcopi Allegat.* 51. *num.* 55. De tertia etiam actione, quæ est *colorare* monetas, eas scilicet pingendo, vt appareant aureæ, vel argenteæ, etiam dixi eo loco esse peccatum mortale obligans ad restitutionem. De quo etiam vide Barbosam *supr.* De 4. quæ est *adulteratio* monetæ, etiam dixi loco relato. Pro qua nota, quòd adulterare monetam, tribus modis contingere potest, scilicet circa substantiam, circa pondus, & circa formam. Quoad substantiam namque falsa moneta dicitur quando substituitur, aut permiscetur vnum metallum pro alio. *l. Paulus ff. de solut.* Circa pondus autem, quando minus pro maiori ponitur *l.* 1. *ff. de contrahen. empt.* Circa formam verò, cum quis cudit monetam bonam, hoc est veri, & iusti ponderis, ac valoris, sine tamen potestate id faciendi, aut imprimendo characterem, aut formam alienam absque consensu eius cuius erat *l. sine nomine*, & *l. qui nomine ff. ad leg. Cornel. de falsis.* Guidius *supr. tit.* 9. *de moneta num.* 93. Barbosa *supr. num.* 57. De quinta etiam, quæ est prædictas monetas falsas, seu adulteratas *scienter erogare*, etiam dixi loco relato esse peccatum mortale ad restitutionem obligans. Vbi nota, quòd cum Pontifex posuerit illam particulam *scienter* denotare voluit pœnas huiusmodi Constitutionis non esse applicandas ei, qui ignoranter id fecerit. Credo tamen, quòd si talis ignorantia esset crassa, aut affectata illum non excusaret. Talis enim ignorantia æquiualet malitiæ. Peirinis *supra n.* 3. Barbosa *supr. n.* 66. Probabitur autem ignorantia prædictas monetas erogantis, primò, monstrando personam à qua illas habuit. Secundò, si fuerit persona bonæ opinionis, &

famæ. Tertiò, iuramento dicentis se habuisse talem ignorantiam. De quibus Farinacius *in Praxi criminali par.* 5. *q.* 115. Decian. *Tract. crimin. l.* 7. *cap.* 25. Guidius *supr. q.* 74. & alij. De 6. actione, quæ est exponere tales monetas nihil occurrit dicendum, quia videtur coincidere cum quinta, vel saltem parum ab ipsa differre.

3 Notandum etiam circa eamdem Constitutionem, eam, & pœnas ipsius non esse extendendas ad exercentes prædictas actiones circa falsas monetas, cum tales non dicantur falsarij monetæ, intellige veræ, & vsualis. Barbosa *supr. n.* 62. ex Menochio, Surdo, & Deciano. Similiter nec videri extendendas ad exercentes tales actiones circa monetas reprobatas à Principe quantumuis aliàs bonas, quia illæ solùm videntur intelligendæ de illas exercentibus circa monetam vsualem, & quæ expendi potest. Barbosa *supr. num.* 61. ex alijs. De quo etiam Franciscus Curtius *de Monetis to.* 12. *n.* 20. Guidius *supr. q.* 78. *n.* 115.

4 Circa illud, quod additur in dicta Constitutione, scilicet *volentes, vt culpabiles in præmissis reperti, præuia degradatione, Curiæ sæculari puniendi tradantur*; notandum quoad Regulares, quòd si ad illos spectet huiusmodi causæ cognitio, prout extra Italiam spectare potest, circa talem degradationem, quæ, qualis, & quomodo sit facienda, animaduertere debent, quæ dixi 3. *tomo. verbo Degradatio*.

5 Circa illud etiam eiusdem Constitutionis: *Pecunias vero sic, vt præfertur, adulteratas, scienter detinentibus, seu de loco ad locum transferentibus, aut materiam, instrumenta, siue opem ad præmissa præstantibus, pœnam triremium per decennium imponimus*, similiter notanda pro eisdem Regularibus, quando ad illos extra Italiam huius causæ cognitio spectauerit, quæ dixi *to. p. cap.* 16. *num.* 32. de Regularibus ad triremes damnatis, qualiter scilicet talis pœna licitè in aliquibus casibus ipsis infligi possit, & an ibi existentes verberari, & quid quando redeunt ad Religionem an maneant irregulares, & an dispensari possint in irregularitate. Notandum etiam huiusmodi damnatos ad triremes priuari posse, & etiam debere, habitu, pro eo tempore, quo sunt in illis, vel etiam in carceribus sæcularium, vt ad triremes mittantur. Tum quia sunt indigni habitu pro eo tempore, tum ad vitandum scandalum, & dedecus Religionis. Bordonus *in Resolutionibus Resolut.* 35. *num.* 28. Vide dicenda infra verbo *Triremium pœna*.

6 Similiter notandum, quòd cum prædicta Constitutio, vt patet ex verbis ipsius iam relatis, solùm sit pro Italia, ideo iuxta opinionem illorum, qui dicunt nomine Italiæ non venire Insulas Siciliæ, Sardi-

Digitized by Google

Sardiniæ, & Corſicæ (quam tueri videtur Diana *p. 3. Tract. 17. Reſolut. 30.* ex Gambarupta *de Caſibus reſeruat. cap. 3. num. 8.* & ſequitur Peirinis *ſupr. num. 8.* dicens ſic practicari in Sicilia, & maximè in Diœceſi Catanenſi) poterunt Prælati Regulares in prædictis Inſulis, ſicut in alijs Orbis terræ partibus ſuos ſubditos hoc crimen perpetrantes punire ſecundum ſuarum Religionum iura, iuxta dicta eo loco relato ex *3. to.* In Italia verò non ſolùm prohibentur id facere, ſed etiam impedire, moleſtare, aut perturbare Iudices in dicta Conſtitutione à Papa deſignatos, ſub pœnis excommunicationis latæ ſententiæ, & priuationis Beneficiorum, & Officiorum obtentorum, ac inhabilitatis ad alia in futurum, vociſque actiuæ, & paſſiuæ. Quin etiam præcipitur ipſis Superioribus Regularibus, vt quoties ad id fuerint requiſiti Religioſos ipſos, etiam ſi Superiores alicuius loci Regularis actu fuerint, ipſis Legatis, Prolegatis, & Ordinarijs, vel alijs quibus ijdem Legati, Prolegati, & Ordinarij mandauerint, conſignent, cum ſcripturis, & actis, ſi quæ facta fuiſſe reperiantur.

7 Quia etiam crimen Monetariorum aliqui recenſent inter caſus reſeruatos Epiſcopis, ſaltem ex conſuetudine; ideò notandum id quod dixi *3. to. verb. Caſus Reſeruati num. 3.* quòd ſcilicet quando de hac conſuetudine non conſtat, non eſſe habendum pro reſeruato, niſi Epiſcopi eum ſpecialiter, & expreſsè reſeruent.

8 Præterea in hunc caſum incidentes gaudere Immunitate Eccleſiaſtica, eo quòd non includatur in caſibus, quos tali Immunitate priuauit Gregorius 14. in Conſtitutione, quam retuli *tertio tomo verbo Immunitas Eccleſiarum num. 1.* conſtat ex dictis *ibid. num. 16.* & tenent Peregrinus *de Immunitate cap. 10. num. 9.* & Diana *par. 1. Tractatu 1. Reſolut. 7.* An verò Regulares perpetrantes hoc crimen potiri poſſint eadem Immunitate Eccleſiaſtica, conſtat ex dictis eo loco *n. 6. & to. 1. cap. 18. n. 83.*

9 Pro valore autem Monetæ notandâ declaratio S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quam refert Barboſa *in Collectan. Bullar. verb. Moneta* his verbis: *Monetæ in valore regulariter attenditur tempus contractus, etiam in annuis præſtationibus.*

MONIALES.

SVMMARIVM.

De Monialibus remiſſiuè
De Monialium Obedientia num. 2.

De paupertate. num. 3.
De caſtimonia. num. 4.
De numero ipſarum in Monaſterijs collocando. num. 5.
An duæ, vel plures ſorores poſſint in vno Monaſterio conſtitui. num. 6.
De dote Monialium. num. 7.
De ipſarum receptione. num. 8.
De ætate pro ipſis requiſita. num. 9.
Non cogendæ ad habitum ſub pœnis &c. num. 10.
An aliquando cogi poſſint fœminæ ad Religionem ſuſcipiendam. num. 11.
De excommunicatione contra impedientes earum receptionem. n. 12.
De ætate recipiendarum. num. 13.
De profeſſione Monialis dubitantis an ſit baptizata. num. 14.
De examine Monialium. num. 15.
De obligatione ipſarum ad Officium diuinum. num. 16.
Communicatio cum extraneis illis probibita. num. 17.
Decretum Sac. Congregationis probibẽs acceſſum Regularium ad Monaſteria Monialium. num. 18.
Aliud ſimile Decretum. num. 19.
Quomodo intelligenda. num. 20.
Quos Religioſos comprehendat. num. 21.
Quas Moniales. num. 22.
Quæ licentia requiritur ad colloquendum cum ipſis. num. 23.
De pœnis contra tranſgreſſores. num. 24.
Maledictiones contra perturbantes illas in obſeruantia Caſtitatis, & alijs bonis ipſarum. num. 25.
An Regulares alloquentes Moniales incidant in excommunicationem poſitam ab Epiſcopo. num. 26.
Scribere ad illas an ſit prohibitum. num. 27.
De regimine, & adminiſtratione bonorum ipſarum. num. 28.
An gaudeant priuilegio fori. num. 29.
De ipſarum abſolutione. num. 30.
Declarationes Sac. Congregationis circa illas. num. 31.
Alia remiſſiuè. num. 32.

1 DE illis multa dicta ſunt in præcedentibus tomis, præſertim *to.* 1. *cap.* 25. per totum, & *cap.* 26. de Abbatiſſis, ſeu Prælatiſſis ipſarum. Item *to.* 2. *cap.* 1. *nu.* 8. 19. 22. 23. & *cap.* 5. *num.* 51. præſertim etiam 3. *to.* verbo *Abbatiſſa*, verbo *Clauſura*, verbo *Dos Monialium*, & alijs locis ſparſim. Nihilominus plura alia de ipſis addenda, ea præcipuè, de quibus particu-

ticulares extant Sacræ Congregationis declarationes, vel pro maiori materiæ complemento.

2 Et primò, loquendo de Monialium obedientia qualis ſit reſpectu Epiſcoporum, ſi illis ſint ſubiectæ, & reſpectu Prælatorum Regularium, ſi illis ſubijciantur, & reſpectu Vicariorum, quos ſolent habere, ac ſuatum Prioriſſarum, vel Abbatiſſarum, & quanta ſit hæc obligatio, conſtat ex dictis *d. cap.* 25. *à num.* 1. *vſque ad* 4. Reliqua etiam, quæ ad ipſarum obedientiam ſpectant, quatenus ea eſt cõmunis viris, & fœminis Religioſis, conſtant ex dictis eo *to. primo ca.* 4. per totum, vbi de obedientia Religioſorum latè egi. Specialiter etiam, & ſub quanta obligatione teneantur obedire ſuis Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, & an iſtæ poſſint illis aliquid præcipere *in virtute S. obedientiæ*, vel *S. Spiritus*, & circa quam materiam, & an ſub cenſura, habes ex dictis eo *cap.* 26. *à num.* 8. *vſque ad* 11. De obedientia autem ipſarum ad Regulas, Conſtitutiones, & Statuta ſuorum Ordinum, iam dixi eo *cap.* 25. *num.* 1. ſimile meſſe illi, quam obſeruare debent alij Religioſi, ex ceptis ijs, quæ ipſorum ſexui, & fragilitati repugnant.

3 De modo paupertatis prò Monialibus requiſito, & magis conuenienti, dixi eo *cap.* 25. *num.* 7. Quibus etiam applicari poſſunt ea quæ dixi de voto paupertatis Religioſorum in communi eo *to.* 1. *cap.* 6. Scio aliquos, qui poſt me ſcripſerunt laxiùs de ea re loquutos fuiſſe, neſcio tamen an veritati, mentique Sac. Concilij Tridentini, Summorumque, Pontificum Decretis, ea cohæreant.

4 Circa Monialium caſtitatem, præter dicta *tomo* 1. *cap.* 5. de Religioſorum caſtitate, quia etiam illis applicari poſſunt, deſeruiunt quoque ea, quæ dicto *cap.* 25. *à num.* 16. & *to.* 3. verbo *Clauſura* dixi de prohibitione, quam habent non egrediendi è ſuis Monaſterijs, nec ad illa admittendi quaſcunque perſonas. Ea enim ob caſtitatem exactiùs ab ipſis obſeruandam ab Eccleſia ſtatuta ſunt. Quibus addendum primò, peccatum carnis commiſſum cum Moniali non ſolùm eſſe ſacrilegium, quia eſt contra cultum, & ſanctitatem perſonæ Deo Sacræ, vt colligitur ex S. Tho. 2. 2. *q.* 114. *art.* 1. Angelo, Silueſtro, Caietano, & alijs Summiſtis *verbo Sacrilegium*. ſed etiam eſſe peccatum trium criminum malitia aliquo modo vitiatum, nempe ſacrilegio relato, adulterio ſpirituali, quia ſponſa Chriſti corrumpitur, & veluti inceſtu etiam ſpirituali, quia cũ Monialis ſit ſponſa Dei, qui eſt pater noſter, per cõſequens eſt veluti conſanguinea vel affinis noſtra. Gloſſa *in c. incidimus* 27. *q.* 1. Rodriguez *to.* 2. *quæſt. Regular. q.* 30. *art.* 1. Homobonus *de Caſibus reſeruatis p.* 2. *cap.* 5. *ſect.* 1. Addi etiam poteſt tale crimen habere ſtrupi malitiam,

ſi Monialis virgo erat, & malitiam raptus, propter iniuriam illatam Prælato ipſius. Tamburinus *de Iure Abbatiſſarum diſp.* 11. *quæſit.* 1. *num.* 4. Punitur propterea tale ſacrilegium committens excommunicationis pœna, & expulſione à Chriſtianorum conſortio *canone virginibus, & ca. impudicas* 27. *q.* 1. Pœna etiam depoſitionis ab Ordine, & ammiſſionis Beneficiorum, & alijs pœnis *ca. ſi quis Epiſcopus* 27. *q.* 1. & 6. Synodo in Trullo *cap.* 4. Punitur etiam iure ciuili pœna mortis *l. ſacrilegio ff. ad l. Iuliam pet. l. aut facta* §. *locus ff. de pœnis*. Communiter tamen video ſimiles delinquentes ad triremes damnari. De ijs, & alijs pœnis huius delicti Graſſius *in Deciſionib. aureis lib.* 2. *cap.* 46. Homobonus *ſupr.* Tamburinus *ſupr. quæſit.* 2. ex alijs. Ipſæ autem Moniales ſe violari permittentes, eſto multis pœnis, ſicut & violatores ipſi ab antiquis Concilijs puniantur, regulariter tamen hac pœna plectuntur, vt perpetuo carceri mancipentur. *ca impudicas* relato. Marſilius *in l.* 1. C. *de raptu virg. n.* 57. Tamburin. *ſupr. quæſit.* 3. Quas autem pœnas incurrant contrahentes cum Monialibus, ipſæque Moniales contrahentes, dixi eo *ca.* 25. *num* 15. Addendum ſecundò, quòd caſu quo Epiſcopus, vel Superior Regularis reſeruet ſibi caſum committentium aliquas obſcænitates, vel alia crimina cum Monialibus, alijſque honeſtis fœminis in Monaſterio exiſtentibus, hunc casũ incurrere. Primò, illos, qui Monialium pudicitiam verbis tantum attentarunt, ex ca. *ſi quis non dicam de pœnit. diſt.* 1. *& l. item apud Labeonem* §. *ſi quis virgines ff. de iniur.* Secundò, illas oſculantes, vel impudicis manibus tãgentes. Tertiò, per litteras, vel nuncios, vel ſigna, aut nutus ad turpia ſollicitantes. Quartò, cum illis de obſcænis loquentes. Quintò, hæc vel ſimilia cum Nouitijs, puellis educandis, nuptis, ſeu viduis in Monaſterio exiſtentibus molientes. De quibus Homobonus *ſupra* Tamburinus *quæſit.* 1. ex Azorio, & Henriquez.

5 Pro numero Monialium in ipſarum Monaſterijs deſignando, iam dixi eo *capite* 25. *num.* 6. ex iure Canonico, Concilio Trid. & Conſtitutione Pij 5. (vt antiquiora iura ommittamus) non poſſe recipi plures Moniales, quàm, quæ ex redditibus, vel conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſint. Vbi etiam quid dicendum ex declaratione Sac. Cõgregationis de Monialibus ſupernumerarijs. Ad quem verò pertineat huiuſmodi numerum deſignare, ſic habetur ex declaratione quadam Sac. Congregationis in vna Tortonenſi apud Barboſam *de Iure Eccleſiaſtico l.* 1. *cap.* 44. *num.* 28. *Præfixio fiat ab Ordinario duntaxat in Monaſterijs ſibi ſubiectis, in cæteris verò, quæ Regularibus ſubdita ſunt, fiat eadem præfixio ab Ordinario, cum interuentu tamen Superioris Regularis*. Pro Regno etiam Portugal-

tugalliæ, petente Catholico Rege, à Sac. Congreg. ſtatutum eſt vlteriùs, vt in ijs Monaſterijs, quæ Regularibus ſubiecta ſunt, Superiores Regulares numeri prefixioni aſſiſtant, & quòd ſupra numerum præfixum nulla deinceps admittatur Monialis abſque expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ. Barboſa *ſupr. n.* 29.

6 Declaratum etiam video à Sac. Congregatione ad Archiepiſcopum Bracharenſem ſub die 26. Auguſti 1616. ſequentia. *Non poſſunt vltra duas ſorores in eodem Monaſterio habitum Regularem ſuſcipere, & profeſſionem emittere abſque Sac. Congregationis licentia, & ſi hac licentia obtenta, tertia ſoror ad habitum admittatur, voce actiua, & paſſiua tandiù careat quouſque altera ex eiſdem duabus ſororibus vitam cum morte commutauerit, dotemque duplicatam ſoluat, quatenus intra; triplicatam verò; ſi ſupra numerum exiſtat. Talique caſu adimpleri debent conditiones in licentijs expreſſis pro Monialibus ſupranumerarijs concedi ſolitis. Vbi autem laudabilis conſuetudo inoleuit, vel Pontificia Conſtitutione cautum, quòd nec duæ ſorores in eodem Monaſterio habitum ſuſcipiant, prout Florentiæ, & alibi, ita obſeruatur.* Barboſa *ſupr. num.* 24. & conſonat Gauantus *in Manuali Epiſcoporum verbo Moniales num.* 10. Circa quæ, præter dicta eo *cap.* 25. *num.* 6. vide etiam Campanile *in Diuerſ. Iur. can. rub.* 12. *cap.* 16. *num.* 14. Gauantum *ſupr. ver. Monialium Nouitiarum alimenta*, & Tamburinum *ſupr. diſp.* 5. *quæſit.* 4. Vbi etiam habetur Epiſtola eiuſdem Sacræ Congregationis ad Cardinalem Bendraminum, ex qua aliquot caſus, qui occurrere poſſunt circa præſentem difficultatem, decidi poterunt. Notandum etiam, quòd mortua aliqua Moniali intra numerum præfixum, ad reliquas Moniales ſpectat, capitulariter, votiſque ſecretis, eam puellam, quæ eis viſa fuerit, ad locum huiuſmodi intra numerum vacantem, admittere. Barboſa *ſupr. num.* 33. Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Moniales num.* 23. Qui etiam dicit ita declaraſſe S. Congregationem. Notandum præterea circa hunc numerum Monialium, quòd de conſuetudine aliquorum locorum Conuerſę nō habentur in conſideratione ad augendum talem numerum. Tamburin. *ſupr. diſp.* 5. *quæſit.* 1. *n.* 3. Licet oppoſitum videam declaratum à Sac. Congr. apud eumdem Gauant. *ſupr. verbo Monialium numerus n.* 3.

7 De dote Monialium, & quomodo licitè dari poſſit, dixi non ſolùm eo *cap.* 25. *nu.* 5. ſed etiam latius 3. *to.* verbo *Dos Monialium.* Præter dotem autē nihil accipi poſſe ex bonis Nouitiæ dixi eo *c.* 25. *num.* 39. Niſi ſolùm, vt ibi dixi, pro victu, & veſtitu Nouitiæ. Et conſonat declaratio Sacræ Congregationis apud Barboſam *ſup. n.* 25. ex qua habetur, à tempore ſuſcepti habitus vſque ad profeſſionem teneri

neri consanguineos, vel parentes eiusdem, ei victum, & vestitum, subministrare, quamuis dos in depositio existat. Habetur etiam ex alia declaratione S. Congreg. apud eumdem Barbos. *supr. num.* 27. non licere Episcopis cum Nouitiæ vestiuntur, vel professionem emittunt, à propinquis, vel ab alio quocunque donatum, comestibilia, & linea, etiam parui valoris accipere. Hinc consequenter propinæ dandæ Superioribus in habitu, & professione Monialium sunt prohibitæ, sicut, & conuiuia in foresterijs Monialium, non verò eleemosynæ pro Sacristijs, & infirmarijs. Ita enim habetur ex alia declaratione Sacræ Congregationis, quam refert Gauantus *supra verbo Monialium professio num.* 23. Cui etiam consonat illa, quam supra *num.* 5. dixi factam esse ad instantiam Regis Catholici pro Regno Portugalliæ. Cum enim postularetur, vt abusus Monasteriorum illius Regni circa propinam dandam Superioribus quotiescunque aliqua puella induceretur habitu monastico, tolleretur, præcepit S. Congregatio sic. *Propinarum abusus ne dum tollatur, sed etiam grauissimarum pœnarum, etiam censurarum, comminatione, prohibeatur. Pro eatamen die, qua ad habitum* Monachalem *admittentur puellæ, aliquid esculenti, vel poculenti modici valoris, & pro eiusdem diei vsu duntaxat, elargiri, vetitum non censeatur.* Addit autem Barbosa loco relato ex *l.* 1. *de iure Ecclesiastico num.* 32. Sanctissimum declarasse prædictum Decretum dicendo. *Eleemosynas, quæ per pactum Sacristijs, & infirmarijs Monasteriorum Monialium dari solent, non comprehendi in Decreto, quo propinarum solutio per Moniales dum ad habitum, vel ad professionem admittuntur, fieri solita, interdicitur.* Quia verò in taxatione harum expensarum excessus potest contingere, ideo ad id deseruit declaratio S. Congregat. quam refert Campanile *supra num.* 13. in qua dicitur. *Sumptus à Monialibus in professione, & velo sumendo faciendi taxentur ab Ordinario, & definiantur pro rebus necessarijs.* Vbi nomine *Ordinarij*, quo Sac. Congreg. vtitur intelligendus etiam venit Prælatus Regularis in ordine, ad receptionem Monialium sibi subditarum. Vide etiam quæ dixi eo *to.* 1. *cap.* 24. *à num.* 32. circa donationes Nouitiorum antè professionem ex Concilio Trid. *sess.* 25. *de Regularibus cap.* 16. Ea enim excommunicatio à Concilio imposita etiam intelligenda est circa Nouitias Moniales. Pertinet quoque ad Episcopum, etiam per censuras Ecclesiasticas, cogere Regulares, vt Nouitijs ante professionem obeuntibus restituantur omnia, quæ sua erant, iuxta dicta ex eodem Concilio *to.* 3. verbo *Episcopus quoad Regulares n.* 8.

8 Circa Monialium receptionem, præter Constitutiones, & Statuta particularia Religionum, Decreta quoque specialia Diœcesis

Medio-

Digitized by Google

Mediolanenſis, quæ refert Gauantus *ſupra verbo Monialium profeſſio*, notandum etiam eſt, Moniales legere neſcientes, neque ad profeſſionem, neque ad Chorum admitti debere. Ita enim declarauit S. Congregatio, vt refert Barboſa *ſupr. num.* 26. & ex ipſo Nouarius *in Lucerna Regular. nu.* 2. Hoc tamen non videtur neceſſarium pro Conuerſarum receptione.

9 De Monialium recipiendarum conditione quoad ætatem, dixi eo *cap.* 25. *num.* 11. An non ſolùm virgo, ſed etiam vidua conſecrari poſſit velo proprio virginum, dixi eo loco *num.* 9. & 10. Quibus addendum, Monialem viduam conſecrari poſſe benedictione viduali, ex Nauarro *l.* 3. *conſil. de Regularibus conſil.* 4. & Miranda *de Sacris Monialibus q.* 7. *art.* 8. *concluſ.* 2. Vbi addit modum benedicendi viduas dicens. Si benedicenda, & conſecranda publicè vidua eſt, quæ in facie Eccleſiæ viro nupſit, & poſtmodum eo mortuo, Monialis eſt effecta, in tali caſu benedicenda eſt benedictione viduali publicè, de qua benedictione non habetur ſpecialis Rubrica in Pontificali Romano, ſed illa, qua benedicuntur virgines adaptatur illi, mutatis nominibus ſignificantibus virginitatem in nomina ſignificantia viduitatem, & caſtitatem. Idem dicendum eſt de muliere corrupta, quæ nunquam viro nupſit, iudicialiter tamen habetur eam fuiſſe corruptam, nec id ipſa negat, quin verò fatetur; & hæc etiam debet benedici publicè benedictione viduali. Tamburinus *ſupra diſp.* 27. *quæſito* 3. *in fine*. Quomodo autem conſecrari, vel non conſecrari poſſit Monialis aliquo modo corrupta, vel quæ contra caſtitatem peccauit, præter dicta eo *num.* 10. videndi ſunt ex ijs, qui poſt me ſcripſerunt Tamburinus *dicta diſp.* 27. *fere per totam*, & Theſaurus *in praxi par.* 2. *verbo Monialis cap.* 3.

10 Qualiter puellæ cogi non poſſint ad habitum, vel profeſſionem Monialium, conſtat ex dictis eo *cap.* 25. *num.* 8. & 12. & etiam *cap.* 24. *num.* 29. Quia tamen Concilium Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 18. ſic habet. *Anathemati ſubijcit omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quam laicos, ſeculares, vel Regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes, ſi quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem inuitam, præter quam in caſibus in Iure expreſſis, ad ingrediendum Monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque Religionis, vel ad emittendam profeſſionem. Quique conſilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique ſcientes eam non ſponte ingredi Monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſsionem emittere, quoquomodo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint.* Ideo aliqua animaduerſione di-

gna

gna ſunt. Primò, quòd hæc excommunicatio eſt latæ ſententiæ: Theſaurus *in praxi par.* 2. *verbo Monialis cap.* 1. ex Toleto, & alijs communiter. Secundò, quòd non videtur incurri ab Imperatoribus, Regibus, vel magnis Principibus, cum illi non exprimantur, prout videbatur neceſſarium, cum ſint perſonæ ſpeciali nota dignæ. Sanchez *in Decalog. l.* 4. *cap.* 4. *num.* 2. Et ſi oppoſitum indicet Suarez *to.* 5. *in* 3. *p. diſp.* 23. *ſect.* 7. *num.* 8. Tertiò, quòd non eſt reſeruata, cum nihil de reſeruatione in Concilio dicatur. Theſaurus *ſupr.* §. *limita quarto*, ex Suarez, Toleto, & Sayro. Quartò, quòd, iuxta dicta eo *cap.* 24. *num.* 29. hæc excommunicatio à Concilio impoſita non incurritur à cogentibus pueros, ſeu viros ad Religionem, cum Concilium ſolùm loquatur de fœminis. Quintò, eamdem excommunicationem incurrere cogentes fœminas non ſolùm ad habitum ſuſcipiendum, vel profeſſionem emittendam, ſed etiam ad ingrediendum Monaſterium, ſæculari habitu retento, ad educationem, v. g. Ratio eſt, quia Concilium ſicut expreſſit ſuſceptionem habitus, & profeſſionem, ſic etiam expreſſit ingreſſum Monaſterij, per quem, vt diſtinctum ab alijs duobus, non potuit aliud intelligere niſi hunc ingreſſum, præſertim, cum loquatur alternatiuè de his tribus caſibus, in alternatiuis autem iuxta Regulam iuris *in* 6. ſatis eſt alterius partis veritas. Ledeſma *in Additionib. Summæ tit.* 2. *Tract. de ſtatibus ca.* 5. *concl.* 8. Filiucius *to.* 1. *tract.* 14. *cap.* 6. *num.* 89. Tamburinus *ſupr. diſp.* 1. *quæſito* 4. poſt Dianam, & alios, quibus iunge Theſaurum *ſupr.* §. *Amplia ſecundo*. Et ſi Sanchez *ſupr. num.* 12. cum Rodriguez *to.* 2. *Summæ cap.* 8. *num.* 9. id probabiliter limitet, ita vt non incurratur hæc excommunicatio, niſi quando cogitur puella ad talem ingreſſum animo principali, vt poſtea puella habitum ſumat, & profeſſionem emittat. Non videntur autem incurrere hanc excommunicationem parentes, qui cogerent puellas impuberes ad ingrediendum Monaſterium, vt in eis ſub Regulari diſciplina viuant. Ratio eſt, quia huiuſmodi oblatio puellarum impuberum permiſſa eſt parentibus iure communi, prout colligitur à contrario ſenſu ex *ca.* 2. *de reg. & ex cap. puella* 20. *q.* 2. & expreſsè deciditur in Concilio Vuormatienſi *cap.* 22. & habetur *cap. Addidiſtis* 20. *quæſt.* 1. & in Concilio Tolet. 10. *cap.* 16. Item *ca.* 1. 20. *quæſt.* 2. Idem habetur *l. regia* 4. *&* 5. *tit.* 7. *p.* 1. & docent D. Antoninus, Palud, & Siluеſter, quos refert, & ſequitur Sanchez dicto *l.* 4. *cap.* 18. *nu.* 8. Nec hoc eſt reuocatum in Concilio Tridentino, aut alio loco, vt ipſe Sanchez *ibid. num.* 33. & Portellus *in Dubijs Regularium verbo Clauſura Monialium in Additionibus mihi num.* 9. ac Tamburin. *ſupr. dicto quæſito* 4. tenent. Cum autem parentes ex iure communi non reuo-

reuocato habeant facultatem offerendi filias impuberes Religioni, à fortiori poterunt illas ad id cogere. Portellus *supr.* Tamburinus *sup. & disp.* 2. *quæsit.* 4. Dixi autem non incurrere hanc excommunicationem parentes offerentes etiam cogendo dictas puellas impuberes Religioni, quia secus est dicendum de offerentibus, aut cogentibus puellas puberes, ideſt, duodecimum annum vel circiter habentes, cum textus adducti solùm loquantur de impuberibus, & de puberibus maximè procedat decisio Concilij. Portell. & Tamburin. relati. Alia verò, quæ spectant ad huiusmodi oblationem puellarum, habes apud Suarez *to.* 3. *de Religione l.* 5. *cap.* 9. & Sanchez *dicto cap.* 18. per totum. Qui porrò dicantur cogere puellas ad habitum, professionem, vel ingressum Monasterij, latè habent idem Sanchez *supra dicto cap.* 4. fermè per totum, Thesaur. *supr.* §. *amplia primò* ex Rotæ decisione, Portellus *supr. verbo Moniales num.* 9. ex declaratione Sacræ Congregationis apud Marzillam, & *in Addit. à num.* 6. De quo etiam infra verbo *Professio Regularis* dicetur. Nec etiam incurrent hanc censuram cogentes fœminas ad emittendum in sæculo votum Religionis, quia in Decreto Concilij solùm est sermo de cogentibus ad ingrediendum, vel habitum suscipiendum, vel profitendum, & cum sit pœnale non debet extendi. Sanchez *dicto cap.* 4. *n.* 13. Thesaur. *supr.* §. *limita tertiò*, referens Suarez, & Filiucium. Qualiter etiam præbentes consilium, auxilium, vel fauorem ad talem coactionem incurrãt eamdem censuram, habetur ex eodem Tridentino loco relato. De quo etiam, & qualiter id intelligatur, dummodo sequatur effectus coactionis, agunt Sanchez *dicto l.* 4. *cap.* 4. *à num.* 18. & Portellus *verbo Monialis in additionibus nu.* 17. Vbi etiam quinam intelligendi præsentiam, consensum, vel auctoritatem tali violentiæ præstare.

11 Casus autem, in quibus ex Iure habetur fœminas cogi posse ad Religionem, vel ingressum Monasterij, præter adductum de puellis impuberibus oblatis Religioni, vel Monasterio, sunt. Primus, quando fœmina publicè, vel priuatim fecit votum Religionis, de quo constat *cap. licet de voto*. Secundus, si fœmina post duos menses coniugata nolit consumare matrimonium de Religione deliberans; vel quando conscia de dispositione Iuris *cap. quidam*, *& cap. placet de conuers. coniug.* (quibus capitibus definitur quòd coniux non potest altero coniuge inuito Religionem ingredi, & ingressus tenetur ad instantiam alterius coniugis egredi) conscia inquam fœmina de hac dispositione consentit, vt vir in Religionem ingrediatur, in eaque professionem emittat, si de illa remanente in sæculo habeatur suspicio, quòd non seruabit votum continentiæ cui se adstrinxit ad hoc

vt al-

vt alter posſee Religionem ingredi, poteſt ad intrandum compelli, iuxta *cap. ſignificauit de conuerſ. coniug.* à contrario ſenſu. Tertius, ſi poſt quinquennium dicat profeſſionem ſuam fuiſſe nullam, Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 19. De quo infra verbo *Profeſſio Regularis*. Quartus, ob crimen, vt ſi damnata ad carcerem perpetuum, offerat Papa, vt ſit Monialis, & liberetur à carcere, tunc enim debet cogi, ſicut de adultera, cui pœna remittitur, dummodo ſit Monialis, & illa acceptauit. Authentic. *Sed hodie C ad l. Iuliam de adult.* In his ergo caſibus non incutritur dicta excommunicatio Concilij. Leſſius *l.* 2. *de iuſtitia cap.* 41. *dub.* 3. *num.* 27. *& dub.* 4. *num.* 42. Portellus *dicto verb. Moniales n.* 7. Peirinis *to.* 1. *de Subdito q.* 1. *ca.* 29. §. *noto* 3. Theſaur. *ſupr.* §. *limita primò*.

12 Incurrunt etiam prædictam excommunicationem latæ ſententiæ, & non reſeruatam, vt dixi, ex eodem Concilio *cap.* 18. relato, illi, *qui Sanctarum Virginum, vel aliarum mulierum voluntatem velis accipiendi, vel voti emittendi quoquomodo ſine iuſta cauſa impedierint*. Nomine autem voti non intelligitur votum ſimplex, ſeu priuatum factum in ſæculo, ſed votum ſolemne factum in Religione. Sanchez *dicto l.* 4. *cap.* 4. *num.* 14. ex Suarez, Portellus *verbo Moniales in addit. nu.* 15. Addit Sanchez *nu.* 15. nec comprehendi impedientes ptimum Religionis ingreſſum. Sed oppoſitum tenet Suarez, & ex eo Portellus *ſupr. num.* 16. Cum autem Concilium dicat *ſine iuſta cauſa*, ideo ſi pater dicat filiæ non poſſe illam eſſe Monialem, quia caret dote, vel quia eſt infirma, vel propter alias rationabiles cauſas, non incurret illam. Rodrig. *to.* 3. *quæſt. Regular. q.* 14. *art.* 3. Portellus *dicto num.* 16.

13 Circa ætatem puellarum ad habitum, & nouitiatum admittendarum, dixi eo *cap.* 25. *num.* 11. cautè procedendum, propter varietatem declarationum Sac. Congreg. quæ in hoc puncto à D D. referuntur, quibuſdam aſſerentibus, puellas minores duodecim annorum recipi non poſſe, alijs verò negantibus. Nunc verò addendum, partem negatiuam, ſcilicet puellas admitti non poſſe niſi poſt duodecimum annum, communiorem eſſe, & magis conformem, tum Decreto Concilij Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 17. tum menti Sac. Congregationis, prout referunt Naldus *in Summa verbo Habitus num.* 6. Bartholomeus de Vechis *in Praxi Nouitiorum diſp.* 2. *dub.* 6. *num.* 16. & Tamburin. *ſupra diſp.* 4. *quæſito* 2. latè. Vide alia infra verbo *Nouitij, & Nouitiæ*.

14 Monialis dubitans an fuiſſet baptizata, quæ ad cautelam ſe iterum fecit baptizari, ſi antea profeſſionem emiſerat, profeſſio tenet, ita vt exire non poſſit. Sed tamen debet iterum nouitiatum

facere

facere anno integro, & postea profiteri. Portellus *sup. verb. Moniales nu.* 5. ex declaratione Sac. Congregat.

15 De examine Monialium faciendo ab Episcopo, vel eius Vicario ante professionem, & an etiam ante habitus susceptionem faciendus sit, & qualiter, egi dicto *cap.* 25. *nu.* 12. *& cap.* 26. *nu.* 17. *& 3. to.* verbo *Episcopus quoad Regulares num.* 10. An autem suspensio, quam Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 17. statuit contra Præfectam Monasterij, quæ ante professionem Nouitiæ per mensem non monet Episcopum, sit solùm pœna, non autem censura, quæ ipso facto ante declarationem incurratur, dicam infra verbo *Suspensio quoad Regulares nu.* 3.

16 De obligatione Monialium ad dicendum Officium diuinum in choro, & priuatè, & qualiter in *Confiteor* nihil mutare possint, nec dicere *tibi Mater, vobis sorores*, sed *tibi Pater*, & *vobis fratres*, dixi eo *cap.* 25. *num.* 13. & 43. Vbi etiam de Capellanis Monialium, de quibus debent dicere Missam. Pro quo etiam vide dicta supra verbo *Missa num.* 43. Vlterius notandum, teneri etiam Moniales celebrare facere Missam Conuentualem. *cap. cum creatura de celebrat. Missar. & cap. dolentes eodem titul.* Sunt enim earum Ecclesiæ, vel Collegiales, vel saltem Conuentuales. Angelus *in Summ. verbo Missa* §. 33. Corduba *in Annotationibus ad Compend. priuileg. fratrum verbo Moniales.* An verò talis Missa conuentualis Monialium sit necessariò applicanda generaliter pro viuis, & defunctis, respondeo negatiuè, nisi ex statutis particularium Religionum ad id obligentur, prout dicitur de Religione Minorum. Cum constet ad id non obligari iure diuino, aut Canonico communi. Si autem viuunt ex eleemosynis fidelium, & non ex proprijs redditibus, saltem ex gratitudine ad id videntur obligatæ, vt satisfaciant benefactoribus. Corduba *supr.* Portellus *verbo Missa n.* 7.

17 Circa communicationem extraneorum cum Monialibus, constat ex iure antiquo prohibitum esse accedere ad Monasteria ipsorũ. *cap. Monasteria de vit. & honest. Cleric. cap. periculoso de stat. Regular. in 6.* & in Concil. Matiscon. 1. *ca.* 2. Vnde nec Episcopis extra propriam Diœcesim id licet, vt habet Gratianus *to* 2. *disputat. forens. cap.* 392. & constat ex quadam Epistola Sac. Congregationis ad Archiepiscop. Barens. quam referunt Antonius Nouarius *in Summ. Bullar. verbo Clausura, & accessus num.* 10. & Tamburin. *supra disp.* 25. *quæst.* 2. Nec Subcollectori, vt constat ex alia declaratione Sac. Congregat. quam referunt Sellius *in Select. Canonic. cap.* 18. *num.* 51. & Barbosa *in Collectan. Bullar. verb. Montales alloqui &c.* Specialiter Religiosis id etiam est prohibitum. *ca. diffi-*

nitiui-

minimus 18. *q.* 2. Insuper, præter particulares prohibitiones, quas speciales Religiones habent circa hoc, sicut nostra in *parte* 3. *Constit. cap.* 12. *num.* 24. & Franciscana apud Mirandam *de Sacr. Monialib. q.* 4. *art.* 2. & alia, quæ ad intentum dixi eo *cap.* 25. *num.* 34. 35. & 36. Specialiter, prout eo *nu.* 36. & 40. dixi, extat Decretum S. Congregationis sub Sixto 5. quo illis prohibetur sub varijs pœnis accedere ad Monialium Monasteria, exceptis Prædicatoribus, Capellanis, & Confessarijs, quibus, cum certis conditionibus, id permittitur. Item, & Decretum aliud Sac. Congreg. sub Sanctissimo D.N. Vrbano, quo moderatum est illud prius. Quia tamen prædicta Decreta ab aliquibus desiderantur, ideo hic ponenda, & plura pro ipsorum explicatione dicenda.

18 Primò ergo Decretum S. Congregationis de anno 1590. huius tenoris est. *Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinales Sacræ Regul. Congregat. Præfecti, ad occurrendum scandalis, quæ contingere possunt, alijsque iustis, & rationabilibus causis animum pie mouentibus, de speciali, & expresso mandato S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ quinti, viuæ vocis oraculo eis facto, decreuerunt, & mandauerunt, nulli post hac Religioso cuiuscunque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat, (Superiore, cui Monasterij, seu domus cura incumbit, Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur duntaxat exceptis) licere absque licentia expressa eiusdem Sac. Congregationis accedere ad Monasteria, seu domus quarumcunque Monialium, vel sororum, siue sui, siue alterius cuiuscuis Ordinis, ad colloquendum, siue tractandum cum eis. Quòd si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu sororum Ecclesijs, siue Oratorijs exterioribus, siue extra claustra existentibus, mitti contigerit, prohibuerunt, ne dicti Religiosi, vllo quæsito colore, Moniales, sorores, aut quamlibet aliam personam intra clausuram degentes alloqui possint. Confessarijs autem similiter interdixerunt, ne in ædibus Monasterij, seu domus, vel Monasterio, seu domui Monialium, aut sororum contiguis, pernoctent, aut alios pernoctare faciant, vel aliàs secum retineant, neue extra tempora generalium Confessionum, quibus, soli tantùm Cõfessario refectionem diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum, videlicet cum sua habitatio, aut virorum domus, vel Monasterium, in quo degit à Monialium, seu sororum Monasterio, vel domo nimium distat, nisi tamen, & eo casu contrarium specialiter constitutum sit, ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum sumant. Quæ omnia, & singula sub pœnis priuationis officiorum,*

Digitized by Google

eiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis, aliisque eiusdem Congregationis arbitrio, præceperunt inuiolabiliter obseruari. Iniungentes cunctis RR. PP. Generalibus, Prouincialibus, & aliis quorumuis Monasticorum, *& Mendicantium, ac non Mendicantium Ordinum, & Congregationum Superioribus, ad quos spectat, quatenus infra terminum vnius mensis, à die quo præsens Decretum ipsis notificatum fuerit, computandi, debeant eiusdem Decreti copiam cum huiusmodi præcepto, omnibus suorum Ordinum, & Religionum Monasteriis, domibus, & Conuentibus intimare, & notificare, & intimasse, & notificasse, ne vllam aliquando desuper ignorantiam in futurum allegare, aut prætendere, quoquomodo possint. Romæ nonis Maij* 1590. Referunt hoc Decretum Quaranta *in Summa Bullar. verbo* Monasteria Monialium, Naldus *in Summa verbo* Moniales, Bonacina *de Clausura q.* 3. *punct.* 4. *num.* 3. Peirinis *to.* 2. *priuileg. Minimor. in Constitut.* 6. *Pij* 5. *num.* 6. & Bordonus *in suis Resolut. Resolut.* 7. *num.* 72. De quo etiam nouissimè Candidus *to.* 4. *disquis.* 5. *art.* 1. *dubit.* 8. *& sequentib.*

19 Decretum verò Sac. Congregationis sub SS. D. N. Vrbano tale est. *Cum aliàs de anno* 1590. *per Sacram Cardinal. negotijs Regularium* Præfectorum *Congreg. de mandato fel. rec. Sixti Papæ* 5. *circa accessum Regularium cuiuscunque Ordinis ad* Monialium Monasteria *fuerit decretum, quòd nulli Religioso cuiuscunque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat (Superiore cui Monasterij, seu domus cura incumbit, Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque, ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) liceat absque licentia expressa eiusdem Sacræ Cõgregationis accedere ad* Monasteria, *seu domus quarumcunque* Monialium, *vel sororum, siue sui, siue alterius cuiusuis Ordinis, ad colloquendum, siue tractandum cum eis. Quòd si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum* Monialium, *seu sororum Ecclesijs, siue Oratorijs exterioribus, siue extra claustra existentibus mitti contigerit, ne dicti Religiosi vllo quæsito colore,* Moniales, *sorores, aut quamlibet aliam personam intra clausuram degentes alloqui possint, sub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis, aliisque, eiusdem Sacræ Congregat. arbitrio, fueritque, postmodum declaratum, etiam equites S. Ioannis Ierosolymitani sub eodem Decreto comprehendi, & quoscunque contrafacientes ab alio, quam ab Apostolica Sede, aut à Sacra Congregatione absolui, & rehabilitari non posse, Amplissimi eiusdem Sacræ Congregationis Patres Decreta huiusmodi innouanda, & inuiolabiliter obseruanda statue-*

runt. Verum quia experientia compertum eſt, interdum ob pias, & rationabiles cauſas, eaſque, ita, ferente caſu, repentinas, vt ab eadem Sacra Congregatione licentiam expectari ſummè incommodum, vel inutile ſit Regularibus ſupradictis, colloquendi cum Monialibus ſibi attinentibus, neceſsitatem obuenire, facto verbo cum SS. D. N. Vrbano 8. & de Sanctitatis ſuæ expreſſo ordine, & mandato, facultatem tribuerunt in poſterum locorum Ordinarijs, vt quatenus ſibi viſum fuerit in Domino expedire licentiam concedere poſsint per quatuor vices ad ſummum quolibet anno cuicunque Regulari, vt Moniales ſibi in primo, & ſecundo tantum conſanguinitatis gradu coniunctas conuenire, & alloqui poſsit. Id verò non aliter, quam ſeruata ad vnguem forma infraſcripta. Vt id nullo modo liceat diebus feſtiuis, aut in Aduentu, Quadrageſima, feria ſexta, Sabbato, & Vigilijs, prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem ſpectet eam concedere, conſignetur Confeſſario ordinario Monaſterij, qui penes ſe retinere debeat, iſque aſſociet, & præſens ſit, & auſcultatrices de more, non autem aliæ aſsiſtant, prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis concedatur, in libriſque cancellariæ eiuſdem Ordinarij annotetur. Quòd ſi prædicti locorum Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori gradu coniunctis, aut aliter quam ſeruata forma ſupradicta, licentias conceſſerint, vel permiſerint, ſciant, ſe intentionis S. D. N. & Sacræ Congregationis tranſgreſſores, iudiciumque reformident. Regulares autem pœnis in ſupradicto Decreto contentis, ac ſi nullam licentiam obtinuiſſent eo ipſo ſe nouerint eſſe addictos, & arbitrio Sacræ Congregationis ſeuerius puniendos. Romæ 12. Kal. Decembr. 1623. Oct. Card. Bandinus. Laurentius Campegius Secr. Referunt hoc Decretum Naldus *ſupr.* Bonac. *n.* 4. Peirinis *n.* 7. & Bordonus *num.* 90.

20 Circa hæc Decreta animaduertendum primò, illa obligare ad mortale, prout colligitur ex grauitate materiæ, verbis ipſorum, & pœnis in illis contentis. Bonacina *d. num.* 4. Naldus *ſupr. nu.* 17. Pro quo maximè facit quòd Sacra Congregatio id declarauit anno 1606. prout retuli *eo c.* 25. *n.* 36. Secundò, etiam ſi vna vice ſolùm fiat contra ipſa. Cum Sacra Congregatio non prohibeat frequentationem, ſed acceſſum, qui vel per vnicam vicem contingit. Bonacina *num.* 5. Bordonus *num.* 83. Tertiò, requiri ad incurrendas eas pœnas vltra acceſſum ad Monaſteria, locutionem cum Monialibus. Ille enim acceſſus intelligendus venit ſecuto effectu locutionis, ſicut in ſimili dixi de caſibus reſeruatis *to.* 3. verbo *Caſus reſeruati Regularium num.* 12. & dicam infra de ſcribentibus ad Moniales. Bordonus *ſupr. num.* 79. Vnde audiens Monialem loquentem, ſi ipſe

non

non loquatur, non incurrit illas. Diana *par.* 3. *Tract.* 2. *dub.* 48. §. *nota primò*. Secus dic de loquente cum ipsa præsente per interpretem, quia talis in communi hominum æstimatione censetur cum ipsa loqui, sicut confessionem faciens per interpretem censetur cum Confessario loqui. Graffius *de Casibus reseruat. l.* 2. *cap.* 5. *num.* 34. Idem de eo qui loquitur cum Moniali, quæ est intra clausuram ex domo aliqua propinqua illi, tenet contra Graffium Diana *supra* §. *nota septimò* ex Henriquez *l.* 13. *cap.* 26. *num.* 2. Alloquens autem cum Moniali existenti extra suum Monasterium siue iustè, siue iniustè, non incurrit illas, cum iste non accesserit ad Monasterium ad loquendum &c. Bordonus *supr. num.* 77. Maximè etiam est notandum, quòd cum pœnæ positæ in prædictis Decretis sint graues, vt pote, quia non solùm priuant Officijs, sed etiam cum sint priuatiuæ vocis, actiuæ, & passiuæ reddant transgressores illegibiles, & impostulabiles actiuè, & passiue, ideo ad illas incurrendas requiri videtur peccatum mortale, prout ex D. Antonino, Angelo, Siluestro, Tabiena, Soto, Nauarro, Caietano, & alijs tenet Naldus *supr. nu.* 17. Ideo si quis Religiosus colloquatur casu aliquo cum Monialibus per breue tempus, de re aliqua honesta, vel indifferenti, propter aliquod negotium occurrens, vrbanitatem, pietatem, instructionem conscientiæ, vel similia, sicut non peccabit mortaliter, sic neque incurret dictas pœnas. Præsertim, cum in Decreto illo sub Sixto 5. illis verbis: *Ad occurrendum scandalis, quæ contingere solent*, videatur assignari finis illius. Longus *de Casib. reseruat. par.* 2. *cas.* 3. Peirinis *supr. n.* 36. Diana *supr. Resolut.* 104. Bordonus *supr. n.* 82.

21 Circa Religiosos, quibus prohibetur talis accessus, nota, esse, generaliter loquendo, omnes, & quoscunque, præter expressos in ipsis Decretis. Vnde etiam nomine Religiosi, seu Regularis in eis veniunt equites Sancti Ioannis Ierosolimitani, prout declarauit S. Congregatio, & habetur in Decreto adducto sub Vrbano 8. Quaranta *supr.* Bonacina *supr. num.* 7. De alijs autem militibus Regularibus S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ &c. non sic dictum. Esto enim verè Religiosi sint, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. quia tamen, iuxta ibidem dicta *nu.* 18. non comprehenduntur nomine Religiosorum in odiosis, nec de illis aliquid est declaratum à S. Congregatione, ideo nec comprehenduntur dictis Decretis.

22 Circa Moniales verò, de quibus in eis est sermo, dicendum est, esse omnes, & singulas, quorumque Ordinum, siue eiusdem, ex quo est Religiosus, qui cum ipsis loquitur, siue alterius, siue exemptas, siue non exemptas. Decreta enim generaliter de omnibus loquuntur. Campanile *in Diuers. iur. rubr.* 12. *cap.* 16. *nu.* 45. Sel-

lius *in Selectis Canonicis cap.30. num.* 12. Quòd ſi quæ Moniales ſint quæ clauſuram non ſeruant, prout aliquæ reperiuntur in Gallijs, iſtæ non comprehenduntur dictis Decretis. Ita enim declarauit Sac. Congregatio Epiſcoporum,& Regularium Generali Capuccinorum, teſte Naldo *ſupra num.* 17. Abbatiſſas quoque non comprehendi, eo quòd ipſæ in odioſis non veniant nomine Monialium, iuxta dicta *to.* 3. *verbo Abbas n.6* tenet Diana *par.* 3. *tract.* 2. *Reſolut.* 48. §. *nota tertiò*. Licet Bordonus *ſupr. num.*70. ſequatur Graſſium oppoſitum tenentem. Comprehenduntur autem Nouitiæ. Etſi enim illæ non comprehenderentur ſi tantum eſſet prohibitio de non alloquendis Monialibus, quia Monialium nomine in his odioſis non comprehenduntur Nouitiæ, vt habent Graffius *to.* 1. *conſilio* 22. *de excommunicatione num.* 26. Diana *ſupra* §. *nota* 9. & Bordonus *ſupra*; nihilominus, quia in Decretis adductis non ſolùm prohibetur Regulares alloqui Moniales,ſed etiam *ſorores, aut quamlibet aliam perſonam intra clauſuram degentes*; ideo neceſſariò etiam comprehenduntur Nouitiæ. Quamuis autem ex prædictis verbis elici videatur comprehendi etiam Regulares loquentes cum puellis, vel mulieribus ſæcularibus ibi degentibus, quia illæ etiam ſunt perſonæ intra clauſuram exiſtentes; quia tamen oppoſitum eſt deciſum à Sac. Cõgreg. vt refert Sellius *in Selectis cap.* 18. *nu.* 40. & Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Moniales alloqui* &c. ideo videtur ipſi ſtandum. Licet tales Religioſi debitè puniri debeant à ſuis Superioribus, vt in dicta declaratione habetur.

23 De licentia porrò requiſita pro Regularibus ad accedendum ad Monaſteria Monialium ad colloquendum cum ipſis, quamuis ex vi Decreti Sac. Congregationis ſub Sixto 5. deberet eſſe eiuſdem Sac. Congregationis; ex Decreto tamen eiuſdem ſub SS. D. N. Vrbano ſufficit licentia ab Ordinario conceſſa,non pro ſemper, ſed tantum per quatuor vices ad ſummum quolibet anno, ad colloquendum Moniales in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis coniunctas. Idque, non pro diebus Feſtiuis, Aduentu, Quadrageſima, feria ſexta, & Sabbato, & Vigilijs, cum alijs conditionibus in prædicto Decreto deſignatis. Inter quas vna eſt,quòd dicta *licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis concedatur, in libriſque Cancellariæ eiuſdem Ordinarij annotetur*. Prout patet ex verbis Decreti. Circa quæ notandum primò, quòd, vt patet ex illis verbis dicti Decreti ſub SS. D. N. Vrbano, *& ab alio, ad quem ſpectat eam concedere*, pro Regularibus adeũtibus ad colloquendum cum Monialibus Prælatis Regularibus ſubiectis,requiritur præter dictam licentiam ab Ordinario obtentam licentia quoque Prælatorum Regularium. Conſonat etiam

decla-

declaratio eiuſdem Sacræ Congregationis de anno 1595. apud Sellium ſupra. *cap.* 31. *nu.* 14. & Gauantum *in Manuali Epiſcoporum verbo Monialium colloquia num.* 2.3. & 21. in qua dicitur: Licentiam prædictam alloquendi Moniales Regularibus ſubiectas concedendam eſſe ab Epiſcopo, ſiue eius Vicario generali, & à Superiore Regulari, cui Moniales ipſæ ſubiectæ ſunt, coniunctim, ita vt Epiſcopus, ſiue eius Vicarius primo loco ſubſcribat. Non tamen licet Superiori Regulari alterare licentiam ab Epiſcopo, ſeu eius Vicario conceſſam, vt patet ex declaratione quadam Sac. Congregationis in vna Verulenſi 29. Ianuarij 1633. quam refert Barboſa *in Collectaneis Bullarij verbo Moniales* 1. his verbis. *Monialium Regularibus ſubiectarum Superiores ſubſcribentes poſt Epiſcopum, vel eius Vicarium licentias eorum, qui ad colloqutoria accedunt, vel Clauſuram ingrediuntur, non poſſunt quid excludere, addere, vel adimere, ex illis, quæ Epiſcopus ipſe, aut Vicarius pro cura, & bono regimine clauſuræ, & licentijs præſcribit, & apponit.* Secundò notandum, quòd cum ex declaratione Sacræ Congregationis apud Gauantum *in Man. Epiſcop. verbo Monialium colloqutio num.* 7. & 8. patres, & filij Monialium poſſint eas colloqui ſine licentia, præterquam in diebus prohibitis, ideo ſi contingeret Religioſum aliquem habere filiam Monialem, & illi, quorum matres Moniales factæ ſunt, poſſent eas alloqui ſine prædicta Ordinarij licentia. Tamburinus *ſupr. diſp.* 26. *quæſit.* 1. *num.* 4. Nota etiam, quòd nomine dierum feſtiuorum veniunt Dominicæ, & Feſta ex præcepto, & non alia. Sub nomine Aduentus venit Romanus, non Ambroſianus. *arg. cap.* 1. *de Conſtit. in* 6. Papa enim præſumitur ignorare conſuetudines, & ſtatuta particularium locorum. Similiter Quadrageſima computanda eſt à die Cinerum. Neque ſub nomine Vigiliæ veniunt Quatuor tempora, nam inter ſe multum differunt, vt videre eſt in Rubricis Breuiariorum. Bordonus *ſupr. num.* 90. Licentia quoque conceſſa alicui Religioſo ad colloquendum cum Moniali extendi etiam videtur ad ſocium ipſius. Ratio eſſe poteſt, quia de connexis idem eſt iudicium. *cap. translato de Conſt.* Riccius *par.* 1. *prax. deciſ.* 745. Idem affirmat Peirinis *to.* 3. *priuil. ſui Ordinis Additam ad Conſtitutionem Pij* 5. *cap.* 6. *num.* 1. vbi ait quod licentia Papæ viſitandi Sacroſanctum Domini Sepulchrum Ieroſolymis alicui conceſſa extenditur ad ſocium à Superiore aſſignandum. Idemque approbat Tamburinus *dicta diſp.* 26. *quæſit.* 3. *num.* 2. Prædicta autem licentia impetrata ab Ordinario ſolum valet pro vna vice, niſi oppoſitum in ea declaretur, aut ex mente concedentis eliciatur. Colligitur *ex cap. Non poteſt* 5. *Illud autem de præb. in* 6. Tiraquell. *in l. Boues* 5. *Hoc*

sermone de verb. sign. nu. 73. Diana *d. Tract.* 2. *Resolut.* 48. §. *nota decimo*. Riccius 1. *par. decis.* 649. Vbi obiter nota pro Regularibus quandam regulam, quæ potest seruire ad multa in Religionibus, scilicet, quòd simplex sermo regulariter verificatur in prima vice, per *l. Boues* §. *Hoc sermone ff. de verbor. signif.* Quare si concedat Prælatus licentiam alicui eundi foras, eligendi confessarium, seu, vt possit absolui à reseruatis, ingrediendi hortum, non eundi ad matutinum &c. intelligitur pro vna vice. Peirinis *supr. num.* 2. Vide Tiraquell. supr. *num.* 22. Felinum *in cap. Innouamus de tregua, & pace num.* 5. & Rodriguez *to.* 2. *quæst. Regul. q.* 6. *art.* 1. Et nota quòd aliquando tales licentiæ possunt pro multis vicibus deseruire, si ex verbis concedentis, seu postulantis, aut alijs circunstantijs id colligatur.

24 Loquendo de pœnis illis priuationis officiorum, vocis activæ, & passiuæ &c. inflictis per dicta Decreta Regularibus transgressoribus ipsorum, an scilicet incurrantur ante aliquam declarationem, & quis possit in illis dispensare, & alijs concernentibus, collige ex dictis *to.* 1. *cap.* 10. *à num.* 30. & *cap.* 18. *à num.* 46. Nota etiam, quòd præter dictas pœnas nulla alia iure communi inflicta est contra Regulares accedentes ad Moniales. Graffius in *prax. l.* 1. *ca.* 6. *num.* 47. Nec obstat quòd frequentantes Clerici Monasteria Monialium mandantur suspendi, nisi desistant, & laici excommunicari. *cap. Monasteria de vita, & honest. Cleric.* Tum quia hæ pœnæ sunt ferendæ, & non latæ. Tum quia in illo textu fit mentio de Clericis, qui nomine non veniunt in odiosis Religiosi, vt docet in terminis Sanchez *l.* 6. *in Decalog. cap.* 16. *num.* 106. Notandum præterea, quòd licet prædictæ pœnæ ex vi Decreti sub Sixto 5. reseruatæ non essent, ex Decreto tamen sub Vrbano constat Sacram Congregationem eas Sedi Apostolicæ reseruasse, vt patet ex illis verbis, *quoscunque contra facientes ab alio quàm ab Apostolica Sede, aut à Sac. Congregatione absolui, & rehabilitari non posse*. Quod non animaduertentes quidam Recentiores dixerunt prædictas pœnas nulli esse reseruatas.

25 Inter pœnas etiam istas, quando casus fuerit (quod absit) quòd Religiosi cum Monialibus turpia loquerentur, eas à proposito castitatis, quam promiserunt abducere conantes, recensent videntur maledictiones illæ horribiles, quas Episcopus Moniales consecrantibus infligit his verbis, prout & Naldus *supr. num.* 21. refert. *Authoritate Omnipotentis Dei, & B. Petri, & Pauli Apostol. eius, firmiter, & sub interminatione Anathem. inhibemus, ne quis præsentes Virgines, seu Sanctimoniales à Diuino seruitio, cui sub vexillo castitatis subiectæ sunt, abducat, nullus earum bona surripiat, sed eas in*

quiete

quiete poſſideant. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, maledictus ſit in domo, & extra domum; maledictus in Ciuitate, & in agro; maledictus vigilando, & dormiendo: maledictus manducando, & bibendo; maledictus ambulando, & ſedendo: maledicta ſit caro eius, & oſſa; à planta pedis vſque ad verticem non habeat ſanitatem. Veniat ſuper illum maledictio hominis, quam per Moyſen in Lege filijs iniquitatis Dominus permiſit. Deleatur nomen eius de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribatur. Fiat pars, & hæreditas eius cum Cain fratricida, cum Dathan, & Abiron, cum Anania, & Saphira, cum Simone mago, & Iuda proditore, & cum eis qui dixerunt Deo, recede à nobis, ſemitam viarum tuarum nolumus. Pereat in die Iudicij, deuoret eum ignis perpetuus cum Diabolo, & Angelis eius, niſi reſtituerit, & ad emendationem venerit. Fiat, fiat.

26 Maximè notandum, quòd Regulares alloquentes ſine licentia Epiſcopi Moniales, prout dixi ex declaratione Sac. Congregationis dicto *cap.* 25. *num.* 35. incidunt in pœnam excommunicationis, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit, niſi Regulares illi haberent ex priuilegio, quòd non poſſint excommunicari, & tunc deberent puniri à ſuis Superioribus alia pœna. Qui Regulares ſic excommunicati non poſſunt abſolui à ſuis Superioribus, ſed ab Epiſcopo, qui ſibi hanc abſolutionem reſeruauit. Referunt hanc declarationem Quaranta *in Summa Bullarij verbo Monaſteria Monialium*, Peirinis *to.* 2. *priuileg. Minim. in Conſtitutione* 6. *Pij* 5. *num.* 37. Tamburin. *ſupra diſp.* 25. *quæſit.* 9. *nu.* 1. Pro quo etiam vide dicta *to.* 3. *verbo Exemptio Regularium num.* 8. Extendunt id etiam ad Regulares adeuntes Monaſteria Monialium exemptarum à iuriſdictione Epiſcopi Gratianus *Diſceptat. forenſ. cap.* 393. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi allegat.* 102. *num.* 74. & Diana *d. Tract.* 2. *reſolut.* 48. §. *nota octauò, & par.* 5. *tract.* 9. *Reſolut.* 71. apud quos alia. Quibus adde declarationem S. Congregationis, quam referunt Sellius *in Select. cap.* 18. *num.* 41. & Tamburinus *d. diſp.* 25. *quæſit.* 4. *nu.* 6. Vbi ſic. *Regulares cuiuſcunque Ordinis exiſtant quotieſcunque abſque S. Congregationis licentia alloqui Moniales reperti fuerint, carcerentur, eorumque Superioribus, iuxta Sac. Concilij Decretum puniendi conſignentur, qui Superiores deinde Sac. Congregationem, ac Ordinarium de executione certiores reddant.* Imò etiam tales Regulares puniri poſſe immediatè à Diœceſano Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, prout dixi eo *cap.* 25. *num.* 36. conſtat ex declaratione Sac. Congregationis ad Conſtitutionem Gregorij 15. quam ibi, & *num.* 46. retuli, & ita obſeruant Bariola *verſ. Regulares pag.* 267. & Bordonus *ſupra num.* 86. Nota tamen huiuſmodi

Conſtitutionem Gregorij, ac per conſequens declarationem ipſius ſuſpenſam eſſe pro Regnis Hiſpaniarum, prout dixi eo *to.*1. *cap.* 19. *num.* 35. Nota etiam, quòd quamuis ipſi Religioſi cum Monialibus loquentes puniri poſſint ab Epiſcopis, non tamen Moniales ipſæ ſi ſint exemptæ. Vt conſtat non ſolùm ex earum exemptione, ſed etiam ex declaratione Sac. Congregat. ſub die 8. Auguſti 1621. quã refert Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Moniales alloqui* &c. Extat tamen alia declaratio Sacræ Congregationis de anno 1633. quam referunt idem Barboſ. in dictis *Collectan. Bullar. verbo Moniales* 1. & Tamburin. *ſupr. diſp.* 25. *quæſit.* 8. *ad* 9. Vbi ſic. *Moniales Regularibus ſubiectæ alloquentes cum Regularibus etiam eiuſdem Ordinis licentiam legitimam non habentibus incurrunt pœnas, & cenſuras à Concilijs Prouincialibus, vel Edictis Epiſcopalibus in ſimilibus appoſitas.* Quod intellige iuxta aliam declarationem eiuſdem Sac. Congregationis ſuperiùs adductam, ſi tales Moniales non ſint ex illis Religionibus, quæ habent priuilegium, vt non afficiantur cenſuris poſitis ab Epiſcopis. Certa enim ſententia Doctorum eſt Regulares habentes priuilegia ne ab Ordinarijs cenſuris affici poſſint, non comprehendi illorum cenſuris. Bonacina *de Clauſura quæſt.* 3. *puncto* 4. *num.* 8. ex Quaranta, Rodriguez, Sanchez, & Barboſa, contra Graſſium. Quibus adde Dianam dicta *Reſolut.* 48. §. *nota* 8. & Bordonum *ſupra nu.* 70.

27 Qualiter ſcribere epiſtolas ad Moniales non ſit ex ſe peccatum, ceſſante mala circumſtantia, aut ſpeciali prohibitione, conſtat ex dictis eo *cap.* 25. *n.* 37. De quo etiam Candidus *to.*4. *diſquiſ. diſquiſ.* 5. *art.* 1. *dubit.* 15. Tales etiam litteras ſcribentes non comprehendi in Decreto S. Congreg. ſub Sixto 5. confirmato ſub D.N. Vrbano 8. habetur ex declaratione eiuſdem Sac. Congregationis, quam referunt Sellius *in Selectis cap.* 18. *nu.* 40. Barboſa *in Collectan. Bullarij verbo Moniales alloqui &c.* Tambur. *ſupr. diſp.* 25. *quæſit.* 4. *nu.* 5. Licet in eadem declaratione habeatur tales Religioſos, & Moniales debitè corrigendos, ac puniendos eſſe à ſuis Superioribus. Caſu etiam quo cenſuris prohibitum eſſet ſcribere ad Moniales, ſi accideret quòd aliquis epiſtolam ſcriberet ad Monialem, & ea non perueniret ad manus ipſius, quia detenta ab aliquo, vel perdita fuit &c. etiam ſi contra obedientiam peccauerit ſic faciendo, non tamen incurret tales cenſuras. Illæ enim non incurruntur niſi ſecuto effectu, vt dixi ſupra, & tenet Sanchez *l.*6. *in Decalog. cap* 16. *nu.* 117. ex Nauarro, & Rodriguez.

28 De ijs porrò, quæ ſpectant ad regimen Monialium, adminiſtrationem bonorum ipſarum, & alijs concernentibus, dixi non ſolum 3. *to. verb.*

Digitized by Google

to. verb. Administrator, & administrare, sed etiam *tom. 1. cap. 25. num. 44.* & sequentibus; maximè iuxta Constitutionem Greg. 15. & declarationes Sacræ Congregationis circa illam. De quibus relati Auctores, præsertim Gauantus *in Man. Episcop. verbo Monialium cura in temporalibus*. Tambur. *supr. disp. 32. quæs. 13.* Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Moniales*.

29 Qualiter etiam tam ipsæ Moniales, quàm ipsarum bona, gaudeant priuilegio fori, constat ex dictis *to. 3. verbo Exemptio Regularium*, verbo *Immunitas Ecclesiastica Regularium*, & alijs locis ibi relatis. Quid verò de Conuersis, seu Oblatis ipsarum dicendum sit, habes ex dictis *to. 2. cap. 8.* Vbi etiam *cap. 14.* quid dicendum de Tertiarijs, seu Pinzocheris, & *cap. 16.* quid de familiaribus. Quibus addendum, homines illos, qui assumpto habitu Religioso, adhibentur ad seruitia, & obsequia Monialium ad petendum pro ipsis eleemosynas gaudere etiam priuilegio fori, vt tenent Bonacina *in Bullam Cœnæ disp. 1. q. 16. sect. 1. puncto 3. nu. 18.* & Diana *4. par. tract. 1. resolut. 31.*

30 Circa absolutionem Monialium, præsertim à casibus reseruatis, præter dicta eo *cap. 25. nu. 42.* Vide quæ dixi to. 3. verbo *Absolutio*, verbo *Bulla Cruciatæ*, verbo *Casus reseruati*, verbo *Censura Ecclesiastica*, verbo *Confessarius Regularis*, & verbo *Confessio*. Ea enim omnia, quæ ibi dicta sunt, Monialibus applicari possunt.

31 Præter dicta etiam notandæ sunt aliquæ declarationes Sac. Cõgregationis, quæ pro Monialium regimine, vita, & honestate prodierunt. Prima. *Præcedentia inter Moniales à die professionis, non autem susceptionis habitus Regularis desumi debet. Quatenus verò duæ insimul eodem instanti professionem emitterent, quæ prius ad habitum admissa fuerit, præcedere debet. Et si eodem tempore ad habitum admissæ fuerint, data etiam professionis paritate, quæ prius in Capitulo acceptata fuerit præcedat.* Gauantus *in Man. verbo Monialium communes leges nu. 3.* Barbosa *de Iure Ecclesiast. l. 1. ca. 44. num. 56.* Secunda. *Ordinarij prohibere debent ne Moniales Monasteriorum tam eis quam Superioribus Regularibus subditorum, in bacchanalibus, vel in alijs temporibus recreationis vtantur habitu virorum, nec cuiusuis speciei armis se cingant.* Gauantus *supr. nu. 16.* Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Moniales num. 17.* Tertia. *Item prohibeant Monialibus cibum externis parare, aut esculenta vendere, exceptis tamen rebus minimi momenti pro infirmis, parentibus, & consanguineis duntaxat.* Gauantus *supr. num. 32.* Nouarius *supr. num. 12.* Quarta. *Facultas disponendi de cellis suis post obitum nulli Monialium concedatur, sed ea dum vacauerint, Superiorum*

riorum arbitrio aliis Monialibus in Ordine ſenioribus diſtribuantur. Barboſa *ſupr. num.* 59. Quinta. *Curandum itidem eſt, vt Monialis in refectorio communi comedant, & in loco etiam communi laborent.* Barboſa *ſupr. num.* 60. Sexta. *Nec permittatur in Eccleſijs Monialium à perſonis ſæcularibus cantus ſimplex, vel figuratus.* Barboſa *ſupr. num.* 61. Septima. *Bene tamen inter ipſaſmet.* Barboſa *ibid.* Octaua. *Nec etiam permittatur acceſſus ſæcularium ad Monaſteria huiuſmodi ſub prætextu docendi Moniales ſonum cymbalorum, vel alterius inſtrumenti, aut etiam muſicam, vel cantum etiam ad crates.* Barboſa *ſupr. num.* 62. Nona. *Nec vllo modo permittatur acceſſus Hæbræorum ad earum Monaſteria ad loquendum cum illis.* Gauantus *ſupr. verbo Hæbrei num.* 22. Decima. *Nec etiam in eorum infirmaria ſacrificium Miſſæ celebrari permittatur.* Barboſa *ſup. n.* 64. Vndecima. *Nec debent Moniales appellari cum titulo* Domnæ, *ſed* Sororis. Barboſa *ſupr. num.* 65. Nouatius *ſupr. num.* 1. Duodecima. *Tollatur abuſus ſetendi in cellam, veſtiendi veſtes lugubres in morte parentum.* Gauantus *d. verb. Monialium communes leges num.* 25.

32 Vide alia dicenda infra verbo *Nouitij*, & *Nouitia*, & verbo *Profeſſio Regularium*, & verbo *Sepultura*.

MOZZETA.

SVMMARIVM.

Qui vtantur ipſa. num. 1.
An hæc priuilegia alijs communicentur. num. 2.
Alia remiſſiuè. num. 3.

1 MOzzeta, quæ eſt vna ex veſtibus prælatitijs, Epiſcopis præſertim conuenientibus, vtuntur etiam Abbates Generales quorumdam Ordinum Monachorum ex priuilegio Summorum Pontificum. Vt Abbas Montis Caſſini, Abbas Sanctiſſimæ Trinitatis Cauen. Ordinis Caſſinen. aliàs Sanctæ Iuſtitiæ de Padua, Abbas Sancti Michaelis de Valumere, Ordinis Vallis vmbroſæ, Abbas Generalis Cæleſtinorum, ex Conſtitutione Pauli 5. incipit: *Ex iniuncto*, ſub Dat. 9. Decembris 1605. & Abbas Generalis Montis Virginis. Sunt & alij quamplurimi Abbates tam Regulares, quam ſæculares in Hiſpania, Germania, & Gallia, qui hunc habitum geſtant. Poſſunt autem extra ſua Monaſteria

etiam

etiam coram Epiicopo deferre Mozzetam, vt reſpondit Sac. Congregatio ſub die 9. Decembris 1617. Epiſcopo Vercellenſi. Et iterum Cardinali Creſcentio referente, inhærendo dicto Decreto cenſuit die 30. Martij 1621. Abbatem S. Andreæ Congregationis Lateranen. Ciuitatis Vercellenſis poſſe vbique, etiam præſente Epiſcopo, deferre Mozzetam, eidemque Pontificaliter celebranti, iuxta antiquam conſuetudinem, ſede, ſeu cathedra cum duobus gradibus vti licere. De his Michael Leo Eſtenſis. *in Specul. Sacror. rit. verbo. Abbatis veſtes, & inſignia*. Tamburin. *de Iur. Abbat. tom. 1. diſput. 20. quæſito 2.* Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 17. num. 56. & 57.*

2 Circa quæ nota primò, prædicta priuilegia non communicati aliis Abbatibus, ſeu Prælatis Regularibus, præter illos, quibus conceſſa ſunt, non obſtante generali communicatione priuilegiorum, iuxta dicta *to. 3.* verbo *Abbas num. 13.* & ſupra verbo *Mantelletum*. Secundò nota, nec ijs quibus conceſſa ſunt talia priuilegia competere poſſe niſi iuxta illorum tenorem. Propterea enim, non obſtantibus declarationibus S. Congregationis adductis, declaratum fuit à Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, Abbatem S. Saluatoris Montis Amiatid non poſſe vti præfata Mozzetta extra Clauſtra. Barboſa *ſupr. num. 59.* Tertiò, huiuſmodi Mozzetam in Regularibus debere eſſe coloris habitus ſuæ Religionis, ex Rituali Romano Clem. 8. prout dixi *to. 1. cap. 17. num. 9.* Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 6. num. 22.* Quartò, quòd cum Epiſcopo non liceat deferre Mozzettam, ſeu Rochettum diſcoopertum, etiam in propria Ciuitate, præſente Legato à latere, *iuxta declarationem aliàm* Sac. Congregationis, quam refert idem Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Mozzetta*, idem quoque potiori ratione dici debere de Abbatibus, cum ſint inferiores dignitate Epiſcopis. Quintò nota, Sanctiſſimum D. N. Vrbanum in Bulla *Inſuprema* inter Conſtitutiones ipſius in 4. to. Bullar. num. 12. conformiter ad Decretum Sac. Congregationis Regularium præcepiſſe, vt Fratres Minores *Recollecti* nuncupati Galliæ aſſumerent Mozzettam longiorem, illam ſcilicet, quæ Epiſcoporum, aut Prælatorum propria non eſt, ſed talium Religioſorum habitui conueniens.

3 Vide dicta *to. 3.* verbo *Abbas*, & *ſupra* verbo *Mantelletum*, & verbo *Mitra*.

NEGO-

NEGOTIATIO QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Negotiatio quid, & quatuplex. num. 2.
Quibus prohibita, vel permissa. num. 3.
Qualis negotiatio Ecclesiasticis prohibita. num. 4.
Quæ verò concessa. num. 5.
Monasterijs Regularium, quæ permissa, & quæ concessa. num. 6.
Decretum Sac. Congregationis Visitationis Apostolicæ quomodo intelligendum. num. 7.
Sacræ Congregationis Responsa circa negotiationem Ecclesiasticorum. num. 8.
Alia Responsiones eiusdem. num. 9.
Bona ex illicita negotiatione adquisita spolia sunt Camera Apostolicæ. num. 10.
Quæ sint talia bona. num. 11.

1 DE negotiatione prohibita Clericis, & Regularibus aliqui dixi *to. 1. cap. 19. num. 39. & to. 2. cap. 4. nu. 8. & to. 3. verbo Gabella quoad Regulares num. 19.* quæ tamen cum alijs hanc materiam concernentibus, vt potè non mediocriter ipsis necessariam, hoc loco amplianda sunt; maximè ex pluribus declarationibus Sac. Congregationis, quæ de ea non adduci solent.

2 Et primò dicendum, quòd cum negotium dicatur quasi negans otium *cap. forus de verbo Signif.* (Angelus, & Siluest. *in Summa verbo Negotium*) ita negotiatio erit talis actio, per quam otiũ excluditur. Est autem negotiatio, iuxta dicta eo *num. 39.* triplex, scilicet oeconomica, politica, & lucratiua. Rursus lucratiua negotiatio (de qua in præsenti) est duplex, alia propria, alia minus propria, seu non propria. Prior, iuxta dicta eo *num. 19.* est, in qua comparatur res vt integra, & immutata cariùs vendatur. Ita enim habetur ex Chrisostomo, seu Authore Imperfecti *Hom. 38. ad cap. 31. Mathæi, & ca. eïjciens dist. 88.* Posterior verò est, in qua res comparatur, vt postea mutata, & melior effecta cariùs vendatur, vt si ex lana empta panni conficiantur, & vendantur, vel ex hordeo ceruicia; aut porci, boues, seu equi emantur, vt saginentur, & cariùs vendantur. Ioannes

Medina

Digitized by Google

Medina *de Reſtitutione q.*30. Proſper Auguſtinus *in Additionibus ad Quarantam in Summa Bullar. verbo vectigal.* Layman. *l.*3. *Tract.*4. *cap.*17. §.7. *n.*39. & 40. Lugo *de Contractib. diſp.* 26. *ſect.*3. *n.*21.

3 Secundò dicendum, quòd licet laicis licita ſit quæcunque negotiatio, prauis circunſtantijs ſeclusis, eò quòd indifferens ea ſit ad bonum, vel malum, & poſſit bene, vel male geri, vt notat S. Thom. 2. 2. *q.*77. *art.* 4. & probat Medina *de Reſtitut. ſupr.* Nihilominus Clericis, & maximè Regularibus, prohibita eſt negotiatio lucratiua, vt patet ex multis iuribus eis locis relatis. Imò hæc prohibitio ſine dubio eſt ſub mortali ex genere ſuo, prout colligitur ex pœnis grauiſſimis, quas Eccleſia in illis contra tranſgreſſores imponit. Etenim *cap. ſecundum ne Clerici vel Monachi* excommunicatio ferenda contra eos ſic imponitur: *Sub interminatione anathematis prohibemus ne Monachi vel Clerici, cauſa lucri negotientur.* Et in *cap. ſed nec eod. tit.* pœna etiam depoſitionis contra tales ſtatui videtur. Clariùs in *ca. conſequens diſtinctione* 88. vbi Gelaſius Papa contra negotiatores Eccleſiaſticos ſic habet. *Proinde huiuſmodi, aut ab indignis poſt hac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum, aut in quocunque gradu ſint poſiti, mox à Clericalibus officijs abſtinere cogantur, quoniam domus Dei domus Orationis, & eſſe debet, & dici, ne per officia negotiationis potius ſit latronum ſpelunca.* Idem etiam habetur ex *ca. Clerici*, & *ca. Canonum* 14. *q.* 3. Huiuſmodi autem pœnas, quamuis non ſint latæ ſententiæ, ſed ferendæ, prout eo loco dixi, arguere tamen peccatum mortale in transgreſſoribus, (ſaltem quando ad eum terminum peruenerint, vt digni ſint quòd illis applicentur, vt habet Naldus *in Summa verbo Cenſura num.*4.) communis ſententia DD. eſt. Silueſt. *in Summa verbo Clericus* 3. *q.*3. ex Archidiac. & Paludan. Leſſius *de iuſtitia, & iure l.* 2. *cap.* 21. *dubit.* 1. *nu.* 4. Naldus *ſupr. verbo Clericus num.* 36. ex Molina, & alijs. Adde ex dictis eo verbo *Gabella quoad Regulares nu.* 19. quòd quamuis aliàs Clerici, & Regulares immunes ſint à gabellis, & tributis, quando tamen negotiationem exercent non ſunt immunes ab illis. Propter iura eo loco relata, & *cap. vlt. de vita, & honeſt. Cleric.* & quia dignum eſt Eccleſiaſticos, qui cum laicis ſimilem vitam gerunt, eiſdem oneribus ſubiaceant. *cap. recolentes de ſtatu Monach.* An verò ad talium ſolutionem teneantur non præmiſſa trina monitione, de qua agitur in dicto *cap. vltimo de vita, & honeſt. Clericor.* & *cap. quamquam de cenſibus in* 6. & an ſit ſolùm de bonis, quibus negotiantur, an etiam de alijs, quæ habent, dixi eo loco. De quo, præter Authores ibi relatos, lege Theſaurum *in praxi par.* 2. *verb. Negotiatio ca.*1.

An

An etiam tales priuentur priuilegio Canonis, vel fori, habes ex dictis eo *to.* 3. verbo *Clericus num.* 10. & 21. Quid verò dicendum de bonis per illicitam negotiationem adquisitis, post mortem eorum, qui ea adquisierunt, dicetur infra. Ratio autem cur Ecclesia negotiationem Clericis tam seuerè prohibuit, est, tum quia valde indecens est Clericos lucris captandis incumbere, tum quia valde occupat animum, & à spiritualibus auocat, tum quia plena est periculis periurij, fraudum, & iniustitiæ. De quo inter alios noster Ioannes Beetz *de decem præcept. Decal. circa 7. præcept. expos.* 1. *cap.* 14.

4 Circa huiusmodi autem negotiationem Ecclesiasticis prohibitam notandum primò, nomine emptionis, seu venditionis lucratiuæ prohibitæ ipsis, comprehendi etiam permutationem, seu commutationem, constat enim campsores propter permutationem pecuniæ vocari negotiatores. Lessius *supr. num.* 4. Lugo *supr. num.* 21. Nota 2. per Clericos, & Regulares, quibus hæc negotiatio lucratiua interdicta est, quoad Clericos intelligi in Sacris constitutos, non in minoribus solùm. Medina, & Lessius supra. Licet Naldus dicto *verbo Clericus num.* 36. & Prosper. Augustin. *supr.* id extendant etiam ad Beneficiarios. Quoad Regulares autem, omnes comprehenduntur, etiam Conuersi. Siluest. Medina, & Lessius. Nota tertiò ex dictis eo *num.* 19. quòd cum Clericus, siue Regularis non dicantur negotiatores propter vnum, vel alterum actum, sed propter frequentiam illorum, cum negotiatio sit nomen verbale, quod requirit frequentiam, ideo non fient digni prædictis pœnis, nisi propter frequentiam actuum. Limitat tamen hoc Thesaurus *supra*, ita quidem, vt quoad illud negotium, seu actum, in quo negotiantur, priuentur priuilegio immunitatis à gabellis, etiam si non adsit frequentia, seu consuetudo. An autem quolibet actu negotiationis lucratiuæ illis prohibitæ peccent mortaliter dicti Ecclesiastici, & Regulares, respondendum est negatiuè, prout ex Cenedo, Grassis, & Salas tenet Diana *par.* 1. *tract.* 8. *resolut.* 72. Tunc ergo solùm erit peccatum mortale, vel cum propterea digni facti fuerint, vt dictum est, vt excommunicentur, vel suspendantur, vel nisi tam grauis fuerit negotiatio, & talibus circumstantijs vestita, vt prudenter iudicetur eam esse peccatum mortale. Nota quartò, consequenter etiam ad dicta eo *num.* 39. probabile valde esse dictas pœnas non incurri à prædictis Ecclesiasticis, seu Regularibus, non per se, & immediatè, sed per interpositas personas, seu per alios negotiationẽ exercentibus, prout ex Medina, Lessio, Aragonio, & alijs tenet Diana supra. Licet quoad Religiosos vix possit id excusari à peccato proprietatis contra votum paupertatis, iuxta dicta eo *num.* 39. Imò etiam generaliter de

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiaſticis omnibus, vt notat Leſſius ſupra, & Layman. *ſup. n.* 40. nec id admittendum, niſi iuſta aliqua cauſa interueniente. Non enim id decens eſt, aut expediens ſtatui ipſorum, ſed multis periculis expoſitum. Lugo *ſupr. num.* 36. Portellus *in Reſponſionib. par.* 3. *caſu* 47. Vbi alia ad intentum. Maximè nota quintò, negotiationem lucratiuam iuribus prædictis prohibitam Eccleſiaſticis, & Regularibus ſolùm videri eſſe negotiationem illam propriè dictam, in qua, ſcilicet, res comparatur vt immutata cariùs vendatur, non illam quæ minus propriè, ſeu impropriè vocatur negotiatio, in qua, ſcilicet, res emitur, ſeu comparatur, vt mutata, & alterata cariùs vendatur. Hęc enim negotiatio propriùs dicitur artificium, ſeu induſtria, quam negotiatio. Et videtur Clericis permiſſa. *cap. Clerici officia de vita, & honeſt. Cleric. & 91. diſt. ca. Clericus, & de conſecrat. d.* 5. *ca. nunquam*, vbi conceditur Clericis, quòd de ſuo artificio viuant. Ioannes Beetz *ſupr.* Silueſt. *ſupr. q.* 2. *& verbo excommunicatio* 9. *n.* 21. §. *primo vero.* Medina *ſupr.* Molina *de Contractibus Tractatu ſecundo diſp.* 342. Filiucius *Tract.* 43. *cap.* 4. *q.* 15. Lugo *ſupra num.* 27. Diana 5. *par. tract.* 1. *Reſolut.* 27. ex pluribus alijs. Addendum tamen, huiuſmodi negotiationem impropriè dictam minus decentem eſſe ſtatui Eccleſiaſtico, & præſertim Religioſo, ac per conſequens exerceri non poſſe ab Eccleſiaſticis, & Regularibus niſi rationabili aliqua cauſa ſubſiſtente, puta neceſſitatis ſubleuandæ cauſa &c. Filiucius, & Layman. *ſupr.* Propter quod 21. *q.* 3. *ca.* 1. 2. & 3. prohibentur Eccleſiaſtici conducere aliena prædia, vel ſimiles res fructiferas, vt fructus vendant, & ita quæſtum faciant. Proſper Auguſtinus *ſupr.* Leſſius *ſupr. num.* 6. Quod limita, niſi id faciant cauſa neceſſitatis ſubleuandæ, vel ſi ſuccederent conductori. Silueſt. *d. q.* 2. Proſper Auguſtin. *ſupr.* Naldus *d. num.* 36. Limita etiam reſpectu bonorum laicorum. Declaratum enim eſt à Sacra Congregatione ſolam conductionem bonorum laicorum, non autem Eccleſiaſticorum, eſſe prohibitam Eccleſiaſticis. Naldus *ſupr.* Vnde eadem S. Congregatio, teſte Barboſa *de Iure Eccleſiaſtic. l.* 1. *cap.* 40. *num.* 125. reſcripſit Nuncio Neapolitano, Clericos accipientes à locis pijs terrena in affictum (ideſt, in conductionem) moleſtari non debere prætextu illicitæ negotiationis. Quod etiam conſtabit ex alia declaratione S. Congregat. de qua infra *n.* 8.

5 Ex quibus collige primò, poſſe Eccleſiaſticos, & Regulares comparare rem aliquam, vt ſit materia ex qua aliam conficiant, quam vendant, quia id non eſt negotiari, vt expreſsè Chryſoſtomus *ſupra* docet. Sic olim Religioſi ſportas, floreas, & ſimilia faciebant, vt venderent, & ex pretio ſe ſuſtentarent, & Apoſtolus artem ſcenofactoriam

ctoriam faciebat. Leſſius *ſupr. num.* 5. Layman. *ſupr. d. num.* 40. Et conſonant ea, quæ dixi eo *nu.* 19. Collige 2. poſſe etiam vendere fructus ſuorum prædiorum, eaque excolere, & animalia pro ipſis neceſſaria emere, vendereque, prout etiam ex dictis eo loco habetur. Et conſonat declaratio Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Negotiatio*. Silueſt. *d. verbo excommunicatio 9. nu.* 21. *§. ſecundo nota, & §. tertio nota*. Filiucius *ſupra*. Collige tertiò, poſſe ex ſuis fundis lapides, vel metalla cedere, vel eruere, ſiue ea mutare in aliam ſpeciem; greges in illis alere, vt ex fœtu, lacte, & lana pecuniam conficiant. Hæc enim omnia non ſunt propriè negotiatio ſed artificium, imo artificium honeſtum, ſi fiant, vt eo loco dixi, propter ſuſtentationem neceſſariam, vel aliquam cauſam honeſtam, nec propterea deſint à Clericali, vel Religioſo officio. Nauarr. *in Man. cap.* 27. *nu.* 128. Medina, Molina, Filiucius, & Leſſius *ſupra*. Vide Stephanum Gratianum *in Diſceptationib. forenſ. cap.* 57. *nu.* 27. Collige quartò, poſſe etiam pecunias aureas, quas habent, permutare pro argenteis cum lucro, quia nec hoc eſt propria negotiatio. Lugo *ſupra diſput.* 28. *ſect.* 2. *num.* 30. Qui ſecus dicit, quando pecunias illas aureas ab alijs acceperunt ad emendum pro illis aliquid, & ſibi eas reſeruant, vt poſtea maiori valore permutent, rem commiſſam pecunia argentea exequendo.

6 Quamuis autem dicto *cap.* 9. *num.* 39. ex primo tomo Summæ dixerim, licere Monaſterijs Regularium aliquam apothecam habere pro vtilitate ipſorum, in qua per ſæculares vendantur, & emantur aliqua, quæ ipſis neceſſaria ſunt, vt ſi Monaſteria habeant aliquod pharmacopolium, in quo medicamenta pro ipſis neceſſaria reſeruantur, & ne corrumpantur venduntur, & emuntur per aliquem ſæcularem ibi aſſiſtentem; eo quòd id etiam videatur artificium honeſtum, & non propria negotiatio, præſertim cum non fiat per ipſos met Religioſos, ſed per ſæculares ad id munus deſtinatos. nihilominus pro Vrbe Roma, & eius diſtrictu, poſtquam id ſcripſeram, exijt Decretum Sacræ Congregationis Viſitationis Apoſtolicæ die 29. Auguſti 1637. in Typographia Reu. Cam. Apoſtolicæ impreſſum, & in Vrbe publicatum, in quo præter alia hæc ad intentum. *Satuit, decreuit, atque inhibendo mandauit omnibus tam Superioribus quorumcunque Ordinum, vel Congregationum, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium in Vrbe, eiuſque diſtrictu exiſtentium, quam particularibus Religioſis, & Eccleſiaſticis quibuſcunque, ne in poſterum, ſiue Religionis nomine, ſiue particulari audeant, & præſumãt per ſe, vel alios exercere in ſuis Conuentibus,*

aut

aut alibi in quocunque loco vllam venalem artem, siue aromatariam, pistoriam, lanificium, textrinum, aut aliam quamlibet, præterquam pro suis Religiosorum, aut alumnorum vsibus, nec vllo modo sæcularibus, aut alijs Religiosis, & Ecclesiasticis, pharmaca, panem, carnes, aut alia quælibet opificia quomodocunque elaborata, & ornata vendere, etiam prætextu amicitiæ, & familiaritatis, absque speciali licentia in scriptis obtinenda, etiam ab ijs Religiosis, quibus ex particulari suæ Religionis instituto id aliàs liceret. Si quis verò ipsorum aliquid contra hoc Decretum quoquomodo facere, vel moliri præsumpserit, ipso facto pœnam suspensionis à diuinis, priuationis omnium officiorum quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque activæ, ac passiuæ absque alia declaratione incurrat. Et nihilominus contra eos Generalis Thesaurarius procedat tanquam contra illicitos negotiatores, confiscando omnia lucra, & capitale ad dictas artes, & opificia spectantia. Non obstantibus &c.

7 Circa quæ notandum, vt dixi, prædictum Decretum solùm esse pro Roma, & eius districtu. Vnde in alijs partibus standum erit iuri communi, abstinendum tamen semper, præsertim Religiosis, ab ijs, quæ in alijs scandalum, vel auaritiæ, seu cupiditatis notam generare possunt. Imo ab ijs, quæ ipsorum statum non deceant. Vnde quamuis Barbosa *de Iure Ecclesiastic. l.* 1. *cap.* 40. *num.* 128. ex Abbate, Carolo de Grassis, & alijs approbet Clericos posse vendere panem coctum, & ad minutum, ex frumento collecto in proprijs prędijs, id tamen, quod attinet ad Religiosos, admitti non debet; ita vt id faciant in proprijs Monasterijs, secus per alios, & in domibus sęcularium. Idem, & potiori ratione, dic de venditione vini proprij, non enim licet Monasterium facere tabernam. Laiman. *d. n.* 40. ex Rebello, quem refert.

8 Magis verò in specie, & in particulari, quæ licita, vel quæ prohibita sint Ecclesiasticis, & Regularibus, ex varijs declarationibus S. Congregationis, quas hic adijciam, cõstare poterit. Primò enim, cum Capitulum, Præsbyteri, & Clerus Ciuitatis, & Diœcesis Caputaquensis ad Sac. Congregationem hæc dubia proposuerit. Primum. *An liceat eis terras patrimoniales, & beneficiales per laicos colere?* Secundum. *Pro necessario culturæ vsu an possint emere boues, & alia animalia, & fœtus illorum vendere?* Tertium. *An ij, qui ex proprijs bonis habent quercus, & castaneas, quarum fructibus sues vescuntur possint sues emere, eosque alere, & pro sua, & familiæ sustentatione vendere?* Quartum. *An Clerici pauperes ad suam, suæque familiæ sustentationem possint terras Ecclesiæ conducere?* Quintum. *An ijdem Clerici cum foliis suarum arborum possint in proprijs ædibus arti*

Ecclesiæ nostræ fides, cui Christus dixit: ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Quæ fides, quia in Christo Iesu per dilectionem operatur, ideo ad Christum Iesum per dilectionem tendit. Quæ dilectio, quia ex Deo est, ideo in Deum per Christum Iesum tendit. Quæ dilectio, quia Deus charitas est, ideo in Deum per Deum tendit. Quæ dilectio, quia Deus spiritus est, ideo in Deum per spiritum tendit. Quæ dilectio, quia Deus lux est, ideo in Deum per lucem tendit. Quæ dilectio, quia Deus sanctus est, ideo in Deum per sanctum tendit. Quæ dilectio, quia Deus omnipotens est, ideo in Deum per omnipotentem tendit. Quæ dilectio, quia Deus æternus est, ideo in Deum per æternum tendit. Quæ dilectio, quia Deus unus est, ideo in Deum per unum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater est, ideo in Deum per Patrem tendit. Quæ dilectio, quia Deus Filius est, ideo in Deum per Filium tendit. Quæ dilectio, quia Deus Spiritus sanctus est, ideo in Deum per Spiritum sanctum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus est, ideo in Deum per Patrem, Filium, & Spiritum sanctum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus unus est, ideo in Deum per unum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus æternus est, ideo in Deum per æternum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus omnipotens est, ideo in Deum per omnipotentem tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus sanctus est, ideo in Deum per sanctum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus lux est, ideo in Deum per lucem tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus spiritus est, ideo in Deum per spiritum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus charitas est, ideo in Deum per Deum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus Deus est, ideo in Deum per Deum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Deus unus est, ideo in Deum per unum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Deus æternus est, ideo in Deum per æternum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Deus omnipotens est, ideo in Deum per omnipotentem tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Deus sanctus est, ideo in Deum per sanctum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Deus lux est, ideo in Deum per lucem tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Deus spiritus est, ideo in Deum per spiritum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Deus charitas est, ideo in Deum per Deum tendit. Quæ dilectio, quia Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, De

locare pro certa mercede abſque periculo ſpolij, & pœnarum Clericis negotiatoribus impoſitarum? Secundum. *An poſſint boues, quos emerint, vel in ſuis præpijs natos educauerint, & inſtruerint, concedere vt vulgo dicitur* à giouatico, *pro certa tritici quantitate quolibet anno perſoluenda?* Tertium. *An poſsint oues centum, vel ſaltem quinquaginta ſimili ratione concedere pro certa caſeorum quantitate, pro eorũ, & ſuæ familiæ vſu?* Quartum. *An in ſuis molendinis pro tritico, & piſtrinis pro oleo, poſtquam ſuum triticum, & oliuas moluerint, alienum triticum, & alienas oliuas certa mercede conſtituta molere poſsint, ſuppoſitis infraſcriptis, quòd id ab immemorabili tempore ſemper fuit factum, & obſeruatum; quòd ſingulis annis non expedit pro ſolo ſeruitio proprio triginta, vel quadraginta ducatos impendere in conficiendis piſtrinis, nam fiunt ex iuncis, & alijs materijs, quæ menſibus quinque, aut ſex corrumpuntur, & in vno equo, & quatuor perſonis inſeruientibus ipſis piſtrinis: & quòd molititia oliuarum durat per quatuor, quinque, vel ſex menſes, iuxta annorum fertilitatem?* Quintum. *An poſsint aſſumere onus colligendi, aut faciendi à ſua familia colligere oliuas pro certa olei portione domino oliueti reddenda, ſuppoſita in hoc immemorabili conſuetudine?* Sextum, & vltimum. *An poſsint in bonis amicorum, & propinquorum operas diurnas præſtare, vt illi eaſdem in prædijs proprijs reſtituant?* Ad dubia propoſita reſponſum fuit, vt ſequitur. Ad primum. *Affirmatiuè, ſi tot iuga boum retineantur, quot ſunt pro prædijs neceſſaria, vel ſi vltra neceſsitatem boues illi nati ſint ex vaccis, quæ pro neceſsitate culturæ prædiorum, vel alio licito modo tenentur.* Ad ſecundum. *Quoad boues emptos negatiuè, quo verò ad boues proprios affirmatiuè.* Ad tertium. *Affirmatiuè, ſi oues propriæ fuerint, & non emptæ ad illum effectum, & ſi emptæ, contractus ſiat ad comparandum neceſſaria ad victum, & non ad lucrum.* Ad quartum. *Affirmatiuè, duobus concurrentibus, videlicet, modò ob hanc cauſam non ſe ſubtrahant ab ijs, in quibus ex officio Clericali incumbere debent, & dummodo non ad lucrum, ſed ad neceſſaria vitæ comparanda pro ſe, & ſua familia. Non enim huiuſmodi artificium ſordidum videtur, aut inhoneſtum in illis partibus, cum per enum equum, & quatuor famulos, ſeu operarios fiat, & non per ipſos Clericos.* Ad quintum. *Negatiuè, niſi proprij reditus ſibi ſuæque familiæ non ſufficiant, nam hoc caſu ad comparandum victum etiam aliena prædia conducere licet.* Ad ſextum. *Si opera non ſint ſordida, & inhoneſta, poſſunt fieri huiuſmodi commutationes.* Barboſa *ſupra n.* 127. ex alijs.

10 Bona autem Clerici, vel Religioſi ex illicita negotiatione, aut cõtra Sacros Canones adquiſita, quòd pertineant ad Cameram Apoſtolicam

ſtolicam tanquam ſpolia ipſius, dixi *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. ex Bulla Pij 4. ibi adducta. De quo Nauarrus *in Commene. de ſpolijs*. Azor. *to.* 2. *Inſtit. moral. l.* 8. *cap.* 2. *q.* 1. *&* 2. Eaque deberi in foro conſcientiæ ante omnem ſententiam, tenent Azor. *ſupr. quæſt.* 2. Filiucius *tract.* 43. *cap.* 4. *num.* 22. & Theſaur. *ſupr.* Licet oppoſitum tueantur Nauarrus *conſil.* 10. *de Teſtamen.* & Molina *tom.* 1. *de iuſt. Tract.* 2. *diſp.* 147. §. *poſtea verò*. Quibus fauet Proſper Auguſtinus *ſupr.* & Naldus *in Summa verbo Clericus num.* 7. ex Vgolino. Eo quod id videatur eſſe diſpoſitum ab Eccleſia in pœnam, ad quam nullus tenetur ante condemnationem. Ad minus tamen in hoc attendendum videtur ad patriæ conſuetudinem, iuxta dicta eo *num.* 5. vbi, & in *cap.* 16. eiuſdem primi tomi *num.* 21. *&* 22. alia ad intentum. Conſequenter etiam ad dicta, ij, qui tenent huiuſmodi bona pertinere ad Cameram Apoſtolicam in foro conſcientiæ, & ante quamcunque ſententiam, vel petitionem Commiſſarij, dicere etiam debent, non poſſe Monaſteria ſuccedere in illis, ſi Religioſus, qui ea adquiſiuit, moriatur, prout expreſsè tenet Azor. *ſupr. q.* 3. Qui verò dicunt ad id requiri ſententiam declaratoriam, conſequenter etiam dicere debẽt, poſſe Monaſterium in illis ſuccedere. Item, quoad Eccleſiaſticos ſæculares ſpectat, qui tenent priorem ſententiam conſequenter quoque dicere debent, quòd in morte non poſſint diſponere de illis, etiam ſi habuerint licentiam teſtandi à Papa, prout ex dicta Bulla colligi videtur, ita vt nec diſpoſitio valeat, nec hæredes, aut legatarij ea retinere poſſint, etiam ante omnem ſententiam. Theſaurus *ſupr.* ex Azor, & Filiucio. Qui verò poſteriorem ſententiam ſequuntur, oppoſitum tenent, prout colligitur ex Nauarro, Molina, & Naldo relatis. Quibus etiam iungi poteſt Rodriguez *tom.* 2. *Summ. cap.* 1. *concl.* 4. Loquimur autem de bonis adquiſitis ex negotiatione ſolùm illicita, quia prohibita à Iure, non de prohibita iure naturæ, quia iniuſta, qualis eſſet ſi Eccleſiaſticus, vel Regularis negotiationem exerceret vendendo aliquid vltra iuſtum pretium, decipiendo, falſificando &c. Quia de bonis hoc modo adquiſitis loquendo, certum eſt ante quamcunque ſententiam non poſſe Monaſterium in illis ſuccedere, nec Clericos ſęculares de ipſis teſtari. Nauarr. & Rodriguez *ſupr.* Vide dicta *to.* 1. *ca.* 6. *n.* 40.

11 Quæ verò ſint bona iſta ex illicita negotiatione adquiſita, quæ iure ſpolij Cameræ Apoſtolicæ poſt mortem illa adquirentis pertineant, præter dicta ſupra, conſtat etiam ex declarationib. Sac. Congregationis, quas referunt Aldana *in Compendio Canonicarum Reſolutionum l.* 2. *tit.* 20. *num.* 3. & Barboſ. *in Collectan. Bullar. verbo Clericus*. Vbi ſic. *Clerici beneficiati poſſunt opera ſuorum boum*,

& quos

& quos pro laborandis prædijs ſuis patrimonialibus, ſeu beneficialibus, aut ad eos quoquomodo ſpectantibus retinent, dum ſibi vacant, alijs locare pro certa mercede abſque periculo ſpolij, & pœnarum Clericis negotiatoribus impoſitarum, dummodo tot iuga boum retineantur, quot ſunt pro prædijs neceſſaria, vel ſi vltra neceſſitatem, boues illi nati ſint ex vaccis, quæ pro neceſſitate culturæ prædiorum, vel alio licito modo tenentur. Item poſſunt boues proprios, quos ſcilicet in ſuis prædijs natos educauerint, & inſtruxerint, concedere pro certa tritici quantitate quolibet anno perſoluenda, ſecus quoad boues emptos. Item poſſunt oues centum, vel ſaltem quinquaginta ſimili modo concedere pro certa caſeorum quantitate, pro eorum, & ſuæ familiæ vſu, ſi oues propriæ fuerint, & non emptæ ad illum effectum cauſa lucri comparandi, ſecus ſi cauſa acquirendi neceſſaria ad victum.

NEOPHITVS REGVLARIS.

SVMMARIVM.

Neophitus quis dicatur. num. 1.
Admitti ne poſſit in Religionibus. num. 2.
Quid propter ipſarum priuilegia. num. 3.
Quomodo ea accipienda. num. 4.
Quid de particularibus ſtatutis Religionum. num. 5.
An illa inualida ſint. num. 6.
An Neophiti admitti poſsint ad Ordines ſacros. num. 7.
An aſſumi ad officia Religionis. num. 8.
Quid ſtando in iure communi. num. 9.
Quid ſecundum iura particularia Religionum. num. 10.
Quomodo intelligenda. num. 11.
Qua ſtatuta poſsint facere circa illos Religiones. num. 12.
De abiurantibus in officio Sanctæ Inquiſitionis, vel ab ipſo pœnitentiatis. num. 13.

1 NEophitus deducitur à verbo *neos*, quod eſt nouum, & *phitos* quod eſt fides, ideſt, *nouus in fide*. Turrecremata *in Summa* 48. *diſtinct. num.* 2. Campanile *in Diuerſ. iur. Canonic. Rub.* 11. *cap.* 7. *num.* 2. Tripliciter autem ſumitur, primò, propriè, & rigoroſè, pro eo qui in adulta ætate nouiter, ſeu de recenti conuerſus eſt ad fidem ex reprobata Religione Maurorum, Hebræorum &c. Secundò, minus propriè

pro eo qui conuerſus eſt ad fidem à pluribus annis, vel à multo tempore. Tertiò, improprijſſimè, iniuriosè, & vulgariter, pro filijs, ſeu deſcendentibus iſtorum. Turrecremata *ſupra*. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *nu.* 205. Sanchez *l.* 2. *in Decalog. cap.* 28. *num.* 11. Miranda *in Man. to.* 1. *q.* 19. *art.* 7. Barboſa *de Epiſcopali munere titulo ſecundo Gloſſa* 17. *à nu.* 1. Candidus 4. *to. diſquiſ.* 4. *art.* 12. *dubit.* 11. De quibus omnibus in præſenti. Pertinet autem hæc materia ſpecialiter ad Regulares, quia inter ipſos ſæpius controuertitur, primò, an tales ad Religionem admitti poſſint, ſecundò, an ad Ordines Sacros, tertiò, an ad dignitates, & officia Religionum, de quibus ſigillatim dicendum.

2 Et quidem loquendo de iure communi, ſecluſis particularibus Conſtitutionibus, aut Decretis Summorum Pontificum, vel particularium Religionum, Neophitos quoſcunque, ſiue primo modo, qui tales propriè ſunt, ſiue ſecundo, aut tertio, qui non niſi impropriè, improprijſſimè, imo, & iniuriosè, & vulgariter Neophiti appellantur, admitti poſſe in Religionibus, nec propter hunc defectum eijci poſſe, conſtat non ſolùm ex dictis *to. p. cap.* 24. *nu.* 25. vbi de Neophitis tertio modo; ſed etiam ex eo quòd nullus textus id prohibeat, quin potius oppoſitum colligi videatur ex *cap. eam te de reſcriptis*, & ex eo quòd cum Religio ſit ſtatus perfectionis, Eccleſia potius deſiderat, vt ad eam veniant fideles, quàm ipſos tanto bono priuare.

3 Dixi, ſecluſis particularibus Conſtitutionibus, & Decretis Sũmorum Pontificũ, quia Alexand. 6. anno 1495. approbauit Conſtit. Hieronimianorum de non recipiendis ſine licentia Cap. Gen. ad Ordinem ipſorum Neophitis, aut deſcendentibus intra quartum gradum ex nouiter à Iudaiſmo conuerſis ad fidem: quod etiam confirmatum dicitur à Pio IV. Rodriguez *to.* 1. *quæſt. Regul. q.* 14. *ar.* 14. Item Paulus 4. in Bulla *Cum ex Apoſtolatus* in Bullario Rodriguez inter Bullas huius Pontificis *num.* 2. confirmans quæ Clemens 7. aliàs ordinauerat (licet Iulius 3. ea reuocaſſet) proprio motu ſtatuit, & mandauit, quòd de cætero nullus ſæcularis qui Iudæus, ſeu hæreticus fuerit, ſeu à Iudæis, & hæreticis, quorum parentes, ſeu progenitores paterni, ſeu materni viuentes, ſeu defuncti vſque quartam generationem incluſiuè hæretici declarati, &, vt tales condemnati, ac illi, ſeu eorum corpora, & oſſa, vel ſtatuæ igni traditæ fuerint, originem trahat, ſeu ex deſcendentibus prædictorum Iudæorum, ſeu hæreticorum vſque ad quartam generationem incluſiuè fuerit, vel ſit, in totius Ordinis fratrum S. Franciſci dicti Ordinis fratrem in quibuſcunque locis, & mundi partibus, vbi Religio, & ordo fratrum Minorum

huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi fuerit, aliquo modo ſub quouis prætextu, & quæſito colore recipi, & admiti poſſit ſub magnis pœnis in ea Conſtitutione deſignatis. Referunt, & explicant illam Nauarr. *l. 1. Conſilior. in prima editione tit. de Iudæis toto conſilio primo, & in ſecunda titulo de Hæreticis toto conſilio* 22. Auila *de Cenſuris par. 7. diſp. 4. dub.* 3. idem Rodriguez *dicta q.* 14. *art.* 1. *&* 2. Miranda *in Manuali Prælat. to.* 1. *q.* 19. *art.* 7. *& to.* 2. *q.* 1. *art.* 1. Et quamuis Auila dicat ſe, accepiſſe à quibuſdam viris doctis eam non eſſe vſu receptam, nihilominus Portellus *in Dubijs Regular. verbo Nouitius in additionibus num.* 22. dicit contrarium teſtari praxim Franciſcanam. Similiter Gregorius 13. in Bulla, quam referunt Rodriguez *ſupr. q.* 14. *art.* 1. & Portellus *ſupr. num.* 20. extendit prædictam Bullam Pauli 4. ad deſcendentes à Sarracenis vſque ad quartum gradum. Item Pius 4. in Bulla *Quia libenter* in Bullario Rodriguez inter Bullas huius Pontificis *num.* 4. pro Congregatione S. Benedicti Valliſoletani Hiſpaniarum confirmauit Conſtitutionem quamdam eiuſdem Congregationis, in qua ſtatutum erat, quòd nullus, qui aliquando per Sanctæ Inquiſitionis officium inquiſitus, aut punitus, ac confeſſus fuiſſet, ſeu eſſet, aut in quarto gradu, vel infra ipſum quartum gradum, ſeu vſque ad illum de eorumdem Maurorum, Turcarum, vel Hebræorum genere ex vtroque, vel altero parente originem, & deſcendentiam habuiſſet, ſeu haberet, in aliquo ex eiſdem Monaſterijs dictorum Regnorum in Monachum recipi, vel admitti poſſe. Portellus *ſupr. num.* 21. Præſertim Gregorius 13. in Bulla *Muneris noſtri*, quæ habetur apud Peirinis in 2. *to. priuileg. Minim.* inter Conſtitutiones eiuſdem Gregorij *num.* 3. ſic decernit pro Minim. Religione. *Quo verò ad illos, qui ex Iudæis, ex eo quòd poſt Baptiſma ab eis ſuſceptum iterum à fide Catholica receſſerint, per ſententiam in foro Eccleſiaſtico latam damnatis, Mahumetanis item, & hæreticis ſimiliter damnatis viuis, vel defunctis, vel quorum oſſa, vel ſtatuæ combuſta ſunt, originem ducunt per lineam paternam, vel maternam vſque ad quartam generationem incluſiuè, in Ordinem ipſum recipi, & admitti non poſſe.* Portellus *ſupr. n.* 22. Peirinis etiam *ſupr. & to.* 2. *de Prælato q.* 2. *cap.* 5. §. 6. *nu.* 87.

4 Circa quas Pontificias Conſtitutiones nota primò, quòd licet illæ factæ ſint in fauorem dictarum Religionum, ac per conſequens ſint quaſi priuilegia ipſarum, nihilominus quia ſunt odioſæ, & pœnales non communicati ſaltem de facto alijs Religionibus habentibus communicationem priuilegiorum cum prædictis, propter dicta *to.* 2. *cap.* 1. *n.* 52. Portellus *ſupr. num.* 21. *&* 22. Nota 2. circa filios hæreticorum, vel punitorum à Sancto Officio, vel ſimilium, valdè pro-

babile videri, quòd si illi geniti sunt antequam parentes eorum contraherent dictos defectus, non comprehendantur dictis Constitutionibus, sed quòd possint, eis non obstantibus, ad præfatas Religiones admitti. Prout à simili de alijs hæreticorum pœnis, quòd scilicet eas non contrahant filij ex ipsis geniti ante parentum hæresim, latè probat Sanchez *l.2. in Decalog. cap.* 27. *à num.* 14. ex varijs fundamentis, & auctoribus. Ratio est, quia ex pluribus iuribus habetur non imputari filijs crimina patris si antea nati sunt. Prout colligitur ex Concil. Tolet. 15. *cap.* 1. & refertur 1. *q.*4. *ca. non imputatur.* D. Augustino *Epist.* 75. *ca. non imputatur, ca. tam itaque* 1. *q.*4. *l.*2. C. *de libertis*. Miranda *in Man. Prælat. to.*2. *q.* 1. *art.*2. post plures alios. Etiam si alij, quos ibi refert, & sequitur Portellus *supr. n.*23. oppositum teneant. Nota tertiò, quòd quamuis in dictis Constitutionibus non excludantur ab habitu Religionis suscipiendo illi qui fuerint suspecti de hæresi, excluſi tamen sunt, tum in Constitutione Sixti 5. quam retuli *to.* 1. *cap.* 34. *num.* 12. etsi cum limitationibus ibi adductis; tum in nostro Ordine, & Iesuitarum, propter Constitutiones, & ordinationes infra referendas. Quod idem credo de alijs Religionibus. Nota quartò, prædicta non debere extendi ad collaterales, fratres scilicet, vel patruos, quia Constitutiones solùm loquuntur de descendentibus, & pœnales sunt. Rodriguez *d.q.*14. *art.* 6. Peirinis *supr. d.* §. 6. *num.* 89. Quintò, nec extendi ad Moniales, propter eamdem rationem, & quia in odiosis lex loquens de viris non extenditur ad fœminas. Rodriguez *supr. ar.*13.

5 Dixi etiam superiùs omnes prædictos Neophitos, siue primi, siue secundi, aut tertij generis posse recipi ad habitum, & Religionem, nisi obstent particularia statuta, seu Constitutiones Religionis, quia plures ex illis habent statuta id prohibentia. Primò enim Carmelitis nostris in *prima parte Constitutionum cap.* 13. *num.* 1. & 2. sub varijs pœnis præcipitur ne recipiant ad Ordinem descendentes ex genere Hebræorum, vel Sarracenorum, & quod antequam recipiantur Nouitij de hoc inter alia interrogentur. Subijciturque; *eis protestando, quòd si aliquem horum defectuum patiantur, non tenebuntur, sed habita certa cognitione expellentur*. In Ordinationib. etiam PP. Iesuitarum *cap.* 2. *Examinis* interrogantur Nouitij an recesserint à gremio Ecclesiæ, fidem abnegando, vel errores contra ipsam incurrendo, vt propterea damnati sint, vel, vt suspecti de hæresi declarati, vel schismatici. Item Hieronymiani Hispaniæ, vt habetur ex Compendio priuilegiorum eorum, & refert Sorbus infra citandus, id obseruant, vt descendentes in quocunque gradu, etiam vltra quartum, à Iudæis, & Sarracenis nõ recipiantur ad Ordinem, & Prio-

res

res illos recipientes grauiter puniantur. Simile quoque Decretum audio haberi à Patribus Capuccinis.

6. Quamuis autem plures DD. teneant prædicta Statuta inualida esse, eo quòd sint contra ius commune, prout tenent Nauarr. latè *l. 3. consiliorum tit. de Regular. consil.* 5. Sorbus *in Annotationibus ad Compend. priuil. Mendic. verbo Nouitius* §. *sed circa* referens Caietanum, & Passarellum, Miranda *to.* 1. *Man. Prælat. q.* 19. *art.* 1. §. *secundo præmitto, & to.* 2. *q.* 1. *art.* 1. & Peirinis *supr.* loco relato ex *to.* 2. *de Prælato nu.* 84. Nihilominus probabilius est contrarium, non solùm si prædicta Statuta auctoritate confirmata fuerint, vt est certum apud omnes, sed, etiam si ab ipso non fuerint confirmata, sed tãtùm facta in Capitulis à legitimis legislatoribus. Ratio est, quia cũ liberum sit, & gratuitum Religioni admittere vel non admittere aliquos ad ipsam, liberum etiam erit ipsi, rationabili subsistente causa, vt in præsenti subsistit, non admittere illos, qui talem defectum habuerint. Præsertim, si tales admittere ignominiosum sit Religioni, prout contingit, præsertim in Hispaniæ partibus; hæc enim Natio ob specialem diuotionem erga Catholicam Religionem valde exosos habet habentes prædictos defectus. Vnde talia Statuta, saltem quatenus prohibitiua, & non irritatiua, valida esse tenent Rodriguez *to.* 1. *quæst. Regular. q.* 10. *art.* 2. Suarez *tom.* 4. *de Relig. Tract.* 10. *l.* 2. *cap.* 2. Portellus *supr. verbo Nouitius num.* 30. in fine, & Vecchius *de Nouitiat. disp.* 4. *dubio* 1. Neque obstat quòd talia Statuta dicantur esse contra ius commune. Non enim sunt contraria iuri communi positiuè, sed tantum negatiuè. Hoc est, ius commune non præcipere quòd tales recipiantur, aut quòd non possint excludi ab aliqua Religione, sed tantum permittere quòd recipiantur ad Religionem, & ita non recipere illos, aut prohibere ne recipiantur non est contrà, sed præter ius commune. Posse autem Religiones hoc modo condere Leges, seu Statuta certum est, & indubitatum, cum, iuxta subiectam materiam recipiendorum ad ipsas, fere omnes habeant particularia Statuta supra, vel præter ius commune. V. g. quòd non recipiantur qui fuerint ex alia Religione etiam intra Nouitiatus annum electi, prout nostra loco superiùs relato ex Constitutionibus, & Patrum Iesuitarum *in* 2. *par. Examinis*. Suarez *supr. num.* 5. Imo addendum, posse etiam Religiones condere Statuta, quibus irritetur Professio habentium tales defectus, propter rationem adductam, & præsertim quia cum ad professionis validitatem non solùm requiratur voluntas, seu consensus profitentis, sed etiam Religionis acceptantis, sanè si Religio non acceptauerit Professionem alicuius habentis tales defectus, Professio illa valida non erit. Vnde

si No-

si Nouitij interrogati an habeant prædictos, vel similes defectus, protestatione facta quòd si illos habuerint Professio illorum irritabitur, & ipsi ab Ordine eijcientur, si illos celauerint, professio irrita erit, & eijci poterunt, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. *& cap.* 24. *nu.* 26. & docet Nauartus supra dicto *consil.* 5. *num.* 1. etiam si credat talia Statuta inualida esse. Adde tamen, quòd si tales defectus fuerint omnino occulti, & ipsos reuelare cedat in ignominiam propriam, vel aliorum, probabile esse non teneri Nouitios ipsos propalare. Quia præceptum conseruandæ famæ est de iure naturæ. *ca. quis aliquando.* §. *amplius horum de pœnit. dist.* 1. Vnde in tali casu celare debent tales defectus omnino occultos non respondendo, vel si coguntur respondere, vti amphibologia, iuxta dicta à simili 3. *to. verbo Iuramentum quoad Regulares num.* 11. Vide Portellum *in Responsionibus moralibus p.* 1. *casu* 8.

7 Circa secundam difficultatem de admissione prædictorum Neophytorum ad Ordines Sacros, distinguendum est. Si enim tales fuerint Neophyti propriè, & primo modo, cum illi sint irregulares, iuxta dicta *to.* 3. *verbo Irregularitas num.* 11. certum erit non posse, perseuerante tali irregularitate, ad Ordines assumi. Quomodo autem ea tollatur, eo loco dixi. Loquendo autem de Neophitis secundo, & tertio modo, certum etiam est, quòd stando in iure communi habiles sint ad Ordines suscipiendos, cum non sint irregulares. Dixi iure communi, nam loquendo de Ordine Hieronymianorum id est prohibitum propter particulare Statutum ipsorum confirmatum ab Alexandro 6. in Bulla, quam refert Rodriguez dicto *to.* 1. *q.* 14. *ar.* 14. respectu Neophytorum, aut descendentium intra quartum gradum à Iudæis nouiter conuersis. Item pro Ordine Minimorum id videtur prohibitum illis, quos recipi non posse statuit Gregorius 13. in Bulla supra *num.* 3. relata, & docet Portellus *d. verb. Nouitius in additionib. num.* 22. Idemque ex Pio 5. in Bulla *Pastoralis officij* pro Ordine Minorum habet Sorbus *supr.* §. *& per Constitutionem*, respectu illorum, qui ex hæreticis damnatis, & non conuersis, vel quorum statuæ combustæ fuerint, originem ducunt per lineam paternam vsque ad secundam generationem, & per lineam maternam vsque ad primam. Excipe autem filios hæreticorum, isti enim, iuxta dicta *to.* 3. *verb. Irregularitas num.* 61. sunt irregulares, ac per consequens, tali irregularitate perseuerante, admitti nequeunt ad Ordinum susceptionem. Portellus *supr. num.* 24. Non tamen debent excipi descendentes ex Iudæis, vel Mauris, si ipsi ante rationis vsum baptizati sunt, cum iura solùm filios hæreticorum excipiant. Nauart. *in Man. cap.* 27. *num.* 205. Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 28. *num.* 11.

num. 11. Portellus *supr. num.* 25. An verò prædicti sint infames, & per consequens irregulares, ita vt propterea etiam ad Ordines assumi non possint, consule dicta *to.* 3. verbo *Infamia num.* 2. & 11. Notanda est etiam declaratio quædam S. Congregationis Episcoporum, & Regularium sub die 20. Martij 1594. quam refert Barbosa *lib.* 1. *Iuris Ecclesiastici cap.* 33. *num.* 103. ex qua habetur, descendentes à Neophitis, seu nouis Christianis etiam in primo gradu impediri non debere quominus ad Sacerdotium ascendere valeant.

8 Circa tertiam difficultatem, an huiusmodi Neophiti in Religionibus assumi possint ad Officia, & Dignitates ipsarum, distinguendum etiam est. Si enim fuerint Neophyti primo modo, & qui tales propriè dicuntur iuxta dicta, cum tales sint irregulares, proculdubio, irregularitate perseuerante, non possunt habere ea Officia, seu Dignitates in Religionibus, quorum, seu quarum irregulares sunt incapaces. De quibus dixi *to.* 3. verbo *Irregularitas num.* 6. Poterunt tamen habere ea Officia, quorum irregulares nõ sunt incapaces, de quibus etiam dixi eo loco *num.* 5. & 6. Accedit etiam *ca. quoniam. ca. sunt Neophitus dist.* 48. vbi huiusmodi Neophiti excluduntur à Dignitatibus. Cuius prohibitionis duplicem causam assignat Gratianus *in principio dictæ distinctionis*, scilicet; ne incidant in superbiam putantes fidem Christianam ipsis indigere; & propter eorum inexperientiam. Maiolus *de Irregularit. lib.* 1. *cap.* 31. *nu.* 1. Henriquez *l.* 14. *cap.* 4. §. 7. Peirinis *supr. num.* 82. ex alijs. Quia tamen huiusmodi irregularitas non est talis, vt à solo Papa tolli possit, sed pertineat etiam ad Episcopum, quando iudicio ipsius tales Neophiti sunt sufficienter in moribus, & Christiana disciplina instructi, vt iam quasi veterani Christiani censeri possint, prout ex *ca.* 1. *dist.* 57. Couarrub. *Clementina si furiosus prima par.* §. 2. *num.* 8. *concluf.* 3. & Auila *de Censur. par.* 7. *disp.* 4. *dub.* 4. tenet Sanchez *l.* 2. *in Decal. cap.* 27. *num.* 12. siue id sit per modum dispensationis, prout Henrriquez supra tenet, siue per cessationem rationis prohibitionis, prout indicat idem Sanchez, & sequi videtur Barbosa *de Episcopali munere tit.* 2. *Glos.* 17. *num.* 6. & 7. Ideo in tali casu, & talibus circunstantijs, videtur Prælatos Regulares posse idem facere cum suis subditis Neophytis. Si quidem habent iurisdictionem quasi Episcopalem super illos.

9 Cæterum loquendo de Neophitis secundo, & tertio modo, quos impropriè, seu impropriissimè tales vocari dixi, certa res est, quòd stando in iure communi habiles sint ad quascunque Dignitates, seu Officia Religionum. Sumitur ex *cap. eam te de rescriptis.* vbi Pontifex præcipit, vt quemdam de gente Iudæorum in Canonicum

reciperent. Et ex facto etiam Clem. 8. qui, vt refert Barbosa *supr. num.* 9. Alexandrum de Franciscis in Hebraismo natum ad Episcopatum Forolibiensem assumpsit. Nouissimè etiam hoc anno 1641. die 2. Augusti cum quidam Religiosus, qui in Africa ex parentibus infidelibus natus, sed infans captus, & Panormi baptizatus erat, quæreret à Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium, an posset consequi suæ Religionis gradus, resque cum aliquibus Theologis, (ex quibus vnus, & minimus ego fui) communicata esset, eadem Sac. Congregatio, Eminentiss. Cardinali Caetano referente, annuit, vt concurrentibus in eo alijs necessarijs ad omnes gradus, & Dignitates suæ Religionis assumi valeret. Vide ad intentum Rodriguez dicta *q.* 14. *art.* 1. & Miranda *to.* 2. *Manual. Prælat. q.* 1. *ar.* 1.

10 Dixi *stando in iure communi*, quia secundum iura particularium Religionum plures ex illis admitti non possunt ad Prælatias, seu Dignitates illarum. Primò enim Hieronymiani, propter Bullam Alexandri 6. quam *supr. num.* 3. retuli, qua approbatur Statutum eiusdem Religionis, non possunt ad Dignitates, & Officia promouere Neophitos, seu descendentes intra quartum gradum ex Iudæis nouiter conuersis. Similiter Minores ex Bulla Pauli 4. quam etiam supr. eodem *num.* 3. retuli, illos, quos eo loco dixi admittere non posse ad Religionem, nec etiam admittere possunt ad Generalatum. Prouincialatum, Commissariatum, Guardianatum, aut munus Prædicatoris, & talis electio, seu assumptio irrita, & nulla est. Prout ex ipsa Bulla constat. Item Benedictini Congregationis Vallisoletanæ ex Pio 4. in Bulla eo loco adducta eos etiam, quos, vt ex ea dixi, non possunt ad Ordinem recipere, nec etiam in Abbatem, Priorem, Administratorem, vel Officialem cuiuslibet Monasterij assumere possunt. De his omnibus, & alijs concernentibus Rodriguez *supr. d. q.* 14. *art.* 1. *&* 14. Miranda *in Man. Prælator. tom.* 1. *q.* 1. *art.* 1. Portellus *in Dub. Regular. verbo Electio n.* 11. *& verb. Nouitius. in Additionib. n.* 20. *&* 21.

11 Circa quæ Pontificum Decreta nota primò, rectè, & prudenter ab ipsis edita fuisse, non obstante iure communi contrarium permittente, propter rationabiles valde causas, quæ sunt in eo quòd prædicti non admittantur ad dicta Officia, & Dignitates Religionum. Quarum etiam aliquas ipsimet Pontifices assignant, & sunt quies, & tranquillitas Religiosorum, quæ sæpius à prædictis perturbatur propter ipsosum vitia, superbiam præsertim; & auertere ignominiam Religionum, quæ, saltem in aliquibus Regionibus solet esse, si tales ad prædicta cernantur assumpti. Corduba *lib.* 1. *q.* 54. quem refert, & sequitur Rodriguez dicta *q.* 14. *art.* 1. Miranda *art.* 1. Nota secundò

quòd

quòd iuxta dicta in præcedentibus *num.* 4. ea non extenduntur ad alias Religiones, propter fundamentum, & Authores ibi adductos. Quibus etiam adde, huiusmodi conceſſiones potius debere dici Statuta particularia illarum Religionum, quam priuilegia ipſarum, ac per conſequens non includuntur in vniuerſali communicatione priuilegiorum, quam plures Religiones habent. Tamburin. *de Iure Abbat. to.* 1. *diſp.* 17. *quæſit.* 6. Nec etiam extenduntur ad Moniales, ita vt ſimiles defectus patientes non poſſint aſſumi ad munus Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum, vt notat Rodriguez dicta *q.* 14. *ar.* 13. Nec etiam extenduntur ad collaterales prædictorum, aut ad eos, qui geniti fuerunt antequam parentes eorum eos defectus contraxerint, propter dicta ſupra. Caſu etiam quo in aliqua Religione Statutum eſſet de prædictis non recipiendis, ad ipſam, ſi tamen cautum non eſſet, quòd tales recepti, aut recipiendi ad Officia, & Dignitates ipſius eſſent inhabiles, prout in noſtro Ordine contingit, capaces illorum eſſent, cum ius commune, aut illa Religio illos non faciat incapaces.

12 Maximè notandum, quòd quamuis Suarez *to.* 5. *in* 3. *p. diſp.* 43. *ſect.* 3. *num.* 8. *& to.* 4. *de Relig. Tract.* 10. *l.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. Rodriguez *d. to.* 1. *q.* 14. *art.* 1. Miranda *d. art.* 1. & Peirinis *ſupr. num.* 84. poſt Nauarrum, & alios, aſſerant Religiones non poſſe, ſine Papæ authoritate facere ſimilia Statuta, quibus tales ſecundo, vel tertio modo appellati Neophiti excludantur ab Officijs, vel Dignitatibus Religionum, eò quòd tales iure communi Canonico habiles ſunt ad prædicta, & Religiones ſine Papæ authoritate nihil poſſunt contra ius commune ſtatuere. Nihilominus probabile valde mihi eſt id poſſe facere, ſaltem pro illis Regionibus, in quibus indecorum, & ignominioſum eſt Religionibus, quòd tales Officia, & Dignitates obtineant, qualem eſſe Hiſpaniam propter ſpecialem pietatem, & deuotionem illius nationis erga Religionem Chriſtianam, dixi *ſupra num.* 6. & maximè ſi talia Statuta non comprehendant Religioſos iàm profeſſos in Religionibus, ſed vos, qui in poſterum profeſſuri ſunt. Ratio eſt, quia quælibet Religio poteſt ea Statuta, ſeu leges condere, quæ ad bonum regimen illarum ſpectauerint, dummodo ea Regulam Religionis, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. concernant. Statuere autem, quòd prædicti non aſſumantur ad præfata Officia, ſeu Dignitates, in illis præſertim Regionibus, in quibus id eſt indecorum, & ignominioſum Religioni, proculdubio ad bonum regimen ipſius ſpectat, Regulamque concernit. Nec hoc eſt contrarium poſitiuè iuri communi Canonico, quia, vt dixi à ſimili ſupra *n.* 6. Ius Canonicum non præcipit, quòd tales ad præmiſſa aſſumantur,

ſed

ſed ſolùm eos non excludit. Vnde talia Statuta Religionum id prohibentia non ſunt contraria poſitiuè iuri Canonico, ſed tantum negatiuè, vt in ſimili loco relato dixi. Accedit non inconguè dici poſſe, talia Statuta non ſolùm contraria non eſſe iuri communi, præſertim Canonico, ſed etiam illi conformia. Quod colligo manifeſtè ex Pio 4. in Bulla *Prouiſionis noſtræ* apud Rodriguez in Bullario in eodem Pio *num.* 3. vbi confirmans Bullam Pauli 4. prohibentis ne deſcendentes à Mauris, Iudæis, & Hæreticis admitterentur ad Officia in ordine Minorum, ſubiungit Pontifex: *Nos conſiderantes non ſolùm eos, qui orthodoxæ fidei contemptores exiſtunt à Sacris Canonibus pœnis grauiſſimis plectì, verum etiã eos, & eorum deſcendentes à Dignitatibus, Beneficijs, & Officijs Eccleſiaſticis arceri &c.* Canones autem, propter quos Pontifex id dicere potuit, ſunt *ca. conſtituit.* 17. *q.* 4. & *cap. ſtatutum* 2. *de hæret. in* 6. Etenim *d. ca. conſtituit* decernitur, eis, qui ſunt ex Iudæis *officia publica* non eſſe danda, & *c. ſtatutum* 2. *de hæret. in* 6. filij hæreticorum vſque ad ſecundam generationem ad Beneficia Eccleſiaſtica, ſeu officium publicum non admittuntur.

13 Si autem quæras, quid ſentiendum de ijs, qui in S. Inquiſitionis Officio abiurarunt, ſiue de leui, ſiue de vehementi, ideſt, iurarunt de non redeundo ad illud delictum, an ſcilicet iſti comprehendantur in dictis Statutis, quibus cauetur ne hæretici, vel de hæreſi ſuſpecti admittantur ad Religiones, vel Officia ipſorum. Reſpondeo, attendendum eſſe, tum ad formam abiurationis ab ipſis factam, tum ad formam abſolutionis illis à DD. Inquiſitoribus præſtitam. Ex illis enim conſtabit an ea abiuratio fuerit ſolùm propter hæreſis ſuſpicionem, an propter hæreſim ipſam, & an propterea incapaces ſint ad prædicta. Quod etiam eſt faciendum, vt cognoſcatur an inciderint tales pœnitentiati à S. Inquiſitione in inhabilitatem ad gradus, & Officia Religionum, quam dixi incurrere ex Decreto eiuſdem S. Inquiſitionis *to.* 1. huius Summæ *cap.* 15. *num.* 39. Notandum etiam eſt, an propter pœnitentiam à S. Inquiſitione impoſitam, incurrerint infamiam, ſi enim ita fuerit, ratione talis infamiæ, erunt irregulares, ac per conſequens incapaces ad plura Officia Religionum, iuxta dicta *to.* 3. *verbo Infamia.*

NOTA-

NOTARIVS REGVLARIS.

SVMMARIVM.

Notarius quis dicatur. num.1.
De priuilegio Ordini Prædicatorum conceſſo. num.2.
Qui Prælati poſſint illos creare. num. 3. & 4.
De Fratribus ad id munus conſtituendis. num.5.
De ipſorum munere. num. 6.
An poſſint ſumere informationes pro Nouitijs. num.7.
De executione Pontificij Priuilegij. num.8.
De alijs ſpectantibus ad prædictos Notarios. num. 9.
Quæ Monaſteria frui poſſint priuilegio Pij V. num. 10.
An, & quando Notarij debeant ſubſcribere. num.11.
De alijs ad Notarios ſpectantibus. num. 12.

NOtarius, qui, & tabellio, & actuarius dicitur, eſt perſona habens publicum officium ſcribendi inſtrumenta ad faciendam fidem. Angelus, & Silueſter *verbo Tabellio n.* 1. Creantur non ſolùm à Papa, & Imperatore, ſed etiam à Regibus, & Principibus non recognoſcentibus Superiorem. Innocentius *cap. cum P. de fid. inſtrum.* Angelus, & Silueſter *ſupr. n.* 1. Poſſunt etiam Prælati Regulares ipſos etiã inſtituere intra Ordinem pro cauſis particularibus ſuarum Religionum, cum ſint iudices in illis, ad quos id ſpectat, & ita conſuetudine obſeruatur, vocanturque Secretarij. Rodriguez *to. 3. quæſt. Regular. q.* 8. *art.* 1. Alderete de *Religioſa diſciplina l.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. & 4. ex Speculatore, Ioanne Andrea, Abbate, Imola, & Felino. Poſſe etiam aliquos Superiores Regulares conſtituere in Notarios publicos aliquem, vel aliquos fratres ſui Ordinis pro intimandis extra ordinem mandatis, & priuilegijs Apoſtolicis ex priuilegio Iulij Tertij, & Pij 5. dixi *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 95. vbi etiam aliqua ad idem intentum concernentia. Quæ pro maiori luce huius materiæ amplianda ſunt, explicando primò, quæ ſint Religiones, quibus id cõpetit: ſecundò, quibus Prælatis ipſarum Religionum; tertiò, qui fratres ad id munus cõſtitui poſſint; quartò, quod ſit munus prædictorum fratrum in Notarios inſtitutorum; ac denique quintò, de alijs ad ipſos ſpectantibus, de quibus ſigillatim agendum.

2 Et quoad primum, licet hoc priuilegium ſolùm Ordini Prædicato-

datorum conceſſum ſit, eo tamen vti poſſunt tam ipſi quam alij Mendicantes, & quicunque cum ipſis communicationem priuilegiorum habent, & ita ſupponunt Authores, qui de illo loquuntur, ſpecialiter Rodriguez *ſupr.* Portellus *in Dub. Regular. verbo Notarius*, & Archangelus Romanus *de priuileg. l. 3. verbo Notarius*. Licet autem, vt loco relato animaduerti ex Cherubino collectore Bullarij *in Pio V. Bulla* 124. Iulius 3. hoc priuilegium 27. Februarij 1554. conceſſerit, quia tamen à Pio 5. plenius id eſt conceſſum, ideo ipſius Bullæ ſtandum, quam referunt Confettius *in Collectan. litter. Apoſtolic. in Pio* 5. *nu.* 8. Rodriguez loco relato, & Cherubinus *dicto n.* 124. inter Bullas Pij 5.

3 Circa ſecundum, conſtat ex dictis eo *num.* 95. quòd iſti Notarij creari non poſſunt niſi ſolùm à Generalibus, & Prouincialibus, non autem à Prælatis immediatis, ſcilicet Prioribus, Guardianis &c. quidquid aliqui dicant. Ratio eſt, quia in dicta Bulla Pij 5. ſolùm prædicti numerantur. Dicitur enim *Modernis, & pro tempore exiſtentibus dicti Ordinis Magiſtro Generali, Vicarijs, & Prouincialibus, tam citra quam vltra, ac aliàs vbilibet conſtitutis. Quòd in vnaquaque eorum Prouincia, vnum, duos tres, quatuor, vel quinque, aut plures eis beneuiſos dicti Ordinis Religioſos, ſeu fratres, probatos tamen, ac fide, & doctrina idoneos, & ab ipſis approbatos in Notarios creare, conſtituere, & deputare*. Vnde, etſi non apponat Pontifex dictionem taxatiuam, & aliquando contingat vtile eſſe Religionibus, vt Prælati immediati talem facultatem habeant, quia tamen priuilegia explicari non debent vltra id quod ſonant, & præſertim, quia cum creare Notarios prædictos ſit ex grauioribus rebus Religionis; ideo Pontifex meritò ſolùm ad Generales, vel Prouinciales, propter maiorem auctoritatem, & prudentiam, quę in ipſis preſumitur, ſpectare voluiſſe dici debet, & ad alios non extendi. Sicque ſupponit Portellus *ſupr. n.* 1.

4 Nota tamen, quòd quemadmodum creare Notarios perpetuos ſolùm pertinet ad prædictos Principes ſupremos; creare autem Notarios pro cauſis particularibus pertinet etiam ad quoſcunque iudices etiam inferiores, ſic etiam licet creare Notarios, ſeu Actuarios pro cauſis particularibus Religionum ſpectet ad inferiores, & immediatos Prælatos, cum ex vſu illarum id habeatur, vt dictum eſt, ad creandum autem Notarios perpetuos, pro cauſis præſertim extra Religionem exequendis, deſiderabatur auctoritas Pontificia, quæ meritò propterea ſolùm Generalibus, & Prouincialibus à Pio 5. conceſſa eſt. Rodriguez *d. art.* 1. Portellus *ſupr. num.* 1. & 2. Extendit autem hanc facultatem Pontifex ad Vicarios, intellige Generales,

eò

eo quòd in verbis relatis post Generalem, & ante Prouinciales nominentur.

5 Circa tertium de fratribus ad id munus constituendis, constat ex verbis allatis, eos debere esse *probatos fide, & doctrina idoneos, ac ab ipsis* Prælatis ad id munus *approbatos*. Vnde licet tales non debeant esse Doctores, seu Magistri, quia nullo iure id cauetur, tenentur tamen habere scientiam artis Notariæ, aliàs imputabitur sibi damnum, quod imperitia sua causarunt. Bart. *in l. fin. C. de tabell.* Angelus *supr. num.* 6. Siluest. *supr. q.* 2. & consonat valde Concil. Trid. *sess.* 22. *de Reformat. cap.* 10. Debent etiam ab eis accipere iuramentum fidelitatis, scilicet, quòd fideliter exequantur suum officium. Siluester *supr.* Alderete *supr. nu.* 8. & 9. Portellus *supr. n.* 2. Formam autem huius iuramenti faciendi, & litterarum pro fide faciendа, quòd tales ad prædictum munus assumpti fuerint, habes apud Peirinis *tom.* 2. *Priuilegiorum Minim. in Constitutione nona Pÿ* 5. *num.* 9. *& in Formulario littera N. cap.* 1. Pro formula autem inuestituræ vide Alderete *supr. nu.* 9.

6 Circa quartum de munere prædictorum Notariorum hæc habet Pontifex in prædicta Bulla. *Quisic creati, constituti, & deputati sine aliquo respectu, & omni cessante recusatione, liberè, quoties requisiti fuerint, omnia, & singula mandata, priuilegia, Constitutiones, gratiae, & indulta Apostolica, aliaque tam vniuersalia quam particularia dicto Ordini, ac quibusuis alys, quae de Obseruantia sunt tantum locis, domibus, Conuentibus, Monasterÿs, & Ecclesÿs tam virorum quam mulierum, & , seu eiusdem Ordinis Magistro Generali, Prouincialibus Vicarÿs, Prioribus, & alÿs Superioribus fratribus, ac Abbatissis, Priorissis, Monialibus, & alÿs personis sub Regula dictorum Fratrum degentibus, & quae sunt Obseruantiae tantum, in genere, vel in specie, vt ad vniuersam, siue priuatam vtilitatem concessa, & emanata Rescripta Apostolica eisdem Regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Dominis, aliÿsque personis Ecclesiasticis, & secularibus quibuscunq; vbi, & quoties opus fuerit, ac ad id requisiti fuerint, notificare, & intimare. Ac eosdem, iuxta mandatorum, concessionum, indultorum, priuilegiorum, & rescriptorum, huiusmodi formam, continentiam, & tenorem, monere, & requirere, aliaque omnia, & singula circa ea requisita, & opportuna facere, agere, exercere, & exequi, ac de eisdem omnibus, & singulis, publicos, & publica, actus, & instrumenta coram testibus adhoc requisitis conficere, & stipulari, ac in notam redigere, vt exinde, semel, vel pluries, prout ad id requisiti fuerint, vnum, vel plures, ac plura, publicos, & publica, actus, & instru-*

inſtrumenta, quibus eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extra, ac vbique, ac ſi per alios quoſcunque publicos, & authenticos rogatos Notarios ſtipulata, confecta, & publicata, & authenticata fuiſſent, conficere, & debitis ſignis, & characteribus ſubſcribere, publicare, & authenticare liberè, & licite poſſint, & valeant, Apoſtolica authoritate tenore præſentium licentiam, & facultatem impartimur, concedimus, & indulgemus. Eiſdemque actis, notis, inſtrumentis, & ſcripturis per dictos Religioſos, vt præfertur, Notarios deputatos, ſtipulatis, confectis, &, vt præfertur, authenticatis, plenam, & indubitatam fidem vbique tam in iudicio quam extra adhibere, ac eoſdem ſic intimatos, monitos, & requiſitos eis afficere, & arctari debere volumus, ſtatuimus, & ordinamus.

7 Cum autem Pontifex ſolùm concedat facultatem creandi dictos Notarios pro intimandis mandatis, priuilegijs, Reſcriptis Apoſtolicis &c. mirum eſt quoſdam ſine ſufficienti fundamento id extendere ad ſumendas informationes pro Nouitijs, fabricandos proceſſus inter Fratres, & teſtimonium ferendum pro vita, aut morte alicuius &c. Priuilegia enim tantum valent quantum ſonant, nec extendi debent vltra proprietatem verborum. Illa autem quæ aſſignantur fieri poſſunt alios Notarios deſignatos à Prælatis, iuxta dicta ſuperiùs, & *to. 1. eo cap. 18. n. 95.*

8 Pro executione autem huius priuilegij ſubiungit Pontifex. *Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ, & indignationis noſtræ, ac ſuſpenſionis à diuinis, quoad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quoad alios verò inferiores ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, locorum Ordinarijs, & alijs quibuſuis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, Ordinis, & conditionis exiſtentibus, & quacunque etiam dictæ Sedis auctoritate facultate, ſeu poteſtate etiam Legati delatere, ac Cardinalatus honore fungentibus, ne ipſos Notarios, vt præfertur, deputatos, & electos, ſiue eorum aliquem in executione ſupradictorum omnium quouis modo impediant, ſeu impedire, aut perturbare audeant, vel præſumant.*

9 Circa quintum de alijs ſpectantibus ad prædictos Notarios notandum, tam pro illis, quos diximus intra Ordinem creari poſſe à Prælatis omnibus ad cauſas particulares Religioſorum, quàm pro alijs, quos aliqui illorum ex vi dicti Priuilegij creare poſſunt pro cauſis extra Ordinem. Primò, congruum eſſe ad hoc munus aſſumi eos, qui in ſæculo Notarij, vel Tabelliones erant. *argument. cap. vt officium §. verum de hæreticis in 6.* Alderete *ſupra num. 7.* Secundò, huiuſmodi Notarios omnino neceſſarios eſſe in actis publicis, vt illis fides adhibeatur, prout habetur ex *cap. Quoniam de probation.* Alde-

rete

rete *ſupr. num.* 5. Vnde male faciunt Prælati, qui in re graui faciunt proceſſum per ſeipſos abſque Notario: eſt enim de iure communi, quòd ſcribat Notarius, & proinde videtur de ſubſtantia iuris, in qua Prælati non poſſunt diſpenſare. De quo multa Rodriguez *to.* 1. *q.* 13. *art.* 2. *& in Additionib. ſummæ cap.* 58. *nu.* 9. & Portellus *ſupr. n.* 6. Tertiò, quòd in cauſis criminalibus, & grauibus numquam ſine ſcriptura procedere debent iſti Notarij. *ca. legum* 2. *q.* 1. *ca. quiſquis cum ſequenti* 2. *q.* 8. *ca ſi quis cum clerico* 11. *q.* 1. Optimè Sanct. Thomas 2.2. *q.* 68. *art.* 2. Alderete *ſupra num.* 2. Peirinis *to.* 2. *priuilegiorum Minim. cap.* 6. *num.* 18. Quartò, quòd huiuſmodi Notarij, in actibus extraiudicialibus, & extra iudicij proceſſum, valent pro duobus teſtibus. Ita Gloſſa *cap. vt officium de hæreticis in* 6. *ad* §. *verum quia in fine*, & Gloſſa *in ca. quoniam contra de probat. verb. duos viros.* Portellus *dicto verbo Notarius in additione nu.* 1. Quintò, remoueri poſſe ab officio Notariorum à ſuis Prælatis. Pendent enim ab ipſis ſicut in fieri, ſic, & in eſſe, & in conſeruari, Idque conſtat ex Concil. Trid. dicto *cap.* 10. *ſeſſ.* 22. Quod decretum extendi etiam ad Prælatos inferiores quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentes declarauit S. Congregatio apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Notarius.* Pro conditionibus autem requiſitis ad validitatem inſtrumentorum, &, vt ipſis fides adhibeatur, vide Angelum *ſupra n.* 7. & Silueſtrum etiam *ſupra q.* 9. Sextò, quòd quamuis multa apud Authores, Summiſtas præſertim, reperiantur circa ſalarium Notariorum, plures etiam extent Sac. Congregationis declarationes apud Barboſa *ſupr. verb. Cancellaria*, & *Cancellarius Epiſcopi*; illa tamen ceſſare inter Religioſos, à quibus hoc munus ex obedientia ſolum, non autem ex pretio obiri debet.

10 Specialiter pro prædictis Notarijs ex vi prædicti priuilegij Pij 5. creandis, notandum eſt id, quod dixi *dicto cap.* 18. *num.* 95. ſcilicet, ipſummet Pontificem declaraſſe eo priuilegio vti non poſſe, niſi Monaſteria, quæ ſunt de Obſeruantia, & Religioſos, qui etiam ſint Obſeruantiæ. Ex quo collige, quòd Monaſteria, ſiue Religioſi, qui omnino non ſunt de Obſeruantia dicto priuilegio vti non poſſunt. Pro quo vide dicta *to.* 1. *cap.* 3. *n.* 17. ex Miranda ibi relato.

11 Specialiter etiam pro alijs Notarijs ad particulares cauſas Religioſorum deſignatis notandum primò, illos vltra ſubſcriptionem teſtium, debere etiam proprio nomine ſubſcribere. Rodriguez dicto *cap.* 58. Portellus *ſupr. num.* 3. Addit Rodriguez debere ſubſcribere ad ſingulorum teſtium, vel reorum, ſeu accuſatorum dicta, nec ſufficere ſi ſubſcribat in fine proceſſus. Quod, & mihi placet, & eſt conforme vſui noſtræ Religionis. Licet Peirinis *ſupra* oppoſitum teneat.

teneat. Notandum ſecundò quòd etiam in iudicio ſæculari danda eſt fides libris ratiocinij factis per Notarios Monachos, vel Moniales Notarias. Sic enim vſus obtinuit, & refert Valaſcus Luſitanus *l.* 1. *conſultationum* ſe ita vidiſſe iudicatum in facti contingentia. Portell. *ſupr. nu.* 5.

12 Quòd officium Notariorum poſſint exercere Regulares in quibuſcunque cauſis Sanctæ Inquiſitionis conſtat ex dictis *to. p. cap.* 9. *num.* 13. Similiter quòd Regulares exercere non debeant munus Tabellionis (intellige pro cauſis ſecularium) licet, quòd qui in ſeculo Tabelliones erant, poſſint poſt profeſſionem ſignare inſtrumenta, quæ in ſæculo fecerant, conſtat ex dictis eodem loco. Alia verò, quæ ad ipſos ſpectant, præſertim circa fidelitatem, quam ſeruare debent, pœnas quas incurrunt aliter facientes, abreuiaturas, quibus vtuntur, & alia concernentia, habes apud Doctores, præſertim Naldum *in Summa verb. Notarius*, & Lugo *de Contractib. diſp.* 41. *ſect.* 2.

NOTORIVM.

SVMMARIVM.

Materiæ huius notitia Regularibus neceſſaria. num. 1.
Notorium quid, & quotuplex. num. 2.
Manifeſtum, publicum, famoſum, & Notorium quomodo diſtinguantur. num. 3.
Ad notorium iuris quid requiratur. num. 4.
Ad notorium facti quid. num. 5.
Notorium poteſt fieri occultum. num. 6.
Ad notorium quid attendendum. num. 7.
Notorius Clerici percuſſor quis cenſendus. num. 8.
Quomodo vox Notorium *accipienda in priuilegijs Regularium. n.* 9.
Quomodo in Statutis Religionum. num. 10.
Quæ notanda circa modum concedendi diſpenſationes. num. 11.

1 HVius rei notitia valde neceſſaria eſt Regularibus, quia ſæpius in Bullis, ſeu Diplomatibus Summorum Pontificum, Priuilegijs, & Conſtitutionibus Religionum hæc vox reperitur, & ideo de ipſa agendum.

2 Noto primò, quòd *notorium* dicitur à verbo *Noto*, quod eſt idem ac *demonſtro*, quod contingit quando aliquid quod eſt obſcurum, ſeu intricatum, manifeſtatur. Siluester *in Summa verbo Notorium*

rium in principio. Vnde notorium est illud, quod ita clarè, & euidenter constat, vt nullo modo negari possit. Sanchez *2.to. Consil. mor. l. 6. cap. 3. dub. 3. num.* 3. ex Soto, Corduba, & alijs. Est autem duplex. Vnum Iuris, & alterum facti. Notorium Iuris est, quod constat per iuridicam sententiam, vel per confessionem rei in iudicio. Nauarrus *in Man. cap. 25. nu. 73.* Mascardus *de probationibus verbo Notorium conclus. 1107.* Cornexo *to. 2. in 3. p. Tract. 5. de suspens. disp. 4. dub. 1.* Thomas de Iesu *de Visitat. Regular. Tract. 2. cap. 4.* Thesaur. *in praxi par. 1. cap. 21.* Notorium facti dicitur illud, quod est publicum euidentia facti, ideſt, ita se exhibens omnium oculis, vel conspectui maioris, vel saltem magnæ partis, alicuius loci, vt nulla possit tergiuersatione celari. Nauarrus, & Cornexo *supr.* Mascardus *supr. concl. 1106.* Thesaur. *supr.* ex alijs. Hoc autem notorium facti adhuc est triplex, facti scilicet transeuntis, vt si quis publicè in refectorio coram fratribus alapam alicui dedisset, Aliud est notorium facti interpolati, vt si quis notoriè domum meretricis frequentasset. Aliud est notorium facti permanentis, vt si quis notoriè vulnerauit aliquem in facie, ita vt permaneat vulnerati cicatrix. Speculator *l. 3. rubric. de notorio crim. §. 8. à nu. 1.* Mascard. *supr.* Farinacius *in praxi q. 21. à n. 8.*

3 Noto secundò, quòd quamuis huiusmodi voces *manifestum, publicum, famosum, & notorium* inter se confundi soleant, re vera tamen à notorio distinguuntur. Nauarrus *in Man. cap. 25. num. 73.* Suarez ... *5. in 3. p. disp. 9. sect. 2. nu. 11.* id colligens ex *cap. Tuanos, & cap. vlt. de cohabit. Clerit.* Manifestum enim dicitur illud, quod facilè probari potest per multos, licet non per tot, vt dicatur notorium. Angelus *verbo Manifestum in princip.* Siluester *ibid.* Sanchez *supr. nu. 16.* Deinde publicum, seu famosum (quod idem est) dicitur illud, quod fama publica proclamatum est. Sotus *de secreto memb. 2.* Sanchez *supr. num. 1.* Notorium verò, vt dixi, est illud, quod adeo clarè, & euidenter constat, vt negari non possit. Vnde fit posse aliquid esse manifestum, quia dicto modo probari potest, & publicum, seu famosum, quia publica fama diuulgatum, non verò notorium, quia non constat clarè, & euidenter modo dicto.

4 Noto tertiò, quòd quamuis plurium sententia sit ad notorium Iuris sufficere quòd res sit plenè per testes in iudicio probata, etiam si reus crimen non confiteatur, nec iudex sententiam de illo proferat, prout colligitur ex Toleto *in Summ. l. 5. cap. 36. §. Ille dicitur*, Lessio *de Iust. l. 2. cap. 11. dubitat. 13. num. 73.* & alijs; hoc tamen solùm est admittendum quando probationes tam claræ, & manifestæ fuerint, vt neque coloratè possint impugnari, quia, vt dixi, no-

torium est illud, quod adeo euidens est, & clarum, vt negari non possit. Mascardus *supr. num.* 26. & 29. Thesaurus *supr.* 8. ***notorium Iuris***: Apud quem etiam quæ sententia Iudicis sit ea, quæ facit notorium.

5 Notò quartò circa notorium facti, quòd quamuis ad iudicandum quodnam sit tale, maximè conducat arbitrium boni Iudicis, seu viri (Suarez *supr.* addens nullam aliam certiorem regulam quoad hoc dari posse) regulariter tamen hæc attendenda. Scilicet: notitia hominum non paucorum, videlicet maioris, vel saltem magnę partis loci, vicinię, Conuentus &c. Locus in quo res contigit, vt si fuit publicus, in quem soleat conuenire Communitas. Et tempus, quo contigit, scilicet, dies; quia quod nocte fit secretum censetur. Panormitanus *in cap. vestra de cohabit. clericor.* Siluester *d. verbo notorium q.* 1. Mascardus *supr. d. concl.* 1106. *num.* 18. Attendendum etiam maximè est ad qualitatem personarum coram quibus res contigit, an scilicet arbitrio prudentis iudicari possit manifestaturos, vel non manifestaturos rem gestam. Suarez, & Thesaur. *supra*. Attendendum item ad maiorem, vel minorem numerum personarum in ea Communitate existentium, vt ex Farinacio *par.* 1. *praxis q.* 21. *num.* 45. habet Peirinis *in Formulario littera P. cap.* 17. *num.* 2. Minor enim numerus Fratrum sufficiet in paruo Conuentu ad faciendum notorium, quàm in magno.

6 Noto quintò, quòd id, quod est aliquando notorium potest effici occultum, scilicet, si omnes illi qui id nouerint moriantur, Sanchez *supr. num.* 14. ex Corduba. An vero notorium in aliquo loco possit censeri occultum in alio, dicam infra verbo verbo *Occultum*.

7 Noto sextò, quòd quando agitur de delicto notorio non est attendendum ad factum ipsum materialiter, vt ita dicam, notorium, sed formaliter in ratione delicti, iuxta dicta à simili *supra* verbo *Irregularitas num.* 58. Vnde etiam si notorium sit aliquem Sacerdotem celebrasse, si tamen notorium non est illum celebrasse censura itre titum, irregularitas illa non censebitur notoria. Nauarrus *supra d. cap.* 27. *num.* 255. *in fine*. Thesaurus *supr.* 8. *Aduertendum* 2. Barbosa *de offic. & potest. Episcop. Allegat* 39. *nu.* 26. ex multis alijs. Similiter, si notorium sit aliquem ingressum fuisse in clausuram Monialium, non tamen est notorium, an ingressus fuerit sine licentia non censebitur talis ingressus in ratione culpabilis notorius. Sanchez *de Matrim. l.* 8. *disp.* 34. *n.* 56. post alios.

8 Ex quibus iam ad praxim Regularium colligi potest decisio aliquorum dubiorum, quæ inter ipsos oriri solent. Primò enim, cum iuxta dicta *to.* 3. verbo *Excommunicatio quoad Regulares num.* 5.

com-

communicans cum percuſſore Clerici non incurrat excommunicationem minorem, niſi, iuxta ibidem dicta ex Extrauaganti *Ad euitanda*, quando talis Clerici percuſſor tam notorius eſt, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, aut iuris ſuffragio excuſari, ideo etiam ſi caſus eſſet quòd aliquis publicè difamatus eſſet de manifeſta Clerici percuſſione, ſi factum ipſum notorium non eſſet, non teneretur aliquis illum euitare, quia ex vi talis Extrauagantis ſolùm tenemur vitare notorios percuſſores Clericorum, & cum ſimus in materia odioſa, non debet id ampliari ad publicum, famoſum, ſeu manifeſtum percuſſorem, qui propriè notorius non ſit. Suarez 5. *tom. in* 3. *p. diſp.* 9. *ſect.* 2. *num.* 11. Addunt aliqui debere eſſe notorium notorietate facti, nec ſufficere eſſe notorium notorietate Iuris, quia dicta Extrauagans ſolùm loquitur de percuſſore notorio notorietate facti. Suarez *ſupra*. Bonacina *de Cenſur. diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 1. §. 1. *n.* 3. Layman. *l.* 1. *Tract.* 5. *par.* 5. *cap.* 4. *nu.* 2. §. *ſecundum*, ex Couarrubia, & Auila.

9 Secundò colligi poteſt, quòd quando in aliquibus priuilegijs Regularium conceditur facultas diſpenſandi, abſoluendi &c. in aliquibus caſibus, dummodo notorij non ſint, tunc etiam ſi tales caſus aliàs manifeſti, publici, ſeu famoſi fuerint, poterit dari talis diſpenſatio, abſolutio &c. quia cum materia priuilegiorum ſit fauorabilis, extendi debet quantum proprietas verborum permiſerit. Vnde ſi priuilegium quoddam Martini 5. quo conceſſit Priori Sancti Benedicti Valliſoletani facultatem diſpenſandi cum ſuis ſubditis in omni irregularitate, etiam in occiſione, dummodo notorium delictum non ſit, modo ſubſiſteret, poſſet dictus Prælatus, & alij habentes communicationem cum ipſo, vti eo priuilegio, etiam in caſu homicidij manifeſti, publici, ſeu famoſi, propter dicta. Idque ſupponit Portellus *in Reſolutionibus parte* 3. *caſu* 13. *num.* 5. Dixi, ſi ſubſiſteret, quia iuxta dicta *to.* 3. verbo *Abortus num.* 14. tale priuilegium, cum fuerit viuæ vocis oraculum, his temporibus vacat. Vtilis tamen eſt hæc doctrina, ſi illud confirmatum per Bullam fuerit, aut de nouo confirmetur.

10 Collige tertiò, quòd quando in Statutis, vel Conſtitutionibus Religionum aliquæ pœnæ ponuntur contra cõmittentes aliquod delictum, ſi illud fuerit notorium; non incurrentur dictæ pœnæ, ſi illud fuerit tantum manifeſtum, publicum, aut famoſum, propter dicta. Similiter, quando in illis fit mentio de manifeſto, ex ſubiecta materia, & loquendi vſu deſumendum eſt in quo ſenſu accipiatur. Panorm. *cap. Cum olim. de verbor. ſignific.* Angelus, & Silueſter *verbo Manifeſtum*. In dubio autem, maximè in materia iſta pœnali,

ſecipi debet, prout diſtinctum à notorio. Sanchez *ſupr. nu.* 17. ex Angelo, Silueſtro, & alijs.

11 Demum collige quartò, ex notitia prædictarum vocum *Manifeſtum, Publicum, Famoſum, & Notorium* haberi etiam poſſe notitiam circa modum concedendi diſpenſationes, quæ à Sede Apoſtolica committi ſolent Confeſſarijs Regularibus, iuxta dicta ſupra verbo *Littera Apoſtolicæ à num.* 9. in caſibus occultis. Et etiam cognoſci quando ex delicto aliquo oriatur infamia, iuxta dicta 3. *to.* verbo *Infamia num.* 3. vel Irregularitas, iuxta *ibid.* dicta. Et quomodo procedendum à Iudicibus Regularibus in ſimilibus caſibus, iuxta dicta eodem 3. *to.* verbo *Iudex Regularis*. Pro quibus etiam vide alia dicenda infra verbo *Occultum*.

NOVITII, ET NOVITIÆ RELIGIONVM.

SVMMARIVM.

De ipſis remiſſiuè. num. 1.
Nouitij, in quibus Conuentibus recipiendi. num. 2.
Quomodo Breue SS. D. N. Vrbani intelligendum. num. 3.
Gratia faciendi nouam profeſſionem illis, qui eam non emiſerunt in Cõuentibus approbatis à Sede Apoſtolica, quibus ſuffragetur. num. 4.
Quid debeant prius facere. num. 5.
Quid de illis, qui è Religionibus exierunt ob Nouitiatum non habitum in Conuentibus approbatis. num. 6.
Intentio Summorum Pontificum in Decretis de hac re, qualis. nu. 7.
De pœnis in illis deſignatis. num. 8.
Quando cenſendus Conuentus approbatus pro Nouitiatu. num. 9.
De receptione Nouitiarum. num. 10.
De qualitatibus Nouitiorum. num. 11.
Quid de illegitimis. num. 12.
Quid de viris maioribus ſexdecim annis. num. 13.
De conditionibus Nouitiorum ex Clemente 8, *& SS. D. N. Vrbano num.* 14.
Quomodo intelligendæ. num. 15.
Decreta interdicentia profeſſionem an cenſeri debeant illam irritantia. num. 16.
Decretum Sac. Congregationis de propaganda fide. *num.* 17.
De alijs conditionibus Nouitiorum. num. 18.
De conditionibus Nouitiarum. num. 19.

De

De informationibus pro Nouitijs. num. 20.
Pro quibus ſint neceſſariæ. num. 21.
Quomodo faciendæ. num. 22.
Quid in caſu quo certo conſtaret de qualitate recipiendorum. num. 23.
An recipi debeant informationes pro receptione Nouitiarum. num. 24.
De diſpoſitione bonorum Nouitiorum, ſeu Nouitiarum. num. 25.
De deciſione Concilij Tridentini. num. 26.
Qui Nouitij ipſa comprehendantur. num. 27.
De licentia requiſita à Concilio ad valorem talis diſpoſitionis. nu. 28.
De bimeſtri à Concilio petito. num. 29.
Teſtamentum, ſeu Codicillus an comprehendantur diſpoſitione Concilij. num. 30.
Quid de reſignatione beneficij Nouitij. num. 31.
Quando ratificetur renunciatio. num. 32.
Nihil accipiẽdum de bonis Nouitij ante profeſſionẽ, excepto &c. n. 33.
De priuilegijs Nouitiorum num. 34.
De excommunicatione impoſita contra impedientes ingredi volentes Religionem. num. 35.
De facultate abſoluendi Nouitios. num. 36.
De votis Nouitiorum. num. 37.
De diſpenſatione, & commutatione ipſorum. num. 38.
Quid de voto arctioris Religionis. num. 39.
Nouitij, quibus confiteri poſſunt. num. 40.
Poſſunt eligere ſepulturam. num. 41.
An poſſint munus Confeſſarij exercere. num. 42.
An priuilegia Nouitiorum competant illis antequam habitum ſuſcipiant. num. 43.
De obligationibus, & oneribus ipſorum. num. 44.
De alijs ad ipſos ſpectantibus. num. 45.

1 DE Nouitijs Religioſorum plura ex profeſſo dixi *tom.* 1. *cap.* 24. per totum. De Nouitijs autem Monialium eo *tom.* 1. *cap.* 25. Et de vtriſque ſparſim per totam hanc Summam. De illis tamen aliqua in præſenti diſcutienda, quæ ampliatione egent, propter noua præſertim SS. Congregationum Decreta, & declarationes, quæ de ipſis indies exeunt. Videlicet primò de loco in quo recipi poſſunt. Secundò, de qualitatibus ipſorum. Tertiò, de informationibus pro ipſorum receptione faciendis. Quartò, de diſpoſitione bonorum ipſorum. Quintò, de eorumdem priuilegijs. Ac ſextò, de illorum obligationibus.

2 Et quidem quoad primum, loquendo de Nouitijs Religioſorum,

rum, quamuis in iure communi ſtando poſſint in quolibet Conuentu, ſeu Monaſterio recipi, niſi obſtent particularia Statuta Religionum; imo ius recipiendi illos, ad Prælatos, & Conuentum pertineat, iuxta dicta eodem *to. 1. cap. 18. num. 66.* de quo etiam Nauarrus *Conſil. 9. de Conſtit. num. 12.* Miranda *in Man. to. 1. q. 15. art. 1. concl. 2.* Vechius *de Nouit. diſp. 7. dub. 2.* maximè Tamburinus *de Iure Abbat. to. 3. diſp. 6. quæſt. 1.* nihilominus conſtat ex dictis eo *cap. 24. num. 23.* propter Decretum Clem. 8. innouatum à Sacra Congregatione Concilij ſub Sanctiſs. Domino Noſtro Vrbano, non poſſe Religiones (quibuſdam exceptis) intra Italiæ, & Inſularum adiacentium fines in Nouitios aliquos recipere, niſi in Conuentibus auctoritate Apoſtolica approbatis, receptioneſque, & profeſſiones aliter factas, irritas omnino eſſe, & tranſgreſſores varias pœnas incurrere. Item poſtea, propter Motum proprium, ſeu Breue SS. D. N. Vrbani eo *cap. 24. num. 24.* relatum, haberi, vt ij, qui in Conuentibus nõ approbatis Nouitiatum iam pridem non fecerant, de nouo admitti poſſe ad profeſſionem ſine nouo Nouitiatu, etiam in eadem antiquitate, & iure, ſicut prius erant. Conſtat etiam ex dictis eodem *num. 24.* quòd cum S. Congreg. cerneret plures Regulares ab Ordinarijs locorum habitus, & profeſſionis relaxationem poſtulare, ſub prætextu quòd Nouitiatum non geſſiſſent in Conuentibus à Sede Apoſtolica deſignatis, ipſique Ordinarij facilè prædictam relaxationem illis ſæpius concederent, huic malo obuiare intendens ad Archiepiſcopum Sacerenſem in Sardinia ſcripſit, quatenus impoſterum à talium Religioſorum relaxatione ceſſaret, niſi iuxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum, Concilij Tridentini, & aliorum Decretorum Sedis Apoſtolicæ. Imo quòd eos, quibus licentiam conceſſiſſet exeundi à Religione, ad eam reuocare, quam primùm curaret. Similes etiam litteras ab eadem S. Congregatione ſcriptas ad Epiſcopum Caſalenſem refert Peirinis *to. 3. Priuileg. Minim. cap. 12. in Addit. ad Conſtitutionem 7. vel 17. Vrbani 8. num. 3.* & alias ad Vicarium Capitularem Brixiæ refert Bordonus *Reſolut. 8. num. 24.* Quia tamen hæc forſan ad notitiam aliorum Ordinariorum non peruenerant, ideo Sacra Congregatio Concilij ſub anno 1636. iuxta dicta *to. 2. cap. 8. num. 25.* ſtatuit, quòd ſi aliqui contra formam prædictorum Decretorum recepti, & profeſſi è Religione infra quinquennium exire, vel Superiores extra eam reſpectiuè illos eijcere voluerint, annuente Sanctiſſimo, tam ipſi profeſſi, quam Superiores reſpectiuè teneantur iura, quæ ſibi fauere viſa fuerint, prius deducere coram eadem Sacra Congregatione, quæ ex ſpeciali etiam ſuæ Sanctitatis facultate ſuper hoc conceſſa pro-

prouidebit. Inhibendo propterea Primatibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Prælatis inferioribus iuriſdictionem exercentibus, ac quibuſcunque Iudicibus Ordinarijs, & Delegatis, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus, & Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, etiam de latere Legatis, Sediſque Apoſtolicæ Nuncijs, ne in poſterum in hoc quoquomodo ſe ingerant abſque ſpeciali eiuſdem Sanctitatis commiſſione ſub pœna ipſo facto incurrenda, quoad Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Primates Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, quoad Abbates, Prælatos inferiores, ac alios Iudices prædictos excommunicationis latæ ſententię, quo verò ad Nuncios, & ad Sacrę Romanę Eccleſiæ Cardinales, etiã de latere Legatos, indignationis ſuæ Sanctitatis, & pœnarum arbitrio eiuſdem imponendarum. Item ibidem pro maiori cautela, contra delinquentes ſtatuit, ac decreuit, quòd ſi ijdem, vt ſupra, recepti, & profeſſi, iuribus ſuis minimè deductis coram S. Congregat. Concilij, & ſine illius expreſſa licentia è Religione exire, vel Superiores Religionis eos eijcere auſi fuerint, ipſi recepti, & profeſſi tanquam Apoſtatæ puniantur, & pro talibus habeantur, nec non contra eoſdem iuxta formam Decreti *de Regularibus Apoſtatis, & eiectis* eiuſdem Sanctitatis ſuæ iuſſu ab eadem Sac. Congregatione ſub die 21. Septembr. 1624. editi procedatur, & Superiores, qui eiecerint pœnam ſuſpenſionis à diuinis, nec non priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, ac perpetuæ inhabilitatis ad ea in poſterum obtinenda, vocisque actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto abſque alia declaratione incurrant. Extat etiam aliud Decretum eiuſdem S. Congregat. eodem ann. 1636. ſubſcriptum ab Eminentiſs. Cardinali Veroſpio, & Illuſtriſs. D. Paulucio Secretario apud Nouarium *in Lucerna Regularium* in fine, in quo ſtatuitur, prædictos, qui habitum, & profeſſionem in locis non deſignatis non habuerunt, audiri non poſſe tranſacto quinquenio.

3 Circa quæ, præter dicta eiſdem locis, alia vlteriùs notanda propter plures, & quotidianas difficultates, quæ circa illa oriri ſolent in Italia, & in Inſulis adiacentibus, vbi prædicta Decreta ſuum robur habent. Primò quidem, iuxta dicta eo *num.* 24. intentionem Sanctiſſimi in eo Breui, ſeu Motu proprio, eam procul dubio fuiſſe, vt prædicti Religioſi, qui Nouitiatum in Conuentibus non deſignatis egerant, non egrederentur, aut eijcerentur à Religionibus, ſed potiùs profeſſionem ratificarent. Hoc enim colligitur, tum ex ipſo Breui, ſeu Motu proprio in principio, vbi pro ratione ipſius concedendi ait Pontifex, vt *in vocatione, qua vocauit eos Dominus permanerent*. Tum quia præcipit Superioribus, vt prædictos Religioſos

ad

ad professionem denuo emittendam admittant. Tum quia, vt ad id eos alliciat, post ratificatam professionem præcipit restitui ad priora iura, & habilitates, quas primò habebant, ac si prior professio fuisset valida. Tum denique, quia propterea Sac. Congreg. in Decreto, & litteris relatis, prohibet facilem egressum dictorum Religiosorum. Bordonus *supra nu.* 23. 45. & 50. *§. quinta ratio* contra quemdam Iurisconsultum ab ipso relatum. Nec obstat, quòd talium professiones fuerint irritæ, & nullæ, vt constat ex Decretis adductis. Ex eo enim quòd irritæ fuerint, solùm sequitur teneri eos, qui ita professi sunt, etiamsi id omnino occultum fuerit, professionem denuo facere, vt illis conceditur in prædicto Breui, aut Motu proprio, vel si nollint id facere, causam prosequi in iudicio, iuxta formam, de qua postea. Quod si non fecerint, grauissimè peccabunt, tum illudentes alijs, si defectus fuerit occultus, tum siue sit occultus, siue manifestus, vtentes iuribus, priuilegijs, commodis, & facultatibus proprijs verè professorum, in grauissimum, suarum, & aliorum conscientiarum, detrimentum. Cuius etiam peccati rei erunt Superiores id permittentes. Bonacina *de Clausura q. 2. punct. 10. difficult. 1. num. 2. per totum*. Bordonus *supr. num.* 44. Quæ autem sint illa, quorum capaces, vel incapaces sunt huiusmodi nulliter professi, habebis infra verbo *Professio Regularium*.

4 Secundò nota, prędictam gratiam faciendi nouam professionẽ concessam à Sanctissimo præfatis Religiosis, qui suum Nouitiatum in locis non designatis à Sede Apostolica non fecerunt, non solùm suffragari illis, qui in Religione permanserunt, sed, & illis quoque, qui post dictum Breue è Religionibus exierunt, & deinde ad illam reuersi denuò professionem expressam emiserunt. Ita enim declaratum est à Sacra Congregatione 15. Maij 1638. ad instantiam Reuerendiss. nostri Generalis Theodori Stratij, qui pro suæ Religionis zelo id dubium Sacræ Congregationi proposuit.

5 Tertiò nota, quòd nolentes vti dicta gratia à Sanctissimo illis facta de renouanda professione propterea quod suum Nouitiatum in Locis non designatis peregerint, his temporibus post Decretum Sac. Congregationis de anno 1636. supra relato, nullo alio modo exire possunt à Religionibus, nisi, prout in ipso Decreto habetur, priùs deduxerint coram eadem Sac. Congregatione sua iura, & intra quinquenium. Nec possunt alij Ordinarij in hoc se intromittere, sub pœnis in eisdem Decretis contentis. Ante ipsorum tamen editionem, etsi possent à Religionibus exire ob defectum prærequisiti Nouitiatus, sed non alio modo, nisi causa deducta etiam infra quinquennium à professione ab ipsis facta coram Ordinario, & Prælato

Re-

Digitized by Google

Religionis, iuxta diſpoſitionem Concilij Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 19. vbi ſic. *Quicunque Regularis prætendat ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem; aut etiam dicat, ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, velitque habitum dimittere, quacumque de cauſa, aut etiam eum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum, non audiatur niſi intra quinquennium tantum à die profeſſionis, & tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario.* Colligitur hoc primò ex litteris eiuſdem Sac. Congregationis ad Archiepiſcopum Sacerenſem ſuperiùs relatis, in quibus illi præcipitur, vt nullum Religioſum ad ſæculum, vel ad habitum ſæcularem in poſterum relaxaret, niſi iuxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum, Concilij Tridentini, & aliorum Decretorum Sedis Apoſtolicæ. Imò quòd eos, quibus licentiam conceſſiſſet exeundi à Religione, ad eam reuocare quam primũ curaret. Secundò, ex litteris eiuſdem Sac. Congregationis ad Epiſcopum Caſſallenſem ſuperius etiam relatis, vbi non ſolùm habetur id quod in litteris precedentibus, ſed etiam expreſsè dicitur, talem declarationem de nullitate profeſſionis ob defectum Nouitiatus habiti in loco non deſignato à Sede Apoſtolica fieri non poſſe niſi ſeruatis ſeruandis conformiter ad diſpoſitionem Sacrorum Canonum, & Decretorum Apoſtolicorum, ac maximè Concilij Trid. Tertiò ex litteris etiam relatis eiuſdem Sacræ Congregationis ad Vicarium Capitularem Brixienſem, vbi non ſolum idem habetur, ſed etiam reprehenditur ille Vicarius, eò quod contrarium fecerit. Ratio etiam eſt, quia cum Concilium eo loco formam præſcripſerit, quam ſeruare debent illi, qui ſub prætextu inualidæ profeſſionis à Religionibus exire prætendunt, vt patet ex illa particula *quicunque*, quæ vniuerſaliſſima eſt, loquaturque de omnibus, & quibuſcunque cauſis propter quas prætendi poſſit inualiditas profeſſionis. (loquor de illis, quæ important impedimentum temporale, & non perpetuum), vt patet ex illis verbis *aut quid ſimile*, & *quacunque de cauſa*, proculdubio dicendum eſt, non potuiſſe Ordinarios locorum concedere licentiam prædictis Religioſis exeundi à Religione, & multò minus ipſos Religioſos ex ſe ipſis id potuiſſe facere, niſi conformiter ad dictum Decretum. De quo latè dictus Bordonus tota illa *reſolut.* 8. & 23. contra prædictum Iuriſconſultum. Vide, & Sanchez *l.* 7. *de Matrim. diſp.* 37. *q.* 4. Quales autem debeant eſſe hic loci Ordinarius, & Superior, coram quibus facienda erat reclamatio, & qualiter computandum illud quinquennium, conſtabit ex dicendis infra verbo *Profeſsio Regularium*.

6 Ex quo colligi videtur, Regulares, qui poſt prædictum Breue,

aut

aut Motum proprium SS. D. N. Vrbani, siue etiam antea, è Religionibus exierunt sub prætextu nullitatis professionis, ob defectum Nouitiatus non habiti in locis designatis à Sede Apostolica, siue id fecerint propria auctoritate, siue etiam Ordinarij, non seruatis tamen omnibus conditionibus à Concilio in prædicto Decreto requisitis, securos in conscientia non esse, sed teneri ad Religionem regredi, ob non seruatam formam à Concilio. Nihilominus quia potest dici præfatum Decretum Concilij, sicut, & alia, & litteras S. Congregationis superius relata solum loqui pro foro externo, non pro foro interno, ideo probabiliter satis dici potest contrarium, eò præsertim, quòd cũ talium professiones irritas, & nullas declarauerit Clem. 8. *ad quemcunque effectum*, vt patet ex verbis ipsius relatis dicto *c.* 24. *num.* 23. nullam propter illas obligationem manendi in Religionibus in foro conscientiæ, scandalo, & alijs circumstantijs extrinsecis sublatis, contrahere potuerunt. Vt habet à simili Sanchez *lib.* 2. *de Matrimon. disp.* 39. *num.* 11. & 16. *lib.* 4. *disp.* 15. *num.* 5. & *lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 11 post Sotum, Nauarrum, Angles, Henrriquez, Rodriguez, & alios, & in terminis huius difficultatis tenet Bordonus *supr. num.* 58 & 62. Quo autem pacto id intelligendum, & an contra illud obstet, quòd plures saltem illorum professionem tacitam fecisse credantur, constabit ex dicendis infra verbo *Professio Regularium*.

7 Quartò nota, quòd iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 8. *num.* 26. (quod etiam sequitur relatus Bordonus *d. resolut.* 8. *nu.* 19.) intentio Summorum Pontificum esse videtur in dictis Decretis, vt Nouitiatus habeatur in locis designatis à Sede Apostolica, non verò quòd in illis solum ad habitum recipiantur Nouitij, aut professionem emittant. Propter ibi dicta, & quia hoc est conforme fini intento ab ipsis in eisdem Decretis, qui est recta Nouitiorum educatio.

8 Quintò, circa pœnas in prædictis Decretis designatas, an scilicet ipso facto ante omnem declarationem incurrantur, & quis possit in illis dispensare, philosophandum est iuxta doctrinam generalem de similibus pœnis, quam tradidi *to.* 1. *cap.* 10. *à num.* 30. & *cap.* 18. *à num.* 46.

9 Sextò pro praxi Regularium nota, quòd si in aliquibus Monasterijs constet Nouitiatum fuisse à tempore Clementis 8. qui primus tale Decretum de non habendo Nouitiatu nisi in locis designatis à Sede Apostolica edidit, continuatum sub bona fide, quòd talis Nouitiatus approbatus fuerit, etiam si authenticè non constet de tali approbatione, credendum est illam factam fuisse, licet ob incuriam Religiosorum perditam. Peiinis *to.* 3. *priuil. Minim. cap.* 12. *in*

Con-

Constitutione 7. *alias* 17. *Vrbani* 8. *num.* 1. Vide alia specialiter pro Religione Clericorum Regularium Minorum, propter Breuia quædã Clem. 8. & SS. D. N. Vrbani pro illis apud Nouarium *in Lucerna Regularium* ad finem.

10 Loquendo autem de receptione fœminarum in Nouitias, cum prædicta Decreta Clementis, & Vrbani non loquantur de ipsis, sed de viris tantum, standum est Iuri communi, quo cuilibet Conuentui, seu Monasterio cum Prælato immediato (nisi obstent particularia statuta Religionum) permittitur eas recipere. De quo Tamburinus *de Iure Abbatissarum disp.* 4. *quæsit.* 1. Cum autem Abbatissæ, seu Priorissæ Monialium veræ Prælatæ non sint ob defectum capacitatis iurisdictionis, ideo, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 26. *num.* 17. ipsæ non possunt recipere Nouitias, sed hoc spectat ad veros Prælatos ipsorum Monasteriorum. Circa modum verò eas recipiendi obseruari debet is, qui præscriptus sit in particularibus statutis Religionum. Declaratum autem est à Sac. Congregatione, teste Gauanto *in Manuali Episcoporum verbo Monialium receptio num.* 30. suffragia secreta Monialium debere maiorem Capituli partem excedere, ad hoc vt receptio locum habeat. Ex qua declaratione habetur, tum Moniales recipi non posse nisi per suffragia secreta Monasterij; tum talia suffragia affirmatiua debere excedere maiorem partem Capituli. Tamburinus *supr. num.* 4. & 5. Declaratum etiam est à Sac. Congregatione, teste eodem Gauanto supra *num.* 34. eum qui præbet habitum Moniali non propterea ingredi posse septa Monasterij. Insuper declaratum etiam est ab eadem Sac. Congregatione, eodem quoque Gauanto *ibid. n.* 39. teste, Monialem Nouitiam collocandum esse in loco separato, intellige à professis.

11 Circa secundum de qualitatibus Nouitiorum, præter illas, quas specialia statuta Religigionum decernunt, præcipuè animaduertendum, quòd Sixtus 5. in Bulla *Cum de omnibus* sub anno 1587. iuxta dicta *to.* 1. *cap* 24. *num.* 12. declarauit verbis ibidem relatis, criminosos, vel de crimine suspectos, & obligatos debitis, seu ratiocinijs, recipi non posse in Nouitios. Circa quos, præter dicta eo *cap.* 24. *num.* 16. & 17. nota primò, quòd licet idem Pontifex in ea Constitutione prædictos ad professionem inhabiles fecerit, illam irritam, & nullam declarando, his tamen temporibus, iuxta dicta ibidem *num.* 15. standum est Constitutioni Clementis 8. eo loco relatæ, in qua nullitatem professionis illorum abstulit, saluis tamen pœnis contra eos recipientes inflictis ab eodem Sixto, quas eo loco retuli. Secundò notandum, quòd cum Sixtus eo loco expressè loquatur de iuuenibus maioribus sexdecim annis, vt patet ex illis verbis:

Digitized by Google

bis: *Iuuenes, aut viros adultos maiores ſexdecim annis*; ideo ſi caſus eſſet, quòd aliqui iuuenes non maiores ſexdecim annis criminoſi eſſent, aut debitis, & ratiocinijs ob noxij, excluſi non eſſent ex vi dictæ Conſtitutionis ab habitu Religionis. Et ita id tenet Sanchez *l.* 7. *de Matrim. diſp.* 37. *q.* 4. *num.* 10. Noto tertiò, per *criminoſos* intelligi, prout patet ex verbis Sixti eo *nu.* 12. relatis eos, qui aliqua crimina, *qualia ſunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia ſimilia, aut grauiora* commiſerunt. Vnde qui minora crimina, aut etiam forſan illa ſine ſcandalo, nota, aut infamia perpetrarunt, non videntur à Religionibus arceri. Portellus *in Dub. Regular. verbo nouitij qualitates*. Vide alia circa illos eo *cap.* 24. *n.* 16. Suarez *to.* 3. *de Relig. l.* 5. *cap.* 7. Sanchez 4. *in Decalog. cap.* 16. *n.* 39. Vechium *de Nouit. diſp.* 2. *dub.* 12. & Peirinis *to.* 2. *de Prælat. q.* 3. *cap.* 1. *n.* 7. Noto quartò, per *ſuſpectos* criminum intelligere Papam, prout etiam patet ex verbis eo *num.* 12. relatis, eos *qui propterea damnati ſunt, aut ne damnentur formident*. Portellus *ſupr. num.* 16. Circa obligatos autem, ſeu grauatos debitis, aut ratiocinijs, vide dicta eo *cap.* 24. *num.* 17.

12 Declarauit etiam idem Pontifex Sixtus in eadem Conſtitutione, illegitimos recipi non poſſe ad habitum, & profeſſionem, eorumque profeſſionem inualidam, irritam, & caſſam eſſe. Quia tamen, iuxta dicta eo *cap.* 24. *num.* 21. Gregorius 14. & Clemens 8. id moderati fuerunt, ideo tali moderationi his temporibus ſtandum. Animaduertendum tamen primò, quòd ad hoc, quòd huiuſmodi defectus illegitimitatis impediat ſuſceptionem habitus, non requiritur quòd illum habens ſit maior ſexdecim annis, quia hanc conditionem ſolùm poſuit Sixtus pro criminoſis, obligatis debitis &c. non pro illegitimis. Sanchez *dicto num.* 10. Noto ſecundò, nec omnes illegitimos prohiberi à Sixto 5. ad habitum recipi. Etenim, vt patet ex d. Conſtitutione ſolùm in ea excludit illegitimos ex ſacrilegio, vel inceſtu intra tertium gradum conſanguinitatis, vel affinitatis, & ad habitum Clericorum, alios verò illegitimos recipi poſſe concedit, etſi ſub certis conditionibus ibi deſignatis. Peirinis *ſupr. num.* 4. Imò idem Pontifex in alia Conſtitutione *Ad Romanum* declarauit illegitimè natos ex ijs parentibus, inter quos tempore, quo ipſi geniti ſunt matrimonium conſiſtere poterat, ſequuto poſtea matrimonio legitimos effectos, ſub dicta Conſtitutione minimè comprehendi.

13 Statuit etiam idem Pontifex in eadem Conſtitutione *Cum de omnibus*, non poſſe recipi prædictos viros maiores ſexdecim annis, niſi conſtet ipſos, non humana aliqua ratione, ſed tantum deuotionis, & pietatis feruore vitam Religioſam ſponte, & ex animo elegiſſe.

se'. Sed notat Portellus supra *num.* 21. ex Rodriguez, hanc vltimam conditionem non poni à Sixto tanquam obligatoriam, sed tanquam de consilio, & ad maiorem perfectionem. Quod, etsi certum non sit, probabilitate tamen non caret.

14 Præter dictas conditiones, seu qualitates pro recipiendis Nouitijs à Sixto 5. assignatas, postea Clemens 8. in Decretis *pro Reformatione Regularium* à S. Cóngregatione sub SS. D. N. Vrbano approbatis, & innouatis, dum sermo est de institutionibus *super receptione, & educatione Nouitiorum* sic habetur. *Quod attinet ad Nouitiorum recipiendorum formam, vltra diligentem perquisitionem, quæ habenda erit de vnius cuiusque Natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac præcipuè eorum, qui sextum decimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi, an ære alieno grauati, vel reddendæ alicuius administrationis rationi obnoxij sint, iuxta formam Constitutionis felic. record. Sixti 5. & moderationum subsequtarum. Illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulò perquirant, vt, quibus in Monasterijs, & Conuentibus ex Apostolica facultate Nouitiatus fuerint instituti, in ijs ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui, & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones Sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Constitutionibus præscriptas non habeat, iuxta Decretum super forma recipiendi Nouitijs die 19. Maij 1602. editum. Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari, etiam Mendicantium, in ea sit ætate constitutus, quam eius Ordinis, in quo recipiatur, Regularia instituta, & ordinationes requirunt. Eam verò litterarum scientiam calleat, aut illius addiscendæ spem indubiam præseferat, vt minores, & suis temporibus maiores Ordines, iuxta Decreta Sacri Concilij Trid. suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens ad habitum regularem admitti postulauerit, & talis eruditionis expers inuentus fuerit, in Conuersorum tantùm, quibus litterarum scientia non est necessaria, numerum referatur. Ipsi autem Conuersi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum, & nisi saltem præcipua doctrinæ Christianæ capita nouerint. Demum Superiores diligenter exquirant quo spiritu, qua mente, ac voluntate id Regularis vitæ genus elegerint, quem sibi finem proposuerint: num zelo melioris frugis, ac perfectionis vitæ, &, vt Deo liberius famulari possint, an potius leuitate, vel humano aliquo effectu, aut inordinato animi ducantur, & an eorum parentes ope, & subsidio ipsorum indigentes destituantur.*

15 Circa quæ nota primò, ea solùm videri instituta esse pro Nouitiatibus à Sede Apostolica approbatis, quales sunt in Italia, & Insulis

Digitized by Google

adiacentibus, prout colligitur, tum ex titulo horum Decretorum, tum ex illis verbis *quibus in Monasterijs, & Conuentibus ex Apostolica facultate Nouitiatus fuerint instituti*. Secundò, circa ætatem ibi assignatam pro recipiendis Nouitijs, siue Choristis, siue Conuersis. vide dicta *to.*3. verbo *Aetas*. Tertiò, illa verba, *Superiores diligenter exquirant quo spiritu, qua mente &c.* videri explicari posse sicut, & alia similia. Sixti 5. de quibus supra *num.* 13. Quartò, circa illa, *an eorum parentes &c.* notari debere ea, quæ dixi *to.* 1. *cap.* 2. *num* 13. *& cap.*24. *nu.*40.

16 Maximè notandum tam pro huiusmodi Decretis, quam pro alijs quibuscunque Religionum Statutis, in quibus ordinatur, ne ad habitum, seu professionem admittantur, nisi qui tales, vel tales conditiones habuerint, quòd talium admissio ad habitum, seu professionem nunquam debeat censeri irrita, aut nulla, nisi prædictis Decretis, seu Statutis id expressè declaretur. Primò, à simili de matrimonio contracto contra interdictum, seu prohibitionem sine Decreto irritante, vt colligitur ex *cap.* 2. *de Matrimon. in fine*. Valet enim argumentum à matrimonio carnali ad spirituale *ca. viduas autem. ca. hæ vero. ca. quæ Christo* 27. *q.*1. in quibus locis professio dicitur matrimonium spirituale. Silues. *in Summa verbo Matrimonium* 7. *q.* 1. *dicto* 3. Sanchez *l.*7. *de Matrim. disp.* 2. *nu.*10. *&* 11. Secundò, ex declarationibus S. Congregationis, quas referunt Armendariz *in addit. ad recopilat. leg. Nauarr. l.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig.* & Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. allegat.* 101. *num.* 15. *& in Collectan. Bullar. verbo Professio Regularis* 2. Ex quibus habetur, professiones emissas in Ordinibus SS. Trinitatis, & Minimorum contra statuta ipsorum sine clausula annullante, seu irritante, validas esse. Miranda *in Man. Prælator. par.* 1. *q.* 24. *art.* 2. *concl.* 2. Bordonus *supr. num.* 8. Quæ dixerim præcipuè propter prohibitionem factam à Clem. 8. in Decretis relatis de non recipiendis Conuersis ad habitum, vel professionem ante 20. & 21. annum ætatis. Cum enim ibi non ponatur clausula irritans, ideo sæpius respondi talium receptionem, & professionem validam esse. Quid autem dicendum casu quo talia Statuta fierent cum clausula, *non potest*, aut *non possunt*, collige ex ijs, quæ dixi supra verbo *Leges Regularium n.*47.

17 Hic etiam repetendum Decretum S. Congregationis *de propaganda fide*, quod retuli dicto *cap.* 24. *num.* 44. illud enim vtilissimum est pro Ecclesiæ Sanctæ dilatatione, & Religionum honore. In eo namque admonentur Generales omnes, annuente SS. D. N. Vrbano, vt præter studia linguarum aliàs à S. Congregatione Regularibus indicta, speciali sub Decreto præcipere velint, vt in Nouitio-

rum

rum receptionibus in posterum faciendis, aliqui semper ex varijs nationibus, & linguis, pro modulo tamen suarum Religionum, vna cum alijs, qui hactenus recipi consueuerunt, ad habitum assumantur, qui peracto studiorum cursu, & in simplici Sacerdotio constituti, & Episcopali dignitate ornati, ad eorum Prouincias propagandæ fidei gratia mitti possint.

18 De alijs qualitatibus, seu conditionibus pro Nouitijs requisitis dixi *to.* 1. *cap.* 2. & 24. Etenim, quòd sexus virilis requisitus sit pro ipsis inter viros Religiosos recipiendis, dixi eo *cap.* 2. *num.* 20. vbi etiam quid dicendum de hermaphroditis. Similiter, qualiter seruitus impediat ingressum in Religionem, dixi eo *cap.* 2. *num.* 21. & *cap.* 24. *num.* 20. De morbo, senectute, aut impotentia ad seruandam Regulam, & de dementia, dixi eo *cap.* 2. *num.* 22. 23. & 24. Similiter quòd furiosi, aut mente capti admitti non possint ad Religionem eo *cap.* 24. *num.* 18. vbi etiam *num.* 19. quid de coniugatis sentiendum sit. De quibus etiam omnibus alia dicentur infra verbo *Professio Regularis.*

19 Loquendo de conditionibus, seu qualitatibus requisitis pro fœminis in Nouitias inter Moniales recipiendis, cum prædicta Decreta, & Constitutiones Sixti quinti, & Clementis 8. solùm sint pro viris, ideo quoad illas standum est particularibus statutis Religionum, & dictis *to.* 1. *ca.* 25. & 26. & supra verbo *Moniales*.

20 Circa tertium de informationibus pro Nouitijs recipiendis constat ex dictis eo *cap.* 24. *num.* 12. & 13. quod licet Sixtus 5. in dicta Constitutione *Cum de omnibus*, & in alia *Ad Romanum Pontificem* formam dederit pro illis faciendis, postea tamen Gregorius 14. in Bulla *Circumspecta* prædictas Constitutiones Sixti 5. moderatus fuit. Qua moderatione, & priuilegijs adductis ibid. *num.* 14. his temporibus Religiosi vtuntur. Quia tamen ea supponunt quoad multa dictas Constitutiones Sixti 5. ideo aliqua de illis dicendum.

21 Et primò quidem, stando in vi dictarum Constitutionum, dictæ informationes non sunt necessariæ ad receptiones Religiosorum transeuntium de vna Religione ad aliam, quia in illis solùm est sermo de sæcularibus volentibus fieri Religiosi. Rodriguez *to.* 3. *quæst. Regular. q.* 10. *art.* 13. Vechius *de Nouit. disp.* 6. *dub.* 6. Portellus *supr. verbo Nouitij informationes num.* 8. Secundò, nec sunt necessariæ pro recipiendo eiecto, siue expulso à Religione, à qua fuit eiectus. Quia Pontifex loquitur de purè sæcularibus, & de primo ingressu ad Religionem. Portellus *supr. num* 9. Quæ verò obseruare debeat Religio pro receptione suorum eiectorum, consule dicta *to.* 1. *cap.* 23. præsertim *num.* 7. Tertiò, nec videntur faciendæ pro in-

greſſu ad Religionem illorum, qui ſub prætextu Nouitiatus habiti in locis non deſignatis à Sede Apoſtolica pro Italia, & Inſulis adiacentibus (iuxta dicta ſupra) ab ea receſſerunt, maximè, ſi in habitu clericali vixerunt, quia dicta Conſtitutio loquitur de merè ſæcularibus. Bordonus *dicta Reſolut.* 8. *num.* 64. Secus dicens, ſi in habitu ſæculari per multum tempus vixerunt, cum potuerint fieri criminoſi, & obnoxij debitis ratiocinijs. Quartò, nec eſſe neceſſarias pro receptione iuuenum, qui non ſunt maiores ſexdecim annis, communiter tenent Doctores, eo quòd Pontifex in dicta Conſtitutione *Cum de omnibus* id exprimat illis verbis, *maiores ſexdecim annis*. (Suarez *to.* 3. *de Relig. l.* 5. *cap.* 10. *nu.* 11. Rodrig. *ſupr.* Miranda *to.* 1. *Manual. q.* 21. *art.* 1. *concluſ.* 3. & alij). Cæterum licet id verum ſit ex vi Conſtitutionis Sixti, nihilominus ſtando in Decretis Clementis 8. approbatis à S. Congregat. ſub SS. D. N. Vrbano, de quibus ſupra *nu.* 14. fieri etiam debent etiam de his, qui dictum 16. annum non excedunt. Quod colligitur ex verbis illis ibi adductis *præcipuè eorum, qui 16. ætatis ſuæ annum excedent, an criminoſi* &c. vbi particula illa *præcipuè*, exprimit caſum minus dubium. Barboſa *de dict. dict.* 220. *nu.* 1. *& dict.* 168. *num.* 1. Rodriguez *to.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 100. *art.* 2. *verſ. Circa quam*. Menochius *de arb. l.* 2. *caſu* 416. *num.* 19. Peirinis *ſupr. dict. cap.* 1. *nu.* 10. Cum autem iuxta dicta ſupra *num.* 15. prædicta Decreta ſolùm ſint pro Nouitiatibus in Italia, & Inſulis adiacentibus à Sede Apoſtolica approbatis, ideo in alijs locis ſtandum erit Conſtitutioni Sixtinæ. Quintò nota, prædictas informationes debere eſſe iuridicas, nimirum factas per duos, aut tres teſtes iuratos, qui iurent talem recipiendum in Nouitium à ſe bene cognitum, non habere aliquem ex impedimentis contentis in præfatis Conſtitutionibus. Ratio eſt, quia aliàs non facerent fidem, aut probarent intentum. *cap. tuis, & cap. nuper de teſtibus*. Suarez *ſupr.* Miranda *ſupr. art.* 3. *concl.* 4. Vechius *ſupr. dub.* 2. Non ſufficit autem quòd teſtes generaliter dicant ſe neſcire, in Nouitios recipiendos eſſe comprehenſos in dictis Conſtitutionibus; hæc enim negatio nihil probat. Tamburinus *de Iure Abbatum to.* 3. *diſp.* 6. *quæſito* 4. *num.* 4. Poſſunt autem tales informationes, ſtando in dicta Conſtitutione Sixti fieri, ſiue per Iudices Eccleſiaſticos, ſiue per ſæculares, ſiue ad inſtantiam Religionis, ſiue ad inſtantiam recipiendi in Nouitium. Pontifex enim ſolùm vult quod fiant, nõ de terminando modum, vt patet ex illis verbis *accurata informatione, & fide digna relatione compertum &c.* Rodriguez *ſupr. art.* 2. Miranda *ſup. ar.* 3. *concluſione* 1. Vechius *ſup. dub.* 2. Portellus *ſupr. verbo Nouitij informationes num.* 3. Noto ſextò, quòd, iuxta dicta eo

resp. 24. *nu.* 15. licet omissio harum informationum irritam redderet professionem propter dictam Constitutionem Sixti 5. quia tamen Clem. 8. illam reduxit ad terminos iuris communis, saluis semper pœnis contra transgressores inflictis, ideo licet professio sequuta sine illis valida sit, Prælati tamen illam dantes incident in pœnas à Sixto 5. positas, quas eo *num.* 15. retuli. In Conuentibus etiam designatis à Sede Apostolica incident in pœnas, quas Clem. 8. in Decretis relatis imposuit. Probabile autem est, iuxta dicta eo *n.* 15. quòd prædictas pœnas euadent recipientes sine dictis informationibus Nouitios, qui re vera carent defectibus designatis in Constitutione Sixti 5. eò quòd illa solùm videatur ligare Prælatos recipientes Nouitios ligatos à parte rei talibus impedimentis: sicut etiam euadent illas illi Prælati, qui bona fide receperunt Nouitios à parte rei habentes tales defectus, qui tamen per informationes factas comperti non apparuerunt. De quo Rodriguez *to.* 3. *q.* 54. *art.* 4. Portellus *supr. num.* 6. Vechius *supr. disp.* 7. *dub.* 5. Diana *p.* 3. *Tract.* 2. *Resolut.* 83. & alij.

22 Faciendæ porrò sunt prædictæ informationes in vi dictæ Constitutionis Sixti 5. de illis, quæ idem Pontifex ibidem assignat, scilicet, quòd nec aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia similia, aut grauiora, rei, vel suspecti existant, vt propterea damnati sint, aut ne damnentur formident, neque ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum grauati, vel reddendis ratiocinijs ita obnoxij, vt ex huiusmodi causa, lis, vel molestia eis iam illata, vel timendum, sit, quòd inferatur; nisi denique constet ipsos non humana aliqua ratione, sed tantùm deuotionis, & pietatis feruore vitam Religiosam sponte, & ex animo elegisse. Faciendæ etiam sunt in Conuentibus à Sede Apostolica pro Italia, & Insulis adiacentibus designatis de illis, quæ Clemens 8. in Decretis adductis *num.* 14. requirit. Insuper faciendæ sunt de legitimitate, vel illegitimitate recipiendorum, non solùm pro prædictis Conuentibus à Sede Apostolica deputatis, propter illa verba Decretorum Clem. 8. *De vniuscuiusque Natalibus*, sed etiam generaliter pro tota Ecclesia. Etsi enim Gregorius 14. anno 1591. in Const. *Circumspecta*, moderando Constitutiones Sixti 5. fecerit habiles ad Religionem quoscunque illegitimos, etiam illos, quos Sixtus excluserat, vt retuli supra *num.* 12. addit tamen: *Ita tamen, vt cum de recipiendis quomodocunque illegitimè natis, ad habitum, & professionem Ordinum quorumcunque agetur, ij, ad quos huiusmodi receptio spectat, præter alia, de quibus ex dictarum Constitutionum præcepto circa quoscunque etiam legitimos disquirere debent, diligenter eorum vitam, &*

mores inquirant, & ita demum recipiant, si tamen bonam indolem, & virtutis specimen præseferant, ac tot eis merita suffragentur, vt Natalium suppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo, & vtilitati profutura videatur. Et super hoc ipso ij, ad quos, vt dictum est, pertinet huiusmodi receptio, matura deliberatione habita, ita censuerint, & iudicauerint. Subiungit Pontifex. *Dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua pater, siue ante, siue post natiuitatem dicti filij professus fuerit, ipso patre viuente non admitatur, quod prohibemus.* Adminus ergo fieri debent prædictæ informationes de legitimitate recipiendorum ad hoc quod constet an in illis reperiantur conditiones assignatæ à Gregorio. Nota etiam obiter, quòd quamuis ipse prohibuerit verbis assignatis quòd illegitimus non admittatur in Religione, in qua eius pater professus est, non tamen propterea irrita erit ipsius professio, cum Pontifex solùm posuerit verba prohibitiua, non tamen clausulam irritantem. Rodriguez *to.*3. *q.*10. *ar.*5. Miranda *to.*1. *q.*19. *ar.*3. *concl.*3. Bordonus *supr. resolut.* 12. *n.* 18. *&* 19.

23 Si autem quæras an etiam in casu, quo certò, & euidenter constat eum, qui recipi vult ad Religionem, carere prædictis defectibus, eò scilicet, quia inter Religiosos, vel apud illos enutritus est, necessariæ sint prædictæ informationes. Respondeo, satis mihi probabile esse eas tunc non requiri, nec in foro conscientiæ, nec in foro externo. Ratio est, non solùm, quia in prædicto casu cessat adæquatè finis Constitutionum præcipientium fieri tales informationes, sed etiam quia, quæ clara sunt examinatione non indigent. *ca. manifesta* 2. *q.*1. Et in notorijs iuris ordinem non seruare ordo est. *cap. ad nostram* 3. *de iure iurando. cap. quoniam de fil. Præsbyt.* Vechius *supr. disp.* 6. *dub.* 1. *num.*6. Nec dissentit Diana *d. Tract.* 2. *Resolut.* 81.

24 Cum verò in huiusmodi Pontificijs Constitutionibus, seu Decretis requirentibus prædictas informationes solùm sit sermo de Nouitijs viris, non de fœminis in Moniales recipiendis, ideò pro istis obseruari tantùm debent statuta, & consuetudines particularium Religionum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 25. *num.* 52. Quibus consonat declaratio quædam Sac. Congregationis, quam refert Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Monialis* vbi sic: *Moniales illegitimo thoro procreatæ Constitutione felic. record. Sixti* 5. *contra Regulares illegitimos edita non comprehenduntur, quo minus ad officium, aut dignitatem Abbatissæ, vel Priorissæ, aliaue Monasterij munia eligi possint.*

25 Circa quartum de dispositione bonorum Nouitiorum, seu Nouitiorum, præter dicta *to.* 1. *cap.* 24. *à num* 32. alia addenda pro

maiori

Digitized by Google

maiori diſcuſſione materiæ. Occaſio autem ſumitur ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 16. vbi de illis ſic dicitur: *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcunque cauſæ pie valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij fiat, intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, aliter verò facta, etiamſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus.*

26 Circa quam Concilij deciſionem nota primò, illa comprehendi tam Nouitios, quàm Nouitias, vt patet, tum ex contextu, tum ex *cap.* 15. præcedenti. Non tamen comprehenduntur puellæ, quæ educationis, & ſolius inſtitutionis gratia in Monaſterio recipiuntur, quia nec ſunt Nouitiæ, nec de illis agit Concilium. Azor. *to.* 1. *inſtit. moral. l.* 13. *cap.* 9. *q.* 2. Sanchez *l.* 7. *in decal. cap.* 5. *num.* 5. Ita etiam refert declaratum à Sac. Congregat. Barboſa *in prædict. locum Concilij num.* 1.

27 Quòd etiam non comprehendantur Nouitij Societatis Ieſu, colligi videtur ex eodem Decreto Concilij; vel ad minus ex conſuetudine, & Conſtitutionibus huius Religionis à Sede Apoſtolica approbatis id habetur. De quo Rodriguez *to.* 2. *q.* 47. *art. vlt.* Molina *to.* 1. *de iuſtitia diſp.* 139. Leſſius *l.* 2. *de iuſtitia cap.* 41. *dub.* 4. *n.* 41. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 99. *num.* 32. An verò comprehendantur ſoli actu Nouitij, aut Nouitiæ, an etiam illi, vel illæ, qui tales eſſe volunt, dixi eo *cap.* 24. *num.* 34. vbi etiam quòd deciſio Concilij procedit de omnibus Nouitijs, ſiue maioribus, ſiue minoribus 16. annis.

28 Circa licentiam, quæ ex Concilio requiritur ad validitatem diſpoſitionis bonorum Nouitij, ſeu Nouitiæ, iam dixi eo *num.* 35. debere eſſe datam ab Epiſcopo, vel eius Vicario. Adde Capitulum Sede vacante poſſe illam concedere, quia ſuccedit in omnem ordinariam iuriſdictionem Epiſcopis competentem. Sanchez *ſuprà num.* 67. Vechius *de Nouit. diſp.* 8. *dubio* 9. *num.* 2. Idem dico de Abbatibus, & alijs Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nullique Epiſcopo ſubiectis, propter eamdem rationem. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi allegat.* 99. *num.* 6. ex Sanchez, & Vechio relatis. Prælati autem Regulares in Monaſterijs exemptis, & ſibi ſubiectis eam licentiam concedere non poſſunt, quia Concilium Epiſcopi licentiam petit. Rodriguez *to.* 2. *quæſt. Regul. q.* 47. *art.* 14. Sanchez *ſupr. num.* 74. Barboſa *ſupr. num.* 7. Similiter id, quod dicit Concilium de Vicario Epiſcopi, intelligendum eſt de Vicario generali, non de Vicario Foraneo, niſi expreſſam facultatem

mores inquirant, & ita demum recipiant, si tamen bonam indolem, & virtutis specimen præseferant, ac tot eis merita suffragentur, vt Natalium suppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo, & vtilitati profutura videatur. Et super hoc ipso ij, ad quos, vt dictum est, pertinet huiusmodi receptio, matura deliberatione habita, ita censuerint, & iudicauerint. Subiungit Pontifex. *Dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua pater, siue ante, siue post natiuitatem dicti filij professus fuerit, ipso patre viuente non admitatur, quod prohibemus.* Adminus ergo fieri debent prædictæ informationes de legitimitate recipiendorum ad hoc quod constet an in illis reperiantur conditiones assignatæ à Gregorio. Nota etiam obiter, quòd quamuis ipse prohibuerit verbis assignatis quòd illegitimus non admittatur in Religione, in qua eius pater professus est, non tamen propterea irrita erit ipsius professio, cum Pontifex solùm posuerit verba prohibitiua, non tamen clausulam irritantem. Rodriguez *to.3. q.10. ar.5.* Miranda *to.1. q.19. ar.3. concl.3.* Bordonus *supr. resolut. 12. n. 18. & 19.*

23 Si autem quæras an etiam in casu, quo certò, & euidenter constat eum, qui recipi vult ad Religionem, carere prædictis defectibus, eò scilicet, quia inter Religiosos, vel apud illos enutritus est, necessariæ sint prædictæ informationes. Respondeo, satis mihi probabile esse eas tunc non requiri, nec in foro conscientiæ, nec in foro externo. Ratio est, non solùm, quia in prædicto casu cessat adæquatè finis Constitutionum præcipientium fieri tales informationes, sed etiam quia, quæ clara sunt examinatione non indigent. *ca. manifesta 2. q.1.* Et in notorijs iuris ordinem non seruare ordo est. *cap. ad nostram 3. de iure iurando. cap. quoniam de fil. Præsbyt.* Vechius *supr. disp. 6. dub. 1. num.6.* Nec dissentit Diana *d. Tract. 2. Resolut. 81.*

24 Cum verò in huiusmodi Pontificijs Constitutionibus, seu Decretis requirentibus prædictas informationes solùm sit sermo de Nouitijs viris, non de fœminis in Moniales recipiendis, ideò pro istis obseruari tantùm debent statuta, & consuetudines particularium Religionum, iuxta dicta *to. 1. cap. 25. num. 52.* Quibus consonat declaratio quædam Sac. Congregationis, quam refert Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Monialis* vbi sic: *Moniales illegitimo thoro procreatæ Constitutione felic. record. Sixti 5. contra Regulares illegitimos edita non comprehenduntur, quo minus ad officium, aut dignitatem Abbatissæ, vel Priorissæ, aliaue Monasterij munia eligi possint.*

25 Circa quartum de dispositione bonorum Nouitiorum, seu Nouitiorum, præter dicta *to. 1. cap. 24. à num 32.* alia addenda pro

maiori

Digitized by Google

maiori diſcuſſione materiæ. Occaſio autem ſumitur ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 16. vbi de illis ſic dicitur: *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcunque cauſæ piæ valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij ſiat, intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, aliter verò facta, etiamſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus.*

26 Circa quam Concilij deciſionem nota primò, illa comprehendi tam Nouitios, quàm Nouitias, vt patet, tum ex contextu, tum ex *cap.* 15. præcedenti. Non tamen comprehenduntur puellæ, quæ educationis, & ſolius inſtitutionis gratia in Monaſterio recipiuntur, quia nec ſunt Nouitiæ, nec de illis agit Concilium. Azor. *to.* 1. *inſtit. moral. l.* 13. *cap.* 9. *q.* 2. Sanchez *l.* 7. *in decal. cap.* 5. *num.* 5. Ita etiam refert declaratum à Sac. Congregat. Barboſa *in prædict. locum Concilij num.* 1.

27 Quòd etiam non comprehendantur Nouitij Societatis Ieſu, colligi videtur ex eodem Decreto Concilij; vel ad minus ex conſuetudine, & Conſtitutionibus huius Religionis à Sede Apoſtolica approbatis id habetur. De quo Rodriguez *to.* 2. *q.* 47. *art. vlt.* Molina *to.* 1. *de iuſtitia diſp.* 139. Leſſius *l.* 2. *de iuſtitia cap.* 41. *dub.* 4. *n.* 41. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 99. *num.* 32. An verò comprehendantur ſoli actu Nouitij, aut Nouitiæ, an etiam illi, vel illæ, qui tales eſſe volunt, dixi eo *cap.* 24. *num.* 34. vbi etiam quòd deciſio Concilij procedit de omnibus Nouitijs, ſiue maioribus, ſiue minoribus 16. annis.

28 Circa licentiam, quæ ex Concilio requiritur ad validitatem diſpoſitionis bonorum Nouitij, ſeu Nouitiæ, iam dixi eo *num.* 35. debere eſſe datam ab Epiſcopo, vel eius Vicario. Adde Capitulum Sede vacante poſſe illam concedere, quia ſuccedit in omnem ordinariam iuriſdictionem Epiſcopis competentem. Sanchez *ſuprà num.* 67. Vechius *de Nouit. diſp.* 8. *dubio* 9. *num.* 2. Idem dico de Abbatibus, & alijs Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nullique Epiſcopo ſubiectis, propter eamdem rationem. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi allegat.* 99. *num.* 6. ex Sanchez, & Vechio relatis. Prælati autem Regulares in Monaſterijs exemptis, & ſibi ſubiectis eam licentiam concedere non poſſunt, quia Concilium Epiſcopi licentiam petit. Rodriguez *to.* 2. *quæſt. Regul. q.* 47. *art.* 14. Sanchez *ſupr. num.* 74. Barboſa *ſupr. num.* 7. Similiter id, quod dicit Concilium de Vicario Epiſcopi, intelligendum eſt de Vicario generali, non de Vicario Foraneo, niſi expreſſam facultatem

Digitized by Google

ad hoc habeat. Tamburinus *de Iure Abbatiſſarum diſput.4. quæſt.* 10. *num.* 3. ex Sanchez, Vechio, & Bartholomeo à S. Fauſto. Renunciationem autem factam ſine prædicta licentia, irritam eſſe, & nullam, habetur non ſolùm ex ipſo Concilio verbis relatis, ſed ex Rotæ deciſione in vna Romana *fidei Commiſſi* 1624. coram Domino Pirouano. Tamburinus *ſupr.* Non tamen requiri quòd talis licentia ſit in ſcriptis, cum Concilium id non petat, nec ſatis eſſe fuiſſe petitam, ſi non fuit obtenta, & ſufficere eam tacitè eſſe habitam ex ratihabitione de præſenti, tradit Barboſa *ſupra num.* 10. ex Sanchez, & Vechio relatis.

29 Circa bimeſtre illud à Concilio petitum ad hoc quod renunciatio valida ſit notandum primò, non requiri, vt talis renunciatio fiat integro bimeſtri ante profeſſionem, ſed ſatis eſſe, vt toto eo bimeſtri fiat, quamuis immediatè ante profeſſionem. Propter dictionem illam *intra*, qua vtitur Concilium. Sanchez *ſupr. num.* 80. Bartholomeus à Sancto Fauſto *in Theſauro Relig. l.* 5. *quæſt.* 192. Secundò, hoc bimeſtre conputandum eſſe de momento ad momentum, & ſecundum quod occurrit menſis in Kalendario. Sanchez *ſupr. n.* 81. Vechius *ſupr. dub.* 9. *num.* 5. Tertiò, quod renunciatio facta ſolùm per diem ante dictum bimeſtre non valet, prout deciſum eſſe à Sac. Congregat. referunt Aldana *in Compendio Canonicarum reſolutionum l.* 4. *tit.* 3. *num.* 8. & Tamburinus *ſupr. num.* 5. Quartò, quod ſi contingat profeſſionem differri ex quacunque cauſa, dummodo renunciatio facta ſit intra bimeſtre antequam profeſſio faciẽda erat, valida erit, quia cum lex ea, quæ frequentius contingunt ſpectet (*l. nam ad ea ff. de legib.*) & profeſſio, attento iure, & frequentiùs, fiat completis ætate debita, & anno Nouitiatus, Decretum hoc petens renunciationem fieri bimeſtri ante profeſſionem, intelligendum eſt de bimeſtri proximo tempori, quo regulariter profeſſio fieri debet. Item, quia in hac renunciatione ſaluatur omnino mens Tridentini, quæ fuit ne temerè feruore vocationis ductus Nouitius renunciet, ſed quando debita maturitate expertus eſt decem menſibus Religionis auſteritates. Sanchez *ſupr. num.* 82. & ex ipſo Barboſa *ſupr. num.* 1. & Tamburinus *num.* 7. Fauentque deciſiones factæ de hac re, quas referunt Armendariz *in Additionib. ad recopilat. leg. Nauarræ l.* 2. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Relig. num.* 18. & *ſequentibus*, Aldana, & Vechius *ſupr.* Quintò, quòd ſi poſt lapſum annum probationis, profeſsione tamen non emiſſa, fiat renunciatio per duos menſes ante profeſsionem, adhuc valida erit. Sic enim etiam refert deciſum Aldana *ſupr. num.* 12. & ex eo Tamburinus *ſupr.* Sextò, quod cum Nouitij, & Nouitiæ ſecundum præſentem ſtatum ſint perſonæ

ſonæ Eccleſiaſticæ, ac per conſequens legibus laicalibus non ſubiectæ, ideo quoad prædictas renunciationes ſubiecti non ſunt formæ præſcriptæ per laicalia Statuta. Ita enim declaratum dicitur à S. Congregatione, teſte Aldana *ſupr. num.* 11. & à Rota in vna Parmenſi *tranſactionis* 1627. coram Domino Duran. Tambur. *ſupr. n.* 7.

30 Non comprehendi dicta diſpoſitione Concilij teſtamentum, codicilum, & quamcunque aliam voluntatem reuocabilem, nec etiam donationes, & eleemoſynas parui momenti, aut ea, quæ dari ſolent pro ſuſtentatione Nouitij, vel Nouitiæ tempore Nouitiatus, & alia huiuſmodi, conſtat ex dictis eo *cap.* 24. *num.* 35. Comprehenduntur tamen omnes diſpoſitiones, ſeu contractus irreuocabiles, quibus Nouitij, ſeu Nouitiæ priuant ſe ſuis bonis, ita vt propterea impediantur ab egreſſu à Religione, quam inchoauerant, & cogantur in ipſa profiteri, eò quod ſuis bonis ſe ſpoliauerint; hoc enim eſt contra intentionem Concilij volentis conſulere libertati illorum, iuxta dicta eo *cap.* 24. *à num.* 33. Vnde comprehenduntur ſub dicta diſpoſitione donationes inter viuos à Nouitijs factæ, renunciationes officiorum publicorum, fidei iuſſiones, & liberationes, quibus ſuos tutores, aut Curatores à reddendis ratiocinationibus eximerent. Quia hæc omnia ſunt contra intentionem Concilij, cum propterea cogi poſſint ad non egrediendum è Religione. De his Sanchez *dicto cap.* 5. *per totum*. Vechius *ſupra diſp.* 8. Barboſa *dicta allegat.* 99. Tambur. *dicto quæſito* 10. & alij plures.

31 Specialiter etiam quoad Nouitios viros, dicendum, prædictam Conciliarem diſpoſitionem habere quoque locum in reſignatione Beneficij Eccleſiaſtici, ita vt illud renunciari non poſsit à Nouitio, niſi cum ſolemnitatibus adductis à Concilio. Ratio eſt, tum quia Decretum Concilij vniuerſaliter loquitur de renunciatione bonorum Nouitij, Beneficia autem Eccleſiaſtica ſunt etiam quædam bona: tum etiam, quia finis Concilij in hac quoque renunciatione locum habet ſicut in renunciatione bonorum temporalium, non enim minus aufertur libertas Nouitij egrediendi à Religione, ſi Beneficio ſuo renunciauerit, quàm ſi alijs bonis temporalibus. Azor. *tom.* 2. *Inſtit. Moral. l.* 7. *cap.* 20. *quæſt.* 6. Suarez *to.* 3. *de Religione l.* 5. *cap.* 16. *num.* 12. Sanchez *ſupr. à num.* 36. & plures alij, quos refert Barboſa *ſupr. à num.* 19. quorum aliqui dicunt pluries ita deciſum eſſe. Etſi ipſe Barboſa ſequatur Nicolaum Garziam *de Beneficijs parte* 11. *cap.* 9. *à n.* 12. oppoſitam ſententiam tenentem. Apud quos etiam alia.

32 Quamuis autem, iuxta dicta eo *cap.* 24. *num.* 36. donationes, ſeu renunciationes à Nouitijs factæ cum ſolemnitate petita à Concilio

cilio non ſortiantur ſuum effectum, niſi realiter ſequuta profeſsione, imo & valida profeſſione, vt ibi etiam dixi, caſu tamen quod profeſſio nulla ſit, & inualidè emiſſa, ſi poſtea ratificetur, ſtatim cenſetur ratificata renunciatio, & reualidata. Ricius *in deciſionibus Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ.* 146. *parte* 4. Tamburin. *ſupra quæſito* 12. *num.* 2. Quod etiam pro pluribus caſibus admittit Sanchez *ſupra num.* 56. Pro caſu etiam quòd profeſſio inualida eſſet ex eo ſolùm quòd annus Nouitiatus peractus non ſit in Conuentibus à Sede Apoſtolica deſignatis pro Italia, & Inſulis adiacentibus, iuxta dicta ſupra à *num.* 2. ratificata, ſeu reualidata tali profeſsione, etiam ratificari cenſetur renunciatio facta cum ſolemnitatibus à Concilio requiſitis. Ita enim clarè colligi poteſt ex Motu proprio, ſeu Breui Sanctiſs. D. N. Vrbani eo loco relato, vbi concedens Prælatis, ſeu Superioribus Generalibus Ordinum, vt prædictos, qui Nouitiatum in locis aſsignatis non peregerunt, ſubindeque, profeſsionem inualidam emiſerunt, ad profeſſionem de nouo emittendam admitterent, quæ illis in vtroque foro ſuffragetur, eoſque reſtituerent ad priſtinum ſtatum, ſubiungit Pontifex: *Nec non omnes actus, ſeu contractus, quos contraxerunt, & legitimè contraxiſſent, vel cum laicis, & alijs Monaſterijs, ſeu alterius Religionis viris, ſi nullum aliud vitium paterentur, vel defectum, niſi ex eo ſolùm quia initi, aut contracti ſunt inualidè ab ijs, qui contra dictam Conſtitutionem in domibus non deſignatis, ſeu ab eadem Sede non approbatis profeſſi ſunt, authoritate noſtra prædicta confirment, & approbent, ac validos omnino declarent, ſuper quibus omnibus, & ſingulis plenam, & amplam facultatem dicta authoritate tenore præſentium tribuimus, & impertimur.* Bordonus *dicta reſolut.* 8. *n.* 31. & 40.

33 Conſequenter etiam ad dictam deciſionem Concilij, in eodem cap. ſic etiam ſubiungitur: *Sed neque ante profeſſionem, excepto victu, & veſtitu Nouitij, vel Nouitiæ illius temporis, quo in probatione eſt, quocunque prætextu à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius Monaſterio aliquid ex bonis eiuſdem tribuatur: ne hac occaſione diſcedere nequeat, quòd totam, vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ Monaſterium poſsideat: nec facilè ſi diſceſſerit, id recuperare poſsit: quin potius præcipit Sancta Synodus ſub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, &, vt abeuntibus ante profeſsionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant, quod vt rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas ſi opus fuerit compellat.* Circa quod Decretum, præter dicta eo *cap.* 24. *num.* 32. noranda declaratio quædam Sac. Congregationis, quam refert Barboſa *in Collectan. Bullarij verbo Nouitius*, in qua dicitur; *Nouitij*

paterm

patrem non potuiſſe dare paramentum Altari Monaſterij vbi filius erat in Nouitiatu, intelligi debere (caſu quòd hæc declaratio ſit authentica) quando talis donatio fuit ex bonis ipſius Nouitij, iuxta dicta eo *num.* 32. Nota etiam, quòd donationes factæ Deo, & Sanctis non prohiberi videantur dicto Decreto Concilij, vt tenent Rodriguez *dicta queſt.* 47. *art.* 5. Sanchez *ſupra num.* 28. Barboſa *ſup. num.* 29. Quamuis Vechius contrarium ſentiat. De facultate porrò Epiſcopis à Concilio eo loco tributa compellendi ad reſtitutionem bonorum Nouitiorum aliquid dixi *to.* 3. verbo *Epiſcopus quoad Regulares num.* 8.

34 Circa 5. quod tractandum dixi in hac materia de Nouitijs, ſcilicet de eorum priuilegijs, conſtat ex dictis eo *cap.* 24. *num.* 4. gaudere priuilegio fori. Pro quo etiam vide Sanchez *to.* 2. *conſil. moral. l.* 6. *cap.* 9. *dub.* 5. *nu.* 32. & 33. & Tamburinum dicta *diſp.* 6. *quæſt.* 27. ac dicenda infra verbo *Prælatus Regularis num.* 9. Qualiter etiam gaudeant priuilegio immunitatis à gabellis conſtat ex dictis 3. *to.* verbo *Gabella quoad Regulares num.* 7. Vbi etiam *num.* 9. quid dicendum ſi habitum Regularem ſuſceperunt ſolùm in fraudem gabellarum. Item quòd gaudeant priuilegio Canonis, ita vt eos percutientes excommunicationem Papalem incurrant, dixi eo *ca.* 24. *n.* 4. & *cap.* 3. *eiuſdem primi tomi Summæ num.* 16. & *to.* 3. *verbo Clericus num.* 6. Quòd verò poſſint diſpenſari à Prælatis circa obſeruantias Regulares, imò in aliquo caſu particulari circa obſeruantiam præceptorum Eccleſiæ, dixi eo *cap.* 24. *num.* 5. An poſſint ad Ordines promoueri *ibid. num.* 6. Quòd poſsint vti priuilegio Bullæ Cruciatæ, etiam in caſibus, in quibus Religioſi profeſſi eo vti non poſſunt, dixi *ibid. num.* 7. Qualiter etiam poſsint abſolui à caſibus reſeruatis, & diſpenſari in irregularitatibus, ſaltem loquendo de Nouitijs aliquarum Religionum, & propter ipſarum priuilegia, dixi *ibid. num.* 8. 9. & 10. De peccato autem, quod committunt impedientes vi, vel fraude quòd aliquis Nouitius non profiteatur, vel quòd ſæcularis non aſſumat habitum Religionis (quod etiam videtur pertinere ad priuilegia Nouitiorum) etiam dixi eo *cap.* 24. *n.* 28. Aliqua tamen addenda ſunt circa huiuſmodi priuilegia.

35 Et primò nota, quòd licet impedientes fœminas volentes fieri Religioſas incidant in excommunicationem poſitam à Concilio Trident. *ſeſſ.* 25. *ca.* 18. impedientes autem viros ne Religioſi fiant, non afficiuntur dicta excommunicatione, cum Concilium de illis non loquatur. Azor. *to.* 2. *l.* 2. *cap.* 21. *q.* 15. Suarez *to.* 5. *in* 3 *p. diſp.* 23. *ſect.* 7. Ledeſma *de ſtat. Relig. in comm. cap.* 5. *concl.* 8. Nihilominus ex priuilegio Eugenij 4. pro Monachis S. Benedicti, quod refert Caſaru-

ſarabius *in Compend. Priuileg. Mendicant. verbo Nouitius nu.* 28. & Iulij 2. pro Monachis Oliuetanis, quod refert Peirinis *to.* 1. *priuil. Minimor. in Iulio* 2. *Conſt.* 10. (quo etiam gaudere poſſunt aliæ Religiones habentes communicationem priuilegiorum cum iſtis) prohibetur ne aliqui cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant perſonas aliquas, quæ de iure communi Religionem ingredi non prohibentur ex ſæculo fugientes, & ad Religionem venire cupientes, verberibus, aut violentijs quibuſcunque impedire, vel prohibere, aut è Monaſterijs euellere, aut extrahere iniuriam illis irrogando, aut eos moleſtando audeant, vel præſumant ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruata. Addit tamen Pontifex. *Dum tamen cum hoc præſens ſtatutum fuerit eis ad notitiam deductum, non deſiterint à præmiſſis.* Ex quo colligitur excommunicationem iſtam ante monitionem eſſe comminatoriam, poſt monitionem eſſe latæ ſententiæ. Peirinis *ſupra num.* 2. Nota etiam, eamdem quoque excommunicationem incurrere iniuriam irrogantes, ſeu moleſtantes recipientes dictos Nouitios. Ita enim habetur in eodem priuilegio. Nota tertiò, Papam ibi ſolùm excommunicare impedientes talem ingreſſum, facta iniuria, vi, & moleſtia. Vnde qui precibus importunis, vel conſilio impediret, non incurreret. Portellus *in dub. Regular. in additionib. verbo Nouitius nu.* 2. Peirinis 3. *to. priuil. Minim. cap.* 3. *in additionibus ad Conſtitutiones Iulij* 2. *num.* 2. Addunt etiam, quòd, qui Nouitium iam habitu indutum, vel ſtatim induendum ad Conuentum pergentem dicta precum importunitate retardaret, & ad ſæcularium domum reduceret, in eaque conuiuijs, laſciuijs, alijſque demoniacis voluptatibus detineret quouſque à propoſito diuerteretur, dictam cenſuram incurreret. Quia verè hoc non fit ſine iniuria, & violentia Nouitij, & Religionis; non enim minus violentant praui excitati affectus, quàm verbera. Vnde inferunt quàm grauiter peccent parentes, vel conſanguinei dicto modo impedientes ingreſſum in Religionem. Hinc ſæpius euidenter ſunt à Deo puniti in hac vita. Nota quartò, quòd talis impeditio, ſeu moleſtatio debet eſſe cum effectu, ita vt Nouitius omnino, & de facto abſtrahatur, vel impediatur, neque ſufficit attentatio. Nam verba intelliguntur cum effectu. Gloſs. *in cap. Perpetuo de elect. in* 6. vbi Io: Andr: *ibi num.* 7. & Nauarrus *l.* 5. *conſ. de ſent. excomm. conſil.* 30. *nu.* 3. Peirinis *ſupr. nu.* 42. Fauent quæ dixi *to.* 3. verbo *Cenſura Eccleſiaſtica nu.* 10. Nota quintò, quòd quando tales impedientes, & moleſtantes eò peruenerint, vt Nouitium à Monaſterio rapiant, capite puniuntur. Farinac. *de hæreſi q.* 183. §. 6. *n.* 85. Campanile *in diuerſorio Iuris rubrica* 12. *cap.* 16. *n.* 83.

De-

Digitized by Google

36 Deinde circa facultatem absoluendi Nouitios, præter dicta eo *cap.* 24. loco relato, nota, valde probabile esse, generaliter loquendo Nouitios posse absolui ab omnibus casibus etiam reseruatis, à quibus possunt absolui professi virtute priuilegiorum Ordinum. Ratio est, quia Nouitij etiam si in odiosis non habeantur pro Religiosis, in fauorabilibus tamen pro talibus habentur, ac per consequens eisdem priuilegijs, ac alij Religiosi professi potiri possunt, maximè in rebus concernentibus eorum conscientias. De quo Sanchez *l. 6. in Decalog. cap.* 10. *in fine, & l.* 4. *cap.* 39. *num.* 11. post Molinam, Henriquez, & Azor. Quibus iunge Bonacinam *de Voto disp.* 4. *q.* 2. *punct.* 7. §. 4. *num.* 28. ex Reginaldo, Viualdo, & alijs. Portellum *verbo Nouitij absolutio nu.* 33. & 35. *& in additione nu.* 18. Dianam *p.* 3. *Tract.* 2. *Resolut.* 73. post Suarez, & alios, Bordonum *Resolut.* 3. *nu.* 11. & 30. Nec obstat viuæ vocis oraculum Clementis 8. quod refert Sorbus *in additionibus ad Compendium priuilegiorum Mendicantium verbo Absolutio extraordinaria quoad fratres* §. *quoad* §. *tertium, & verbo Nouitius sub titulo de Nouitiorum absolutione, & dispensatione*, quo declarauit Pontifex, quòd si quis Nouitius ante, vel post susceptum habitum aliquem casum Sedi Apostolicæ reseruatum habuerit, nõ obstantibus priuilegijs Religionum debeat mitti ad eos, ad quos talis absolutio spectat. Quia hoc solùm est declaratum pro Nouitijs Ordinis Capuccinorum, non pro alijs, quod sciam. Nota tamen doctrinam traditam solùm videri intelligi quoad priuilegia concedentia facultatem absoluendi, quando illa non sunt limitata præcisè, & determinatè pro professis, quia cum Nouitij professi non sint, non possunt venire professorum nomine. Secus verò quando ea sunt in generali pro subditis, pro Religiosis, pro Fratribus &c. quia istorum nomine veniunt etiam Nouitij. An verò sic absoluti à casibus reseruatis, si ex Ordine discedant, incidant in censuras, quibus antea irretiti erant, consequenter ad dicta eo *cap.* 24. *num.* 8. *& 9.* dico, quòd si absoluti (idem dico de dispensatis in irregularitatibus) absoluti, vel dispensati sunt ex vi aliquorum priuilegiorum concedentium talem absolutionem, vel dispensationem solùm cum illa conditione, quòd si ex Ordine exierint, vel illum non intrauerint, talis absolutio, vel dispensatio illis non suffragetur, aut quòd iterum incidant in easdem censuras &c. proculdubio ita tenendum est. Quando verò absoluti, vel dispensati sunt ex vi priuilegiorum absolutè, & sine limitatione concedentium talem facultatem, tunc non video quomodo etiam si recedant debeant incidere in easdem censuras, seu casus reseruatos. Bonacina *supr.* Diana *p.* 3. *tract.* 2. *de dubijs Regularium resolut.* 44. Etsi Sorbus *supra*

dicto

dicto tit. de Nouitiorum absolutione, & dispensatione ex Siluestro, & Tabiena oppositum teneat.

37 Circa vota Nouitiorum iam dixi *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 47. ex Suarez ibi relato, quòd licet Prælati Religionum non possint directè irritare vota Nouitiorum, eò quòd in illis deficit subiectio ex voto obedientiæ, in quo fundatur hæc directa irritatio, indirectè tamen irritare posse illa vota, quæ gubernationi, & conuenienti Ordinis regimini obuiant. Hæc verò indirecta irritatio consistit in suspensione prædictorum votorum. Cum enim habeant potestatem in Nouitios, quoad illa, quæ spectant ad experientiam morum ipsorum, proculdubio suspendere possunt ea vota, quæ impediunt dictam probationem. Sanchez *l.* 4. *in decal. cap.* 33. *num.* 32. Bonacina *de Voto disp.* 4. *q.* 2. *p.* 7. §. 2. *num.* 32. Fagundez *in* 2. *præcept. decalog. cap.* 36. *num.* 1. Candidus *to.* 2. *disquisit. moral. disq.* 25. *ar.* 2. *dubit.* 6. Bordonus *Resolut.* 14. *num.* 44. Adde, etiam magistrum Nouitiorum posse id facere. Vt enim habetur ex Decretis Clem. 8. *pro institutione Nouitiorum*, Magister Nouitiorum habet plenam, & absolutam potestatem circa ipsorum institutionem, ac Nouitiatus regimen. Ergo potest impedire ea quæ contraria sunt. Vechius *supr. disp.* 10. *dub.* 5. Candidus *supr. dub.* 7. Bordonus *supr.* Hæc tamen intellige de votis personalibus, vota enim realia non impediunt regulariter loquendo exercitia probationis. Vechius, Bonacina, Candidus, & Bordonus relati. Vnde consequenter talia vota personalia isto modo irritata reuiuiscunt per retrocessionem à Religione, ita vt si ex ea exeat Nouitius, ad illa obligetur, cum solùm censeantur irritata quatenus impediebant obseruantiam regularé. Sanchez *supr. num.* 39. cum Lopez, Lessio, & Suarez. Quibus adde Vechium, & Bordonum. Nota etiam, quòd si Nouitius intendat vouere dependenter à voluntate Superioris, aut Magistri, in eo casu facilius poterunt irritare tale votum, quia quoad illud se subiecit voluntati ipsorum. Suarez *l.* 6. *de voto ca.* 7. *n.* 11. Sanchez *sup. n.* 28. Vechius *sup. dub.* 6. Fagundez *supr. n.* 3.

38 Circa dispensationem autem, & commutationem votorum Nouitiorum, licet plures negent posse dari à Prælatis Religionum, probabilius tamen est oppositum. Ratio est, quia licet non habeant potestatem dominatiuam super illos, ac propterea non possint illorum vota, vt dictum est, directè irritare, habent tamen potestatem iurisdictionis super illos, similem illi, quam habent Episcopi supra aduenas existentes in sua Diœcesi, ipsi quoque Nouitij in fauorabilibus, vt dictum est, censentur veluti professi. Possunt ergo Prælati super illos eam iurisdictionem exercere, quam circa professos. Cum autem con-

conſtet ex dictis *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 48. & 49. quòd Prælati Regulares poſſunt diſpenſare, & commutare vota ſuorum ſubditorum, quæ Epiſcopi commutant, & diſpenſant, idem etiam dici debet reſpectu Nouitiorum. Henrriquez *l.* 7. *cap.* 22. *num.* 7. Bonacina *ſupr.* §. 4. *num.* 27. Vechius *dicto dubio* 6. Diana *p.* 3. *Tract.* 2. *Reſolut.* 71. poſt Rodriguez, Leſſium, Sanchez, & alios. Refert etiam Sorbus *in Compendio verbo Nouitius* §. *eſt tandem* Priuilegium Leonis 10. pro Camaldulenſibus, Iulij 2. pro Oliuetanis, Eugenij 4. pro Auguſtinianis, & Alexandri 4. pro Carthuſienſibus, quæ tamen non vidi. Nota tamen hanc poteſtatem commutandi, & diſpenſandi vota Nouitiorum non competere Magiſtro Nouitiorum iure ordinario, cum non habeat ſupra illos poteſtatem iuriſdictionis, nec ſit eorum Prælatus propriè loquendo. Nec obſtat, quòd, vt dixi ex Clemente 8. habet ſuper illos plenam, & abſolutam poteſtatem. Hoc enim intelligitur quoad educationem, & inſtitutionem, non quoad iuriſdictionem. Bordonus *ſupr.* *num.* 47. Nota etiam vota prædicta Nouitiorum poſſe commutari in onera Nouitiatus. Leſſius *to.* 1. *de iuſtitia l.* 2. *cap.* 40. *dub.* 16. *num.* 107. Fagundez *in* 2. *præcept. decalogi lib.* 2. *cap.* 48. *in fine*. Quod intellige, quando prædicta onera æquiualeant votis. Quæ autem ſint vota, qũæ Prælati Religionum diſpenſant, vel commutant, dixi eo *ca.* 18. loco relato, & copioſius dicam infra verbo *Votum quoad Regulares*.

39 Specialiter quoad votum arctioris Religionis, præter dicta eo *cap.* 18. *num.* 50. qualiter diſpenſari poſſit à Prælatis quibuſdam Regularium cum illis qui ad Religionem veniunt, habetur ex priuilegio Eugenij 4. pro Monachis Caſſinenſibus apud Rodriguez *in Bullario in Eugenio* 4. *num.* 11. quo tam ipſi, quam alij, qui cum ipſis communicationem priuilegiorum habent, vti poſſint, his verbis. *Liceat inſuper præfatis Præſidenti, Viſitatoribus, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus præfatæ Congregationis, præſentibus, & futuris, perſonas volentes eorum Congregationi ſociari, quæ Religionem, locum, vel Ordinem alium quemcunque etiam arctiorem ingredi vouiſſent, tali voto non obſtante ad probationem, profeſſionem que recipere, eaſque auctoritate Apoſtolica ab ipſo voto abſoluere, & cum ipſis diſpenſare, dummodo in tali Religione, ſeu Ordine, de quo vouiſſent, profeſſionem non emiſerint. Quod ſi tamen ante profeſſionem emiſſam ab ipſa receſſerint Congregatione, huiuſmodi diſpenſatio nullius ſit roboris, vel momenti.* Refert etiam hoc priuilegium Caſarubius *in Compendio priuilegiorum Mendicantium verbo Diſpenſatio num.* 28. item Sorbus *ſupra* §. *eſt tandem*, & Portellus etiam ſupra ſub titulo *Nouitij abſolutio &c. num.* 31. Simile priuilegium alijs Religio-

ligionibus conceſſum referunt, quæ tamen videre non potui:

40 Inter priuilegia etiam Nouitiorum illud referri poteſt, quòd poſſint ſua peccata confiteri Religioſo ſolùm approbato à Prælato Religionis, & non ab Epiſcopo, quia, vt dixi, Nouitij in fauorabilibus ſunt ſimiles Religioſis profeſſis, qui iuxta dicta *to.* 1. poſſunt peccata ſua confiteri approbatis ſolùm à ſuis Prælatis. Bordonus *Reſolut.* 34. *num.* 39. Vbi etiam ait, quòd itinerantes gaudeant priuilegio profeſſorum eligendi Confeſſarium quemcunque etiam non approbatum, ſed ſimplicem, aut extraneum, ſi careant copia Sacerdotis ſui Ordinis. Huiuſmodi autem Nouitiorum Confeſſarius qualis ſit habetur ſic ex Decretis Clementis 8. *de Inſtr. Nouitiorum*, pro Nouitiatibus videlicet, vt dixi, à Sede Apoſtolica in Italia, & Inſulis adiacentibus deputatis. *Ipſi autem Magiſtro ſoli Nouitiorum Confeſſiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori etiam locali, ſi ita expedire iudicauerit, vel per ſe ipſum, vel per alium ab eo deputandum, ſemel, aut bis in anno eorumdem Nouitiorum confeſſiones audire.* Vnde ex vi ſui officij puto poſſe audire confeſſiones Nouitiorum ſine alia noua commiſſione. Bordonus *Reſolut.* 2. *q.* 8. *nu.* 15. Secus dicens de Submagiſtro, ſeu ſocio Magiſtri, quia hæc facultas ſoli Magiſtro committitur. Quamuis autem dicto *cap.* 24. *num.* 7. vt probabilius ſuſtinuerim, non poſſe Nouitios validè confiteri alicui Confeſſori tantum ab Epiſcopo approbato, propter ibi dicta; nihilominus valdè probabile etiam eſt contrarium, quia Nouitij ante profeſſionem ſunt ſimpliciter ſæculares, licet fauoribus Religionis fruantur, & Decretum Clementis 8. adductum non irritet confeſſionem factam alij præter quam Magiſtro Nouitiorum. Rodriguez *to.* 1. *qq. Regular. q.* 27. *art.* 11. Portellus *ſupr. num.* 36. Molfeſſius *in Summa par.* 1. *tract.* 7. *cap.* 14. *num.* 81. Diana *parte* 1. *tract.* 6. *Reſolut.* 27. referens Honobonum, Enriquez, & alios. Idem quoque dicendum de confeſſionibus Nouitiorum factis alijs Religioſis approbatis à Prælatis Religionum ſolùm pro ſuis Fratribus, in caſu videlicet quòd in Religione non ſit Statutum annullans confeſſiones factas alijs præterquam aſſignatis, nec illud obliget ſub culpa mortali ad ſui obſeruantiam. Ioannes de Cruce *de Voto obedientiæ l.* 1. *cap.* 6. *dub.* 10. §. *ex dictis patet*. Bordonus *ſupr. Reſolut.* 4. *n.* 11. & 12.

41 Gaudent etiam Nouitij priuilegio eligendi ſepulturam. Ratio eſt, quia etſi id ſit prohibitum Religioſis *cap. finali d. ſepultur. in* 6. Nouitij autem in huiuſmodi odioſis non comprehenduntur, & habent velle, & nolle. Sanchez *l.* 6. *in decal. cap.* 14. *nu.* 10. ex Franco, Armilla, & Tabiena. Caſu autem quo decedant abſque ſepulturæ electione, licet quidam dicant ſepeliendos eſſe in Eccleſia, in qua

qua, si sæculares forent, sepelirentur, eò quod non sunt simpliciter Religiosi. Oppositum tamen habetur, tum ex consuetudine, qua constat sepeliri in Monasterio vbi sunt Nouitij, tum ex priuilegijs Religionum. Rodriguez *to.* 3. *quæst. regul. q.* 60. *art.* 2. Sanchez *supra num.* 11. ex Siluestro, Tabiena, & Armilla. Sepeliri autem debent expensis Monasterij, si non habent patrimonium, tum ex obligatione charitatis, tum, & iustitiæ, cum tales Nouitij sint membra Religionis. Sanchez *supra num.* 12. Si verò patrimonium habent, quamuis Rodriguez *supr. art. vlt.* dicat sepeliendos esse ex proprijs expensis, ita vt si Monasterium eas fecerit, repetere possit ab hæredibus, credo tamen consuetudini esse standum, & attendendum ad circunstantias loci, & quantitatis expensarum. Sanchez *dicto num.* 12. Nota etiam, facultatem istam Nouitiorum ad eligendum sepulturam competere etiam illis adhuc in casu, quo cum habitu, & licentia Superiorum infirmi morerentur in domibus suorum consanguineorum. Villalobos *in Summa to.* 2. *Tract.* 31. *difficult.* 2. Diana 5. *par. tract.* 3. *resolut.* 109.

42 Possunt etiam Nouitij Sacerdotes, & aliàs idonei, stando in iure communi, & seclusis particularibus Statutis Religionum, fieri Confessarij, & audire aliorum confessiones. Nulla enim prohibitio in contrarium extat. Bordonus *dicta Resolut.* 4. *n.* 26. Casu etiam quòd Parrochi, vel Confessarij ingrediantur Religionem, non perdunt iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, quam habent ad audiendum confessiones sæcularium. Bordonus *Resolut.* 36. *n.* 87. Quod maximè est verum, de Parocho, cum iuxta dicta *to.* 1. *ca.* 24. *num.* 37. Nouitij sint capaces habendi beneficium sæculare, & illud quod habent non debet prouideri ante transactum tempus nouitiatus, sed debet curari, vt per alium seruiatur. Facta verò professione, licet cesset facultas ordinaria, quam habebat nouitius Parochus ad audiendus confessiones, quia iuxta dicta eo *to.* 1. *cap.* 2. *nu.* 17. per professionem vacant quæcunque beneficia ante habita, ac per consequens talis facultas, quæ in beneficio fundabatur, non tamen cessat facultas delegata, quam habuit Nouitius dum erat in sæculo ad audiendas confessiones, cum ea non sit annexa statui clericorum sæcularium, aut repugnans statui Religioso. Bordonus *supr. n.* 88.

43 Generaliter etiam loquendo, quòd priuilegia Nouitiorum competant etiam illis, qui nondum habitu religioso sunt induti, sed breui tempore induendi, tenent Vechius *supra disp.* 9. *dub.* 1. Diana *p.* 3. *tract.* 2. *de dubijs Regularium Resolut.* 46. & Peirinis *tom.* 3. *priuil. Minim. cap.* 3. *in Additamentis ad Constitutiones Iulij* 2. *num.* 3. plura ex Iuristis, specialiter Gonzalez in *Regulam* 8. *Cancellariæ*

Digitized by Google

gloſ. 5. §. 7. adducens. Verumtamen, ne plus æquo conſcientiarum habenæ laxentur, diſtinguendum eſt de priuilegijs Nouitiorum: alia enim ſunt conceſſa volentibus ingredi Religionem, quale eſt illud Eugenij 4. pro Benedictinis, quod ſupra *num.* 39. tetuli, & alia, quæ in Compendijs Priuilegiorũ Ordinum reperiuntur. Et quidem iſtis, vel ſimilibus, proculdubio frui poſſunt illi, qui, & ſi habitum Religionis non induerunt, indui tamen illo volunt, & breui tempore induendi ſunt. Alia verò priuilegia ſunt conceſſa pro Nouitijs qui Ordinem ſunt ingreſſi, & habitum induti, & his non video quomodo vti poſſint illi, qui actu Nouitij non ſunt, aut actu habitu Ordinis non ſunt induti. Bene verum eſt, quòd ſi prædicti de proximo induendi, ſint iam actu ſub obedientia, & iuriſdictione Prælatorum Ordinum, prout ſæpiſſimè in Religionibus contingit, poſſunt dici perſonæ Eccleſiaſticæ, & quodammodo Religioſi, ac per conſequens frui priuilegijs, quæ iure communi competunt perſonis Eccleſiaſticis, ſeu Religioſis; qualia ſunt priuilegium Fori, & Canonis.

44 Circa vltimum de obligationibus Nouitiorum cõſtat ex dictis dicto *cap.* 24. *num.* 2. non teneri ex obligatione culpæ ad præcepta communia Regulæ, Conſtitutionum, & Superiorum Religionis, cum actu Religioſi non ſint, licet ex graui decentia ad prædicta obligentur, cum aliquo modo ſubditi Religioni ſint, & participent de bonis ſpiritualibus ipſius. Inſuper, quòd iuxta *ibid.* dicta, quantùm ad ea, quæ ſpectant ad bonum regimen, & finem probationis ipſorum, teneantur in conſcientia obedire ſuis Superioribus. Nunc addendum, non teneri ſimpliciter ad vota eſſentialia Religionis, cum illa non vouerint, ſed tantum ſint in probatione ad experiendum an velint, vel non, illa vouere. Vnde conſequenter proprium aliquod habentes non ſunt dicendi proprietarij. Bordonus *Reſolut.* 43. *num.* 2. & 18. ex Graſio. Hinc etiam ſi Nouitius habeat rem cum ſoluta, vel Nouitia cum ſoluto, talis circunſtantia nouitiatus non eſt de neceſſitate confitenda, vt mutans ſpeciem, quia re vera illam non mutat. Confitenda tamen eſt, iuxta ſententiam illorum, qui dicunt circunſtantias notabiliter aggrauantes confitendas eſſe. Llamas *in Summa parte* 3. *cap.* 8. §. 14. Diana *parte* 1. *tract.* 7. *Reſolut.* 7. Similiter, nec conſtringuntur præceptis, & cenſuris communibus Religionis, propter fundamentum adductum. Naldus *in Summa verbo Nouitius nu.* 7. Probabile etiam eſt, iuxta dicta eo *ca.* 24. *num.* 7. quòd nec comprehendantur caſibus reſeruatis à Superioribus, propter idem quoque fundamentum. Naldus *ibid.* Ioannes de Cruce *de voto obedientiæ l.* 1. *cap.* 6. *dub.* 10. *concl.* 2. Homobonus *de Caſib. reſeruatis par.* 1. *cap.* 32. Diana *dicto tract.* 6. *reſolut.* 27.

Vnde

Vnde consequenter casu quo incidant in casus reseruatos, possunt iuxta probabilem sententiam, absolui à Confessario seculari. Molfesius *in Summa to. 1. Tract. 7. cap. 14.* Miranda *in Manuali to. 2. quæst. 34. art. 16.* Diana *p. 3. tract. 2. Resolut. 4. & p. 4. Tract. 4. Resolut. 5.* post alios, quos refert. Casu autem quo committant aliquod delictum propter quod à Iure, vel à Papa imposita est censura, vel pœna, potest Prælatus declarare illos incurrisse in talem censuram, aut pœnam, quia est legitimus Iudex illorum ad puniendum illos pœnis condignis, cum sint sub ipsius potestate, & non sub Iudice sæculari, iuxta dicta eo *cap. 24. num. 4.* De quo etiam Sanchez *l. 6. in Decal. cap. 10. num. 11. & 17.* Quamuis oppositum colligatur ex Vechio *supr. disp. 11.* & Diana *p. 3. tract. 1. Resolut. 34.* Non obligari ad officium diuinum (intellige, nisi aliàs sint in Sacris constituti) constat ex dictis *to. 1. cap. 12. num. 5.* Nec etiam comprehendi Nouitias sub lege de non alloquendo Moniales, constat ex dictis supra verbo *Moniales num. 22.* & tenet Naldus *supr.* Quod verò nec ipsæ obligentur ad clausuram, dixi *to. 1. cap. 25. num. 17.* Similiter quòd Nouitij, si Bullam Cruciatæ habeant, possint iuxta priuilegium ipsius, ouis, & lacticinijs vesci, etiam temporibus prohibitis, dixi *to. 3.* verbo *Bulla Cruciatæ nu. 16.*

45 Alia, quæ ad Nouitios spectant dabimus infra verbo *Professio Regularis*, & verbo *Vota Regularia*.

OBEDIENTIA REGVLARIS.

1 QVia de hac materia non solùm latè egi *tom. 1. cap. 4.* quoad obligationem, quam habent Religiosi ad obediendum suis Superioribus; sed, & *cap. 11.* eiusdem primi tomi, quoad obligationem, qua tenentur obedire Dominis Episcopis & Principibus sæcularibus, & *cap. 18.* eiusdem primi tomi dum agerem de Prælatis Regularium, multa quoque dicta sint circa obedientiam illis debitam (de quo etiam infra verbo *Prælatus Regularis*) item *ca. 25. & 26.* eiusdem primi tomi plura quoque dixerim de obligatione, quam habent Moniales ad obediendum suis Superioribus; tomo etiam 3. verbo *Episcopus quoad Regulares*, plura etiam de ijs, in quibus Regulares tenentur obedire eidem Episcopis; sparsim quoque per totum hoc opus plura de hac materia tacta sint; ideo ad ea loca lector remittendus.

OBLATI, SEV COMMISSI.

SVMMARIVM.

De illis remissiuè. num. 1.
Varij, & diuersi sunt. num. 2.
Tenentur ad aliquod genus obedientiæ. num. 3.
Ad quid teneantur, vt fruantur priuilegio fori. num. 4.
Priuilegia, & exemptiones ipsorum quomodo limitanda. num. 5.
Priuilegia ipsorum, quæ sint. num. 6.
An fruantur priuilegio Canonis. num. 7.
An, & quomodo priuilegio Fori. num. 8.
De priuilegijs ipsorum ratione Religionum, quarum sunt Oblati. n. 9.
Quomodo ea accipienda. num. 10.
D quibus Oblatis. num. 11.

1 DE ijs non pauca *to.* 2. *cap.* 8. alia tamen in præsenti addenda, præsertim quod spectat ad obligationes, quas habent, & ad priuilegia, quibus frui possunt. Est autem sermo in præsenti de Oblatis, Donatis, seu Commissis, qui tria vota Religionis non emittunt. Qui enim illa emittunt, prout contingit in aliquibus Religionibus, verè Religiosi sunt, ac proinde philosophandum de illis est, sicut de Conuersis, & laicis Religionum, de quibus eodem *ca.* 8. etiam dixi.

2 Quoad priores ergo spectat, cum illi varij, seu diuersi sint; non enim illorum vniformis est modus, nec certa regula; aliquando enim se, & sua offerunt Religioni; aliquando se, & non sua; aliquando sua, & non se; aliquando bona omnia, aliquando eorum partem, vt colligitur ex *cap. priuilegia verſ. suos de priuileg.* & bene aduertunt Abb. *conſ.* 102. *nu.* 1. *par.* 2. Boer. *deciſ.* 20. *nu.* 7. Card. Tusc. *practicar. concl. lit. O. concluſ.* 16. *num.* 10. & Couarrub. *in cap. Alma mater. de sent. excom. l.* 6. *in* 2. *p. relectionis.* ideo ipsorum obligationes pensandæ sunt ex oblatione quam fecerint, & ex Statutis earum Religionum, quibus eam fecerunt. Certum enim est illos non teneri ad obseruantiam trium votorum essentialium Religionis, cum ipsi Religiosi non sint, nec quoad obseruantiam Regulæ, & Constitutionum Ordinum, nisi quatenus in ipsis aliquid specialiter pro illis præscribitur. Hinc, iuxta dicta eo *c.* 8. *n.* 9. 12. & 14. possunt habere proprium, & iuxta dicta ibidem *n.* 10. possunt vxores habere.

Te-

Digitized by Google

3 Tenentur nihilominus ad aliquod genus obedientiæ, proportionatum videlicet, ipsorum statui, & deuotioni, prout colligitur ex Decretis Sac. Congregationis, & Concilij Tridentini adducendis. Hinc, Matrimonium contrahere non debent, nisi de licentia Superiorum, prout colligitur ex declaratione Sac. Congregationis, quam eo *cap.* 8. *num.* 8. retuli. Similiter, nec possunt ad Sacros Ordines promoueri nisi de licentia Superiorum, prout colligitur etiam ex alia declaratione Sac. Congregationis Regularium, quam refert Peirinis *in Formulario littera O. cap. 6. nu.* 5. vbi etiam refert aliam declarationem, in qua habetur, Superiores, de quorum licentia ad Ordines promoueri possunt, debere esse Generalem Ordinis, vel Prouincialem. An autem prædicti Superiores possint tribuere dimissorias huiusmodi Oblatis, dicam infra verbo *Ordines Sacri*.

4 Specialiter etiam adhoc quòd Oblati priuilegio fori, ac exemptione à vectigalibus gaudeant, obligati sunt offerre Religioni forma Iuris valida perpetuò, irreuocabiliter, plenè, & cum effectu seipsos, & bona sua omnia præsentia, & futura, nulla prorsus quamuis minima eorum portione, neque in proprietatem, neque in vsufructum sibi reseruata, & habitum aliqualiter mutasse, ita vt si omnia prædicta simul non concurrant, neque fori priuilegio, neque immunitate à sæcularibus exactionibus frui possint. Ita enim habetur ex declarationibus Sacræ Congregationis, quas eo *cap.* 8. *num.* 8. ex Aldana, & Barbosa retuli, & quas etiam referunt idem Barbosa *de Iure Ecclesiastico l.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 44. & 45. & Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Oblati*. Quibus similem etiam aliam refert Peirinis *to.* 3. *priuilegiorum Minim. cap.* 3. *in Additamentis ad Constitutiones Iulij* 2. *num.* 34. Has verò conditiones sic explicat Antonius de Marinis *Resolutionum quotidianarum cap.* 114. *num.* 7 & ex eo Diana *par.* 4. *tract.* 1. *Resol.* 31. Scilicet, quòd alicui Religioni probatæ eorum personam per legitimam, & expressam dedicationem obtulerint, & dicauerint, nulla bonorum reseruatione, aut eorum vsus fructus facta, ita vt in oblationis instanti omnia ad Monasterium transferantur, & quòd in eorum domibus, & cum vxoribus non commorentur, sed perpetuò stent, & seruiant Religioni, ac quod modo debito Religionis portent habitum à sæcularibus euidenter distinctum.

5 Similiter, quia iuxta dicta eodem *cap.* 8. *num.* 13. ex Concilio Trident. *sess.* 24. *cap.* 11. priuilegia, & exemptiones Oblatis concessa, vel concedenda limitantur solùm ad eos, qui intra septa Monasteriorum, & sub eorum obedientia viuunt; ideo ad hoc quòd prædicti Oblati priuilegijs quibuscunque fruantur, obligantur ad prædi-

cta. Vnde à Sacra Congregatione declaratum eſt, teſte eodem Barboſa *ſupra num.*44. dum ageretur de Oblatis Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, quòd non inſeruiens actu militiæ, nec inſeruiens in eius domo, nec ſub illius obedientia, non debet eius priuilegio gaudere. Martha *de Iuriſdictione par.*4. *caſu* 113. *num.* 37. Barboſa *ſup.* & ſauet Naldus *in Summa verbo Oblatio n.*6. Quomodo autem id limitandum inferiùs dicetur.

6 Circa ſecundum de priuilegijs horum Oblatorum, diſtinguendum eſt de illis, quæ competunt ipſis quatenus perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt, & de illis, quæ competunt ipſis ratione Religionum, quarum ſunt Oblati.

7 Inter priora autem, quòd attinet ad priuilegium Canonis iam dixi eo *cap.* 8. *num.* 6. ipſo potiri Oblatos, qui ſe, & ſua Monaſterio tradiderunt, & in ipſo viuunt, habitu aliqualiter mutato, non tamen illos, qui in domo ſua manent, prout ex Hoſtienſi, & Rodriguez eodem loco dixi, & indicat Eraſmus Cochier *in Tractatu de iuriſdictione Ordin. in Exẽptos p.*1. *q.*19. *n.*3. ex Abbate, & Alberto Trotio.

8 Similiter quoad priuilegium fori, & immunitatis à gabellis, conſtat etiam ex dictis eo *cap.* 8. *num.* 8. & ex declarationibus Sacræ Congregationis ibi relatis, & ex alia, quam ſupra retuli, potiri ipſo dictos Oblatos, dum tamen conditiones ibi à Sac. Congregatione deſignatas obſeruent. Similiter conſtat ex alia declaratione, quam eo *num.* 8. retuli ex Aldana, & Barboſa, quos etiam ſequitur Nouarius *ſupr.* quòd huiuſmodi Oblati etiam quoad delicta ante oblationem commiſſa fori priuilegio gaudent, & à iuriſdictione Iudicis laici liberati ſunt, punirique debent à Iudice Eccleſiaſtico, ſi modo abſque fraude, ideſt non animo effugiendi ſæcularis Iudicis punitionem, ſe, & ſua obtulerint. Quòd ſi fraus ſubſit, poſſunt à Iudice laico puniri pœna confiſcationis bonorum, & alia pecuniaria, ſed non corporali, illique remanent ſubiecti quoad cauſam, & bona, ſed non quoad perſonam. Debet tamen Iudex Eccleſiaſticus, ſi delicti qualitas id ex poſcat, tradere tales in fraudem Oblatos Iudici ſæculari corporaliter puniendos. Pro ijs autem vide Tuſcum, & Martham relatos, ac Peregrinum *variar. l.* 6. *num.* 71. Requiritur etiam iuxta dicta eo *cap.* 8. *num.* 13. ex Concilio Trid. adhoc quòd prædicti Oblati dictis priuilegijs fruantur, vt actu ſeruiant Monaſterijs, & intra ſepta eorum, & ſub eorum obedientia viuant. Quod etiam ſequitur Naldus *ſupra*, ex alijs, quos vocat *doctiſſimos*. Referunt etiam Barboſa dicto *num.* 45. & Nouarius *ſupra*, quòd cum propoſitum eſſet à Sac. Congregatione. Primò, an iuriſdictio, quæ vigore Concilij Trid. *cap.* 11. *ſeſſ.*24. competit Ordinario in Oblatos ca-

rentes

Digitized by Google

rentes qualitatibus expressis *ibid.* in vers. *exceptis*, intelligatur tributa Ordinario in Oblatos cumulatiuè, vel priuatiuè ad Superiores Regulares? Secundò, an iurisdictio ex eodem Concilij Decreto tributa fuerit Ordinario in criminalibus tantùm, an verò etiam in ciuilibus? Respondit ad primum. In Oblatos carentes qualitatibus expressis in vers. *exceptis* tributam esse Ordinario iurisdictionem cumulatiuè, non priuatiuè, ad Superiores Regulares. Ad secundum. Huiusmodi iurisdictionem Ordinario tributam esse in criminalibus tantum, non autem in ciuilibus. Ex quo colligo, posse Prælatos Regulares Oblatos suæ Religionis, etiam si in eorum Monasterijs, aut sub eorum obedientia non degant punire, siue in ciuilibus, siue in criminalibus. Ad hoc etiam quòd fruantur dictis priuilegijs videtur requiri quòd actu transtulerint se, & omnia sua in Religionem, quia in simili non dicitur quis esse de numero militum, aut etiam scholarium priusquam sit inter eos numeratus. *l. ex eò tempore ff. de militar. testam. l. miles ff. ex quibus causis maiores.* Rebuffus *de priuileg. scholar. priuileg.* 141. Erasmus Cochier *supra*. Casu tamen quo per Oblatum non steterit quo minus se, suaque Religioni tradiderit, & proximè id facturus, probabile est potiri posse dictis priuilegijs. Quia cingendus habetur pro cincto *l. penult. ff. de test. militar*, & quæ proximè instant inesse videntur *l. lecta vers. dicebam. ff. si certum petat.* pariaque sunt aliquid factum, vel proximè fieri destinatum *l. vestimentum. ff. de auro, & argento*. Hinc pro liberto, absoluto, cancellato, bannito, condemnato facto, perdito, completo habetur, quod tale decernendum est. Tiraquell. *de legib. connub. l. 16. glo. 2.* Cochier *sup. n. 4. & 5.* Peirinis loco relato ex 3. *to. priuileg. Minim.*

9 De priuilegijs autem, quæ competunt huiusmodi Oblatis ratione Religionum, quibus addicti sunt, sufficienter dixi eo *cap. 8. à nu. 30.* Quibus adde priuilegium Eugenij 4. pro Benedictinis, quod habetur in Bulla ipsius Eugenij apud Rodriguez *in Bullario in eodem Eugenio num. 11.* vbi concedit Præsidentibus, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & Rectoribus eiusdem Religionis, vt cum Commissis suis, quandiu in Monasterijs, aut sub obedientia eorum vixerint, super omnibus votis, excepto duntaxat voto Religionis, dispensare valerent. Quo priuilegio tam prædicti Benedictini, quàm alij, qui cum ipsis communicationem priuilegiorum habent, vti possunt. Vide etiam priuilegium Innocent. 8. pro Seruitis, quod extat in Mari magno ipsorum *Centur. 3. Annal. l. 4. ca. 6.*

10 Circa quæ, & similia priuilegia, præter dicta eo *cap. 8. nu. 32.* vlteriùs animaduertendum id, quod in simili de priuilegijs familiarium Religiosorum dixi eo *to. 2. cap. 16. num. 14.* quòd scilicet, li-

cet Concilium *cap.* 11. *sess.* 24. relato, decreuerit priuilegia Oblatorum solùm suffragari illis Oblatis, qui actu seruiunt Monasterijs, & intra eorum septa ac domos resident, subque eorum obedientia viuunt, ita vt alij quicunq; Oblati Ordinarijs subditi existant; nihilominus, prout eo loco ex Rodriguez dixi, probabile est Concilium non loqui de quibuscunque priuilegijs, sed de illis tantum, quæ perturbationem in Episcoporum iurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere cognoscuntur, vt idem Concilium in principio illius capitis dicit. Quare illa priuilegia Oblatorum Regularium, quæ nihil horum parturire possunt, qualia erunt Indulgentiæ, dispensationes, & similes remissiones peccatorum, non videntur modificata à Concilio, sed relicta in sua vi, iuxta tenorem ipsorum. Imò etiam ad hoc quòd Oblati gaudeant priuilegio Ecclesiasticæ sepulturæ tempore Interdicti, non videntur requiri omnes illæ conditiones à Concilio requisitæ. Etenim iure communi in *cap. vt priuilegia de priuilegijs* expressè habetur, eos Oblatos, qui vel adhuc manentes in sæculo Ordini sunt Oblati, mutato habitu sæculari, vel eos, qui bona sua dederunt inter viuos retento sibi quandiù in hoc sæculo vixerint vsu fructu, sepeliri posse apud ipsorum Regularium, vel aliorum non interdictas Ecclesias, in quibus elegerint sepulturam. Barbosa *supr. num.* 44. ex alijs. Hoc enim priuilegium iuris communis non videtur derogatum à Concilio loco telato, licet deroget alia priuilegia particularia.

11 Hæc porrò, quæ de Oblatis dicta sunt, intelligenda veniunt respectu illorum, qui in ætate adulta, se, suaque Religioni obtulerunt, non de pueris, aut puellis impuberibus à parentibus Religionibus oblatis, de quibus dixi supra verbo *Moniales num.* 10. Pro quibus video Concilij Aguisgranensis Constitutionē circa modum quo offerendi sunt apud Tamburinum *de Iure Abb. to.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 13. *num.* 36. videlicet. *Puerum pater, aut mater tempore oblationis offerant Altari, & petitionem pro eo coram laicis testibus faciant, quam tempore intelligibili ipse puer confirmet.*

OBLATIO FACTA REGVLARIBVS.

SVMMARIVM.

Oblationum nomine, quæ veniant. num. 1.
Regulares possunt recipere oblationes sibi factas. num. 2.
Oblationes factæ Imaginibus ad quos spectet. num. 3.

Obla-

Oblationes factæ Cappellis ad quos. num. 4.
Quid si factæ sint ad certum finem. num. 5.
An alienari possint. num. 6.
De oblationibus ratione ministerij Altaris. num. 7.
De oblationibus ratione Parochiæ. num. 8.
Laici illas detinentes quas pœnas incurrant. num. 9.
Plures personæ prohibitæ sunt oblationes facere ad Altare, num. 10.
Quid de admittentibus excommunicatos ad illas. num. 11.
Quomodo faciendæ ad Altare. num. 12.

1 QVamuis ex vsu, & consuetudine plurium, oblationis nomine solùm veniant illæ, quæ inter Missarum solemnia Altari offeruntur, quia tamen in Iure nomine oblationum veniunt etiam omnia, quæ Deo, & Ecclesiæ à pijs, ac fidelibus Christianis offeruntur, siue res sint immobiles, vt prædia, domus, vineæ, oppida; siue mobiles, vt animalia, fructus, pecunia, ornamenta, & similia; siue testamento legentur, aut alio modo donentur. *ca. qui oblationes ca. Clerici* 13. *q.* 2. nam cum aliquid homini donatur, dicitur donatio, cum verò Deo, & Ecclesiæ donatur, dicitur oblatio in Iure. (Sotus *de Iust. l.* 9. *q.* 3. *art.* 1. Azor. *to.* 1. *Instit. moral. l.* 7. *cap.* 38. *q.* 9. Fagundez *in* 5. *Ecclesiæ præceptum lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 5.) ideo in præsenti nomine oblationum intelligo (quoad Regulares spectat) quidquid ipsis à fidelibus offertur, vel donatur, siue ad cultum Dei, siue pro ipsorum sustentatione. Possunt autem huiusmodi oblationes dari Religiosis tripliciter, primò, omnino spontaneæ, vel liberaliter ad ipsorum necessitates subleuandas, secundò, ratione ministerij Altaris, tertiò, ratione parrochiæ, si ipsi illam habeant. De quibus omnibus sigillatim dicendum.

2 Et quoad primum certa res est Regulares omnes recipere posse oblationes sibi à pijs fidelibus factas. Et quidem quoad Mendicantes id constat ex dictis *to.* 1. *cap.* 6. *num.* 43. & 44. & *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. 5. 35. & 48. Generaliter etiam de omnibus Religiosis id constat clarè ex *ca.* 1. *de Statu Monachor.* vbi expressè dicitur, quòd Monachis seruientibus Monasterio debeat proficere quidquid à fidelibus offerri contigerit. Vnde Episcopos, aut alios Ordinarios non posse se intromittere in prædictis oblationibus Regularibus factis habetur etiam expressè ex dicto *cap.* 1. & ex *cap. nimis iniqua de excessib. Prælat.* vbi Glossæ, & DD. communiter. Riccius *in decis. Curiæ Neapolit. parte* 4. *decis.* 170. Ioannes de Cruce *de Statu Religionis l.* 2. *cap.* 9. *conclus.* 4. Nouarius *in Lucerna Regularium verb.*

verb. Oblationes num. 2. Imo etiam ex priuilegio Bonifacij 8. pro Ciſtertienſibus, quod extat apud Rodriguez *in Bullario in eodem Bonifacio* 8. *Bulla* 9. (quo tam ipſi quàm alij Regulares cum ipſis communicationem priuilegiorum habentes vti poſſunt) habetur, quòd neque in caſu, quo Prælati Eccleſiarum in Eccleſijs Monaſteriorum Solemnia celebrent, poſſunt dictas oblationes ſibi vendicare, ſed eas debere relinquere pro Fratrum vſibus. Rodriguez *to.* 3. *quæſt. Regular. q.* 20. *art.* 1. Ioannes de Cruce *ſupra*. Vnde licet in illa quæſtione, qua quæritur cuius ſint oblationes in Miſſa factæ Epiſcopo celebranti in loco exempto, aliqui generaliter teneant eſſe Rectoris Eccleſiæ, alij eſſe Epiſcopi, & alij dicant eſſe attendendum quoad hoc ad conſuetudinem (de quo inter alios Eraſmus Cochier *de Iuriſdictione Ordinarij in exemptos parte* 4. *q.* 18. & Barboſa *de offic. & poteſtate Epiſcopi Allegat.* 80. *num.* 11. 12. & 13.) quoad Regulares tamen attendendum eſt ad prædictum priuilegium, prout ijdē Auctores ſupponūt ex Mariano Socino *Tractatu de Oblationib. l.* 18. *num.* 60. per caput *porro de priuileg.* Idque ſatis conforme eſt iuri communi, quia, etſi Diœcæſano permiſſum ſit, vt celebret in loco exempto, iuxta Clem. *Archiepiſcopo de priuileg.* at verò de oblationibus nihil diſpoſitū reperitur. Vnde fit locus axiomati quòd *omiſſum remaneat in diſpoſitione iuris communis l. commodiſſimè. ff. de liber, & poſt.* Poſſunt etiam idem Regulares prædictas oblationes etiam tempore celebrationis Miſſæ recipere, dummodo à perambulationibus per Eccleſiam, ac ſimilibus extorſionibus abſtineant, prout declaratum dixi à Sac. Congregatione *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 41. Imo etiam poſſe inter Miſſarum Solemnia prędictas oblationes recipere, vertendo ſe ad populum in medio Altaris, & generalem confeſſionem faciendo, non autem Eccleſiam circuiendo, decilum refertur ab Aldana *in Compend. Reſolutionum Canonicarum l.* 1. *cap.* 13. *n.* 3. & Nouario *ſupra*. Qualiter etiam poſſint recipere triticum, vuas, ligna, & ſimilia antequam Parochus recipiat ſuas primitias, conſtat etiam ex declaratione S. Congregationis eo *cap.* 12. *num.* 41. relata. Similiter quòd in eorum Eccleſijs poſſint recipere mulieres ad purificationem poſt partum, ac per conſequens oblationes, quas ipſæ deferre ſolent, conſtat etiam ex declaratione eo loco relata. De quo etiam *to.* 3. *verbo benedictio, & Benedicere n.* 17. Vnde infert Ioannes de la Cruce *ſupra* non poſſe Parochos ſibi poſtulare candelas, aut alia oblata in Eccleſijs Religioſorum à mulieribus puerperis ſuos filios Domino præſentantibus. Caſu etiam quòd aliquæ domus Religioſorum in commendam, ſeu præceptoriam alicui datæ ſint, oblationes factæ dictis domibus, ſeu Eccleſijs ipſarum, pertinent ad Regula-

gulares ipſos, prout colligo ex Rodriguez *to.* 1. *quæſtion. Regular. q.* 34. *art.* 7. & ex alio Rodriguez *in Compend. quæſtion. Regul. reſolut.* 15. *num.* 18.

3 Ex quo collige, oblationes factas Imaginibus exiſtentibus intra Eccleſias Regulares pertinere ad ipſos, & nullo modo ad Ordinarios. Ratio eſt, quia communis ſententia tenet oblationes factas Imaginibus, quæ ſunt in Parochia pertinere ad Parochum, prout ex Rotæ deciſionibus, & declaratione Sac. Congregationis refert Barboſa *ſupra num.* 14. *& de Iure Eccleſiaſtico l.* 3. *cap.* 23. *num.* 29. Eſtque iuri communi conforme *cap. Paſtoralis de his quæ fiunt, & cap. Dilectus de offic. Ordinarij, & ca. hanc* 10. *q.* 1. De quo etiam Azor. *to.* 1. *inſtitutionum moralium lib.* 7. *cap.* 38. *q.* 13. Riccius *ſupra*. Naldus *in Summa verbo Oblatio num.* 2. Cum autem Regulares ſint quaſi Parochi, & Rectores ſuarum Eccleſiarum, ideo ad illos, & non ad Ordinarios ſpectare debent oblationes factæ Imaginibus ibi exiſtentibus. Bordonus *Reſolut.* 7. *num.* 106. Idem dico de oblationibus factis Imaginibus poſitis extra Eccleſias Regularium in parietibus Monaſterij, vel horti. Bordonus *ſupr.* ex Naldo.

4 Collige ſecundò, oblationes factas Capellæ ſitæ in Eccleſia Regularium, in qua Capella eſt aliqua Confraternitas, pertinere ad ipſos Regulares, non autem ad Confratres, quia tales oblationes pertinent ad Rectorem Eccleſiæ, & non ad Confraternitatem, prout deciſum refert Riccius *collect. par.* 4. *collect.* 99. & 1113. Naldus *ſupr. n.* 3. Bordonus *ſupr.* Addens tamen Mediolani ſeruari oppoſitum, ea tamen conditione, vt dictæ oblationes cedant in vtilitatem Altaris dictæ Capellæ. Ab alijs verò audio oppoſitum. Sed quidquid de hoc ſit, id, quod dixi eſt conformius Iuri.

5 Notandum, quòd ſi dictæ oblationes factæ ſint à fidelibus ad certum finem, pro Miſſis ſcilicet, fabrica, ornatu Altaris, vel Capellæ &c. tunc voluntas offerentium adimpleri debet, prout ex deciſione Rotæ affert idem Barboſa *dicta allegat.* 80. *num.* 15. *& dicto cap.* 23. *num.* 30. De quo etiam Riccius ſupra dicta *deciſione* 170. & Bonacina *in Tract. de legib. diſp. vlt. q.* 5. *punct. vlt.* In dubio tamen, & quando non conſtat quod eę factę ſint ad aliquem certum, & determinatum finem, cedere poſſunt in vtilitatem ipſorum Religioſorum. Barboſa *ſupr.*

6 Qualiter huiuſmodi oblationes Sacræ factæ Imaginibus alienari poſſint, ſi non ſint pretioſæ, aureæ ſcilicet, vel argenteæ magni valoris, dixi *to.* 2. *cap.* 19. *num.* 57. ex Riccio, & Bonacina, & tenet Diana *parte* 4. *tract.* 4. *Reſolut.* 223. 5. *nota quartò*. Qualiter etiam oblationes factæ Sanctis ab Eccleſia non Canonizatis, aut Beatificatis,

catis, recipi, collocari, aut asseruari possint, à Regularibus habes ex dictis *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 39. Vide, & dicenda infra verbo *Sanctorum cultus*.

7 Circa secundum de oblationibus ratione ministerij Altaris, quòd scilicet recipi possint à Regularibus, constat ex dictis non solùm supra verbo *Missa d num.* 10. sed etiam *to.* 1. *cap.* 21. *d num.* 4. vbi dixi posse Sacerdotes Regulares stipendia pro Missis recipere, Patribus Iesuitis, & quibusdam alijs Religiosis exceptis. Similiter posse Confessarios Regulares à pœnitentibus eleemosynas spontaneè oblatas recipere, constat etiam ex dictis eo *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 39. vbi etiam an liceat illis iniungere pœnitentibus Missas à se dicendas. De quo præter Authores ibi relatos Siluester *in Summa verbo Decima q.* 2. *dicto* 4. post Angelum, & alios. Quòd autem etiam possint recipere mercedem pro Concionibus, & à quo eandanda, constat ex dictis *to.* 3. verbo *Concionari, & Concionator Regularis num.* 12.

8 Circa tertium de oblationibus sacris factis Ecclesijs Regularium ratione Parochiæ, ex dictis *supra*, & *to.* 2. *cap.* 18. & *to.* 3. *verbo Beneficium, & Beneficiati* constat eas pertinere ad Regulares eodem modo, quo si fierent Ecclesiæ sæculari pertinerent ad Parochum, seu Rectorem illius. Subeunt enim Religiosi vicem Parochorum. Suarez *de Relig. to.* 1. *l.* 1. *ca.* 7. *nu.* 4.

9 Aliqua tamen animaduertenda circa huiusmodi oblationes. Primò quidem, quòd laici illas detinentes, seu vsurpantes in excommunicationem latæ sententiæ incidunt ex *ca. hanc* 10. *q.* 1. De quo Graffius *l.* 4. *cap.* 24. *num.* 10. Suarez *supra lib.* 1. *cap.* 5. Thesaurus *in Praxi p.* 2. *verbo Oblatio cap.* 1. Similiter ex Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 11. quicunque illas vsurpant, seu impediunt ne ab ijs, ad quos pertinent, recipiantur, etiam excommunicantur. De quo Azor. *to.* 1. *l.* 7. *cap.* 38. *q.* 16. & Thesaur. *supr.* Videntur etiam excommunicari in Bulla Cœnæ casu 17. De quo Filiucius *tractatu* 16. *num.* 220. & Thesaur. *supr.* ex alijs. Hinc laici nullo modo recipere debent à Cleticis oblationes, quia solùm Ecclesiasticis sunt debitæ. Ricius *supr. Resolut.* 265. Quod limitat nisi fuerit consuetudo in contrarium, prout est in tota Italia, per quam in festo Purificationis B. Virg. laici recipiunt oblationes candelarum benedictarum à Sacerdotibus. Non tamen debent Ecclesiastici huiusmodi candelas benedictas transmittere ad ædes sæcularium, sed iuxta laudabilem, & obseruatam ab Ecclesia vniuersali consuetudine in Ecclesia populus eas recipere tenetur, vt censuit Sacra Congregatio negotijs Episcop. & Regul. præposita in vna Foglinen. de ann. 1582.

apud

apud Barbosam *supr. d. cap.* 23. *num.* 7. Licet oppositum videam hic Romæ esse in vsu, vt dixi *to.* 3. verbo *Benedictio*, & *Benedicere num.* 15.

10 Nota secundò, plura genera hominum peccatorum esse, quibus Iure prohibitum est oblationes facere ad Altare ad Offertorium Missæ. Hi sunt primò dissidentes fratres. *ca. oblationes dist.* 90. Secundò, pauperes opprimentes. *cod. ca. oblationes.* Tertiò, Sacrilegi. *ca. de viro* 12. *q.* 2. Quartò, extrahentes seruos ab Ecclesia, ad quam confugerant. *ca. miror.* 17. *q.* 4. Quintò, raptores. *cap. super. de raptorib.* Sextò, vsurarij. *ca. quia in omnibus de vsur.* Septimò, pœnitentes. *ca. eos quos de consecrat. dist.* 4. De his omnibus Glossa *in ca. oblationes d.* 90. Angelus *in Summa verbo oblatio n.* 3. Siluester *verbo decima q.* 2. *dicto* 6. Azor. dicto *cap.* 38. Suarez *supra cap.* 6. *num.* 9. Idem dic de matricida, ex *ca. latorem* 33. *q.* 2. & de his, qui rebaptizantur ex *ca. eos quos. de consecrat. d.* 4. Suarez *sup.* Idem similiter de publica meretrice tenent Sanctus Thomas 2. 2. *q.* 86. *art.* 3. Glossa *supr.* Suarez *num.* 8. Naldus *in Summa verbo oblatio num.* 5. & alij, propter scandalum, & ne videantur Ecclesiastici tali turpitudini conniuere. Licet, cessante dicto scandalo, aliter fieri posset. Suarez *ibid.* Barbosa *d. cap.* 23. *num.* 20. Nota tamen prædictos peccatores non prohiberi facere dictas oblationes ad Offertorium Missæ, nisi sint publicè tales, & nolint emendari. Siluester *supr.* ex Raymundo. Imò nec quando sunt tales publicè, aut manifestè, prohibentur facere eleemosynas Ecclesijs, aut Religiosis. Naldus *supr.* Nisi eas faciant ex rebus contra iustitiam adquisitis *cap. super de raptoribus*. Pro quo etiam notandum, quòd licet alij peccatores etiam publici, præter assignatos, non prohibeantur in Iure facere dictas oblationes ad Altares, nec prohibitio illa, cum sit pœnalis, ad alios extendi debeat (Glossa, Angelus, & Siluester *supr.*) si tamen fuerit scandalum, sicut dixi esse in casu meretricis, aut oblationes facere voluerint de rebus contra iustitiam adquisitis, admitti non debent. Suarez *supr. num.* 6. & 8. Notent præterea Regulares, quòd tam ipsi quam alij Præsbyteri Ecclesiastici accipientes oblationes à manifestis raptoribus, priuantur Ecclesiastico beneficio, *cap. super de raptoribus* relato. Thesaur. *in Praxi par.* 2. *verbo Incendarij cap.* 2. Similiter, accipientes oblationes ab vsuratijs manifestis, manent suspensi ab executione sui officij, donec ad arbitrium Episcopi satisfaciant, *cap. quia in omnib. de vsur.* Suarez *de censur. disp.* 31. *sect.* 2. Bonac. *de censur. disp.* 3. *punct.* 5. §. 1. *n.* 19. ex Henriquez, Filiucio, & alijs.

11 Maximè tamen notandum Religiosis, quòd scienter admittentes

tes excommunicatos à Papa, vt ab homine, ad oblationes prædictas in Altari faciendas, incurrunt eamdem maiorem, excommunicationem, si tales erant à Papa denunciati nominatim *ca. significauit* 18. *de sent. excom.* Thesaurus *in praxi par.* 2. *ver. Oblatio cap.* 4. ex alijs. Similiter, recipientes oblationes prædictas ad Altare inter Missarum Solemnia à quibuslibet excommunicatis maiori excommunicatione, vel interdictis non toleratis, incurrunt Interdictum ab ingressu Ecclesiæ donec de transgressione huiusmodi ad arbitrium eius cuius sententiam contempserit satisfecerit competenter, ex *cap. Episcoporum de priuileg. in 6.* Thesaurus *supr.* Quomodo autem, secundum plures, liceat Religiosis postulare eleemosynas ab excommunicatis etiam vitandis, dixi *to.* 3. verbo *Excommunicatio quoad Regulares num.* 49. Quod intellige, etiam si illas dent, vt oretur pro ipsis, oratione scilicet priuata tantum, cuius sunt capaces. Thesaur. *supr.* ex alijs. An verò liceat recipere eleemosynam ab ipsis excommunicatis vitandis pro Missis dicendis pro illis, respondendum est negatiuè cum eodem Thesauro, & DD. communiter *in cap. cum voluntate de sent. excom.* conformiter etiam ad dicta *to.* 3. verbo *excommunicatio quoad Regulares nu.* 11.

12 Cum oblationes fiunt ad Altare, non Patena, sed Crux, aut Sacra Imago offerentib. fidelibus ad osculum præberi debet. Naldus *supr. num.* 5. Pro quo, & alijs concernentibus modum faciendi istas oblationes, consule Gauantum *in Man. Episcop. verb. Oblationes*, vbi nonnulla ex Concilijs Mediolanensibus.

OCCVLTVM.

SVMMARIVM.

Vtilis hæc materia pro Regularibus. num. 1.
Occultum quotuplex sit. num. 2.
De occulto, quod opponitur contra probabile. num. 3.
De occulto, quod distinguitur à notorio. num. 4.
De occulto, quod opponitur publico, seu famoso, num. 5.
Facultates concessæ Regularibus ad absoluendum, seu dispensandum in casibus occultis, ad quos casus extendantur. num. 6.
De facultatibus cõcessis à Sacra Pœnitẽtiaria pro casibus occultis. n. 7.
Quando Regulares vti possint dictis facultatibus. num. 8.
Quid si casus sunt materialiter publici, licet in ratione delicti occulti. num. 9.

Quid

Quid de casibus alicubi publicis, in loco tamen vbi absolutio, vel dispensatio conceditur, occultis. num. 10.
Quid de casibus ad forum contentiosum reductis. num. 11.
Quid quando delictum socij reductum est ad forum contentiosum. num. 12.
Quid quando reus non est absolutus. num. 13.
Quid quando casus, qui erant occulti, fiunt publici. num. 14.

1 COntingit sæpius, vt in priuilegijs ab Ecclesia Regularibus concessis, ipsis tribuatur facultas absoluendi, dispensandi &c. in casibus solùm occultis, prout contingit in priuilegio concesso Episcopis à Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 6. quod etiam concessum esse Prælatis Ordinis Prædicatorum, ac per consequens alijs communicationem priuilegiorum cum ipsis habentibus, dixi *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 31. Idem dico de alijs similibus priuilegijs, & litteris S. Pœnitentiariæ, quæ committi solent Religiosis pro casibus occultis. Idcirco vtile valde illis erit scire quando casus aliquis sit, vel dicatur occultus, vt possint dicta facultate vti.

2 Pro quo primò notandum, quòd occultum dicitur dupliciter, primò per se, & est illud, quod nihil habet ex natura sua vndè possit cognosci ab hominibus, vt est actus interior nullo signo externo manifestatus. Secundò, per accidens, & est illud, quod ex natura sua potest cognosci ab hominibus, sed de facto non cognoscitur, quia defuit, qui illud cognosceret, vt est actus externè factus, quem tamen nullus vidit, nec audiuit, quia nullus erat in loco, quo factus est. Caietanus, & Aragon. 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 3. Rursus hoc occultum per accidens sumitur tripliciter, primò, vt distinguitur contra probabile, & est illud, quod, etsi externè factum fuerit, nihilominus idoneis testibus probari nequit. Secundo modo, vt distinguitur contra publicum famosum, & est illud, quod licet probari possit, non tamen laborat infamia. Tertio modo largius, vt distinguitur contra notorium, & est illud, quod, etsi probari possit, & fama publica proclamatum sit, nihilominus non est tam clarum, & manifestum, quòd tergiuersatione celari non possit, quod est non esse notorium facti, vel iuris. Pro quo vide dicta supra verbo *Notorium num.* 3. vbi habes quid sit publicum, famosum, & notorium. Vide & Sanchez *to.* 3. *consil. Moral. l.* 6 *cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 15. ex Soto, Castro, Corduba, & alijs. Est autem in præsenti sermo solùm de occulto per accidens, nam quod est per se occultum, cum sit actus merè internus, ac per consequens nec directè cadat sub iu-

ris-

riſdictione Eccleſiæ, non eſt de facto reſeruabile ab ipſa, nec pœna aliqua Eccleſiaſtica mulctatur, ac proinde non cadit ſub facultate abſoluendi, & diſpenſandi in caſibus occultis.

3 Et quidem de occulto primo modo, eo ſcilicet, quod diſtinguitur contra probabile, ſeu quod non eſt probabile, quia ſcilicet, etſi externè factum fuerit, nihilominus idoneis teſtibus probari nequit, certum eſt, illud cadere ſub prædicta facultate abſoluendi, vel diſpenſandi in caſibus occultis. Tale enim eſt verè, & ſimpliciter occultum, cum re vera manifeſtatum, publicatum, aut notorium non ſit. *cap. veſtra de cohabitatione Cleric.* Ita etiam ſupponunt communiter Auctores referendi inferiùs, præſertim Garzia *de Beneficijs p.7.ca.11. num.46.* Ex quo colligo, poſſe Prælatos Regulares ex vi dictæ facultatis conceſſæ Epiſcopis, & ſibi communicatæ (ſi communicationem habeant in priuilegijs cum Dominicanis), & ex vi quorumcunque priuilegiorum, quæ habuerint ad abſoluendum, ſeu diſpenſandum in caſibus occultis, vti illis cum ſuis ſubditis, etiam ſi caſus illi ſint externi, & ab vno vel duobus ſciantur. Tales enim caſus dicuntur improbabiles.

4 Cæterum, loquendo de occulto tertio modo, ſcilicet, prout diſtinguitur à notorio, certum etiam videtur non cadere ſub prædicta facultate. Ratio eſt, quia tale occultum cum aliàs non ſolùm ſit probabile, ſed etiam publicum, & famoſum, non poteſt dici ſimpliciter occultum, ſed ſolùm largo modo, & ſecundum quid quatenus opponitur notorio, ſeu quatenus non eſt notorium. Ac per conſequens nomine occulti non veniet in prædictis priuilegijs. Et ita ſupponere videntur Authores referendi.

5 Loquendo autem de occulto ſecundo modo, quod ſcilicet non eſt publicum, aut famoſum, licet probari poſſit, quamuis Garzia *ſupra* referens Graſſium dicat illud non appellari occultum in præſenti in ordine ad facultatem abſoluendi, & diſpenſandi conceſſam Epiſcopis pro caſibus occultis à Concilio, & ad id afferat quaſdam declarationes Sacræ Congregationis, nihilominus dum de talibus declarationibus authenticè non conſtat, probabilius cenſeo oppoſitum. Ita vt credam, quòd in prædicta facultate, caſus occulti nomine intelligatur id, quod, etſi probari poſſit per teſtes idoneos, de facto tamen non eſt probatum, publicatum, aut diffamatum. Ratio eſt, quia ipſum Concilium ſatis clarè id denotare videtur. Cum enim dixiſſet *Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus* ex delicto occulto prouenientibus diſpenſare, id limitat dicens: *exceptis deductis ad forum contentioſum*. Ex hoc enim manifeſtè ſequitur, ea, quæ non ſunt deducta ad forum contentioſum, etiamſi

deduci

deduci poſſint, quia ſunt probabilia, cadere ſub prædicta facultate. Et ita tenent communiter DD. ſpecialiter Nauarrus *in Manual. cap. 27. num. 255.* Suarez *to. 5. de Cenſur. diſp. 41. ſect. 2. nu. 6.* Saitus *de Cenſur. l. 4. cap. 17. num. 21. & l. 7. cap. 13. num. 12.* Bonacina *de Cenſur. diſp. 1. q. 3. punct. 2. num. 1. §. quarto delicta*, & plurimi alijs, quos refert, & ſequitur Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat. 39. num. 24.*

6 Idem etiam dicendum de quibuſcunque alijs facultatibus conceſſis Regularibus ad abſoluendum, & diſpenſandum in caſibus occultis, extendi ſcilicet illas ad caſus occultos, qui quamuis probari poſſint, de facto tamen probati, aut publicati, aut famoſi non ſunt. Tum à ſimili de prædicta facultate Epiſcopis conceſſa; tum quia tales caſus, etiam ſi probari poſſint, interim tamen dum non probantur, neque ad iudicium deferuntur, occulti cenſentur. Santarellus *var. reſolut. q. 72. n. 13.* Theſaur. *in praxi parte prima c. 21.* poſt Nauarrum, Suarez, Sa, Sayrum, Molinam, Viualdum, & Sanchez.

7 Idem quoque dicendum de facultatibus conceſſis à Sacra Pœnitentiaria, conformiter ad dicta *ſup. Verbo Litteræ Apoſtolicæ n. 28.* ita ſcilicet, vt cùm ab illa conceditur facultas abſoluendi, ſeu diſpenſandi in caſibus occultis, ea extendatur ad caſus illos, qui etſi probari poſſint per teſtes idoneos, de facto tamen, vt dixi, probati, publicati, aut diffamati non ſunt. Sanchez *l. 8. de Matrimonio diſp. 34. n. 55.* Garcia *ſup.* Licet Theſaurus ſupra videatur dicere non ſic practicari in Sacra Pœnitentiaria.

8 Vnde colligo, poſſe Regulares vti prædictis facultatibus in caſibus notis aliquibus perſonis, tribus, ſcilicet, vel quatuor, aut etiam pluribus, reſpectiuè ad loca, in quibus nota ſunt, dummodo tamen talium notitia non faciat caſus illos publicos, ſeu famoſos. Ratio eſt, quia poſſunt illis vti in caſibus, qui publici, famoſi, aut notorij non fuerint, quamuis ergo plures perſonæ illos nouerint, ſi tamen eorum notitia non faciat caſus publicos, famoſos, aut notorios, dicentur occulti ſecundo modo, ac per conſequens comprehendentur dictis facultatibus. Auila *de Cenſuris p. 7. diſp. 10. dub. 6. concluſ. 2.* Santarellus *ſupr.* Fagundez *in 2. Eccleſiæ præcept. lib. 8. ca. 8. nu. 24.* Theſaur. *ſupr.*

9 Imo etiam poterunt vti prædictis facultatibus in caſibus, in quibus actus externus eſt materialiter publicus, ſed non in ratione delicti, ſeu quod idem eſt, malitia ipſius publica non eſt, iuxta dicta ſupra verbo *Litteræ Apoſtolicæ eo num. 28.* ex Nauarro, Sanchez, & Bonacina. Vnde ad praxim Regularium, ſi ipſi habeant facultatem diſpenſandi in irregularitate occulta contracta à celebrante

excommunicato, poterunt illa vti etiam in casu quo celebratio sit publica, non verò excommunicatio. Vivaldus *in Candelabro aureo de excommunicatione, num.* 41. Fagundez *supr. n.* 25. Bonacina *supr.* Vide dicta supra verbo *Notorium num.* 7.

10 Probabiliter etiam idem dici potest in casu quo delictum sit alicubi publicum, aut in iudicio probatum, in loco tamen vbi absolutio, vel dispensatio conceditur, est occultum; nec est spes quòd ibi publicetur, eo quòd patratum sit in loco remotissimo. Quia respectu illius loci vbi absolutio, seu dispensatio conceditur, talis casus censetur occultus de præsenti, & de futuro. Sanchez *to.* 1. *in Decalogum l.* 2. *cap.* 11. *num.* 20. Auila *de Censuris par.* 2. *ca.* 7. *disp.* 1. *dub.* 15. *concluf.* 3. Fagundez *supr. num.* 28. Barbosa *supr. nu.* 26. Licet oppositum teneat Suarez 4. *to. de pœnit. disp.* 30. *sect.* 2. *nu.* 2. & Thesaurus *supr.* §. *aduertendum tertiò*, dicens ita obseruare Sacram Pœnitentiariam. Quod proinde est tenendum pro casu, in quo timor probabilis sit quòd publicari possit in loco vbi conceditur absolutio, aut dispensatio.

11 Idem quoque affirmandum consequenter ad dicta supra dicto verbo *Litteræ Apostolicæ eo num.* 28. etiam quando tale delictum deductum fuit ad forum externum, & reus ab eo absolutus, quantumuis falsis testibus se defenderit; cum adhuc crimen maneat occultum. Vide alia eo loco, & præter Auctores ibi relatos Vivaldum *in Candelabro aureo, de excommunicatione, n.* 42. Garziam *sup. n.* 48. Barbosam *sup. à n.* 32. & Fagundez *sup. n.* 26.

12 Similiter idem dicendum, quando delictum socij delatum est ad forum contentiosum, nam etiam in hoc casu delictum alterius potest esse occultum. Bonacina *supra num.* 2. ex Navarro, & Sanchez.

13 Quando tamen delictum est deductum ad forum externum, & reus non est absolutus, siue fuerit punitus, siue non punitus, non possunt Regulares vti prædictis facultatibus, non solùm quia Concilium expresè excludit hunc casum, sed etiam, quia ille iam non est occultus, sed publicus, nam quæ in iudicium adducuntur non sunt occulta, sed publica. Suarez loco relato ex 5. *to. de censur. d. sect.* 2. *n.* 5. Garzia *supr. n.* 50. Bonac. *de censur. disp.* 7. *q.* 5. *punct.* 1. *nu.* 6. post Gutierrez, Rodriguez, & alios, contra Sanchez, Auilam, Henriquez, & Reginaldum.

14 Si autem casus fit, quòd post quam Regulares concesserint dictam absolutionem, seu dispensationem in casibus occultis, fiant publici, vel deducti ad forum externum, tunc absolutio, seu dispensatio data proderit solùm in foro interiori. Nisi forsan Iudex, prout

potest,

Digitized by Google

poteſt, talem abſolutionem, ſeu diſpenſationem pro foro etiam externo acceptare velit, iuxta dicta *to.*3. verbo *Abſolutio num.* 7. ex Laymano ibi relato.

OFFICIA RELIGIONVM.

SVMMARIVM.

De illis remiſſiuè. num. 1.
*Munia, ſeu Officia Religionum triplicis generis ſunt. num.*2.
*Nomine Officiorum, quæ intelligantur in Bullis, & Conſtitutionibus Pontificijs. num.*3.
*Quorum Officiorum Religionum ſint incapaces illegitimi. num.*4.
*Quid de Officio Prædicatoris generalis, & gradus lectoratus. num.*5.
*Quid de officio Parochi. num.*6.
De procuratione Officiorum an liceat Regularibus. num. 7.
Prælatiæ vix poſſunt appeti, aut procurari ſine peccato. num. 8.
*Alia officia, quæ non ſunt Prælaturæ an poſſint procurari. num.*9.
*De Conſtitutionibus Summorum Pontificum prohibentium recurſum ad extraneos pro conſequendis Officijs. num.*10.
*Quæ ſunt ex Motu proprio ſunt maioris firmitatis. num.*11.
*Quos Religioſos comprehendant. num.*12.
*An etiam complices, & fautores. num.*13.
Quæ prohibeantur in dictis Conſtitutionibus. num. 14.
De largitione numerum in ipſis prohibita. num. 15.
*Perſonæ extraneæ extra Ordinem, quæ cenſeantur. num.*16.
Quomodo prohibeantur Prælati dare Officia intuitu fauorum extraneorum. num. 17.
An aliquando id poſſint facere. num. 18.
Quid quando timent notabile aliquod damnum. num. 19.
Quæ gratiæ prohibeantur concedi intuitu talium fauorum. num. 20.
Qualiter prohibitum Religioſis pro ſe, vel alijs vota, ſeu ſuffragia procurare. num. 21.

1 QVamuis de hac re non pauca dixerim *to.* 2. *cap.* 13. alia tamen in præſenti addenda, vel pro maiori ampliatione materiæ.

2 Suppono autem ex dictis eo loco, munia, ſeu officia Religionum generaliter loquendo ad tria genera reduci poſſe. Alia enim ſunt dignitates, illa ſcilicet, quæ includunt adminiſtra-

tionem cum iurisdictione, qualia sunt Generalatus, Prouincialatus, Prioratus, Abbatiatus, Guardianatus &c. quæ important iurisdictionem ordinariam; & munera Commissariorum, Visitatorum, Vicariorum, & Præsidentium Capitulorum Generalium, seu Prouincialium, quæ important delegatam. Alia verò sunt personatus, illa scilicet, quæ important præeminentiam, seu præcedentiam sine iurisdictione; qualia sunt officium Procuratoris Generalis in Ordine nostro, & officia Diffinitorum, Assistentium, Sociorum, vel Consultorum Generalium, vel Prouincialium. Alia verò sunt, quæ specialiter, & propriùs vocantur officia, ea scilicet, quæ important administrationem sine præeminentia, aut iurisdictione, qualia sunt esse Sacristam, Procuratorem Conuentus, Syndicum, & similia. De quibus præter dicta eo loco lege Portellum *in Dub. Regular. verbo Officia ordinis in Additionibus*, & Bordonum *Resolut.* 12. *à num.* 24. Vnde consequenter ad dicta *to.* 3. verbo *Falsarius num.* 3. Officialium nomine veniunt quicunque Religiosi, qui habent aliquod officium Superioritatis, vt Generalis, Prouincialis, Custos, Prior, Guardianus &c. siue honoris, vt Definitor, Socius, Assistens &c. aut oneris, & laboris, vt Procurator, Syndicus, Celerarius, Sacrista, Depositarius &c. Portellus *supr. verbo Falsarius num.* 3. Bordonus *Resolut.* 46. *num.* 5. ex Graffio, & Coriolano. De his ergo officijs aliqua dicenda in præsenti, præsertim primò, quæ ex illis veniant nomine officiorum in Bullis, Constitutionibus, seu Decretis Summorum Pontificum. Secundò, quorum sint capaces illegitimi. Tertiò, an, & quomodo liceat Religiosis illa procurare.

3 Et quoad primum, distinguendum est, vel enim officia ponuntur, vt distincta à dignitatibus, personatibus, honoribus &c. prout sæpius in prædictis Bullis, Constitutionibus, & Decretis Pontificijs contingit, & tunc officiorum nomine solùm venient ea, quæ dignitates, personatus honores &c. non fuerint. Etenim iuxtà dicta supra verbo *Leges Regularium num.* 32. verba legis secundùm proprietatem accipienda sunt. *l. non aliter ff. de legatis* 3. Quando ergo in prædictis locis officia ponuntur, vt distinctà dignitatibus, honoribus &c. accipi debent, vt talia. Cùm autem officium, vt distinguitur à dignitate, & personatu, importet solùm administrationem sine præeminentia, aut iurisdictione, iuxtà dicta *to.* 2. *cap.* 13. *num.* 2. ideo officiorum nomine in prædictis locis solùm venient officia tertij generis. Quando autem officia non ponuntur, vt distincta à dignitatibus, personatibus, honoribus &c. prout sæpius etiam contingit in prædictis Bullis, Constitutionibus, & Decretis Pontificijs,

cijs, tunc officiorum nomine venient etiam dignitates, honores &c. ac per consequens veniet triplex genus officiorum supra designatum. Quod intelligo etiam quoad pœnas priuationis officiorum &c. quæ in prædictis Pontificijs rescriptis apponi solent, iuxta dicta *to.* 1. *ca.* 10. *num.* 32. Quæ sententia rigida non videbitur, prout eam vocat perdoctus Pater Diana 4. *par. tract.* 4. *resolut.* 224. si ea, quæ eo loco dixi, rectè expendantur.

4 Circa secundum, consequenter ad dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 7. & *to.* 2. *cap.* 12. *num.* 21. & *cap.* 13. *num.* 50. & 3. *to.* verbo *Illegitimi Regulares num.*8. illegitimi incapaces sunt eorum officiorum, quæ sunt dignitates, & personatus, non autem eorum officiorum, seu administrationum, quæ dignitates, & personatus non sunt, quæ Sixtus 5. in Constitut. infra referenda vocat *Officia oneris*. Vnde, iuxta dicta eo *cap.* 18. *num.* 62. & *eo cap.* 13. *num.* 50. possunt esse Procuratores Conuentuum, Sacristæ, & Magistri Nouitiorum. Nec admittendus Bordonus *dicta Resolut.* 12. *num.* 34. cum ait, Magistrum Nouitiorum illegitimum egere dispensatione, quia habet regimen animarum, & potestatem super illos. Cum enim officium Magistri Nouitiorum nõ importet iurisdictionem supra illos in foro externo, cum non sit eorum Prælatus propriè loquendo, nec importet aliquam præeminentiam in Religione, sed merum ministerium ad educationem, & instructionem Nouitiorum, non est dignitas, aut personatus, ac per consequens poterit ab illegitimis exerceri. Et ita tenent non solùm Rodriguez, & Miranda ab ipso relati, sed Siluester *in Summa verbo Prælatus q.* 3. & Portellus *supr. verbo Illegitimus num.*8. Possunt quoque esse Confessores etiam Monialium dummodo iurisdictionem aliquam in foro externo super illas non habeant, propter rationem adductam. Siluester, & Portellus *supr.* Item possunt esse Concionatores, Regentes, & Lectores artium, aut Theologiæ, propter rationem allatam, quia scilicet ista munia non sunt dignitates, aut personatus. Bordonus *supr. num.* 25. Vnde Sixtus Quintus in Constitutione *ad Romanum Pontificem* in 2. *to. Bullar. num.* 71. declarauit, illegitimos non arceri à Religionibus ab his officijs. Quamuis autem exceperit illegitimos à sacrilegio, vel incestu, quia tamen hæc Constitutio moderata est à Greg. 14. in Constitutione *Circumspecta to.* 2. *Bullar. num.* 3. & ad terminos Iuris communis redacta, ideo huic moderationi, & reductioni standum.

5 Nota tamen, quòd officia Prædicatoris Generalis, quæ in aliquibus Religionibus esse solent in vsu, cum includant præeminentiam quamdam super alios, videntur dici posse personatus, ac per consequens obtineri non posse ab illegitimis sine dispensatione.

Digitized by Google

Idem dico de gradu lectoratus, qui etiam in aliquibus Religionibus (prout in noſtra in partibus Italiæ) non eſt officium, ſed gradus, & importat præeminentiam, ac per conſequens etiam videtur dicendus perſonatus, nec obtineri poſſe ab illegitimis ſine diſpenſatione, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Illegitimi Regulares num.* 8. Idem dicit Portellus *ſupr. verbo Officia Ordinis in additione num.* 1. de officio lectoris iubilati.

6 Non poſſe Regulares illegitimos ſine diſpenſatione obtinere officium Parochi, quia tale officium eſt verè Beneficium; conſtat ex dictis dicto *tertio to.* verbo *Beneficium, & Beneficiati num.* 8. & verbo *Illegitimi Regulares num.* 9. & *to.* 2. *cap.* 18. *num.* 34. & docet Bordonus *ſupr.* §. 35.

7 Circa tertium, an, & quomodo liceat Religioſis officia ſuæ Religionis procurare, in primis notanda, quæ de ambitione Regularibus fugienda dixi *in libro de Reformatione Regularium*, & in hac Summa *to.* 3. verbo *Ambitio*.

8 Diſtinguendum autem videtur de officijs, quæ ſunt Prælaturæ, curam ſcilicet animarum habentibus, & de alijs, quæ talem curam non important. Et quidem quoad priora, iam dixi eo verbo *Ambitio num.* 4. quomodo vix ſit caſus, in quo licitè, & honeſtè Religioſus appetere, aut procurare poſſit Prælatias, niſi quando ex præcepto Charitatis ad id teneretur, quando ſcilicet electores, vel qui Prælatias procedere debēt, parati ſunt eligere aliquem poſitiuè indignum, aut pernicioſum Communitati. Tunc enim propter bonum commune charitas Chriſti vrget, vt dignus Prælatia ſe offerat electoribus. In alijs autem caſibus, in quibus neceſſitas non vrget, peccatum mortale eſſe appetere Prælaturas, colligitur ex eo quod temerarium eſt magno periculo ſalutis animæ ſe exponere abſque vrgenti neceſſitate. Prælaturas autem appetere, ſeu procurare, eſt magno ſe ſalutis periculo exponere, ob multitudinem ſcilicet, & grauitatem obligationum, quas ſecum afferunt. Sotus *l.* 10. *de Iuſtit. q.* 2. *ar.* 1. Valentia *to.* 3. *diſp.* 10. *quæſt.* 3. *p.* 2. Ledeſma *de ſtatu Epiſcopor. cap.* 3. *dub.* 2. Peirinis *to.* 2. *de Prælato q.* 1. *cap.* 6. plura in ſequentibus ad intentum ex Patribus, & Philoſophis adducens. Hinc Tamburinus *de Iure Abb. to.* 1. *diſp.* 10. *quæſit.* 1. *num.* 2. & 3. ait: *Nihil Monacho eſt in hac vita periculoſius quam Officium, vel Prælaturam expetere, nam qui ambitioſè exquirendo tale onus deſiderat, non Religioſus Monachus, ſed mundanus homo eſt appellandus*. Appetere autem aliquem huiuſmodi Prælatias, non abſolutè, ſed conditionatè, ſcilicet ſi Deo, & Superioribus, aut etiam electoribus placuerit, & cum cognitione propriæ infirmitatis, & animo Dei Ecclę-

Digitized by Google

cleſiæ inſeruiendi, ita vt prodeſſe, & non præeſſe deſideretur, licitum, & laudabile videtur, cum hoc non ſit ſe ingerere, ſed ſe Deo humiliter offerre. Caietanus *in Summa verbo Beneficia Eccleſiaſtica* §. *Beneficium*. Conradus 1, *p. caſuum q.* 252. §. *quarta eſt.* Peirinis *ſupr. num.* 12.

9 Loquendo autem de alijs officijs Religionum, quæ Prælaturæ non ſunt, aut curam animarum non important, ſed præeminentiam tantùm, illis applicari poſſunt, ea quæ dixi dicto verbo *Ambitio n.* 6. quòd ſcilicet non ſit ambitioſus qui gaudet, vel delectatur de honore ſibi oblato, vel etiam appetit illum. Primò, ſi id faciat propter honorem, & gloriam Dei. Secundò, ſi propter vtilitatem proximorum. Tertiò, etiamſi gaudeat, aut lætetur de illo, vel appetat illum ea ratione quia ſibi eſt debitum. Quemadmodum enim licitè poteſt quis delectari, ſeu etiam appetere quòd res ſibi debita, pecunia v.g. vel aliqua alia res non ſibi denegetur ſic, & de huiuſmodi honoribus dicendum eſt.

10 Quia tamen, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 17. *& cap.* 15. *num.* 27. *& cap.* 18. *num.* 82. plures Bullæ editæ ſunt à Summis Pontificibus, quibus multarum Religionum Regularibus prohibitum eſt recurrere ad extraneorum fauores pro conſequendis officijs, gradibus, & honoribus in ipſorum Religionibus; & illorum Prælatis, ne ipſa conferant dictorum extraneorum intuitu: quarum plures retuli locis relatis, ſimileſque refert Tamburinus ſupra, circa quas non paucæ, nec leues oriri ſolent difficultates, (inter timoratos præſertim, apud quos eæ ſunt in vſu) ideo opere pretium duxi nonnulla pro ipſorum explicatione dicere. Quia verò ipſæ variæ ſunt, nec eiuſdem tenoris, ideo ea præcipuè tangam, in quibus omnes, vel ipſarum plures conueniunt.

11 Et primò, cum illæ ſint ex Motu proprio, certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis, quæ denotant Papam in eis edendis non ex inſtantia ab alijs ipſis facta, ſed ex ſua ſcientia, & poteſtate abſoluta, ita diſpoſuiſſe, ſunt maioris authoritatis, & firmitatis, nec de ſurreptione, aut obreptione calumniari poſſunt. De que inter alios Gloſſa *in cap. quia diuerſitatem de conceſſ. prabend.* Abbas *in cap. ea quæ de ſentent. & re iudic.* Graffius *tom.* 2. *conſil. lib.* 1. *de offic. delegat. conſil.* 2. & alij.

12 Deinde, illi, quibus in prædictis Bullis prohibetur prædictus recurſus ad extraneos pro conſequendis prædictis officijs &c. ſunt profeſſi illarum Religionum. Nouitij enim, iuxta dicta ſupra verbo *Nouitij, & Nouitiæ num.* 44. non comprehenduntur in huiuſmodi legibus odioſis. Portellus *ſupr. num.* 20. Nec etiam comprehendun-

cur ita iſtis Moniales, ſed ſolùm Religioſi viri. Neque enim vidi aliquam de Monialibus loquentem, nec nomen maſculinum in odioſis extenditur ad fœminas. Portellus *num.* 19. Peirinis *to.* 3. *priuileg. Minim. in Additamentis ad Conſt. Pauli* 5. *cap.* 10. *num.* 3. Similiter nec comprehenduntur Tertiarij, aut Oblati, cum iſti Religioſi non ſint, & Bullæ prædictæ ſolùm de Religioſis loquantur.

13 Comprehendi etiam ſolent in aliquibus huiuſmodi Bullis, prout videre eſt in ea, quæ pro Carmelitis edidit Clemens 8. & quam retuli dicto *cap.* 10. *num.* 17. etiam *complices*, *& fautores*, ita vt etiam illi incurrant eaſdem pœnas, quam incurrunt Religioſi prædictos fauores procurantes. Per quos intellige, conſulentes, præcipientes, adiuuantes, cooperantes &c.

14 Porrò id, quod prohibetur in dictis Bullis, eſt recurrere ad fauores extraneorum &c. ſeu procurare illos pro conſequendis dictis officijs, dignitatibus &c. Per quæ intelligitur quæcunque actio facta à Religioſis ſiue verbis, ſiue epiſtolis, ſiue precibus, ſiue muneribus datis ad conſequendum dictos fauores. Portellus *ſupr. num.* 35. Addit tamen (quod, & ſequitur Peirinis *ſupr. num.* 8.) id intelligi quando procurant tales fauores pro ſe, non quando pro alijs Religioſis, quia ſumus in pœnalibus, in quibus non eſt facienda extenſio. In hoc tamen attendi debet ad verba Bullæ, quæ diuerſa eſſe ſolent, & videndum an ea etiam extendatur ad procurantes fauores pro alijs. Qualis eſt ea, quam Clemens 8. fecit pro Ordine noſtro, & quam retuli *to.* 1. *cap.* 1. *num.* 17. ea namque extenditur etiam ad *complices*, *& fautores*. Addunt etiam, quòd ſi extraneus obtulit fauores Religioſo, ipſo non rogante, neque acceptante, imo potius recuſante, ſi poſtea contingat, quòd interceſſione ipſius conferatur Religioſo aliquod officium, hic caſus non comprehendatur dicta prohibitione, ſed poſſit illud officium acceptare. Sed licet hoc verum ſit quoad Bullas, de quibus hi Authores loquuntur. Quoad eam tamen, quam pro Carmelitis edidit Clemens 8. comprehendi videntur etiam hi, qui acceptant aliqua officia medijs fauoribus obtenta, etiam ſi ea ſponte oblata, & minimè procurata ſint. Dicitur enim, *aut etiam ſponte oblatis*, *& minime conquiſitis vſi fuerint*, quæ verba ſi attendatur ad contextum Bullæ, ad officia referuntur. Illud autem cum eiſdem Authoribus admittendum, quòd ſi extraneus obtulit Fratri rogaturum pro illo ad obtinendum officium &c. & Religioſus taceat, nihil omnino loquens, comprehendatur in dictis Bullis, nam tunc intrat Regula illa 43. inter regulas Iuris *Qui tacet conſentire videtur*. Procedit enim hæc regula, vt habet Gloſſa *ibidem*, vbi agitur de commodo, & honore tacentis, prout contingit in præſenti.

Digitized by Google

ſenti. Qualiter autem non incurrat pœnas harum Bullarum Religioſus, qui pro conſequendo aliquo officio ſuæ Religionis impetrauit aliquas litteras ab extraneo aliquo, & illas poſtea non dedit, vel ipſæ interceptæ ſunt, ita vt ad manus Prælati officium daturi non peruenerint, conſtat ex dictis *to.* 1. *cap.* 15. *num.* 27. & conſonant ea, quæ in ſimili dixi *to.*3. verbo *Caſus reſeruati Regularium n.*12.

15 Circa munerum largitiones pro conſequendis officijs &c. quæ in aliquibus Bullis prohibentur expreſsè, & in ea quæ eſt pro Carmelitis implicitè illis verbis, *alijſque vijs directè, vel indirectè, palam, vel occultè* &c. præter dicta 3. *to.* verbo *Dare, ſeu donare quoad Regulares à num.* 1. notandum cum prædictis Authoribus, primò, quod id eſt intelligendum, quando ea munera dantur extraneo, vt impetret à Prælato aliquod officium, non quando dantur Prælato, vt illud conferat. Eſto enim Religioſus id faciens incidere poſſit in pœnas aliàs grauiores, etiam Simoniæ, iuxta dicta *to.* 1. *ca.* 15. *n.*28. non tamen in illas, quæ his Bullis deſignantur. Secundò, incurrere Religioſum pœnas harum Bullarum quando dederit talia munera extraneo intentione impetrandi officium à Prælato Religionis, medio fauore illius. Tertiò, non incurrere illas qui talia munera dederit extraneo pro obtinenda confirmatione alicuius electionis legitimè factæ, à Prælato, iniuſtè, & ſine cauſa eam negante: quia hoc non eſt obtinere medijs muneribus collationem gratioſſam officij, quod ſolùm videtur prohiberi his Bullis, ſed obtinere confirmationem iure debitam. An verò incurrat pœnas Simoniæ, aliquid inſinuaui eo *cap.* 15. *num.* 36. Vide dicenda infra verbo *Simonia*. Quartò, nec incurrere dictas pœnas, qui parua munera non ſufficientia pro materia peccati mortalis, aut pro inductione illius extranei ad procurandum pro ipſo dictum officium, dedit. Quia licet intentio dandi illa poſſit eſſe peccatum mortale, actus tamen externus donandi, propter paruitatem materiæ, non meretur tam graues pœnas. Pro quo vide à ſimili dicta *to.*3. verbo *Caſus reſeruati num.* 10.

17 Circa perſonas autem extraneas, ad quarum fauores prohibentur Religioſi recurrere pro obtinendis officijs &c. licet diuerſimodè in prædictis Bullis nominentur, & ita diuerſimodè etiam de illis iudicari debeat; nihilominus ſi ſolùm nominentur perſonæ exiſtentes extra Ordinem, probabiliter credo cum Peirinis *ſupr. n.* 3. & 4. contra Portellum *ſupr. num.* 18. non comprehendi Moniales Ordinis, aut Epiſcopos, ſeu Cardinales ex Ordine aſſumptos, non enim ſunt ſimpliciter extra Ordinem. Præſertim, quia cum lex ſit pœnalis, & odioſa, reſtringi debet quantum fieri poteſt. Idem non improbabiliter dici poteſt cum eodem Peirinis *num.* 5. de Cardinalibus

Digitized by Google

bus Protectoribus, propter eamdem rationem, & præsertim, quia, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. ipsi sunt aliquo modo veluti Superiores Religionum, quibus præficiuntur, & veluti ipsarum Prælati, saltem spectato modo, quo circa illas de facto se gerunt. Vide Homobonum *to.* 2. *exam. tract.* 9. *cap.* 5. *q.* 10. Si autem, prout in Bulla pro Carmelitis contingit, nominentur personæ de gremio Ordinis non existentes, cum nec Domini Protectores, nec Episcopi ex Ordine assumpti, aut Moniales sint de gremio Ordinis, eo quòd gremium Ordinis importare videtur eos, qui sunt de ipsius Capitulis, quod non competit prædictis, non videtur ipsis applicari posse ea, quæ diximus. Licet si aliqui contrarium dixerint asserentes idem importare extra gremium Ordinis, & extra Ordinem, non multum contradicam.

17 Habetur etiam in prædictis Bullis prohibitio erga Prælatos Religionum, ne prædicta Officia Religiosis conferant propter fauores extraneorum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 82. Sed præter ibi dicta, notandum ex prædictis Authoribus. Primò, quoad Prælatos attendendum esse ad verba Bullæ. In eis autem, quas vidi, tam pro nostro quam pro alijs Ordinibus, omnes Prælati, siue infirmi, siue supremi Religionum comprehenduntur. Secundò, nomine Prælatorum non venire Definitores, Socios, Assistentes &c. quia isti non sunt Prælati nec eorum munia sunt Prælatiæ, aut dignitates, sed personatus, iuxta dicta supra *num.* 2. Verum quidem est, quòd in Bulla Clem. 8. pro Ordine nostro non solùm prohibetur id Prælatis, sed etiam alijs Fratribus, ac per consequens etiam isti comprehenduntur. Tertiò, quoad ea quæ prohibentur facere propter dictos fauores attendi debere ad verba Bullarum. In alijs enim plura, & in alijs pauciora continentur. In eis verò, quas videre potui, solùm est sermo de officijs intra Religionem. Quare si Prælatus ad instantiam alicuius extranei officium aliquod extra Ordinem alicui Religioso concederet, non incidet in pœnas dictarum Bullarum. Quartò, quod si Prælatus inferior, aut etiam quilibet alius Frater ad instantiam extranei petat à Prælato Superiori officium pro aliquo Religioso, & obtineat illud, non propterea talis petens incurret pœnas harum Bullarum; quia illæ solùm prohibent dare tale officium propter dictos fauores; non intercedere, & intercedere non est dare. Quintò, quod si Prælatus intuitu alicuius sæcularis amici sui nihil tamen ab ipso postulantis daret alicui Religioso amico, vel consanguineo dicti sæcularis aliquod officium, non transgrederetur dictas Bullas, quia illæ solùm prohibent ne dent dicta officia ad instantiam, requisitionem, seu etiam contemplationem extranei petentis, seu fa-

uorem

uorem suum interponentis. Generaliter etiam loquendo attendendum est ad verba dictarum Bullarum, & cum simus in materia odiosa, & aliquoties necessarium sit Prælatis Religionum benevolos habere sæculares pro negotijs ipsarum, strictè interpretanda sunt, quantum proprietas ipsorum permiserit. Pro quo vide præfatum Peirinis *supr. num.* 2.

18 Maximè ex ipso, & relato Portello *supr. num.* 29. notandum sextò (quod est valde consolatorium pro Prælatis) quòd si ipsi conferant aliquod officium ad instantiam alicuius extranei alicui Religioso digniori, vel saltem æquè digno, principaliter propter dignitatem, & capacitatem ipsius; licet secundariò propter preces illius extranei, probabile est non incurrere pœnas harum Bullarum. Primò, quia ita videtur expressum in *cap. tuam de etat. & qualit.* vbi habetur non committi Simoniam si rogante aliquo pro eligendo, elector det officium, non habito respectu ad preces illicitas sibi exhibitas. Quia non magis debet hæc lex obligare, quam ea quæ imponit pœnas Simoniæ. Secundò, quia lex harum Bullarum videtur fundari in præsumptione, qua præsumitur indignos esse illos, qui fauores pro obtinendis officijs procurant. Cessante ergo hac præsumptione cessabit, & lex, iuxta dicta supra verbo *Leges Regularium num.* 61. Sicque video consuli, & practicari à viris doctissimis. Notent tamen Prælati, ne se ipsos decipiant, dando talia officia principaliter propter instantiam sibi factam, & non propter idoneitatem illius cui dantur. Teste enim D. Gregorio 1. *p. pastoral. cap.* 9. *Sæpe mens de se ipsa mentitur, & fingit se de bono opere amare quod non amat &c.* Quod pro alijs similibus casibus obseruandum est.

19 Notandum etiam, quòd si casus esset (saltem rarus) quòd si Prælatus non conferret Officium Religioso ad instantiam alicuius extranei, ille, quia præpotens est Princeps, vel magnæ authoritatis, indignaretur contra Prælatum, & Religionem, propter quod prudenter timeatur notabile aliquod malum illaturum Prælato ipsi, aut Religioni, vel impediturum aliquod bonum; tunc posita capacitate Religiosi pro quo facta est instantia, poterit ipsi conferri tale officium, tum ad redimendam iniustam vexationem, tum quia leges Ecclesiasticæ non censentur obligare cum tanto dispendio.

20 Cum autem in prædictis Bullis diuersitas sit circa ea, quæ prohibentur Prælati concedere subditis ad instantiam extraneorum, cum in quibusdam solùm fit sermo de officijs, dignitatibus &c. in alijs prohibeatur etiam quodcunque genus gratiæ; aliæ etiam, prout nostra illa Clementis 8. extendantur ad remissionem pœnarum, ideo generalis regula alia tradi non potest, nisi quòd ad singularum verba attendi

tendi debet in particularibus Religionibus. Quid autem intelligatur in ipsis per dignitates, honores, officia &c. constat ex dictis tum supra, tum *to.* 2. *cap.* 13. relato. Quomodo etiam incurrantur censuræ, & pœnæ in eisdem contra transgressores assignatæ, maximè an prædictæ pœnę incurrantur ante quamcunque declarationem, & quis possit absoluere, seu dispensare, vide dicta *to.* 1. *cap.* 10. *à num.* 29. *& cap.* 18. *à num.* 30.

21 Qualiter prohibitum sit Religiosis vota, seu suffragia pro se, siue pro alijs in Capitulis procurare, & de pœnis contra oppositum facientes, ex Decretis Summorum Pontificum inflictis, & quo pacto ea intelligenda, habes ex dictis *to.* 1. *ca.* 15. *num.* 24.

OFFICIVM DIVINVM.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Tenentur ad illud omnes Ecclesiæ Regulares. num. 2.
Qualiter peccent Prælati negligentes in sequela Chori. num. 3.
Communitates Regularium quomodo teneantur ad diuinum officium. num. 4.
Quid de singulis Religiosis. num. 5.
Officium diuinum quid importet. num. 6.
Quid de Officijs particularibus propter obligationem aliquorum Conuentuum. num. 7.
Quid de Conuentibus paruis. num. 8.
De modo officiandi diuinum Officium. num. 9.
De loco, inquo dici debet. num. 10.
Animaduertenda pro Religiosis scrupulosis. num. 11.
De Oratione Sacrosanctæ, ac Indiuiduæ Trinitati *&c. num.* 12.
Quomodo intelligenda hæc concessio. num. 13.
De alijs spectantibus ad Officium diuinum remissiuè. num. 14.
De officijs proprijs Sanctorum, seu Beatorum. num. 15.

1 DE hac materia plura dicta sunt *to.* 1. *cap.* 12. & *to.* 3. verbo *Breuiarium*, & verbo *Festi dies*, & supra verbo *Missa*. Nihilominus alia addenda pro ipsius complemento, ea præsertim, quæ spectant ad Officium diuinum publicum, & in Choro dicendum.

2 Et iuxta dicta eo *cap.* 12. *num.* 9. & *cap.* 24. *num.* 13. certum est

eſt teneri omnes Eccleſias Regulares, ſiue Fratrum, ſiue Monialium, pſallere quotidie in Choro Officium diuinum *horis debitis, & deuotè.* Ita enim habetur non ſolùm ex antiquiſſima Eccleſiæ traditione, & Regulis, ſeu Statutis fere omnium Religionum, ſed etiam ex Clementin. 1. (non quidem *de Regularibus*, vt dicto *num.* 9. per errorem habetur) ſed de *Celebrat. Miſſarum*. Sumiturquè ex antiquiſſimo vſu Religioſorum S. Marci Euangeliſtæ, prout ex Philone approbat Vualdenſis noſter *to.* 3. *tit.* 3. *cap.* 122. *num.* 4. & 5. Quòd autem hæc obligatio ſit ſub mortali, eodem etiam loco dixi, & colligitur ex dicta Clementina, vbi contradictores compeſcendi dicuntur per cenſuram Eccleſiaſticam. Cenſura enim Eccleſiaſtica, maximè in materia graui, qualis eſt iſta, peccatum mortale ſupponit. Similiter, quòd hoc præceptum præſertim obliget Prælatos, dixi eodem loco, & *cap.* 18. eiuſdem primi tomi *num.* 69. Prout etiam illis præcipitur in dicta Clementina: *omni negligentia, & incuria penitùs relegata*, vt ibi dicitur. Rodriguez *to.* 1. *quæſt. Regular. q.* 42. *ar.* 1. Miranda *to.* 1. *Man. Prælat. q.* 37. *ar.* 5.

3 Hinc collige, Prælatos negligentes notabiliter, & abſque legitima cauſa, in frequentatione Chori, peccare mortaliter; non ſolùm, quia ratione ſcandali, & mali exempli in cauſa ſunt quòd ſubditi idem faciant, ſed etiam, quia vix poterit, ipſis abſentibus, Officium diuinum, prout decet, in Choro celebrari. Suarez *to.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de hor. Canonic. cap.* 10. *num.* 8. Filiucius *to.* 2. *tract.* 23. *cap.* 4. *num.* 135. Bartholomæus à S. Fauſto *de horis Canonicis l.* 2. *q.* 18. Vnde tales Prælati deponi debent à ſuis officijs. Tum ex particularibus Statutis, & Conſtitutionibus Religionum, ſpecialiter ex noſtris *p.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. vbi in hoc negligentes iubentur grauiter puniri. Tum ex iure communi *ca. Si quis Præsbyter. diſt.* 92. vbi Clericus Eccleſiæ deputatus Choro adeſſe negligens deponi iubetur. Bartholomæus à S. Fauſto *in Theſauro, l.* 6. *quæſ.* 179. Peirinis *to.* 2. *de Prælato q.* 1. *cap.* 4. *num.* 123.

4 Obligantur etiam eodem præcepto, & ſub mortali, pſallendi quotidie in Choro diuinum Officium Cõmunitates ipſæ Religioſorum, ſeu Religioſarum; vel, quod idem eſt, Religioſi, aut Religioſæ perſonæ collectiuè ſumptæ. Ratio eſt, quia hoc præceptum obligat Eccleſias ipſas; Eccleſia autem ſupponit pro perſonis Eccleſiaſticis in ea exiſtentibus collectiuè ſumptis. Bonacina *de Horis Canonicis diſp.* 2. *q.* 1. *punct.* 1. *num.* 9. Diana 3. *p. tract.* 2. *Reſolut.* 18. Bordonus *Reſolut.* 30. *num.* 5.

5 Non tamen tenentur dicto præcepto regulariter loquendo Religioſi ipſi, aut Religioſæ in particulari diſtributiuè, aut diuiſiuè ſum-

Digitized by Google

ptæ, propter oppositum fundamentum, scilicet, quia hoc modo sumpti non repræsentant totam Ecclesiam Regularem, cui immediatè est positum hoc præceptum. Bonacina, Diana, & Bordonus relati, ex Suarez *to.* 2. *de Religione l.* 4. *cap.* 10. *num.* 5. & Raphaele de la Torre *in* 2. 2. *D. Tho. to.* 1. *controu.* 10. *de Horis Canonicis disp.* 1. *num.* 6. Dixi, *regulariter loquendo*, quia in casu quo singulorum absentia in causa esset quòd Officium diuinum in Choro, vel non celebraretur, vel non eo modo quo debet celebrari, singulos in particulari obligaret hoc præceptum. Bonacina *dicto num.* 9. *& disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 2. *num.* 8. §. *Dixi.* Bordonus *suprà*. Quo etiam casu teneretur Prælatus districtè præcipere subditis, vt chorum sequantur. Bonacina, & Bordonus. *ibid.* An verò extra talem casum, Religiosi, qui ex consuetudine non veniunt ad Chorum peccent mortaliter, variant DD. Etenim Peregrinus *in Commentar. ad Constitutiones sui Ordinis p.* 1. *littera B.* tenet partem affirmatiuam, negatiuam verò Diana *supra*. Ego autem, licet priorem sententiam probabiliorem credam ratione scandali, aut mali exempli, quod ferè semper accidit, si Religiosus consuetus sit sine legitimo impedimento ad Chorum non venire; posteriori verò adhærendum puto, secluso tali scandalo, etiam si adsit consuetudo: quia iuxtà dicta *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 18. ex S. Tho. & Caietano, consuetudo transgrediendi leges non obligantes ad mortale non inducit peccatum mortale per se loquendo. Quid verò dicendum sit de obligatione Religiosorum ad sequelam Chori, propter Decreta Summorum Pontificum Clementis 8. & Vrbani 8. habes *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 20. Quid etiam propter obligationem Regulæ, & Constitutionum, vnaquæque Religio habebit in hoc particularia iura. Quantùm verò obligent Regulæ, & Constitutiones Religionum habes ex dictis *to.* 1. *cap.* 7. & 8. Illud certum Canonicos, & alios Beneficiarios strictiùs obligari ad chorum, quàm Regulares, quia illi, & non isti obligantur ex iustitia, scilicet, ratione beneficij, quod illis datum est ob publicam recitationem diuini Officij. Suarez *supr. n.* 16. Bonacina *dicto n.* 8.

6 Officium porrò diuinum, ad quod dico teneri Ecclesias omnes Regulares, & totam Communitatem Religiosorum, vel Religiosarum in eis existentem, & præcipuè Prælatos ipsarum, non solùm includit septem horas Canonicas, sed etiam Officium Beatæ Virginis, Officium mortuorum pro secunda die Nouembris, Litanias in die S. Marci, & in tribus diebus ante Ascensionem, Psalmos Graduales, & Pœnitentiales, & Officium defunctorum pro diebus, quibus iuxta rubricas Breuiarij debent dici. Ratio est, quia Officium diuinum importat laudes, & preces ab Ecclesia institutas ad orandum,

dum, & laudandum Deum certis, ac definitis horis, hæc enim eſt definitio Officij diuini, & competit prædictis. Peirinis *ſupr. n.* 124. ex pluribus DD. De quo etiam Candidus 4. *p. diſquiſ.* 4. *art.* 24. *dubit.* 19. *& ſequentib.* Quando autem, & quibus diebus obligent prædicta, habes ex dictis *to.* 1 *eo cap.* 12. relato.

7 Idem dico de Officijs diuinis, quæ in aliquibus Monaſterijs dicuntur in Choro ex obligatione fundationis ipſorum, teſtamenti, pacti, legati, eleemoſynæ, Capellaniæ &c. qualia ſunt aliqua Officia mortuorum, Veſperæ B. Virginis, Sanctorum &c. ea enim dicere ſpectat ad totam Communitatem collectiuè; ad Superiores autem, vt præcipiant ſubditis, vt illis ſatisfaciant, propter dicta à ſimili. Addit Bordonus *ſupr. num.* 9. etiam ſpectare ad ſingulos Religioſos diuiſiuè, ita vt ſinguli peccent mortaliter ea omittentes. Sed hoc non admitto, niſi id habeatur in prædictorum onerum inſtitutione. Ex conſuetudine enim Eccleſiarum Regularium habetur, quòd dummodo in Choro adſit numerus competens Religioſorum, ipſi ſatisfaciant huiuſmodi obligationibus. Imò in rigore loquendo, niſi, vt dixi, id exprimatur in iſtarum obligationum inſtitutione, aut habeatur ex voluntate Inſtitutoris, cum quatuor Canonici, vel Eccleſiaſtici conſtituant Chorum, vt habent Macignus *Tract. de Horis Canonicis cap.* 56. *num.* 24. & Diana 2. *par. Tract.* 12. *Reſolut.* 31. videtur dicendum, quatuor Religioſos ſufficere in Choro pro talium onerum adimpletione. Caſu autem quo non adimpleantur, teneri Monaſteria ad reſtitutionem prouentuum, quæ ex illis Officijs ipſis contingunt (etſi oppoſitum tueatur idem Bordonus) certum omninò eſt, cum ex communi ſententia Doctorum, de qua inter alios Sotus 4. *de Iuſtitia q.* 7. *art.* 3. & Sairus *in Claui regia, l.* 10. *Tract.* 2. *cap.* 1. ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ, ſeu contractus, aut ratione damni tertio illati, oritur obligatio reſtituendi. Quæ omnia interueniunt in preſenti, ſiquidem prædicta Officia debita ſunt ex iuſtitia commutatiua ratione contractus initi inter ipſorum Inſtitutorem, & Monaſteria, & in omiſſione illorum damnum ſpirituale illi infertur. Sicut ex communi ſententia Doctorum idem dicitur de non adimplentibus obligationes Miſſarum, Anniuerſariorum, & Legatorum &c.

8 Hæc porrò omnia etiam applicari debent ad Conuentus paruos. Etſi enim tales ſint, & in ipſis forſan prædictus numerus quaternarius Religioſorum quandoque non reperiatur, hoc tamen non tollit quominus, iuxtà eorum poſſibilitatem, ſatisfacere teneantur obligationibus prædictis, ſaltem ratione pacti, aut promiſſionis, quibus illas acceptarunt. Etſi oppoſitum etiam in ſinu & idem Bordonus.

Circa

9 Circa modum autem officiandi, seu dicendi Officium diuinum in Choro, nota primò, illud non debere dici transcurrendo, syncopando, ex tanea, vana, aut profana intermiscendo colloquia, prout expressè in dicta Clementina prima *de Celebrat. Missarum* cauetur. Imò id esse quandoque peccatum mortale dixi eo *cap.* 12. *num.* 12. Psalli etiam debet deuotè, prout etiam in eadem Clementina præcipitur, conformiter etiam ad *cap. Dolentes de celebratione Missarum*. De qua deuotione, seu attentione requisita dixi *cap.* 12. relato *nu.* 11. Dici etiam debet debitis, & statutis temporibus, prout in eadem Clementina præcipitur, adiuncta consuetudine Ecclesiæ, ita vt sine magna causa oppositum facere, graue peccatum sit, iuxta dicta eo *cap.* 12. *num.* 15. Præueniri tamen potest, cum timetur impedimentum non recitandi illud tempore debito. Naldus *in Summa verbo Officium diuinum num.* 3. post Canum, quem refert. Notandum tamen, quòd licet semel, vel iterum possint Prælati Regulares dispensare, vt Officium alijs temporibus, quàm statutis ex consuetudine Ecclesiæ dicatur in Choro, non tamen possunt in perpetuum id facere, etiam causa iusta interueniente. Ratio est, quia contrarium præcipitur in dicta Clementina prima *de Celebrat. Miss.* quæ est Concilij generalis Viennensis, in præceptis autem Concilij generalis, licet possint Episcopi, ac per consequens etiam Prælati Regulares pro aliquo casu dispensare, sed non pro semper, quacunque etiam data causa. Sanchez *to.* 2. *Consil. moral. l.* 7. *ca.* 2. *dub.* 42. *n.* 6. ex Armilla, Tabiena, & Nauarro.

10 Dici præterea debet Officium diuinum in Choro, vel Ecclesia. Ita enim colligitur ex dicta Clementina, & ex *ca. vlt. dist.* 92. accedente traditione, & consuetudine Ecclesiæ. De quo Nauarrus *de Oratione tract.* 5. *num.* 3. Bellarminus *l. de bonis operibus ca.* 18. Reginaldus *l.* 18. *num.* 178. Causa tamen rationabili supposita, scilicet, constructione Ecclesiæ, vel Capellæ, vel ad euitandum magnum frigus, aut magnam aliquam temporis intemperiem, dici potest in Sacristia, vel alio loco proximo Ecclesiæ. Bonacina *supra disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 5. *num.* 3. & 4. ex Macigno, & Suarez. Declaratum etiam dicitur à S. Congregatione apud Barbosam *in Collectaneis Bullarij verbo Officia propria*, Officium diuinum recitari posse extra Chorum in Sacristia diebus ferialibus arbitrio Episcopi, non verò in festiuis, non obstante contraria consuetudine. Curandum tamen semper, vt eo loco dicatur, quòd percipi possit à fidelibus in Ecclesia existentibus. Officium enim diuinum publicum, de quo loquimur in præsenti, non solùm dicitur propter vtilitatem dicentium, sed etiam audientium. Propterea enim, vt credo, Romæ decisum audio,

non

Digitized by Google

non potuiſſe Canonicos quoſdam ſatisfacere ſuæ obligationi in Sacriſtia, quæ non habebat feneſtram verſus Altare maius.

11 Pro Religioſis autem maximè ſcrupuloſioribus in Choro celebrantibus diuinum Officium aliqua animaduertenda. Primò, qui ſubmiſſa voce recitat ſuos verſiculos, & audit ſocios canentes aliam partem, ſatisfacit obligationi Officij; quia talis verè recitat Officium cum alijs. Suarez *d. l.* 4. *cap.* 12. Sanchez *ſupr. dub.* 14. Candidus *to.* 2. *Diſquiſit. moral. diſquiſ.* 25. *art.* 24. *dub.* 3. Secus eſſet ſi tantum audiret alios, & ipſe nec cantaret, nèc recitaret ſuam partem; quia præceptum Eccleſiæ eſt de recitando, aut cantando Officio, non de illo audiendo. Bonacina *d. q.* 3. *punct.* 2. *num.* 15. Secundò, qui ſuam partem recitat, ſed aliam, quam alter Chorus recitat, attendens ad illam, ex aliquo accidenti, ſurditate, vel impedimento, non percipit, ſatisfacit Officio, quia verè recitat cum alijs. Sa *in Summ. verbo Horæ Canonicæ num.* 9. Tertiò, qui in Choro aliquid omittit culpabiliter, aut inculpabiliter, non debet omiſſum repetere durãte Officio in Choro, ſed potius debet illud reſeruare poſt expletum Officium. Ratio eſt, quia iuſtam habet cauſam differendi, cum Chorus ſemper proſequatur Officium. Bonacina *d. q.* 3. *punct.* 4. poſt Nauarrum, Suarez, Filiucium, & alios; quos refert. Imo ſi talis pars, quæ omittitur eſt parua, prætermitti poteſt, quia cum materia ſit leuis, ex leui cauſa omitti poteſt. Idem Bonac. *ſupr. puncto* 2. §. 1. *num.* 23. ex eiſdem Auctoribus. Vnde infertur, idem eſſe dicendum de Religioſo ſerò ad Chorum venienti, ſi non multùm in Choro proceſſum eſt. Candidus *ſupra art.* 26. *dubit.* 2. poſt alios. Quartò, probabile ſatis eſſe, quòd cenſeatur integrè recitare ille, qui dũ dicitur diuinũ Officium in Choro, occupatur occupatione neceſſaria ad ipſum diuinum Officium, vt præuidendo lectionem, quam eſt cantaturus, vel mittitur ad thurificandum Altare &c. nec teneri repetere ea, quæ interim ab alijs dicuntur in Choro. Ratio eſt, quia cum Chorus reputetur vnum corpus, quod vnus dixit dictum cenſetur ab alio, qui detentus eſt occupatione neceſſaria ad ipſum Chorum. Nauarrus *in cap. quando nu.* 36. & 37. Sanchez *ſupra dubio* 15. Limitandum tamen hoc eſt, quando hi ante Officium diuinum non potuerunt, vel non debuerunt præuenire talem occupationem quia hoc ipſis non incumbebat, & propter neceſſitatem repente occurrentem hæc faciunt. Tunc enim non tenentur ſupplere. Nauarrus, & Sanchez *ſupra*. Quintò, probabile quoque eſſe, quòd qui organis Choro reſpondet, non tenetur recitare eam partem, quam organum pulſat. Ratio eſt, quia Eccleſia accipit ſonum illum organorum, vt partem diuini Officij. Na-

uarrus *supr. cap.* 21. *num.* 15. Sanchez *suor. dub.* 16. & in idem propendit Sotus 10. *de Iustitia q.* 5. *art.* 3. Sextò, probabiliter etiam dici, quòd qui cantant in Choro non teneantur dicere versum, qui organis pulsatur. Ratio est, quia sonus ille organorum accipitur ab Ecclesia loco vocum, & , vt pars diuini Officij. Sanchez *supr.* ex alijs. Laudabiliter tamen, & securior est vsus nostræ, & aliarum Religionum, quòd versus, qui organis pulsatur, dicatur à duobus in medio Chori. Septimò notat Ioannes Sancius *in Selectis disp.* 15. *num.* 2. §. *Perpendendum* (quod tam pro recitante priuatè, quàm in Choro intelligi potest) infirmum, etsi valentem conuersari cum amicis se inuitentibus, non ob id constringendum esse ad Officium diuinum recitandum; quia amicis confabulari, potius animi diuersionem, quam attentionem importat; Officium verò diuinum attentionem necessariò petit.

12 Præcipuè octauò notandum, Leonem 10. viuæ vocis oraculo concessisse, quòd quicunque dixerit post quamlibet horam diei infrascriptam Orationem, & in fine illius vnum *Pater noster*, & *Aue Maria* pro fœlici statu suæ Sanctitatis, & Ecclesiæ Sanctæ Dei, consequatur plenariam remissionem omnium defectuum in illa hora humana fragilitate commissorum. Oratio. *Sacrosanctæ, ac individuæ Trinitati, Crucifixi Iesu Christi Domini nostri humanitati, & Beatissimæ, ac gloriosissimæ Virginis Mariæ fœcunditati, siue integritati, & omnium Sanctorum Vniuersitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni Creatura, nobisque remissio peccatorum per infinita sæcula sæculorum. Amen. Et Beata Viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni patris Filium, & beata vbera quæ lactauerunt Christum Dominum, Pater noster, & Aue Maria.* Cassarubius *in Compendio Priuileg. Mendic. verbo Officium Diuinum 2. num.* 5. Addens *num.* 6. quòd idem Leo ampliando prædictam gratiam concessit, quòd non solùm sufficiat dicere supra scriptam orationem *Sacrosanctæ &c.* pro supplemento vnius horæ, quando dicitur per se sola, sed etiam omnium horarum, quæ dicuntur semel, seu vno contextu, licet aliquis paruus interuallus inter vnam, & aliam fiat.

13 Circa quam concessionem aliqua notanda sunt. Primò eam videri factam pro omnibus recitantibus Officium, non pro Regularibus tantùm. Nauarrus *in cap. quando de consecrat. dist.* 1. *notab.* 19. Toletus in Summa *l.* 2. *cap.* 13. Rodriguez *to.* 1. *quæstionum Regular. quæst.* 42. *art.* 3. Secundò, quòd quamuis illa sit viuæ vocis oraculo concessa, nihilominus non propterea reuocata censetur hoc tempore, quo viuæ vocis oracula reuocata sunt à Summis Pontificibus.

bus Gregorio 15. & Vrbano 8. Ratio eſt, quia per iſtas reuocationes non reuocarunt hi Pontifices omnes conceſſiones, & gratias viuæ vocis oraculo factas, ſed illas tantùm, quæ fuerunt conceſſæ *Superioribus, & perſonis cuiuſcunque Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, vel ipſis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus*, vt patet ex verbis ipſorum, & docet noſter Strattius *in Inſtruct. pro Carmelit. cap. 20. num. 8. & 9.* Hæc autem conceſſio eſt pro omnibus recitantibus Officium in tota Eccleſia, vt dixi. Tertiò, quòd talis Oratio applicari debet pro fœlici ſtatu Summi Pontificis, & Sanctæ Eccleſiæ, vt patet ex dicta conceſſione, quod tamen aliqui non animaduertunt. Quartò, quòd defectus humana fragilitate commiſſi in recitatione Officij, quorum remiſſio à Papa conceditur recitãtibus dictam Orationem, nõ ſunt illa peccata mortalia, quæ in tali recitatione committi poſſunt, non recitando v. g. integrè, vel attentè, ita vt ab onere repetendi talis Officij liberetur ſic recitans. Hoc enim eſſet maximum, & extraordinarium priuilegium, ac ſpeciali nota dignum. Solùm ergo ſunt illi defectus, qui vel per nullam culpam, vel ſolùm per venialem committi poſſunt in tali recitatione, ita vt ab onere iterum repetendi recitata cum ipſis, excuſetur recitans. Addunt aliqui etiam remitti talia venialia ex vi talis Orationis ad modum Sacramentalis. Quod tamen dubium valde eſt, & abſque ſufficienti fundamento dictum. Quartò, probabile eſſe valere iſtam conceſſionem, etiam ſi talis Oratio ab vno ſolo, Hebdomadario ſcilicet, aliorum nomine, dicatur. Ita enim piè interpretari poteſt intentio Pontificis in re maximè fauorabili. Bordonus *ſupr. num.* 28.

14 An Prælati diſpenſare poſſint, vt in Choro pro aliquo caſu recitetur officium non contentum in Breuiario, vide dicta 3. *to.* verbo *Breuiarium num.* 5. Vbi etiam, & *to.* 1. eo *cap.* 12. & 21. alia ad intentum. Item eodem *tertio to.* verbo *Defunctus*, præſertim *n.* 6. & 7. alia, quæ pertinent ad Officium Defunctorum. Qualiter etiam excommunicatus maiori excommunicatione non poſſit diuina Officia ex officio exercere, aut illis aſſiſtere, licet ea teneatur priuatim dicere, habes ex dictis eo 3. *to.* verbo *Excommunicatio quoad Regulares nu.* 14. & 19. Qualiter quoque diuina Officia per interdictum prohibeantur, habes etiam ex dictis eo *to.* 3. verbo *Interdictum quoad Regulares à num.* 20. Similiter, quæ diuina Officia prohibeantur Religioſo irregulari, dixi eodem *tertio to.* verbo *Irregularitas num.* 6. & 7.

15 De Officijs autem proprijs Sanctorum, ſeu Beatorum, quæ tam in Choro quam extra, recitari poſſunt, præter dicta eo *cap.* 12. & 21.

vide Decreta S. Congregationis apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Officia propria* 3. (licet ijs diebus videam hoc opus à S. Congregatione Indicis prohibitum) & Nouarium *in Lucern. Regular. verb. Officium*. Notandum etiam eſt S. Congregationem apud eundem Barboſam eo libro *verbo Pœna* mulctaſſe pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ quemdam Priorem, qui recitauit in Choro Officium quoddam non approbatum. Quod notandum eſt pro Regularibus.

OLEVM SANCTVM QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

Oleum Sanctum eſt triplex. num. 1.
De Chriſmate. num. 2.
De Oleo Cathecumenorum. num. 3.
De Oleo infirmorum. num. 4.
An poſſit miſceri cum alio non benedicto. num. 5.

1 OLeum Sanctum in die Cœnæ Domini per Epiſcopum conſecratum eſt triplex. Primum, & principale dicitur Sanctum *Chryſma*, quod de Oleo, & balſamo conficitur, quo benedicuntur fontes Baptiſmales, Calices, & Patenæ, Eccleſiæ, & Altaria, & pueri baptizati in vertice, & in fronte, & Epiſcopi quando conſecrantur in manibus, & in capite, & omnes fideles cum Chryſmantur. Quod quidem oleum annuatim conſecrandum eſt, & innouandum *cap. ſi quis de alio de conſecrat. diſt.* 4. Secundum eſt, Oleum Cathecumenorum, quod dicitur Oleum benedictum, ſiue Sanctum, quo inunguntur baptizandi inter ſcapulas, & in pectore; & manus Sacerdotis cum ordinatur, & Principes, ac Reges in brachio, & humero, & Eccleſia, ac Altare ante Chryſmationem. Tertium eſt, Oleum infirmorum, quo inunguntur infirmi in extrema vnctione. *vt de Sac. vn. cap. vnico*. Angelus, Silueſter, & alij Summiſtæ *verbo Oleum Sanctum*, Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat.* 31. *num.* 1. Candidus *to.* 3. *diſquiſit. diſquiſ.* 3. *art.* 2. *dub.* 15. De illis aliqua, quatenus ad Regulares ſpectare poſſunt, dicendum.

2 Et quidem loquendo de primo Oleo, ſcilicet chryſmate, conſtat ex dictis *to.* 3. verbo *Conſecratio num.* 3. quid ſit, quando, & à quo confici debeat, & qualiter peccent, qui veteri Chriſmate, ideſt, qui

Digitized by

qui non sit illius anni, vtuntur. Pro quo etiam extant declarationes S. Congregationis apud Barbos. *in Collectan. Bullar. verbo Olea Sacra*. Qualiter etiam eo vti non possint Abbates, aut Prælati Regulares in aliquarum rerum benedictione, aut consecratione, dixi eodem 3. *to.* verbo *Altare num.* 3. *&* 4. & verbo *Benedictio, & benedicere n.* 8. *&* 11. & eo verbo *Consecratio n.* 2. ex varijs etiam eiusdem Sacræ Congregationis declarationibus.

3 Loquendo autem de secundo Oleo, Cathecumenorum appellato, illud solùm pro Regularibus animaduertendum, quòd quando curam animarum cum Baptisterio habuerint, prædictum Oleum illis sit necessarium, sicut etiam Chrysma pro vnctione baptizandorum modo dicto. Idem dico de tertio Oleo, scilicet infirmorum, pro Sacra vnctione extrema danda infirmis moribundis. Vnde illis concedendum est ab Episcopis, vel Ordinarijs, prout ex declaratione Sacræ Congregationis, quam refert Barbosa in *dictis Collectaneis* loco relato colligitur. Omnes etiam quantumuis exempti subijciuntur Episcopis quantùm ad petitionem talium Oleorum. *cap. veniens de præscript.* vbi Abbas *notatione* 2. Rebuffus *in Praxi beneficiorum parte* 1. *tit. de Clericis num.* 22. Erasmus Cochier *de Iurisdictione Ordinarij in exemptos par.* 2. *q.* 45. *num.* 16. Debent etiam talia Olea Sacra illis gratis omnino tribui, ita vt neque liberè oblatum pro illis aliquid accipere possint. Ita enim colligitur ex declaratione Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quam refert Gauantus *in Manuali Episcopor. verbo Olea Sacra*. Quare tollenda est consuetudo aliquorum, qui nolunt distribuere illa, nisi oua, aut aliquid aliud ipsis tribuatur. Fuscus *de Visitat. l.* 1. *cap.* 6. *n.* 13. quem referunt Vgolinus *de Potestate Episcopi ca.* 4. §. 3. *n.* 2. & Barbosa *dicta Allegat.* 31. *num.* 21.

4 Specialiter etiam quòd tertium Oleum, scilicet infirmorum, concedi debeat ab Episcopis omnibus Regularibus pro vsu suorum Monasteriorum, colligitur non solùm ex eo quòd Prælati Regulares sint veluti Parochi suorum Religiosorum, ac per consequens ipsis, sicut & alijs Parochis tribuendum, sed etiam ex declaratione Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quam referunt idem Gauantus *supra*, & Aldana *in Compendio Canonicarum resolutionum l.* 1. *tit.* 8. *num.* 10. & ex ipso Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Oleum Sanctum num.* 1. Specialiter quòd Carmelitis tribui debeat istud Oleum, habetur ex Clemente 8. in Bulla *Exponi nobis* in 3. to. Bullarij *num.* 57. vbi præcipit Dominis Archiepiscopis, & Episcopis, vt prædictum Oleum, ipsis petentibus, promptè ac liberaliter exhiberi faciant, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 3. *num.* 20. De quo

Digitized by Google

etiam Nouarius *ſup.* Vbi etiam cum prædicto Barboſa *in dictis Collectaneis* quòd fratres Cruciferi Oleum Sanctum recipiũt à quocunque Epiſcopo ex conceſſione Vrbani 3. in Bulla *Cum anteceſſor* in 1. to. Bullar. in iſto Papa *num.* 1. Quo priuilegio vti etiam poſſunt aliæ Religiones cum ipſis communicationem priuilegiorum habentes. Imò etiam in Iure communi ſtando, & ſecluſo omni priuilegio, ſi Epiſcopus proprius abſit, vel Sedes eo tempore vacet, proximus Epiſcopus adiri poterit ad hoc Oleum habendum, prout ex Gloſſa, & Vgolino tenet Barboſa *dicta Allegat.* 31. *nu.* 19.

5 Nota prædictum Oleum infirmorum, quando timetur non futurum ſufficiens pro illo anno, aut propter aliam rationabilem cauſam, miſceri poſſe cum alio non benedicto, & ex illo augeri, modò ea pars, quæ additur, ſit minoris quantitatis, quàm Oleum conſecratum, totumque reddi conſecratum, ſeu benedictum. Ratio eſt, quia magis dignum attrahit ad ſe minus dignum. *cap. quod in dubijs de conſecrat. Eccleſiæ.* Poſſeuinus *de officio Curati cap. 9. num.* 2. Naldus *in Summa verbo extrema vnctio num.* 2. Barboſa *d. allegat.* 31. *num.* 17. & 18. Candidus 3. *to. loco relato dubit.* 16. 17. & 18. De quo à ſimili idem dixi de aqua Benedicta 3. *to.* verbo *Benedictio*, & *Benedicere num.* 20. Sicque, cum mihi propoſitum eſſet de mandato S. Congregationis retroactis diebus, reſpondi fieri poſſe in quadam grauiſſima Eccleſia Hiſpaniæ.

OPINIO REGVLARIBVS TENENDA.

SVMMARIVM.

Quid de hac materia tractandum. num. 1.
Opinio quid, & quotuplex. num. 2.
Sententia vnius Doctoris an efficiat opinionem probabilem. num. 3.
Conſilium eſt ſequi opinionem tutiorem, & probabiliorem. num. 4.
Regulariter autem loquendo obligatorium non eſt. num. 5.
Ex duabus opinionibus æquè probabilibus qualibet amplecti poteſt, num. 6.
Opinio iam antiquata amplectenda non eſt. num. 7.
In materia, aut forma Sacramentorum non licet ſequi opinionem minus probabilem. num. 8.
Quid in materia obedientiæ Religioſorum erga ſuos Prælatos. nu. 9.
Opinio abrogata, vel reprobata Decreto Superiorum amplectenda non eſt. num. 10.

Ca-

Digitized by Google

Caſus practicabiles à Religioſis in materia opinionum probabiliuum. num. 11.

1 IN hac materia, quia latiſſima, ſolùm aliqua dicenda, quæ magis ad praxim, & caſus fere quotidianos Regularium conducere poſſunt, ſuppoſitis priùs aliquibus ad opinionis naturam ſpectantibus.

2 Eſt autem opinio, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Dubia Regularium num.* 2. idem quod aſſenſus incertus intellectus ad aliquam partem contradictionis cum formidine oppoſitæ. Per quod differt à dubio propriè dicto, iſtud enim eſt motus intellectus indifferens in vtramque partem contradictionis. De quo Sairus *in Claui regia l.* 1. *ca.* 5. *num.* 1. Cornexo *to.* 1. *in* 1. 2. *tract.* 8. *diſp.* 4. Diuiditur in probabilem, & improbabilem. Opinio probabilis eſt, quæ innitur rationi, ſeu fundamento alicuius momenti, ita tamen, vt pro oppoſita parte nihil conuincens ſit. Sanchez *to.* 1. *in Decalog. l.* 1. *cap.* 9. *n.* 6. Portellus *in Dub. Regular. verbo opinio eligenda num.* 1. Improbabilis verò, ea, quæ debili fundamento, ſeu rationi innititur. Vnde in rigore loquendo potiùs debet dici ſententia falſa, quàm opinio. Portellus *ſupr.* Quare ſi daremus, quòd aliqua opinio falſo fundamento, aut nullius ponderis nitatur, dicetur improbabilis, etiam ſi plures Authores pro ſe habeat. Ioannes Sancius *in Select. diſp.* 48. *num.* 48. Rurſus opinio probabilis, alia eſt probabilior, ea ſcilicet quæ innititur pluribus, aut melioribus fundamentis, ſeu rationibus; alia minus probabilis, quæ innititur paucioribus, aut debilioribus. Rurſus opinio alia eſt tuta, & ſecura, ea ſcilicet, quæ aliquo modo vitat peccatum, alia verò tutior, ſeu ſecurior, ea videlicet, quæ magis, & ſecuriùs vitat illud. Non eſt autem idem opinio probabilis, aut probabilior quòd tuta, aut tutior, cum prior dicatur talis reſpectu fundamentorum, quibus innititur, poſterior verò ex eo quòd peccatum vitet. De his Sanchez *ſupr. n.* 5. Portellus *ſupr. n.* 1. & 2. Bordonus *Reſolut.* 19. *nu.* 4. & plures alij.

3 Ex quo collige, authoritatem vnius Doctoris pij, probi & docti, qui rem ex profeſſo diſcuſſit, poſſe efficere vnam opinionem probabilem. Ratio eſt, quia auctoritas talis Doctoris non eſt leue, aut leuiſſimum fundamentum, ſed alicuius ponderis. Sanchez *dicto cap.* 9. *num.* 7. poſt Angelum, Silueſtrum, Nauarrum, Valentiam, & Sa. Quibus iunge Dianam 4. *p. Tract.* 4 *Reſolut.* 30. poſt Merollam, Aluicium, & alios, quos refert. Et Zachariam Paſqualigum *in Deciſ. moral. de opin. elect. deciſ.* 2. poſt Sairum, Vazquez, Caſtrum Palaum, & alios, & *deciſ.* 360. *& ſequentibus*. Dixi *Doctoris*

Pij, & probi, quia attendendum eſt an ſit homo, qui volens mundo placere, aut populi applauſum quærere, nouas, & laxiores ſententias euulgat: talis enim non eſt pius, & probus. Dixi etiam *docti*, quia Doctori non eſt credendum propter dignitatem, ſed propter doctrinam. Dixi quoque *qui rem ex profeſſo diſcuſſit*, quia qui rem caſualiter, incidenter, aut negligenter diſcuſſit, non eſt fide dignus. Adde, quòd quando Doctor ſingularis talem opinionem docens habet dictas conditiones, præponi etiam poteſt ipſius opinio aliorum plurium contrariæ opinioni, propter fundamentum adductum. Villalobos *in Summa to.* 1. *Tract.* 51. *difficult.* 7. *num.* 3. Caſtrus Palaus *in Opere morali to.* 1. *diſp.* 2. *punct.* 1. *num.* 12. Diana *ſupr.* Paſqualigus *ſupr.*

4 Hiſpoſitis dicendum primò. Religioſi maximè conſulendi ſunt ſequi ſemper opinionem tutiorem, & probabiliorem, relicta minus tuta, aut probabili. Ratio eſt, quia in dubijs tutior pars eſt eligenda, iuxta *cap. iuuenis de ſponſal.* & certum teneri debet relicto incerto, iuxta *ca. ſi quis de pœnit. diſt.* 7. quæ, etſi conſilia ſint, vt habent Antoninus 1. *p. tit.* 3. *cap.* 10. §. 10. & Nauarrus *d. ca. ſi quis*, amplectenda tamen videntur Religioſis, qui viam perfectionis ſectantur. Quo ſenſu accipiendus eſt Peregrin. 3. *p. Tract.* 2. *Reſolut.* 3. *& in Addit. ad Conſtitut. ſui Ordinis par.* 3. *q.* 6. Specialiter proinde ad faciendum bonam electionem in opinionibus prudenter eligendis aliquas regulas aſſignant Sairus *ſupr. cap.* 6. ex Azorio, & Filiucio, Peirinis *to.* 3. *priuileg. Minim. ca.* 1. *in Addit. ad Conſtitut. Pyrri num.* 10. ex alijs.

5 Nihilominus dicendum ſecundò, regulariter loquendo poſſe Religioſos, ſiue in operando, ſiue in conſulendo alijs, vti opinione etiam minus probabili, aut minus tuta, relicta tutiori, aut probabiliori, etiam propria. Ratio eſt, quia operans ſecundùm opinionem probabilem non poteſt iudicari temerarius, neque imprudens, habet enim pro ſe fundamentum alicuius momenti: ergo ſic faciens non peccat. Secundò, quia licet opinio tutior ſit perfectior, & ſecurior, nemo tamen tenetur ſequi quod perfectius eſt, & quod ſecurius, dummodo ſequatur perfectum, ac tutum. Ergo &c. Tertiò, quia cum omnimoda certitudo in rebus agendis haberi nequeat, ſufficit, vt operemur cum certitudine probabili, & non requiritur omnimoda certitudo. Opinio autem minus probabilis, & minus tuta eſt aliàs ſufficiens ad bene operandum moraliter: eſſet enim onus intolerabile, & multis ſcrupulis oppoſitum, ſi opiniones probabiliores ſemper inueſtigare teneremur. Ergo &c. Ita fere Sanchez *ſupr. num.* 13. & 14. ex Mercado, Medina, Vazquez, Valentia,

Gutier-

Gutierrez, Suarez, Henrriquez, Azor, Banez, Nauarro, Aragon, Lopez, Ledesma, Salas, Sairo, & Lessio, quos refert. Item Diana *par.* 2. *Tract.* 13. *Resolut.* 1. & *par.* 4. *Tract.* 2. *Resolut.* 4. ex Laymano, Basilio Pontio, Maldero, Filiuccio, Tannero, Barbosa, Garzia, Villalobos, Ioanne Sancio, Lorca, Martinez, Aluarez, Sanctarello, altero Barbosa, Portello, & Merolla, quos refert. Ita etiam Pasqualigus *supr.* post innumeros alios. Ita quoque Cornexo *supr. disp.* 3. *dub.* 6. post Salonem, & alios.

6 Ex quo collige, multo magis posse Religiosos ex duabus opinionibus æque probabilius sequi quamlibet, non solùm quia tunc non operarentur temerè, aut imprudenter, sed etiam quia si tales opiniones sunt æquè probabiles, erunt quoque æquè consonæ rationi, ac per consequens æquè amplectendæ. Cornexo *supr. dub.* 4. ex D. Antonino, Adriano, & Nauarro. Pasqualigus *supra Decis.* 14. ex alijs.

7 Dixi autem supra *regulariter loquendo* posse Religiosos sequi opinionem minus probabilem, & tutam, relicta probabiliori, & tutiori, quia sunt aliqui casus, in quibus id non licet. Primus est, quando illa est iam antiquata, ita vt in praxi opposita recepta sit. Tunc enim talis sententia, vel non est iam opinio, vel saltem improbabilis censeri debet. Sanchez *supr. num.* 11. Sairus *cap.* 5. *num.* 21. & 22.

8 Secundus est, quando agitur de materia, aut forma Sacramentorum, tunc enim etiam si sint de eis variæ opiniones, illis relictis, standum est illi, quam vsus, & consuetudo Ecclesiæ approbat, saltem ad euitandum damnum proximi, quod illi eueniret, si materia illa, vel forma, quam talis opinio dicit esse sufficientem, re vera à Christo vt sufficiens instituta non esset. Sairus *supr. cap.* 7. *nu.* 6. Naldus *in Summa verbo opinio in fine*. Ioannes Sancius *supr. disp.* 27. *num.* 15. Diana *d. Tract.* 13. *Resolut.* 2. & *par.* 4. *Resolut.* 4. Vnde grauiter peccaret qui baptizaret paruulum *in nomine Iesu*, aut *in nomine genitoris*, *geniti*, *& procedentis*, non exprimendo nomina *Patris*, *& Filij*, *& Spiritus Sancti*, quamuis faceret conformiter ad probabiles opiniones antiquas. Et similiter circa materiam eiusdem Sacramenti peccaret, qui baptizaret in lixiuio, omissa aqua pura. Sairus *supr.* Cornexo *dub.* 6. Qui rectè addit oppositum esse dicendum in casu necessitatis. Tunc enim posset Sacerdos vti dicta materia, & forma dubia, saltem sub conditione, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Baptismus num.* 6. & 12. Imò etiam quando dubietas ex parte materiæ non est ex parte Ministri, sed ex parte recipientis Sacramentum, licitè poterit illud administrari, iuxta opinionem etiam minus

minus probabilem, aut ſecuram. Vt in caſu communi, quo pœnitens accedere vellet ad Sacramentum Pœnitentiæ cum attritione cognita, quia tunc Miniſter non faceret contra Charitatem proximi illi conferendo abſolutionem, ſi quidem ipſe voluntariè accedere vult illo modo. Vazquez 1. 2. *diſp.* 63. *cap.* 3. *num.* 10. Sairus *ſupr. num.* 7. Sanchez *ſupr. num.* 34. Similiter in caſu quo varietas opinionum non eſſet circa materiam, aut formam Sacramentorum, ſed circa iuriſdictionem Confeſſarij, licitè poterit ipſe vti opinione minus probabili, & tuta, probabiliori, & tutiori relicta, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Confeſſio num.* 3. Quia tunc re vera nullo periculo inualiditatis exponitur Sacramentum, tum quia eo ipſo quòd Confeſſarius ſequitur opinionem probabilem datur communis error in populo, & Eccleſia pia mater propter bonum animarum dat illi iuriſdictionem, iuxta *l. Barbarius ff. de offic. Prætor.* Tum etiam quia regulariter loquendo in confeſſione ſemper pœnitens confitetur aliquod peccatum veniale ſuper quod quilibet Sacerdos habet iuriſdictionem, & abſoluendo ab illo directè, cum ſine mortali auferri non poſſit, indirectè etiam abſoluet à mortali, poſita tali opinione probabili. Sanchez *ſupr. num.* 35. Leſſius 2. *de Iuſt. cap.* 29. *dub.* 8. *num.* 68. Diana locis relatis ex Caſtro Palao, Granado, Maldero, & alijs.

9 Tertius caſus, in quo non licet Religioſis ſequi opinionem probabilem, eſt in materia obedientiæ, quando ſcilicet Superior præcipit aliquid inferiori; tunc enim inferior tenetur obedire Superiori præcipienti ſecundum opinionem probabilem, etiam ſi inferior probabilem aliam habeat quòd non poſſit præcipere. Ratio eſt, quia, aliàs iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 4. *num.* 26. ex Corduba, & Valentia eſſet confuſio, & deſtructio Communitatis, ſi prætextu opinionis probabilis nollet quis Superiori obedire. Tum etiam quia aliàs cogendi eſſent Superiores ad non præcipiendum, niſi ex certa, & euidenti notitia honeſtatis rei, quæ præcipitur, quod eſt ſupra humanam facultatem. Et ita hanc ſententiam, vt probabiliorem ſequitur Diana *dicto Tract.* 2. *reſolut.* 10. *& dicto tract.* 4. ex multis Auctoribus contra Ioannem Sancium *in Selectis diſp.* 33. & Caſtrum Palaum *in Opere morali to.* 1. *diſp.* 2. *puncto* 6. *num.* 5. Addit Layman. *l.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 2. *num.* 11. ex Corduba, Vaſquez, & Miranda, quòd Superiori præcipienti ſecundùm opinionem probabilem ſubditus teneatur obedire, etiam contra probabiliorem propriam, magiſque tutam. Tum quia in dubio inter Superiorem, & ſubditum, præſumptio eſt pro Superiori. *argument. ca. quid culpatur* 23. *q.* 1. Tum etiam quia ſi ſubditus agere poteſt aliquid licitè ſe-

cun-

Digitized by Google

cundum ſententiam probabilem etiam contra propriam probabiliorem, ac tutiorem, ergo præcipiente Superiore ſecundum probabilem, tenetur ſubditus obedire, etiam contra propriam probabiliorem, ac tutiorem. Quia, vt dixi eo *cap.* 4. *num.* 24. quoties ſubditus poteſt habere iudicium prudentiale quòd res, quæ illi præcipitur, ſit licita,& honeſta,tenetur obedire. In caſu autem præſenti poteſt habere hoc iudicium. Rectè ergo Bordonus *dicta Reſolut.* 19. *n.* 5. inquit, quòd Superior poteſt cogere ſubditum ad ſequendum ſuam opinionem, & is tenetur obedire, & operari ſecundum illam, modò ſit circa materiam intra obiectum ſuæ poteſtatis.

10 Quartus caſus, ipſeque valde generalis, in quo non licet Religioſis ſequi opinionem aliàs probabilem, aut tutam, ſed tutiorem, & probabiliorem, eſt,quando talis opinio abrogata, vel reprobata eſt per Decretum Superiorum. Tunc enim talis opinio deſinit eſſe probabilis. Sairus *dicto cap.* 5. *num.* 21. Fraxinellus *de Sacerdotum obligationib. ſection. 6. obiect.* 14. *num.* 7. Declaratur hoc exemplis in materia celebrationis Miſſarum. Opinio probabilis antiquitùs erat plurium Theologorum, quòd Sacerdos pauper poterat accipere ad ſui congruam ſuſtentationem plura ſtipendia pro vna Miſſa. Poſt Decretum tamen Sacræ Congregationis, iuxta dicta ſupra verbo *Miſſa num.* 14. talis opinio non poteſt in praxi modo ſuſtineri, ac per conſequens ceſſavit iam eius probabilitas, vt bene Fraxinellus relatus. Similiter, iuxta dicta eodem verbo *Miſſa num.* 35. licet etiam antiquitus probabilis ſententia eſſet quòd Sacerdotes poſſent accipere Miſſam celebrandam cum certa eleemoſyna, & poſtea alijs Sacerdotibus eam Miſſam committere, retenta ſibi parte eleemoſynæ, modò tamen poſt Decreta S. Congregationis in contrarium, quæ eo loco retuli,probabilis iam non eſt, ac per conſequens modò teneri non poteſt, prout eo loco dixi ex Diana, Lugo, & Bordono. Niſi forte caſu aliquo dato de quo *ibid.* Idem quoque dico de opinione aſſerente Regulares poſſe vti priuilegio Bullæ Cruciatæ etiam contra voluntatem ſuorum Superiorum, & quoad caſus ab eiſdem reſeruatos, iuxta dicta ex eiſdem Diana, & Lugo *to.* 3. verbo *Bulla Cruciatæ n.* 29. Ac tandem idem dici poteſt de alijs caſibus ſimilibus, de quibus ſæpiùs dixi in diſcurſu huius Summæ. Animaduertendum tamen, quòd ſi non obſtante tali Decreto, eo, & rationibus, quæ pro ipſo ſunt perpenſis, aliqui Doctores ex ſufficientibus fundamentis antiquam ſententiam docuerint, dictum Decretum probabiliter explicando, haberi debet vt probabilis. Sanchez *ſupr. nu.* 11. referens Vaſquez, & Sairum.

11 Cum autem præter hoc caſus, vt dixi, regulariter loquendo poſſint

possint Religiosi opinionem minus probabilem, aut tutam sequi, probabiliori, & tutiori relicta, ideo aliqua pro ipsorum praxi ex dictis colligi possunt. Primò, quoad Prælatos Regulares, ipsos posse, vti facultate dispensandi, absoluendi, & cõmutandi circa suos subditos, iuxta sententias probabiles (etiam probabilioribus in contrarium relictis) id asserentes, de quibus dixi præsertim *to.* 1. *cap.* 18. Quod idem dico de similibus facultatibus ipsorum, de quibus sparsim per totam hanc Summam dixi. Secundò, quoad Confessarios, posse Confessorem absoluere pœnitentem sequendo opinionem minus probabilem pœnitentis, deposita opinione propria probabiliori. Vt si Confessarius credat contractum hunc esse prohibitum, & pœnitens iudicet esse licitum, & vult contractum inire: vel circa circunstantias non mutantes speciem confitendas, & sic de cæteris. Nauarr. *in Manuali cap.* 26. *num.* 4. Layman. *supr. num.* 10. ex Soto, Victoria, Medina, & alijs. Imò teneri Confessarium tunc absoluere pœnitentem, quia talis pœnitens sequendo dictam opinionem non peccat, ac per consequens sufficienter dispositus accedit. Henriquez. *l.* 6. *de pœnit. cap.* 16. *num.* 50. Layman. *supr.* Portellus *sup. num.* 8. ex Suarez, Ledesma, & alijs. Tertiò, quoad Sacerdotes Regulares, illos posse celebrare in Altari portatili propter priuilegia, quæ aliqui ipsorum habent, non obstante quòd plures Doctores dicant ea reuocata esse per Concilium Tridentinum, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Altare num.* 13. & sequentibus. Quartò, Portellus *supr. num.* 3. affert alium casum ad intentum de Confessario cogitatione, vel opere peccante, cum filia spirituali, cui absolutionis Sacramentum, vel Baptismum contulit, quòd scilicet, iuxta opinionem probabilem non teneatur talem circunstantiam confiteri. Alia denique plura exempla ad intentum adduci possent, de quibus in discursu huius Summæ.

ORACVLA VIVÆ VOCIS.

SVMMARIVM.

De illis remissiuè. num. 1.
Constitutio Gregorij XV. reuocatoria ipsorum. uum. 2.
Constitutio Sanctissimi D. N. Vrbani de eadem re. num. 3.
Animaduertenda circa has Constitutiones. num. 4.
Per illas quæ viuæ vocis Oracula reuocata censeantur. num. 5.
An illa, quæ sortita sunt suum effectum. num. 6.
An illa, quæ postea per Bullam, vel Breue confirmata fuerunt. num. 7.

Quid

Digitized by Google

Quid ſi priuilegium per Bullam vni Religioni conceſſum, alteri viuæ vocis Oraculo communicetur. num. 8.
Viuæ vocis Oracula quæ, & qualia ſint. num. 9.

1 DE ijs plura dixi non ſolùm per totum huius Summæ diſcurſum, ſed ſpecialiter *to.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. Alia nihilominus addenda, relatis priùs Conſtitutionibus Gregorij 15. & SS. D. N. Vrbani, quibus, iuxta dicta eo loco, reuocata fuerunt.

2 Igitur Gregorius 15. in Conſtitutione *Romanus Pontifex* quam eo loco retuli, ſic ad intentum. *Itaque motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula indulta, facultates, priuilegia, gratias, & conceſſiones quaſcunque ſpirituales, & Eccleſiaſticas, tam ad forum interius, quàm ad exterius ſpectantia, ac tam ad ſupplicationem partium, quàm motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus à Sede Apoſtolica, quæ tamen viuæ vocis oraculo hactenus quandocunque, & qualitercunque, ex quauis etiam de neceſſitate exprimenda cauſa, quibuſuis Collegijs, Capitulis, Ordinibus, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Societatibus, etiam Societati Ieſu, ac Congregationibus quibuslibet, ſiue eorum, & earum reſpectiuè Præpoſitis, Decanis, Magiſtris, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, Generalibus, vel Prouincialibus, quocunque nomine nuncupatis Superioribus, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi prædictæ immediatè ſubditis, cuiuſcunque dignitatis, præeminentiæ, aut quouis priuilegio munitis, non tamen ad ſupplicationem Regum conceſſas; in ijs videlicet, quæ non ſunt ſortita effectum, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac reuocata, caſſa, ſublata, abrogata, & annibilata, viribuſque, & effectu vacua perpetuò fore, & eſſe, neque in poſterum cuiquam ſubrogari poſſe, etiam ſi expreſſa, & ſpecifica mentio, etiam de verbo ad verbum, de ijs facienda eſſet, decernimus, & declaramus, firmis tamen, & in ſuo robore permanentibus omnibus indultis, & alijs conceſſionibus prædictis viuæ vocis oraculo S. R. E. Cardinalibus ad ipſorum, vel aliorum quorumcunque fauorem, propria S. R. E. Cardinalium manu firmatis, pro ipſis, vel alijs factis, & de quibus ijdem S. R. E. Cardinales teſtimonium in ſcriptis præbuerint, decernentes* &c. Et infra *Non obſtantibus* &c.

3 Poſtea verò SS. D. N Vrbanus ſub anno 1631. die 20. Decembris in Conſtitutione *Aliàs fœlicis*, quæ ad verbum habetur apud Peirinis *to.* 3. *Priuileg. Minim. cap.* 12. *in additam. ad Conſtitut. Vrban.*

Digitized by Google

Vrban. Constitut. 18. aliàs 28. & Ioannem Matiam Nouarium in Lucern. Regular. verbo Oracula viuæ vocis sic ad intentum. Cum autem experientia rerum magistra compertum sit, concessiones, & gratias viuæ vocis oraculo, etiam à S. R. E. Cardinalibus obtentas, & ipsorum manu firmatas, sæpe ab his, in quorum fauorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, & perperam in disciplinæ Ecclesiasticæ detrimentum executioni demandari; idcirco, quantum cum Domino possumus, his, & alijs malis occurrere volentes; motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, & de consilio non nullorum venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium huiusmodi maturè discutiendum commisimus, omnia, & singula priuilegia, facultates, licentias, & gratias quascunque per Summos Pontifices prædecessores nostros, ac per Nos viuæ vocis oraculo, & S. R. E. prædictæ Cardinalium quorumcunque manu firmata, quibuscumque Generalibus, Prouincialibus, cæterisque Superioribus, & personis cuiusuis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, siue sæcularibus, siue Regularibus; vel etiam ipsis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Societati Iesu, aut eius Clericis, seu Presbyteris, alijsque personis prædictis, quacunque de causa, etiam de necessitate exprimenda, occasione, prætextu, vel colore, etiam intuitu, contemplatione, seu ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcunque, aut aliàs quomodolibet concessa, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, tenore præsentium reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac de cætero, reuocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, nullique prorsus deinceps suffragari posse, nec debere, declaramus. Præterea, vt præsentes litteræ omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabunt, quanto citius innotescant, omnibus, & singulis Generalibus, & alijs quocunque nomine nuncupatis Superioribus quorumcunque Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Iesu, & Institutorum, sub excommunicationis, ac priuationis officiorum, & dignitatum, nec non vocis activæ, & passiuæ pœnis ipso facto incurrendis, præcipimus, & mandamus, vt infra tres menses proximos à die publicationis præsentium computandos, omnes, & singulos Prouinciales eorumdem suorum Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Iesu, & Institutorum, de eisdem præsentibus litteris certiores faciant, earumdemque præsentium exemplaria illis transmittant. Qui quidem Prouinciales, sub eisdem pœnis, teneantur singulis Superioribus Monasteriorum, Conuentuum, Collegio-

legiorum, Domorum, & Locorum Regularium præcipere, vt eaſdem præſentes ſubditis ſuis, vt moris eſt, publicent. Decernentes præſentes litteras, etiam ex eo quòd quicunque in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu alio quopiam defectu, notari, impugnari, inualidari, redargui, in ius, vel controuerſiam vocari, aut ad viam, & terminos iuris reduci, ſiue aduerſus illas quodcumque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere. Sicque per quoſcunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis, aliter iudicandi, & interpretandi, facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere. Ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis litteris huiuſmodi, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, etiam Regula noſtra, de non tollendo iure quæſito; Priuilegijs quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis eiſdem Cardinalibus, ac Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, eorumque Superioribus, quocunque nomine nuncupatis, ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs Decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

4 Circa quæ animaduertendum primò, quòd Oraculum viuæ vocis eſt conceſſio, ſeu gratia à Summis Pontificibus oretenus facta ſine ſcriptura. Portellus *in Dubijs Regularium verbo Viuæ vocis oracula num.* 1. Bordonus *Reſolut.* 31. *quæſt.* 1. Vnde non ſolùm conceſſiones factæ per Bullam, aut Breue non dicuntur Oracula viuæ vocis, ſed etiam illæ quæ fiunt per ſignaturam Papæ, quando ſcilicet ipſe alicui petitioni propria manu ſubſcribit, vel ſolùm ſcribendo *fiat*; quia tales conceſſiones non fiunt oretenus, ſed etiam manu. Quamuis autem Oracula viuæ vocis probari non poſſint in forma authen-

Digitized by Google

thentica, nisi saltem duo testes idonei id concessum esse affirment; nihilominus Leo 10. etiam viuæ vocis Oraculo concessit Minoribus, quòd tuta conscientia possent vti omnibus concessis à Sede Apostolica, prout in libris Ordinis reperiuntur, ac si omnia fuissent specificè expressa, & pro maiori conscientiarum securitate omnia de nouo concessit. Et quòd non sint minoris efficaciæ, & valoris, quam si per Bullam, aut Breue ad perpetuam rei memoriam essent concessa. Cassarubius *in Compendio Priuilegiorum Mendicantium verbo Oracula viuæ vocis num.* 1. *&* 2. Rodriguez *to.* 1. *quæstion. Regular. q.* 7. *art.* 5. *& to.* 3. *q.* 22. *art.* 1. *&* 2. Portellus *supr. nu.* 2. Imò etiam, stando in iure cõmuni, viuæ vocis Oracula habent eamdem vim, saltem in foro conscientiæ, ac aliæ Constitutiones Papales, prout colligitur ex *ca. institutionis* 25. *q.* 2. & Clementina *Dudum* §. *Nos etiam de Sepultur.* vbi Glos. *vers. verbo.* De quo Anguianus *Tract. de leg. l.* 1. *cont.* 9. *à num.* 9. Addit Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minim. in Constitut.* 17. *Iulij* 2. §. 1. *num.* 1. hoc intelligendum esse tam in iudicio, quam extra illud, ex Constitutione 22. Iulij 2. apud Rodriguez in Bullario *pag.* 277. *num.* 1. Sed ibi non videtur hoc concedi à Pontifice Eremitis S. Augustini, pro quibus edita est illa Bulla, sed solum, quòd omnes concessiones, siue in forma Breuis, siue per supplicationem sola signatura factæ, habeant tam in iudicio quam extra illud eamdem efficaciam, quam si plumbeo sigillo obsignatæ essent. Vnde nihil ibi de viuæ vocis Oraculis. Quod etiam colligo ex Rodriguez *to.* 1. *Quæstionum Regularium q.* 7. *art.* 5. *& quæst.* 8. *art.* 16. vbi agit de huiusmodi priuilegio Eremitarum Sancti Augustini. Id tamen quod idem Iulius 2. concessit eisdem PP. Eremitanis apud eumdem Rodriguez immediatè post prædictam Bullam, scilicet, communicationem priuilegiorum aliorum Ordinum Mendicantium factã eidem Ordini Eremitarum S. Augustini, ad ea etiam extendi, quæ viuæ vocis Oraculo ab illis impetrata sunt, manet in sua vi, & communicari potest alijs Ordinibus Mendicantibus. Nota etiam id, quod dicto *cap.* 3. *num.* 21. dixi, quòd reuocatis alijs priuilegijs non censeantur viuæ vocis Oracula reuocata nisi expressè specificentur. Videntur enim speciali nota digna. Portell. *supr. num.* 3. ex Henrriq. Refert etiam pro eo Peirinis *supra num.* 2. Sa *in Summa verbo gratia nu.* 13. quatenus eo loco habet, quòd per Constitutiones etiam habentes clausulam generalem *non obstantibus &c.* non reuocentur priuilegia, consuetudines, aut viuæ vocis Oracula, nisi exprimantur, aut nominentur.

5 Specialiter etiam circa reuocationem Oraculorum viuæ vocis factam à Summis Pontificibus Gregorio, & Vrbano nota primò

per

Digitized by Google

per eam non videri reuocata ea viuæ vocis Oracula, quæ conceſſa ſunt generaliter omnibus fidelibus, aut omnibus Eccleſiaſticis &c. iuxta dicta *ſupra* verbo *Officium diuinum n.* 13. ex noſtro Reuerendiſs. Theodoro Stratio, vt enim patet ex Conſtitutionibus relatis ſolùm reuocantur ea, quæ cõceſſa ſunt aliquibus Religionibus, Cõmunitatibus &c. Prælatis, ſeu perſonis particularibus. Secundò, iuxta dicta eo *num.* 21. nec reuocari ea viuæ vocis Oracula, quæ non continent aliquam gratiam, priuilegium, aut indultum, ſed ſunt meræ declarationes, aut explicationes. Quod poſtea ſequutus eſt Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Priuilegia num.* 5. & Bordonus *ſupr. num.* 7. Qui etiam *num.* 2. 3. & 4. dicit nec reuocata eſſe illa viuæ vocis Oracula, quæ continent gratiam omnino fauorabilem, & nulli præiudicialem. Sed licet hoc probabilitatis ſpeciem præſeferat, quia tamen Conſtitutiones Gregorij, & Vrbani relatæ vniuerſaliſſimè loquuntur, & ita, vt credo, iuxta praxim Curiæ intellectæ ſunt, præſertim, quia aliàs ſequi videretur inutilem ferme eſſe reuocationem per ipſas factam; cum omnia ferme viuæ vocis Oracula Religionibus, aut Religioſis conceſſa, concernant, ſaltem regulariter loquendo, forum conſcientiæ, nec alijs præiudicium afferant; ideo oppoſitum dicendum. Probabile tamen eſt, quod ipſe eo *num.* 4. poſt Peirinis loco relato ex 3. *to. priuileg. Minim. num.* 1. tenet, ſcilicet, quòd ſub iſta reuocatione non cadunt viuæ vocis Oracula concedentia Indulgentias, non ſolùm quia illæ videntur ſpeciali nota dignæ, ſed etiam quia non nominantur, nec venire commodè poſſunt nomine priuilegiorum, aut gratiarum, ſed ſunt omnino diuerſa, & à diuerſis non fit illatio, præſertim in odioſis, qualis eſt hæc Conſtitutio, cum ſit reuocatoria tot priuilegiorum. Dixi autem ſolùm probabile id eſſe, quia cum Pontifex Gregorius reuocet *omnes gratias, & conceſſiones quaſcunque ſpirituales, & Eccleſiaſticas, tam ad forum interius, quàm ad exterius ſpectantes*; ſimiliter Vrbanus reuocet etiam omnes, & quaſcunque gratias &c. per viuæ vocis Oraculum conceſſas, & nomine *gratiæ* quo vterque vtitur, & *conceſſionis*, quo vtitur Gregorius, iure intelligenda veniant etiam Indulgentiæ, ideo ipſæ etiam reuocatæ videntur, prout ſuppoſui d. verbo *Indulgentia quoad Regulares nu.* 11. & 12. Vtrumque ergo probabilitate gaudet.

6 Specialiter etiam tertiò notandum circa dictam Conſtitutionem Vrbani, quòd iuxta dicta eo *num.* 21. probabile ſit, quòd non cenſeantur reuocatæ per ipſam conceſſiones factæ per viuæ vocis Oracula, quę ſunt ſortita ſuum effectum, licet effectus habeat tractum ſucceſſiuum pro futuro tempore. Vnde ſi aliquis Religioſus habuit

gratiam ante hanc Constitutionē à Pontifice solo viuæ vocis Oraculo quòd esset Magister, Præsentatus, aut quid simile, non censeatur reuocata per illas. Quod postea sequuti sunt Peirinis *supra n.* 4. & Nouarius *supr. verbo Priuilegia num.* 6. Fauetque maximè declaratio S. Congregat. Episcoporum, & Regularium, quam eo loco indicaui, & refert Castellinus *de elect. cap.* 5. *num.* 37. Ex ea enim constat quòd cum pro parte Dominici de Molina Ordinis Prædicatorum, & Procuratoris omnium Religiosorum Prouinciæ Bœticæ petitum fuerit à Sac. Congregatione quòd declararet, an stante Constitutione Gregorij 15. reuocatoria Oraculorum viuæ vocis, gratiæ, & priuilegia viuæ vocis Oraculo facto Magistris Generalibus, Vicarijs Generalibus, & Procuratoribus generalibus, concessa eorum Ordinibus, quæ sortita fuerunt effectum ante reuocationem, licet effectus habeant tractum successiuum, vel aliàs respiciant particulares personas, vt sunt Præsentaturæ, vel Magisteria, non obstante prædicta reuocatione maneant in suo robore, & valida censeantur, vti in dicta reuocatoria Constitutione non comprehensa, vel aliqua indigeant reualidatione tam in temporalibus, quàm spiritualibus; eadem Sacra Congregatio respondit, *Prædictas gratias, & priuilegia in dicta reuocatoria Constitutione non comprehendi, nullaque reualidatione indigere, proindeque validas, & valida fore, & esse, eisdemque securè vti posse censuit, prout aliàs fuit responsum.* Hęc autem declaratio, etsi solùm pro Constitutione Gregorij data sit, applicari etiam potest Constitutioni Vrbanę. Nota tamen, quòd si aliquis Religiosus haberet per aliquod viuę vocis Oraculum sibi concessum facultatem v. g. dispensandi, vel absoluendi quemlibet ad se venientem in casibus reseruatis, & talem facultatem nondum exercuit, reuocatam censeri per dictas Constitutiones, quia illa non est sortita suum effectum, neque habet tractum successiuum per vnicum solùm actum, prout illum habent gratię relatę in declaratione Sac. Congregationis, sed per plures independentes ab inuicem. Quod dixerim contra aliquos, qui non rectè percepisse videntur id quod loco relato dixi.

7 Dubium tamen est, an per dictas Constitutiones reuocata etiam sint viuę vocis Oracula, quę, etsi primitus verbo tenus concessa sunt, postea tamen per Bullam, vel Breue fuerunt confirmata. Ad quod Bordonus *supr. num.* 4. & 5. affirmatiuè respondet. Probabilius tamen credo contrarium cum Peirinis loco relato ex 3. *to. priuileg. Minim. num.* 1. Quod intelligo non solùm quando prędicta viuę vocis Oracula nominatim, & expresè reseruntur in dicta Bulla, seu Breui, sed etiam quando in genere, aut in communi sub nomine

mine viuę vocis Oraculi innouantur, aut cõfirmantur ex certa ſcientia, ſeu cũ illa clauſula *Quorum tenores ac ſi de verbo ad verbum &c.* quia iam prædicta viuę vocis Oracula deſinunt eſſe talia, & fiunt veluti conceſſa per dictas Bullas, Breuia, ſeu Reſcripta Papę. Vnde, infert idem Author viuę vocis Oracula cõceſſa Religionibus Mendicántibus ante Pium 5. non reuocari per dictas Conſtitutiones, quia ipſe Pius 5. in Bulla *Etſi Mendicantium*, quam retuli *to.2. cap. 1. num.* 12. confirmat omnia priuilegia etiam viuæ vocis Oraculo conceſſa Mendicantibus &c. Idemque dicit de viuæ vocis Oraculis conceſſis ante Gregorium XIII. propter aliam Bullam ipſius, in quibus pro Minimorum Ordine illa confirmat, quæ an practicari poſſint, aut conformia ſint menti Pontificum docti videbunt. Vide ad hoc intentum Bullam Pauli V. quæ incipit *Decet Romanum*, conceſſam Patribus noſtris Diſcalceatis, & quæ habetur inter priuilegia ipſorum in Paulo V. Bulla 4.

8 Quartò nota, quòd ſi priuilegium per Bullam vni Religioni conceſſum, viuæ vocis Oraculo alteri communicetur, probabile, ſatis eſſe tale viuę vocis Oraculum non reuocari per dictas Conſtitutiones. Nam verè non eſt ſimpliciter viuæ vocis Oraculum, ſed priuilegium Bullatum. Turrianus *par.2. ſelectarum diſputationum diſp. 16. dub.* 5. quẽ referũt, & ſequũtur Peirinis *ſup.n.2.* Bordonus *ſup.n.6.*

9 Quæ autem, & qualia ſint huiuſmodi viuæ vocis oracula Religionibus conceſſa, ex Compendijs priuilegiorum ipſarum conſtare poterit. Plura ipſorum habet Caſſarubius *in Compendio Priuilegiorum Mendicantium*. vbi ea quæ ſunt authentica notat. O magno, quæ vero authentica non ſunt ò paruo. Plura quoque ipſorum refert Rodriguez *in ſuo Bullario* circa ſingulos Pontifices, qui illa conceſſerunt.

ORATORIA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

Oratorium quid, & quotuplex. num. 1.
De Oratorijs publicis ipſorumque priuilegijs. num. 2.
Oratoria priuata qualiter permiſſa, num. 3,
Quæ Oratoria gaudeant immunitate Eccleſiaſtica num. 4.
Eorum bona an alienari poſſint ibid.
In quibus Oratorijs miniſtrari poſſit Euchariſtia. num. 5.

Quæ alia in ipſis fieri poſſint ibid.
De Oratorijs priuatis in Domibus Regularium. num. 6.

1 ORatorium propriè eſt locus aptus ad orandum. Angelus *in Summa verbo Eccleſia num.* 3. Silueſter, & alij Summiſtæ *in Summa verbo Oratorium*. Eſt duplex, aliud publicum, & aliud priuatum, rurſus priuatum, aliud, quod pro domibus ſæcularium conſtruitur, aliud, quod in domibus Regularium. De quibus omnibus ſigillatim dicendum.

2 Et quidem loquendo de publicis Oratorijs, præſertim vbi Miſſa eſt celebranda, illa quidem primò ſunt auctoritate Epiſcopi, non ſecus ac Eccleſiæ ipſæ, conſtruenda. *ca. quidam* 18. *q.* 2. *ca. nemo de conſecrat. diſt.* 1. *Auth. vt nullus fabr. Orat.* Item ab eodem antea deſignanda. Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *in Decreto de obſeruandis, & euitan. in celebr. Miſſ.* Similiter ad Dei tantummodò cultum dedicanda. *ca. Oratorium, & ca. in Oratorio diſt.* 42. Rodericus Cuna *in Comment. ad d. ca. Oratorium*. Barboſa *de Iure Eccleſiaſtic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 7. Pariter etiam ab eodem Epiſcopo benedicenda, ſeu conſecranda, iuxta dicta *to.* 3. *verbo Eccleſia, ſeu templum*. Vbi etiam an quoad hoc ſint aliqua priuilegia inter Regulares. Si ea pollui, vel violari contingat, reconciliari, & benedici poſſunt, ſicut, & Eccleſiæ. Barboſa *ſupr. num.* 8. Qualiter porrò id faciendum, & de priuilegijs Regularium quoad illud, habetur eodem verbo *Eccleſia, ſeu templum*. Præterea, iuxta dicta eodem *tertio tomo* verbo *Immunitas Eccleſiarum num.* 2. huiuſmodi Oratoria Eccleſiaſtica gaudent immunitate. De quo Riccius *in Praxi par.* 4. *Reſolut.* 427. Auctoritate demum Epiſcopi præſumitur Oratorium à principio erectum, quando haberet Altare lapideum ſtabile, & non portatile, vt per Decianum *in Tract. crimin. l.* 6. *ca.* 25. *n.* 19. Farinac. *de immun. Eccleſ. n.* 267. affert Barboſa *ſupr. n.* 10.

3 Loquendo etiam de Oratorijs in priuatis domibus ſæcularium, vnicuique fidelium illa in domo ſua habere permittitur, *ca. vnicuique de Conſecrat. diſt.* 1. Angelus, & Silueſt. *ſupr. verbo Oratorium*. Sed Oratoria huiuſmodi non debent eſſe in forma Eccleſiæ. Ijdem Angelus, & Silueſter. Nec ſunt tamquam Eccleſiæ conſecranda. Barboſa *ſupr. num.* 3. Nec in eis habendæ campanæ. *cap. patentibus de priuil.* Silueſt. & Barboſa *ibid.* Nec in eis Miſſa eſt celebranda, dicto *ca. vnicuique* cum ſequentibus. Angelus, Silueſter, & Barboſa. Niſi de licentia Epiſcopi, *ca. Clericos de conſecrat. diſt.* 1. Angelus, & Silueſter *ſupra*. Imo contra oppoſitum facientes quantumuis Regulares procedere poſſunt Epiſcopi, etiam per cenſuras, iuxta dicta

to. 3.

to. 3. verbo *Episcopus quoad Regulares nu.* 19. His autem temporibus ad hoc quòd Missa dici possit in Oratorijs priuatis non sufficit licentia Episcopi, sed requiritur Sedis Apostolicæ licentia, prout sæpius declarauit Sacra Congregatio, specialiter in Epistola eiusdem ad Archiepiscopum Bononiensem, quam referunt Naldus *in Summa verbo Missa num.* 31. & Pasqualigus *in Decis. moral. decis.* 165. in qua grauissimè reprehenditur vsus in contrarium, & ipsi intimatur, vt facultates antea concessas, itritas, & nullas esse declaret, ac denotatur idem quoque intimatum fuisse cæteris Archiepiscopis, & Episcopis. Nota autem, quòd Oratoria, quæ penitus seiuncta sunt à domibus priuatorum ciuium, & ad quæ non patet ingressus per easdem domos, sed potiùs per viam publicam, & communem, concurrentibus cæteris requisitis, non comprehenduntur in prædicto Decreto, sed arbitrio Ordinarij poterunt declarari habilia, & apta ad diuina in ipsis celebranda absque speciali Sedis Apostolicæ facultate, prout aliàs censuerunt consulti patres Doctissimi, eodem Naldo supra referente. De quo etiam Pasqualigus *supr. Decis.* 173. Casu etiam quo Sedes Apostolica prædictam facultatem celebrandi in priuatis istis Oratorijs concesserit exceptis Festis Solemnioribus, celebrari in ipsis non potest, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 21. *num.* 31. in Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Assumptione Beatæ Mariæ Virginis, festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, vt censuit Sacra Congregatio apud Barbosam *supr. num.* 6. Iure etiam communi *ca. si quis de consecr. dist.* 1. qui habent Oratoria in agro non possunt ibi audire Missas in Pascha, Natali Domini, Epiphania, Ascensione, Pentecoste, Natali S. Ioannis Baptistæ, & similibus diebus. Limitatio porrò illa facta à Sac. Congregatione pro diebus Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, probabiliter sanè intelligenda venit solùm pro primis diebus harum Festiuitatum, quia restrictio indulti, seu gratiæ sapit odium, & sic strictè interpretanda. Naldus *supr. verbo Interdictum num.* 8. Quibus fauent ea quæ probabilia esse dixi ex Soto, Auila, Bonacina, Hurtado, & Diana *to.* 3. verbo *Interdictum quoad Regulares num.* 27. Qua autem moderatione, & pro quibus Missis huiusmodi Oratoria concedi debeant, habet Gauantus *in Comment. in Rubric. Missal. p.* 1. *tit.* 20. §. *in ijs autem.*

4. Quamuis autem Oratoria publica, vt dictum est, gaudeant immunitate Ecclesiastica, sed non ista priuata Oratoria, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Immunitas Ecclesiarum*, & ita declaratum dicitur à Sa Congregatione Immunitatis apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Oratorium.* Deinde, quamuis similiter Oratoria publica

gaudeant ſolemnitate requiſita ad alienationem rerum Eccleſiæ, ita vt ſine illa alienari non poſſint eorum bona, non autem Oratoria priuata. Licet etiam Oratoria publica quoad effectum furti, copulæ pollutionis &c. nomine loci Sacri, aut Eccleſiæ veniant, ſed non Oratoria priuata, cum illa, & non iſta, authoritate Epiſcopi fundentur, & iſta, & non illa ad nutum fundatoris ad prophanos vſus reduci poſſint. De quibus, & alijs differentijs inter vtraque Oratoria. Silueſter *in Summ. verbo loca Religioſa*, præſertim *q.* 2. Acuna *ſupr.* Barboſ. *ſupr. dicto ca.* 8. *à nu.* 12. ex alijs.

5 An in huiuſmodi priuatis Oratorijs poſſint Regulares, cum ibi celebrant, miniſtrare Euchariſtiam, habes ex dictis 3. *to.* verbo *Euchariſtia num.* 11. Vbi etiam an virtute Bullæ Cruciatæ id fieri poſſit. Quæ autem fieri poſſint in eiſdem priuatis Oratorijs virtute eiuſdem Bullæ Cruciatæ, maximè tempore Interdicti, dixi eodem 3. *tom.* verbo *Bulla Cruciatæ nu.* 14. De quo etiam Diana 5. *par. Tract.* 10. *Reſolut.* 76. ex Ludouico de Cruce, & alijs. Maximè notandum pro iſtis Oratorijs, quòd licet, iuxta dicta ſupra in illis non poſſit celebrari ſine facultate obtenta à Sede Apoſtolica, & hoc limitatè, ſcilicet exceptis Feſtis Solemnioribus ibi aſſignatis, ſtando tamen in vi priuilegij Bullę Cruciatę non videtur requiri talis approbatio Sedis Apoſtolicæ, nec habet locum talis limitatio. Eo quòd in dicta Bulla Pontifex abſolutè, & ſine vlla limitatione concedit, quòd illam habens poſsit audire, aut celebrare Miſſam in Oratorio priuato ab Epiſcopo deſignato, & viſitato, etiam tempore Interdicti, hoc eſt omni tempore anni, præterquam in die Paſchatis, vt ibi dicitur. Sic colligo ex Ægidio Trullench. *in Expoſit. Bullæ Cruciatæ lib.* 1. §. 3. *dub.* 4. & Diana *par.* 4. *Tract.* 4. *Reſolut.* 76. Quibus fauet Rodriguez *in Addit. ad Bull. Cruciat.* §. 5. *num.* 1. Illud tamen non placet, quod idem Diana 5. *par. tract.* 12. *Reſolut.* 43. ex relato Trullench. approbat, quòd ſcilicet viſitans in domo ſua Oratorium priuatum, lucretur Indulgentiam Bullæ Cruciatæ conceſſam viſitantibus vnam Eccleſiam. Nomine enim Eccleſiæ quo vtitur Bulla non veniunt, nec venire poſſunt hæc priuata Oratoria, cum ſine dote, aut licentia Epiſcopi fundentur, ſine illa prophanentur, nec gaudeant alijs priuilegijs Eccleſiæ, iuxta dicta ſupra. Fagundez *in* 2. *præcept. Eccleſ. l.* 4. *ca.* 4. *n.* 36. Barbola *ſupr. n.* 11. & 16. ex alijs.

6 Loquendo autem de Oratorijs priuatis in domibus Regularium, cum conſtet ex *d. ca. vnicuique de Conſecrat. diſt.* 1. vnicuique licere in domo ſua Oratorium erigere, non eſt aliqua ratio cur id non ſit permiſſum omnibus Regularibus in ſuis domibus. Idque ſupponitur in aliquibus ipſorum priuilegijs, quæ retuli *to.* 1. *cap.* 21. *n.* 14. & 15.

& 15. De quo etiam Azor. *to.* 1. *inſt. moral. l.* 10. *cap.* 26. *q.* 9. Fagundez *in primum Eccleſ. præcept. l.* 3. *cap.* 13. *num.* 17. & 18. An verò in illis celebrari poſſit propter aliqua priuilegia Religionum, habes ex dictis *to.* 3. verbo *Altare nu.* 13. 14. & 15. De quo etiam Paſqualigus *ſupr. Deciſ.* 174. & *ſequentibus*. Addit Gauantus *ſupra §. Addam ex Scortia cap.* 13. *l.* 2. quòd in Oratorijs, quæ ſunt in domibus Religioſorum priuilegia Societatis Ieſu participantium, iuxta conceſſionem Gregor. 13. ſi ea deputentur ad Miſſam celebrandam à Prouinciali, poterunt ibi Sacerdotes alij non Regulares celebrare. De quo etiam Paſqualigus *ſupra Deciſ.* 180.

ORDINES SACRI.

SVMMARIVM.

De illis remiſſiuè. num. 1.
Ordo quid, & quotuplex. num. 2.
De materia, & forma Ordinis. num. 3.
De ſubiecto capaci illius. num. 4.
De Miniſtro ipſius. num. 5.
An Aliquibus Regularibus competat miniſtrare Ordines. num. 6.
An ligati cenſura poſſint illud miniſtrare. num. 7.
Quo in loco conferri poſſint Ordines. num. 8.
Quo tempore. num. 9.
Quibus poſſint Abbates Ordines, vel Tonſuram conferre. num. 10.
Regulares ſubdantur Epiſcopis quoad collationem Ordinum. num. 11.
Prælati Regulares debent dimiſſorias concedere. num. 12.
An Regulares ordinandi neceſſariò examinari debeant. num. 13.
An poſſint Prælati exempti concedere dimiſſorias ſuis ſubditis ſæcularibus ibid.
De ætate ad Ordines requiſita. num. 14.
De irregularitate defectu legitimæ ætatis. num. 15.
De interſtitijs ad Ordines neceſſarijs. num. 16.
Religioſi ordinantur ſine titulo beneficij, aut patrimonij. num. 17.
De Religioſo inualidè profeſſo, & Ordines ſuſcipiente. ibidem.
Quid de Religioſo ordinato cum dubio de ſua profeſſione, ſi reuertatur ad ſæculum. num. 18.
Ordinari non poſſunt Regulares extra tempora. num. 19.
De Irregularitate propter ſuſceptionem furtiuam Ordinum. num. 20.

Quid quando Epiſcopus declarauit ſe non habere intentionem ordinandi accedentes furtiuè, excommunicatos &c. ibid.
Probatio de vita, & moribus in ordinandis &c. qualiter requirantur. num. 21.

1 DE illis, prout ſpecialiter ad Regulares ſpectare poſſunt, non pauca dixi *to. 1. cap. 14.* & *to. 3.* verbo *Dimiſſoria*, & verbo *Interſtitia*: plura quoque ſparſim per totam hanc Summam. Nihilominus alia nunc addenda pro maiori materiæ complemento, præſuppoſitis primò generalibus principijs ipſius.

2 Et primò quidem dari Sacramentum Ordinis res eſt certa de fide, vt ex Concilio Florentino *in Inſtructione Armænorum*, & ex Tridentino *ſeſſ. 23. cap. 2.* docent communiter DD. ſpecialiter Bellarminus *de Sacramento Ordinis*, Ledeſma *in Summa p. parte de Sacram. Ordinis cap. 1.* Valentia *to. 4. diſp. 9. q. 1. puncto. 2.* Fuit inſtitutum à Chriſto in vltima cœna Lucæ 22. illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*. Ibi enim contulit Chriſtus Apoſtolis authoritatem Sacerdotalem, in qua omnes Ordines formaliter, vel eminenter continentur. Valentia *ſupr. punct. 4.* Enriquez *l. 10. cap. 3.* Eſt autem Ordo *Sacramentum, quo ſpiritualis poteſtas traditur ad conficiendum Corpus, & Sanguinem Chriſti*. Quæ definitio accomodatur ſingulis Ordinibus ſi quidem in Ordine Sacerdotali confertur talis immediata poteſtas, in alijs verò mediata. Sotus *in 4. diſt. 14. q. 1. art. 1.* Bonacina *de Sacramento Ordinis diſput. 8. q. vnica punct. 1. nu. 1.* Candidus *4. p. diſquiſ. 4. art. 1. dubit. 1.* Sunt autem Ordines ſeptem, ſcilicet, Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, Acolytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. Ita enim colligitur ex Concilio *ſupr. cap. 2.* & ex S. Thoma *in Additionibus ad 3. p. q. 37. art. 3.* Vbi Nunnus, & alij ipſius Expoſitores. De quo etiam inter antiquiores Doctores noſter Ioannes Bacco *in 4. diſt. 25. q. 1.* & noſter Guido *in l. contra hæreſes de hæreſibus Valdenſium cap. 14.* Ex quibus quatuor priores vocantur Ordines minores, & non Sacri, tres autem poſteriores maiores, & Sacri, per antonomaſiam ſcilicet, & quia propinquiùs ad Euchariſtiam accedunt. Sanchez *to. 2. opuſc. moral. l. 7. cap. 1. dub. 1. num. 6.* Sunt autem omnes hi ſeptem Ordines vera Sacramenta, characterem imprimentia, ac gratiam conferentia. Eſto plures Theologi id negent de quatuor minoribus Ordinibus. Probatur, tum ex Concilio Florentino *in Decreto Eugenij*. Poſtquam enim dixit, Ordinem eſſe ſextum Sacramentum, continuò ponit exempla de Ordine Sacerdo-

tis,

tis, Diaconi, & Subdiaconi, & addit idem de alijs Ordinibus intelligendum. Tum ex Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 2. vbi hos omnes numerat inter Ordines. Et poſtea *cap.* 3. abſolutè dicit Ordinem eſſe Sacramentum. Tum etiam, quia per omnes illos traditur poteſtas, ſiue proximè, ſiue remotè, ad conficiendum Corpus, & Sanguinem Chriſti. Vualdenſis noſter *de Sacramentis cap.* 116. Bellarminus *de Ordine cap.* 8. Sanchez *ſupr. dub.* 7. ex multis alijs. Quamuis autem plurium ſententia ſit Epiſcopatum non eſſe Ordinem, aut Sacramentum propriè, nec gratiam conferre, prout tenent Siluester *in Summa verbo Ordo primò quæſt.* 1. *dub.* 3. Sotus *l.* 10. *de Iuſtitia quæſt.* 1. *art.* 2. *& in* 4. *diſt.* 24. *quæſt.* 2. *art.* 3. Bonacina *ſupr. n.* 3. ex pluribus etiam alijs. Probabilius tamen eſt oppoſitum, ſcilicet Epiſcopatum, Ordinem, & Sacramentum eſſe, characterem imprimere, gratiamque conferre. Primò ex *cap.* 1. *diſt.* 32. vbi quartò loco numeratur Subdiaconatus, quia nimirum Epiſcopatus eſt primus Ordo, vt notat Gloſ. *ibid.* Item ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 4. *de Sacramento Ordinis*, vbi videtur conſtitui diſtinctus Ordo à Sacerdotio, vt obſeruant Nauarrus, & Valentia infra. Deinde, quoniam Epiſcopatus ordinatur etiam ad conficiendum Corpus Chriſti, quod eſt de eſſentia Sacramenti Ordinis, ordinatur enim ad conſecrandum vaſa Sacra ſine quibus confici non poteſt, & ad ordinandos Sacerdotes, & alios Miniſtros neceſſarios ad Euchariſtiæ celebrationem. Bacco, & Vualdenſis *ſupra*. Nauarr. *in Manuali cap.* 22. *num.* 18. Valentia *ſupra q.* 1. *puncto* 2. *in fine*. Martinus Fornarius *de Ordine cap.* 1. §. 4. & Sanchez *ſupr. dub.* 9. poſt plures alios. Illud certum, primam Tonſuram Sacramentum Ordinis non eſſe, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Irregularitas num* 5. quia ipſa ſolùm eſt inchoatio quædam, & diſpoſitio ad Ordines. Sanchez *ſupra q.* 6. poſt D. Thomam, & alios communiter. Certum etiam, omnes ſeptem Ordines dicendos eſſe vnum Sacramentum Ordinis, & quia ad vnum finem omnes diriguntur, ſcilicet Euchariſtiam perficiendam, & quia ex omnibus illis integratur vnum Sacramentum completum. Bonacina *ſupra puncto* 2. *num.* 2. ex Valentia, Henriquez, & alijs. Epiſcopatus etiam dici poteſt vnum Sacramentum genere, ſed non ſpecie cum Sacerdotio, & comprehendi ſub illo, vt habet Bellarminus *ſupr. cap.* 5. Vel melius dicendum cum Sanchez *ſupra* ex Durando, Angles, & alijs, quòd ſicut conſecratio panis, & vini conſtituunt vnum Sacramentum tanquam partes eius integrales heterogeneæ, ſic conſecratio ſimplicis Sacerdotis, & magni Sacerdotis, qualis eſt Epiſcopus (propterea enim Eccleſia in officio Sancti Epiſcopi canit illud Capitulum *Ecce Sacerdos magnus*)

Digitized by Google

gnius) est vnum Sacramentum, perfectum, & consummatum. Vnde infertur rectè dici posse characterem per Episcopatum impressum esse augmentum quoddam characteris Sacerdotalis, ipsum necessariò supponens, & perficiens, & cum eo integrum characterem perfecti Sacerdotij constituens. Coninch. *de Sacramento Ordinis dub.* 8. Sanchez *supr.* Candidus *supr. dubit.* 3. 5. *&* 6.

3 Quoad materiam, & formam huius Sacramenti dicendum, quòd sicut materia remota illius est res illa, quæ traditur suscipienti ipsum; sic quoque materia proxima est traditio talis materiæ remotæ, seu instrumentorum, quibus significatur potestas, quæ singulis traditur. Forma verò sunt illa verba, quæ in traditione huiusmodi materiæ proferuntur à Ministro, & quæ habentur in Pontificali. Bellarminus de *Ordine cap.* 9. Henrriquez *l.* 10. *cap.* 6. *&* 7. Fornarius *supra cap.* 2. Bonacina *supr. punct.* 3. & alij communiter. Nota tamen primò, quòd licet contactus materiæ sit de essentia huius Sacramenti, quia significatur per verba formæ, prout habent Siluester *in Summa verbo Ordo* 1. *& verbo Ordo* 2. *q.* 5. Sotus *in* 4. *dist.* 24. *q.* 1. *art.* 2. & alij plures; nihilominus non est necessarium tangere illam ambabus manibus, sed sat est vna manu id facere. Siluester *dicto verbo Ordo* 1. Sanchez *supr. dub.* 2. *num.* 3. post Paludanum, Henriquez, & alios. Similiter non est necessarium, vt simul sint mathematicè loquendo, contactus materiæ, & prolatio formæ, sed quòd sint simul moraliter, iuxta doctrinam communem Sacramentorum. Sotus *dicto art.* 2. Fornarius *dicto cap.* 2. *num.* 4. Addit Sanchez *supr. num.* 4. ex Siluestro, Angelo, Tabiena, & alijs, quibus iunge Nunnum *in Addit. ad* 3. *p. to.* 2. *q.* 24. *art.* 5. *difficult.* 2. & Dianam 2. *p. tract.* 16. *Resolut.* 3. Non esse necessarium in consecratione Sacerdotis tangere immediatè Calicem, & Patenam, & Hostiam super illam positam, sed sat est tangere quomodocunque, & modicum quid rei, quæ nullum intermedium discontinuans habeat ad illa. Tum quia ibi iam verificatur corporalis tactus, & receptio, tum etiam quia sicut tangens Calicem censetur tangere vinum, quod est intus, nec oportet immediatè vinum tangere, ita tangens Patenam censetur tangere Hostiam, nec est opus immediatè illam tangere; non enim minus, sed æquè est materia vinum, & Hostia. Addunt aliqui probabile esse, nec esse necessarium, vt ordinandi tangant physicè materiam, sed sufficere quòd manuum extensione ostendant se eam ab Ordinante acceptare. Sic enim ex Soto, Victoria, Henrriquez, Reginaldo, Molfesio, & Vasquez tenet Diana *supra*. Sed, vt notat ex Coninch de Sacramentis *disp.* 20. *dub.* 7. *num.* 71. *concluf.* 6. esto hoc intelligatur de necessitate Sa-

cra-

cramenti, saltem tamen ex præcepto Ecclesiæ oppositum est necessarium. Et ita tutius esse, & conformius vsui Ecclesiæ tenet Fornarius *supr. num.* 4. Tertiò nota, quòd Episcopus, qui profert formam debet ipsemet tradere materiam tangendam. Suarez *to.* 5. *in* 3. *p. disp.* 42. *sect.* 3. *num.* 12. Fornarius *supr.* Bonacina *dicto puncto* 3. *num.* 15. Specialiter an pro consecratione Sacerdotis necessarium sit necessitate Sacramenti, quòd Calix cum vino sit, affirmant plures cum Ledesma *de Sacramento Ordinis cap.* 3. *difficultate* 3. & Ioanne de la Cruce *in Directorio conscientiæ par.* 2. *de Sacramento Ordinis dub.* 2. *conclus.* 1. Sed negat Diana *par.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 186. ex Filiuccio, Homobono, Bonacina, & Henriquez. Res quidem dubia, & saltim consulendum quod Villalobos *in Summa to.* 1. *tract.* 11. *difficult.* 4. *num.* 1. ex Doctoribus salmanticensis Academiæ approbat, scilicet, reiterandum esse Sacramentum sub conditione, si aliquis eo modo ordinatus sit.

4 Loquendo autem de subiecto capaci Ordinis, dicendum, fœminam non esse capacem illius, &, si forte ordinetur, non recipere characterem, vt probat Toletus *in Summa l.* 1. *cap.* 57. *num.* 2. ex Theologis, & Iuristis. Neque hermaphroditum, nisi vigeat in eo virilis sexus, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Irregularitas num.* 13. ex Nauarro, Sairo, & Cornexo. Esset enim contra Christi Domini institutionem, vt probant Valentia *disput.* 9. *quæst.* 4. *puncto* 1. Henriq. *l.* 10. *cap.* 16. Suarez *to.* 5. *disp.* 51. *sect.* 2. ex D. Thoma, & ex alijs contra errorem Cataphrygarum. De quo Glossa *in ea. Diaconissam* 27. *quæst.* 1. Siluester *verbo Ord.* 4. Sotus *distinct.* 25. *q.* 1. *art.* 2. & Valentia *supr.* Qualiter etiam talis hermaphroditus, in quo prævalet masculinus sexus admitti non debeat ad Ordines, vt potè irregularis, dixi eo loco ex eisdem Authoribus. Similiter neque masculus est capax Ordinis, nisi fuerit antea baptizatus, vt patet ex *cap. veniens de presbyt. non bapt.* Fornarius *supr. cap.* 3. *n.* 2. ex D. Tho. & communi sententia. Non Confirmatum autem capacem esse Ordinis constat ex dictis 3. *to.* eo verbo *Irregularitas n.* 50. De quo Nauarrus *in Manuali cap.* 22. *num.* 9. Henriq. *l.* 10. *ca* 14. Quicunque autem baptizatus, etiam infans, capax est Ordinis. Ratio est, quia in *cap. vnico de ijs, qui per saltum ordinantur*, habetur illos non esse Ordinandos qui ante discretionis annos acceperunt minores Ordines, quod etiam dicendum videtur etiam si maiores Ordines suscepissent. Fornarius *supr. num.* 8. ex Toleto, Azorio, & Henriquez, Bonacina *supr. punct.* 5. *num.* 1. ex Valentia, Coninch, Soto, & alijs. Vbi *num.* 3. ex alijs notat hanc differentiam inter pueros vsu rationis carentes, & inter amentes, quòd pueris validè

con-

conferri possunt Ordines, etiam si illos nunquam expetierint. Illis verò qui post vsum rationis inciderunt in amentiam non validè conferuntur Ordines, si illos nullo modo prius expetierunt, censentur enim habitualiter nolle Ordines suscipere. Adde etiam, quòd in adulto cum ordinatur, requiritur intentio. Quare si quis inuitus ordinetur non recipit characterem, vt cum Palud. Asten. Sylu. Tabiena, & Arm. docent Henriquez *supr.* Tolet. *l.* 2. *ca.* 16. *nu.* 2. & Fornarius *supr. num.* 7.

5 Quod attinet verò ad Ministrum Sacramenti Ordinis, certa res est quemcunque, & solùm Episcopum consecratum esse ordinarium Ministrum illius. Ita enim habetur ex Concilio Toletano 8. *q.* 7. Constantiensi *sess.* 8. Florentino *in Decreto Eugenij*, & Tridentino *sess.* 23. *cap.* 4. *& ca.* 7. De quo S. Thomas *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 1. Henriq. *supr. cap.* 23. Fornarius *supr. cap.* 5. Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. Allegat.* 3. *num.* 3. Sanchez *supr. dub.* 18. ex communi doctrina. Apud quem, & alios, an ex commissione Papæ possit committi simplici Sacerdoti conferre primam Tonsuram, & minores Ordines.

6 Specialiter quod attinet ad Regulares, Abbatibus conceditur iure communi *ca. quoniam dist.* 69. *& cap. cum contingat de etat. & qualit.* facultas conferendi aliquos minores Ordines, & in *cap. Abbates de priuileg. in* 6. facultas conferendi primam Tonsuram. Quod totum etiam habetur ex aliquibus ipsorum priuilegijs, de quibus Suarez *to.* 4. *de Relig. tract.* 8. *l.* 2. *cap.* 29. Simileque priuilegium pro Priore S. Ioannis Ierosolymitani referunt Molfessius *in Summa Theolog. moral. tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. & Barbosa *supr. num.* 5. Hæc verò priuilegia neque per viam communicationis extenduntur ad alios Prælatos, quia nunquam fuerunt hoc modo intellecta, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 64. ex eodem Suarez. Nec etiam extenduntur ad Abbates Commendatarios, sed solùm ad illos, qui habent Abbatias in titulum, quia priuilegia Abbatibus, & Prælatis Regularibus concessa non extenduntur ad Commendatarios, vt probat Tamburinus *de iure Abbatum to.* 1. *disp.* 16. *quæst.* 4. *& to.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 1. Nec etiam possunt prædicti Abbates hanc potestatem ordinandi alijs delegare, quia ea quæ sunt Ordinis delegari non possunt, sicut ea, quæ sunt iurisdictionis. Tamburinus *d. disp.* 2. *quæsito* 4. Constat etiam ex dictis eo *cap.* 18. *num.* 65. ex Concilio Trident. *sess.* 23. *cap.* 10. prædictos Abbates non posse Tonsuram, aut minores Ordines conferre nisi suis subditis Regularibus. Licet, prout etiam constat ex dictis *eod. num.* 65. & *cap.* 14. *eiusdem* 1. *to. nu.* 13. ex declarationibus Sacræ Congregationis, Abbates habentes

tes ius baculum deferendi, & mitram, postquam Sacerdotalem Ordinem, & munus Benedictionis susceperint, possint Tonsuras, & Ordines minores sæcularibus Episcopi iurisdictionis subditis conferre, si modò ipsius Episcopi consensus accedat, & à dicto Episcopo quisque litteras dimissorias impetrauerit; ita vt satis non sit id generatim ab Episcopo concessum esse, sed hac concessione semper opus sit singulis &c. Possunt item ipsi Abbates eosdem Ordines conferre alijs Regularibus, qui dimissorias speciales Superiorum suorum, & specialem consensum Episcopi habuerint, ac præterea alijs sæcularibus, qui aliorum Episcoporum iurisdictioni subditi sint, dummodo Superiorum suorum dimissorias attulerint, ac specialem consensum Episcopi loci, in quo Ordines huiusmodi cupiunt suscipere. De quo præter Authores eo loco relatos agunt Azor. *to.* 1. *Instit. moral. l.* 12. *cap.* 20. *q.* 7. Sorbus *in Annotationibus ad Compend. priuileg. Mendicant. verbo Ordines Sacri num.* 5. Fornarius *d. cap.* 5. & Tamburinus *supr. quæsito* 7. referens etiam statutum Concilij Mediolanen. sub S. Carolo Borromeo. Vnde decisio quædam Rotæ sub Seraphino *num.* 985. quam in contrarium afferunt Campanile *in diuersor. Iuris Rubrica* 6. *cap.* 2. *num.* 6. Barbosa *supr. num.* 12. & Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Ordo num.* 2. intelligi debet de Abbatibus ordinantibus sæculares sine consensu Episcopi Diœcesani, vt habent Ioannes Baptista Tiber. *cap.* 7. *Instruct. pro Ordinand. q.* 48. *in fin.* & Tamburinus *supr.* Quod idem censeo dicendum ad aliam declarationem S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quam in contrarium referunt idem Barbosa *de Iure Ecclesiastico l.* 1. *cap.* 33. *num.* 16. & Nouarius *supr.* Forsan etiam id decisum à S. Congregatione pro casu particulari, eo quòd aliqua ex conditionibus assignatis pro Abbatibus supra, in tali casu deerat. Casu autem quo contra prædictas declarationes Abbates prædicti aliquos ordinarent, validam esse talem ordinationem, licet sic ordinati suspensi maneant ab exercitio Ordinum susceptorum, & Ordinatores, ab exercitio Pontificalium, tenet Tamburinus *supr. quæsit.* 8. & 9. & Rodriguez *to.* 1. *quæst. Regular. q.* 18. *art.* 1. ac Suarez *d. cap.* 29. *num.* 20. & 21. Quibus etiam fauet Sanchez *supr. dub.* 19. *num.* 17. Oppositum tamen habetur ex declaratione S. Congregationis Episcop. & Regular. relata, vbi declaratur quemdam Thomam promotum ab Abbate de Corropoli esse malè promotum, & indigere alia promotione. Ad hoc autem quòd prædictam Tonsuram, aut minores Ordines suis subditis Regularibus concedant Abbates, necessarium non est quòd ipsi sint benedicti. Ita enim habetur ex declaratione Sacræ Congregationis sub anno 1619. quam referunt Barbosa

boſa *in collectan. Bullar. verbo Ordo*, & Nouarius *ſupr. num.* 3. & ex multis priuilegijs ipſorum, quæ refert Tamburinus *d. diſp.* 2. *quæſito* 3. Quamuis autem nomine Regularis ſubditi, cui ſoli permittit Concilium Tridentin. *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. conferri poſſe Tonſuram, vel minores ordines ab Abbatibus, communiter intelligant Doctores Regularem profeſſum, quia iſte ſolùm eſt ſimpliciter ſubditus. (Tamburinus *ſupr. quæſito* 10. ex Henrtiq, Miranda, Vechio, & alijs) nihilominus probabile videtur etiam intelligi poſſe nouitium, ita vt etiam reſpectu illius poſſint dicti Abbates id facere. Gaudent enim nouitij priuilegijs Religioſorum, & ſunt aliquo modo partes Religionum, ac ſubditi Abbatibus. Suarez *ſupr. nu.* 12. Sanchez *ſupr. num.* 14. & 15. Peirinis *to.* 2. *de Prælato q.* 3. *cap.* 7 *num.* 22. Non tamen expedit id facere, quia exire poſſunt ex Religionibus, & fraus fieri, quæ præcauenda eſt *cap.* 1. *de ſerv. non ordinand.* Ioann. Andreas *in cap. Abbates de priuileg. in* 6. Rebuffus *in prax. beneficiorum titulo de Clericis à quibus, & quomodo creari debent n.* 17. & 18. Campanile *ſupr. nu.* 8. Sanchez *ſupr. nu.* 15.

7 Abbates porrò, qui prædictos Ordines conferre poſſunt, id etiam validè efficiunt, etiamſi excommunicati, hæretici, ſuſpenſi, & interdicti ſint. Tales enim validè Sacramenta adminiſtrant, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Excommunicatio quoad Regulares num.* 7. Sotus *in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *art.* 1. Henrtiq. *in Summ. l.* 10. *cap.* 21. *in princip.* Fornarius *d. cap.* 5. *num.* 3. Licet ſic facientes irregularitatem incurrant, propterea quòd actum Ordinis, qualis eſt ordinare, tempore cenſuræ exercuerint, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Irregularitas num.* 55. Similiter, ſi prædicti fuerint notorij, ſeu vitandi, qui recipiunt tales Ordines ab ipſis ſuſpenduntur ab illorum executione. Nauarrus *in Manuali cap.* 25. *num.* 69. Fornarius *ſupr.* Bonacina *de cenſuris diſp.* 3. *puncto* 5. §. 1. *num.* 7. Theſaur. *in praxi par.* 2. *verbo Ordo cap.* 21. *num.* 1. ex alijs.

8 Locus autem, in quo tales Ordines conferre poſſunt, eſt proprium Monaſterium tantùm. Ita enim habetur ex dicto *cap. quoniam diſt.* 69. & *cap. cum contingat. de ætate & qualit.* Tamburin. *ſupr. quæſit.* 13. Sanchez *ſupr. num.* 13. Si tamen Abbas rogetur à Prælato alterius Monaſterij exempti, poteſt etiam ibi tales Ordines ſuis ſubditis Regularibus conferre. Sanchez *ſupr.* ex Angelo, Silueſtro, Tabiena, & Armilla.

9 Quoad tempus autem conferendi Tonſuram, & minores Ordines, dicendum, Tonſuram conferri poſſe qualibet die, quia ita conſuetudine Eccleſiæ habetur. Bonacina *ſupr. punct.* 6. *num.* 1. Minores autem Ordines in ſex anni temporibus, nimirum in quatuor tem-

Digitized by Google

temporibus, & in ſabbato ante Dominicam de Paſſione, & in ſabbato Sancto. Ex *cap.* 3. *de tempor. Ordin.* Quibus temporibus tam minores quam maiores Ordines conferri poſſunt. Minores autem etiam Dominicis, & alijs Feſtiuis tantùm diebus ab Epiſcopis conferri poſſunt, vt dicitur in dicto *cap.* 3. *de tempor. ordin.* Idem autem dicendum de Abbatibus affirmat Ioan. Andr. allegans Hoſtien. *in cap. Cum contingat num.* 8. *de etat. & qualit.* & ex ijs Tamburinus *ſupr. quæſit.* 13. Immo ſecundum Ioan. Andr. & Hoſtien. videtur quòd potius his diebus, quam quatuor temporibus ordinare debeant, ne Epiſcopare videantur, id eſt Ordinationes generales tenere. Ita etiam Silu. *verbo Ordo* 2. *q.* 6. Hi autem dies feſtiui debent eſſe de præcepto. Viualdus *in Candelabr. aur. par.* 1. *tit. de Sacramento Ordin. num.* 35. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi par.* 2. *Allegat.* 11. *num.* 22. & alij. Et ſatis erit, ſi ſolemnitas diei feſti ſit in ſua Religione, vel Monaſterio, licet apud alios non celebretur, vt de Epiſcopo docent Henriquez *in Summa l.* 9. *cap.* 28. §. 1. Barboſa, & Tamburinus *ſupr.*

10 Nota demum circa prædictos Abbates, præter dicta *to.* 2. *ca.* 2. *num.* 37. quòd quamuis, iuxta dicta *ſupr. & to.* 1. *cap.* 18. *num.* 65. ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. ipſi non poſſint conferre Tonſuram, aut minores Ordines niſi ſuis ſubditis Regularibus *non obſtantibus*, (vt inquit Concilium) *quibuſcunque priuilegijs, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus*, nihilominus Sanchez dicto *dub.* 19. probabilius eſſe credit non reuocaſſe Concilium priuilegia conceſſa Abbatibus, quæ habentur in Iure, tum quia priuilegium, quod habetur *ca. quoniam diſt.* 69. eſt ſeptimæ Synodi generalis, cui non derogatur, niſi expreſsè nominetur, vt colligitur ex *cap. ex parte*, & *cap. vlt. de capellis Monach. cap. eam de etat. & qualit. cap. nonnulli de reſcript.* tum quia priuilegia Abbatum quoad hoc inſerta ſunt in corpore Iuris *cap. cum contingat de etat. & qualit. cap. Abbates de priuileg. in* 6. At in generali priuilegiorum reuocatione non comprehenduntur inſerta in corpore Iuris.

11 Excepta autem hac facultate Abbatum ad conferendum Tonſuram, & minores Ordines ſuis ſubditis Regularibus, certum eſt Regulares ſubditos eſſe Epiſcopis quoad Ordinum collationem, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Epiſcopus quoad Regulares num.* 15. Vnde priuilegium Innocentij 8. pro quibuſdam Abbatibus Ciſtertienſibus, quod retuli eo *cap.* 2. *num.* 37. conferendi ſuis ſubditis Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines, reuocatum eſt à Concilio Trident. vt eo loco dixi, præſertim, quia, iuxta plurium ſententiam, quos refert, & ſequitur Sanchez *ſupr. dub.* 18. *num.* 10. nec ipſe Papa poteſt

teſt committere Sacerdoti non Epiſcopo facultatem concedendi Ordines Sacros. Vnde etiam dixi *to.* 1. *cap.* 14. *num.* 22. quòd excommunicatio, quam ſolet ponere Epiſcopus ante ordinationem contra eos, qui ordinantur habentes aliquod impedimentum occultum, afficiat omnes, etiam Regulares, & quòd abſolutiones, & diſpenſationes, quas ſolent dare Epiſcopi Ordinantes Ordinatis ad cautelam, proſit etiam Regularibus exemptis.

13 Debent tamen Prælati Regulares dimiſſorias dare ſuis ſubditis, quos volunt ab Epiſcopis ordinari, iuxta dicta eo *cap* 14. *n.* 12. & *to.* 3. verbo *Dimiſſoriæ*, vbi etiam de modo, quo prædictæ dimiſſoriæ dandæ ſunt iuxta Decretum S. Congreg. ſub Clemente 8. quod illis locis retuli. licet Portellus *in Dubijs Regularium verbo Ordines Sacri n.* 1. dicat illud in Hiſpania non fuiſſe in praxi receptum.

13 Nota autem circa hoc Decretum, quòd licet in illo denotetur quod Epiſcopus Ordines collaturus Regulari debeat illum quoad doctrinam examinare, hoc tamen non obſtante, poteſt, ſi vult, illum non examinare, non ſolùm, quando notoriè litteratus fuerit, ſed etiam ſi id ſibi non conſtet, conformando ſuam conſcientiam cum conſcientia Prælati atteſtantis de illius ſufficientia. Prout bene Villalobos 1. *to. Summæ tract.* 11. *difficult.* 14. *num.* 5. Portellus *ſupr. in additione num.* 1. Peirinis *to.* 2. *de Prælato q.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. poſt alios. Poſſe etiam Abbates, & alios Prælatos exemptos habentes Diœceſim cum iuriſdictione Epiſcopali, concedere huiuſmodi dimiſſorias etiam ſuis ſubditis ſæcularibus, dixi eodem verbo *Dimiſſoria num.* 3. & ſequitur Theſaurus *ſupr. cap.* 20. *in fine*, & *cap.* 21. §. *aduerte tertiò*. De quo etiam Sanchez *ſupr. dub.* 21. Et fauet valde declaratio Sacræ Cõgregationis pro Priore quodam Carthuſianorum, quam refert Nouarius *ſupr. à num.* 5. Per eam enim Sac. Congregatio cenſuit reuocandam, & tollendam eſſe, prout reuocauit ſuſpenſionem, per quam prædicto Priori prohibitum fuit ſub die 21. Februarij 1631. concedere litteras dimiſſoriales ad Ordinationes ſubditis proprijs ſæcularibus. Credo etiam probabile eſſe poſſe Prælatos dare dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos Oblatis, ſeu Commiſſis ſuorum Ordinum tria vota non emittentibus, aliàs capacibus, & habilibus. Sunt enim illi aliquo modo ipſis ſubditi, Religionum membra, & ſub earum obedientia degentes, & multis Religioſorum priuilegijs fruentes, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 8. & *ſupr.* verbo *Oblati, ſeu Commiſſi*.

14 Qualiter etiam his temporibus poſt Concilium Tridentinum nullum priuilegium Regulares habeant, quo poſſint ante legitimam ætatem ab eodem Concilio præſcriptam Ordines ſuſcipere, conſtat

ex

ex dictis eo *cap.* 14. *num.* 1. & latè tenet Portellus *supra dicto verbo Ordines Sacri num.* 1. *& verbo Priuilegium num.* 64. ac Bordonus *Resolut.* 21. *num.* 22. Quæ verò sit hæc ætas pro Ordinibus suscipiendis, dixi ex eodem Concilio 3. *to.* verbo *Aetas num.* 6. Pro quo etiam vide dicta eodem *to.* 3. verbo *Annus* præsertim *num.* 6. De pœna autem suspensionis, quam incurrũt Ordinati ante legitimam ætatem, & de irregularitate, quam etiam incurrunt, si cum dicta suspensione celebrant, & qui possint in huiusmodi pœnis dispensare, dixi eo *cap.* 14. *à num.* 2. *vsque ad* 8. *& num.* 21. De quo etiam Cornexo *to.* 2. *in* 3. *p. Tract.* 5. *de Suspens. disp.* 4. *dub.* 1. *cas.* 3. Portellus *supra nu.* 14. & Bordonus *Resolut.* 11. *à nu.* 26.

15 Nota autem, quòd, cum iuxta dicta *to.* 3. verbo *Irregularitas num.* 17. defectus legitimæ ætatis inducat irregularitatem, ideo Religiosus ordinatus ante legitimam ætatem duplex impedimentum habet ad non celebrandum in Ordine sic suscepto, primum, ratione suspensionis, quam incurrit suscipiendo illum ante legitimam ætatem, secundum, ratione irregularitatis prouenientis ex defectu ætatis. Vnde licet absoluatur à prædicta suspensione, non propterea celebrare potest ante aduentum legitimæ ætatis, quia remanet in illo impedimentum Irregularitatis, quod dixi. Suarez *to.* 5. *de Censuris disp.* 29. *sect.* 3. *in fine.* Portellus *supr. num.* 12. E' contra verò, iuxta dicta eo *cap.* 14. *num.* 2. etiam si propter aduentum legitimæ ætatis tollatur impedimentum Irregularitatis, non tamen tollitur suspensio, seu impedimentum ex illa prouenies, etiam superueniente ætate, sed indiget absolutione, seu dispensatione. Vide alia dicto *num.* 17.

16 Similiter qualiter Ordines recipi non possint à Regularibus, nisi seruatis interstitijs, & ad quos pertineat dispensatio in illis, constat ex dictis eo *cap.* 14. *an.* 14. *& to.* 3. verbo *Interstitia* præsertim *n.* 1. An verò sint aliqua priuilegia quoad hoc, vide, præter dicta illis locis, dicenda infra *num.* 19.

17 Religiosos debere ordinari sine titulo beneficij, aut patrimonij, sed solùm titulo paupertatis professæ, constat ex dictis dicto *cap.* 14. *num.* 10. ex Decreto Concilij Trid. Vbi etiam propterea dixi, quòd Regularis, qui scit suam professionem irritam esse, si ordinatur, peccat mortaliter, & incurrit pœnas, quam sæculares Clerici incurrunt si ordinantur sine beneficio, aut patrimonio, quia re vera talis Regularis sæcularis est, & ita si ordinatur ordinari debet ad titulum prædictum beneficij, seu patrimonij. Portellus, & Diana eo loco relati. Item Bonacina *de Clausur. q.* 2. *punct.* 10. *diff.* 5. *num.* 4. & idem Diana 4. *p. Tract.* 2. *Resolut.* 82. Quibus adde Hieronymum

Rodriguez *in Compend. Quæſt. Regular. Reſolut.* 106. *num.* 25. & Bordonum *Reſolut.* 8 *num.* 32. Incurrit etiam ſuſpenſionem poſitam à Pio 2. in Bulla *Cum ex Sacrorum Ordinum*, quam retuli eo *ca.* 14. *num.* 2. quia ibi imponitur hæc cenſura contra recipientes Sacros Ordines abſque legitimis dimiſſorijs, iſte autem non ordinatur cum legitimis dimiſſorijs, quia non ſunt conceſſæ à legitimo Superiori Regulari, qui non eſt verè Prælatus reſpectu inualidè profeſſi. Bonacina, Diana, & Bordonus *ſupr.* Vnde conſequenter incurrit & irregularitatem, ſi cum dicta ſuſpenſione celebrauerit, ſublatis quibuſcunque priuilegijs, & ſolùm à Papa diſpenſabilem, quam ſtatuit Pius 5. in Bulla *Romanus Pontifex*, quæ habetur in 2. *to. Bullarij* inter Conſtitutiones ipſius *num.* 75. quam etiam retuli eo *cap.* 14. *num.* 20. Ratio eſt, quia hæc Conſtitutio Pij 5. non ſolùm procedit contra illos, qui nullo modo profeſſionem emiſerunt, ſed, & contra illos etiam, qui irritam, aut inualidam. Ita enim habetur non ſolùm ex declaratione Sac. Congregationis, quam refert Garzia, *de Benef. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 11. ſed etiam, & maximè ex Rota in vna Vrgelenſi *Canonicatus* 3. Martij 1595. coram Blanchetto, quam refert idem Garzia *ibid.* & poſt ipſum Sanctarellus *variar. Reſolut. q.* 49. *num.* 10. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat.* 19. *n.* 5. & Theſaur. *in Praxi par.* 2. *verbo Ordo cap.* 11. Procedit etiam contra ordinatos cum dubio de validitate profeſſionis, ſi verè reperiatur nulla, vel irrita. Ita enim habetur ex dicta Rotæ deciſione, Garzia, & Theſaur. *ſupr.* Non tamen procedit contra eum, qui putabat bona fide ſuam profeſſionem validam eſſe, aut ſciens nullam eſſe, propter iuſtam cauſam, Superioribus volentibus eum promoueri, non eſt auſus detegere nullitatem, ratione ſcandali, aut damni grauis imminentis, & non poterat effugere ſine ſcandalo. Theſaurus *ſupra* ex Sanchez, & Nauarro. Quibus adde Bonacinam, Dianam, & Bordonum *ſupra*. Quomodo autem conſulendum ſit ſic inualidè profeſſo, vide eumdem Sanchez *l.* 7. *de Matrimon. diſp.* 37. *num.* 43. Quomodo etiam conſulendi ſint Domini Epiſcopi, vt ad euitandum prædictum inconueniens quòd nulliter profeſſi Ordines vt veri profeſſi recipiant, faciant iurare Regulares ante quam illis Ordines conferant, quòd ſunt legitimè profeſſi, vel ſaltem ratificaſſe profeſſionem, habetur ex praxi Eminentiſs. Cardinal. Friderici Borromæi, & Synodo Mediolanenſi, referentibus Gauanto *in Man. Epiſcopor. verbo Ordines maiores n.* 28. & Diana *ſupr.*

18 Quoad praxim tamen Regularium collige ex dictis, Religioſos reclamantes contra ſuam profeſſionem, ſi in Religione exiſtentes ſuſceperunt Ordines Sacros, cum ſcientia, aut dubio de inualiditate

Digitized by Go

ditate ſuæ profeſſionis, ſi reuertantur ad ſæculum, indigere diſpenſatione Papæ, vt in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare poſſint. An verò talium Sacrorum Ordinum ſuſceptio in inualidè profeſſis ſit cenſenda profeſſio tacita, dicam infra verbo *Profeſſio Regularis n.* 4.

19 Quòd Regulares modò poſt Concilium Tridentinum ordinari non poſſint extra tempora, ideſt extra dies *ſupra num.* 9. deſignatos, conſtat ex dictis eo *cap.* 14. *num.* 19. Vbi etiam quid de priuilegio Gregorij 13. pro Religioſis Societatis ſentiendum ſit, dixi. Nota tamen oppoſitum tenere Rodriguez *to.* 3. *quæſtionum Regularium quæſt.* 23. *art.* 5. Villalobos *in Summa to.* 1. *tract.* 11. *difficult.* 12. & 13. Ioannem à Cruce *l.* 2. *cap.* 8. *dub.* 1. Homobonum *de exam. Eccleſ. to.* 1. *tract.* 2. *cap.* 1. *q.* 3. & alios, quos ſequitur Diana *parte* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 31. Nota etiam, Portellum *ſupra num.* 4. aſſerere ſe vidiſſe priuilegium Clementis 8. pro Patribus Congregationis S. Ioannis Euangeliſtæ in Portugallia, quo illis conceſſit anno 1596. die 23. Nouembris, quòd poſſent ordinari extra tempora, & per quemcunque Epiſcopum tribus Dominicis, vel Feſtis continuis, vel interpollatis, non ſeruatis interſtitijs à Concilio Trident. deſignatis, & quoad Ordines minores, vt poſſent concedi quatuor diebus Feſtiuis, vel feriatis, continuis, vel interpollatis. Circa quod priuilegium (cui etiam innititur Diana *ſupr.*) dicit Peirinis *to.* 2. *de Prælato quæſt.* 3. *cap.* 7. *num.* 11. ſemper ſe habuiſſe ſuſpecta priuilegia vltramontana. Quod an rectè dictum ſit alij viderint. Mihi enim ſolùm videtur dicendum, non conſtare quale fuerit tale priuilegium, & an viuæ vocis oraculo ſolum conceſſum. Nota etiam Barboſam *de Officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 4. *num.* 65. aſſerere Pium 4. in Bulla *Circumſpecta* ſub anno 1561. conceſſiſſe Religioni Sancti Ioannis Hieroſolymitani, quòd fratres Capellani dicti Hoſpitalis poſſent à quocunque Catholico Antiſtite ſub Romanæ Sedis obedientia conſtituto Sacros Ordines, etiam extra tempora à Iure ſtatuta, tribus diebus Feſtiuis ſuſcipere. Sed cum hæc conceſſio facta ſit ante Concilium, & per conſequens reuocata, iuxta dicta, videndum eſt an confirmationes priuilegiorum huius Religionis factæ, vt idem Barboſa notat, per Pium 5. Sixtum 5, Gregorium 13. & 14. ac Clementem 8. contineant clauſulam communem, videlicet, *dummodo contraria non ſint Decretis Concilij Tridentini &c.* ſi enim talia fuerint, tale priuilegium modò non ſubſiſtet. De alio Sanctiſſimi D. N. Vrbani 8. conceſſo fratribus Minoribus in Indijs, vt ſcilicet poſſint ordinari etiam extra tempora, & non ſeruatis interſtitijs, agit relatus Peirinis *in Formulario littera O. cap.* 6. *num.* 2. & dicit, poſſe etiam vti illo alios Mendicantes in Indijs habitantes.

20 De Irregularitate porrò, quam incurrit ſuſcipiens Ordines furtiuè, hoc eſt non verè examinatus, neque admiſſus ab Epiſcopo, ſed examine, vel admiſſione alterius vtens, dixi 3. *to.* verbo *Irregularitas num.* 53. Quid verò dicendum pro caſu quo Epiſcopus declarauerit ſe non habere intentionem ordinandi accedentes furtiuè, excommunicatos, irregulares &c. vel ſimiles, licet variè ſentiant Doctores, quibuſdam aſſerentibus tales pro non ordinatis haberi debere ob defectum intentionis Epiſcopi, (prout cenſent Nauarrus *conſilio* 1. *de eo qui furtiuè*, Rebuffus *de beneficijs par.* 2. *tit. de Cleric. male promot. gloſ.* 4. *num.* 19. & alij,) pluribus quoque alijs oppoſitum tenentibus ſatis probabiliter cum Enriquez *l.* 14. *cap.* 6. *nu.* 5. & *l.* 2. *cap.* 8. *num.* 5. Sanchez *de Matrimon. l.* 7. *diſp.* 18. *nu.* 11. & 16. Layman. *de Sacramentis in communi cap.* 4. *num.* 6. & alijs, (eo quòd non obſtante tali proteſtatione Epiſcopus ſemper cenſetur habere, ac retinere practicam, & abſolutam intentionem ordinandi hominem præſentem, non verò conditionatam, ſi quidem appoſitio talis conditionis conformis non eſt Eccleſiaſticæ conſuetudini, imò ſacrilegio obnoxia,) dicendum videtur, quòd ſaltem quando id contingit in receptione Presbyteratus, cum in ipſius inualiditate grauiſſimum immineat periculum, animarum ſalutem concernens, qui tali modo Presbyteratum ſuſceperit iterum ſub conditione ad illum debet ſe facere promoueri, prout tenet in praxi Sacra Pœnitentiaria Romana, teſte Theſauro Pœnitentiario Apoſtolico *ſupra cap.* 7. & docent Granadus 3. *par. de Sacramentis controuerſia* 9. *tract.* 5. *diſp.* 6. *num.* 2. & Diana 5. *par. tract.* 14. *reſolut.* 64. & *tract.* 13. *reſolut.* 47.

21 Probatio de vita, & moribus tum iure diuino, tum ex Concilio Trid. pro ſuſcepturis Ordines requiſita etiam procedit in Religioſis, propter eamdem, vel maiorem rationem. Portellus *ſupra in Additione nom.* 3. Subiungens propterea, quòd ſi Prælatus Religionis det licentiam, vt Ordines ſuſcipiat aliquis Religioſus vitæ culpatæ peccabit mortaliter, ſiue culpæ ſint cognitæ in ſæculo, ſiue ſolùm intra Ordinem.

PARAMENTA SACRA.

SVMMARIVM.

Ipſorum diuiſio. num. 1.
Qua, aut qualia debeant eſſe. num. 2.

Digitized by Google

Notanda circa illa. num. 3.
Alia remissiuè. num. 4.

1 PAramenta, seu ornamenta Sacra, alia sunt, quæ pertinent ad ornatum Sacerdotis, vel Ministrorum Altaris, alia verò quæ spectant ad ornatum ipsius Altaris. De prioribus dicam infra verbo *Vasa Sacra*, & verbo *Vestes Sacræ*. De posterioribus autem modò est dicendum.

2 Sunt autem huiusmodi ornamenta, seu paramenta, primò, linteum, seu mappa linea extensa super mensam Altaris. Etsi verò deceat totum Altare eo cooperiri, ac vestiri; tamen non in omnibus Ecclesijs id obseruatur, vt notant Scortia *de Sacrificio Missæ lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 8. & Layman *de Sacrificio Missæ Tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 11. Secundò, duæ aliæ mappæ, seu syndones lineæ, vel vna duplicata. Ita enim habetur tum ex *cap. si per negligentiam de Consecrat. dist.* 2. vbi quatuor lintea Altaris numerantur includendo ipsum Corporale. Tum ex Rubricis Missalium, præsertim Romani. Tum quia ita audio præcipi obseruari hic Romæ à Visitatoribus Apostolicis pro omnibus Ecclesiæ Vrbis à Sanctissimo designatis. Vnde tuta conscientia non potest aliter fieri, vt habet Gauantus *in Commentarijs in Rubricas Missalis p.* 1. *tit.* 20. §. *tribus mappis*. Quare quod Siluester *in Summa verbo Corporalia in princip. & verbo Missa num.* 2. Suarez 3. *to. in* 3. *p. disp.* 81. *sect.* 6. Sa *verbo Missa num.* 7. & alij dicunt, sufficere pauciores, solùm est admitendum, quando legitima consuetudine id fuerit introductum. Debent autem huiusmodi mappæ benedici. Quamquam non adeo necesse est vt sint benedictæ, quin etiam aliquando ex necessitate possint adhiberi mappæ laicorum non benedictæ. Siluest. *verbo Benedictio q.* 5. Suarez *supr.* Bonacina *de Sacrament. disp.* 4. *q. vlt. punct.* 9. *nu.* 24. Quæ deinde sicuti prius vsibus prophanis applicari poterunt. Layman. *supr.* ex Sa, & Azorio. A quo autem benedici possint, & an à Prælatis Regularibus, habes ex dictis *to.* 3. verbo *Benedictio*, & *benedicere*. Tertiò, Corporalia repræsentantia Syndonem, qua Christus inuolutus, & quod proximè mappis imponitur. Debent esse ex lino, vel canape, saltim ex ea parte, qua continent Calicem, & Hostiam, in ora enim illorum, & extremitatibus non prohibentur auro, & serico ornari, vt notant Suarez *supr.* Fagundez *in* 1. *Ecclesiæ præceptum l.* 3. *cap.* 22. *num.* 11. Debent etiam esse ab Episcopo benedicta. *cap. consulto de Consecrat. dist.* 1. An verò possint ab Abbatibus, vel Prælatis Regularibus consecrari, habes ex dictis loco relato ex 3. *to.* Hic tamē obserua adhibentem Corporalia immun-

da peccare, & quidem grauiter, si valde notabiliter sint immunda, facit enim contra reuerentiam tanto Sacramento debitam, in re, quæ proximè attingit Corpus Christi. Ita Bonacina *supra num.* 23. ex Sa, Suarez, Reginaldo, & alijs multis. Fauetque valde *cap. relinqui de custodia Eucharistia* illis verbis: *Nimis videtur absurdum, in Sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis*. Quartò, Palla, quæ, etsi varias habeat significationes (de quo Fagundez *supra cap.* 21. *num.* 31. & Barbosa *de Iure Ecclesiastico lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 16.) communiter sumitur pro ea, quæ Calici superponitur, & pars quædam corporalis esse censetur, sicuti colligitur ex antiqua consuetudine, secundùm quam Corporale etiam Calicem cooperiebat, vt præter alios notauit Scortia *l.* 3. *cap.* 5. Quare linea esse debet, non serica, vel auro elaborata, parte saltem interiori, qua Calicem tangit. Fagundez *supr.* Layman. *d. num.* 11. Item benedicta ab Episcopo, vel alio habente priuilegium Sedis Apostolicæ. Ijdem Authores ex *cap. consulto dist.* 1. *de Consecrat.* & S. Tho. 3. *p. q.* 83. *art.* 3. *ad* 7. & 8. Quintò, pallium vulgò *pallioto*, & hispanè *frontal*. Non solet autem benedici seperatim ab alijs ornamentis, nec est ita necessarium, vt sine illo celebrari non possit. Etenim si Altare est ornatum auro, argento, vel lapide pretioso, aliud pallium non requiritur. Gauantus *supr.* §. *pallium quoque*.

3 Circa hæc verò ornamenta, seu paramenta, nota primò, posse fieri ex materia etiã prophana, vel etiam ex mulierum vestibus, non solum propter viuæ vocis oraculum Sixti 4. pro Minoribus, quod refert Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Ornamenta Ecclesiastica num.* 7. sed etiam iure communi, quia per benedictionem sanctificantur, & ex prophanis fiunt Sancta, & Sacra. Barbosa dicto *cap.* 2. *num.* 33. Secundò, quòd execrantur, vel amittunt benedictionem, ita vt noua indigeant, quando ita rumpuntur, vt apta non sint ad vsum, ad quem fuerant destinata, aut non amplius priorem retinent figuram. Barbosa *supr. à num.* 36. ex Armilla, Angelo, & alijs. Tertiò, quòd quando fuerint vetustate consumpta incendio dari debent, & cineres in Baptisterio, vel alio abdito loco condi. *ca. Altaris de Consecr. dist.* 1. *cap. ad hæc de Religiosis domibus. cap. quæ semel. de regul. iuris.* Siluester *verbo Benedictio q.* 7. Galganetus *de Iure public. l.* 3. *tit.* 67. *num.* 3. Non tamen debent in vsus prophanos conuerti, iuxta dicta *supr.* verbo *Monasteria Regularium num.* 38. & 45. & qui id faceret horrendum committeret sacrilegium, vt alter Balthasar. S. Tho. 22. *q.* 88. *art.* 11. Siluester *supr.* Fagundez *d. cap.* 21. *num.* 18. Quartò, prædicta vendi non posse, aut etiam pignorari absque sacrilegio, nisi propter magnam ne-

neceſſitatem Eccleſiæ, pauperum, captiuorum &c. & tunc non niſi alijs Eccleſijs, vel ſi laicis, non ad vſus prophanos, ſed ad Sacros, & pios. Azor. *to.* 3. *Inſtit. moral. l.* 7. *cap.* 6. *q.* 4. Nauarrus *in Man. cap.* 17. *num.* 205. Fagundez *ſi pr. num.* 19. Non tamen propterea ſi ſine tali neceſſitate venderentur Simonia committeretur, cum non vendantur, vt ſupponimus, quatenus Sacra ſunt, ſed ratione materiæ. Sotus 9. *de iuſt. q.* 7. *art.* 1. *concl.* 2. §. *ad quæſtionem*. Sanchez *to.* 1. *Conſil. moral. l.* 2. *cap.* 3. *dub.* 15. §. *quartò dico*. Si autem prædicta fuerint pretioſa alienari non poſſunt ſine Sedis Apoſtolicæ licentia, cum conſtet ex dictis *to.* 1. *cap.* 10. *& to.* 2. *ca.* 19. *& to.* 3. verbo *Alienare, ſeu alienatio*, bona mobilia pretioſa Eccleſiaſtica alienari non poſſe ſine prædicta facultate.

4 Alia ad intentum vide infra verbo *Prophanatio Sacrorum*, verbo *Vaſa Sacra*, & verbo *Veſtes Sacræ*.

PAROCHVS, ET PARROCHIA REGVLARIS.

SVMMARIVM.

Parochus, & Parochia quid ſit. num. 1.
An Regulares aſſumi poſſint ad munus Parochorum. num. 2.
An ſaltem ad Parochias Regulares. num. 3.
A quibus prouidendi, & examinandi. num. 4.
An ſubſint viſitationi, & correctioni Epiſcopi. num. 5.
An remoti à Parochia poſſint munus Confeſſarij exercere. num. 6.
De alijs ad ipſos ſpectantibus. num. 7.
Declarationes S. Congregationis circa illos. num. 8.

1 PArrochus Regularis eſt ille Religioſus, qui curam animarum in aliqua Eccleſia ex officio exercet. Parrochia etiam Regularis eſt illa Eccleſia Regularium, cui talis cura eſt annexa. De quibus plura ſparſim per totam hanc Summam, & aliqua ſaltem remiſſiuè hoc loco.

2 Primò ergo, cum ex dictis *to.* 1. *cap.* 2. *nu.* 17. *& to.* 2. *cap.* 18. *num.* 1. conſtet, Regulares non poſſe obtinere beneficia ſecularia ſine Papæ diſpenſatione, ideo non poſſunt ad Parrochias, quæ Regularibus non ſunt ſubiectæ, ſine dicta diſpenſatione promoueri. Quid verò de Nouitijs ſentiendum dixi eo *num.* 17. & *cap.* 24. eiuſdem primi tomi *num.* 37. & præcipuè eo *to.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. 22. 23. Quid etiam de Regularibus Militiarum, dixi 3. *to.* verbo *Bene-*

ficium, & beneficiati num. 11. In casu tamen necessitatis, puta tempore pestis, admitti etiam possunt Regulares ad seruitium Parrochiæ sæcularis, prout accidisse Mediolani anno 1630. refert Bordonus *Resolut. 7. num.* 46.

3 Deinde etiam, cum iuxta dicta *to. 2. cap.* 18. *num.* 2. Regulares sint capaces beneficiorum Regularium, ideo etiam Parrochiarum Regularium capaces sunt. Quod constat tum ex dictis locis relatis, tum ex *ca. Monachos, & ca. in Parochiæ* 16. *q.* 1. Tum quia ipsi sunt coadiutores Parrochorum. Tum præcipuè, ex vsu Ecclesiæ, præsertim in Vrbe, in qua constat plures Religiosos officium Parrochorum in suis Ecclesijs exercere. Nauarrus *Consil. 7. de priuil. n.* 14. Bordonus *supra num.* 36. Quales autem debeant esse Religiosi isti, quibus Parrochiæ Regulares concedi possunt, dixi dicto *cap.* 18. *n.* 3. 4. & 5. An verò talia beneficia dicenda sint solùm manualia, dixi *ibidem num.* 6.

4 De ijs, ad quos pertinet illorum prouisio, & de examine ad id requisito, & quomodo non per concursum, dixi eo loco *num.* 7. 8. & 11. Adde, nomine Superiorum, ad quos spectat ipsorum prouisio, intelligi videtur illos, qui possunt ipsis licentiam dare ad audiendum confessiones sæcularium. Bordonus *supr. nu.* 37. Adde etiam, quòd quando Ecclesia Parochialis Regularis est in loco nullius Diœcesis examinandi sunt ab Abbate; vel Prælato, qui habet iura Episcopalia in illo loco. Ita enim decisum refert Barbosa *ad c.* 11. *sess.* 25. *Concilij num.* 30.

5 Quomodo etiam prædicti Parochi subsint visitationi, & correctioni Episcopi, dixi etiam eo loco *num.* 9. & sequentibus. De quo etiam Sellius *in Select. cap.* 112. Aldana *l.* 2. *tit.* 8. Barbosa *supr. n.* 12. & 14. Vnde tenentur obseruare ordinationes factas ab Episcopis in suis visitationibus. Sellius *ibid.* ex vna Camerinensi 20. Maij 1621. Et non excedere taxas ab ipsis positas in salario. Barbosa *supr. n.* 16. & 23. ex Sellio, & vna Limanensi 18. septemb. 1625. Et accedere ad processiones cum alijs Clericis. Bordonus *supr. num.* 43. ex Barbosa, & Aldana.

6 Circa remotionem ipsorum, præter dicta *cap.* 18. *à num.* 17. illud addendum, quòd si à suis Superioribus amoueantur à cura, adhuc posse excipere confessiones sæcularium ex vi approbationis factæ ab Episcopo tenet Peirinis *to. 3. priuileg. Minim. cap.* 4. *nu.* 22. ex Riccio. Negat verò Bordonus *supr. num.* 47. Ego autem attendendum puto ad modum, quo remouentur, & ad qualitatem approbationis Episcopi, an scilicet fuerit perpetua, vel solùm temporalis. Generaliter enim Parrochum, qui habuit beneficium, & de facto

non

Digitized by Google

non habet indigere approbatione Episcopi ad audiendas confessiones tenet Lugo *de Sacram. pœnit. disp.* 21. *sect.* 1. *n.*8. ex alijs.

7 De obligationibus prædictorum Parrochorum, salario ipsorum, vacatione talium beneficiorum, vnione ipsorum cum Ecclesijs Regularium, & quid quando ad Ordinem reuertuntur, latè habes dicto *cap.* 18. per totum. De quibus etiam Authores relati. De his quoque, in quibus prædicta beneficia Regularia cum sæcularibus conueniunt, & in quibus ab ipsis differant, ac de alijs hanc materiam concernentibus, latè 3. *to.* verbo *Beneficium, & Beneficiati*.

8 Plures etiam declarationes Sacrarum Congregationum ad Parrochos, Parrochias, & Parrochianos spectantes, quæ etiam Parrochis, & Parrochijs Regularibus adaptari possunt, habes apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Parochia, verbo Parochialis, & verbo Parochianus, & Parochus*. Nota tamen hæc Collectanea suspensa esse à Sac. Congregatione ob incertitudinem, vt creditur, plurium declarationum Sacrarum Congregationum, quæ in eis habentur. De priuilegijs Regularium quoad huiusmodi Parrochias vide Casarubium *in Compend. verb. Parochia*, & Portellum *in Dub. Regular. verbo Parochus frater*.

PAVPERTAS RELIGIOSA.

1 DE hac materia copiosè dixi *to.* 1. *cap.* 6. & ideo ad eum locum remittendus est lector.

POENA ECCLESIASTICA.

SVMMARIVM.

Pœna quid, & quotuplex. num. 1.
Alia est censura, alia non censura. num. 2.
Aliæ diuisiones pœnarum ibidem.
De pœnis, quæ sunt censuræ. num. 3.
De Irregularitate. num. 4.
Quando cognoscuntur pœnæ esse latæ sententiæ, vel solùm ferendæ. num. 5.
Imponuntur solùm pro actibus externis. num. 6.
Quales debeant esse actus isti. ibid.
Propter quam culpam imponi possint. num. 7.

Quando

Quando incurrantur in foro conſcientiæ. num. 8.
De alijs pœnis remiſſiuè. num 9.
De pœna priuationis vocis actiuæ. num. 10.
De pœna priuationis vocis paſſiuæ. num. 11.
De pœna priuationis loci. num. 12.
De pœna priuationis beneficiorum. num. 13.
De alijs pœnis remiſſiuè. num. 14.
De pœna maledictionis. num. 15.
De pœna indignationis Dei, Sanctorum, & Summi Pontificis. n. 16.
De diſpenſatione in pœnis. num. 17.
An in ipſis diſpenſent Prælati. num. 18.

1 PŒna eſt *id quod pro culpa infertur*. Deriuatur enim à puniendo, & ſolùm culpa eſt id, quod punitur. Siluester *in Summ. verbo pœna num.* 1. Diuiditur autem in legalem, ſeu ciuilem, & in Canonicam, ſeu Eccleſiaſticam. Prior eſt illa, quæ à Iure ciuili, ſeu ſæculari imponitur; poſterior verò illa, quæ à Iure Canonico, ſeu Prælato Eccleſiaſtico ſtatuitur. Angelus, Siluester, & alij Summiſtæ verbo *Pœna*. De hac ergo poſteriori in præſenti, ea præſertim, quæ in Bullis, & Decretis Summorum Pontificum, Sacrarum Congregationum, Conſtitutionum, & Statutorum Religionum imponi ſolet contra Regulares tranſgreſſores.

2 Diuiditur autem pœna, primò, in pœnam quæ eſt cenſura, qualis eſt excommunicatio, ſuſpenſio &c, & in eam, quæ non eſt cenſura, prout eſt irregularitas, priuatio vocis, officiorum &c. Secnndò, in pœnam latæ ſententiæ, & in pœnam ferendam. Tertiò, in varias pœnàs, ſcilicet depoſitionem, vel degradationem, infamiam, actuum factorum irritationem, & in priuationem vocis actiuæ, vocis paſſiuæ, loci, beneficiorum, dignitatum, officiorum, graduum, honorum. Item in inhabilitatem ad prædicta, ac in pœnas maledictionis, ſeu indignationis Dei, & Sanctorum, vel Summi Pontificis, obteſtationis diuini Iudicij &c. De quibus omnibus, quia ſpecialiter poni ſolent contra Regulares, ſigillatim eſt dicendum.

3 Loquendo autem de pœnis, quæ ſunt cenſuræ, ſeu quod idem eſt, de cenſuris ipſis, certum eſt incurri à Regularibus, ſi tranſgrediantur leges in quibus poſitæ ſunt, dummodò peccatum talis tranſgreſſionis ſit externum, & conſummatum, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.* 10. Imò, & mortale, iuxta ibidem dicta, niſi forſan talis cenſura fuerit leuis, vt excommunicatio minor, ſuſpenſio leuis &c. iuxta *ibidem* etiam dicta. An verò excuſet

ab

Digitized by Google

ab illis incurrendis ignorantia, dixi *ibidem num.* 11. Item ſi tales cenſuræ fuerint latæ ſententiæ ſuum effectum ſortiuntur ex ipſo iure, ante omnem Iudicis ſententiam, ſeu miniſterium, ita vt eo ipſo quo aliquis tranſgreditur leges imponentes tales cenſuras, etiam in foro conſcientiæ illas incurrat, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 29. Si verò non fuerint latæ ſententiæ, ſed ferendæ, non incurrentur eo ipſo niſi poſt ſententiam Iudicis, ſaltem declaratoriam, iuxta dicta *eo num.* 29. Quando autem cenſuræ ſint latæ ſententiæ, & quando ferendæ, dixi eo *num.* 29. & conſtabit ex dicendis infra *nu.* 5.

4 Idem quod dixi de cenſuris dicendum etiam eſt de ea irregularitate, quæ eſt pœna alicuius delicti, eam ſcilicet incurri ipſo facto, & ante omnem ſententiam à quocunque tranſgreſſore legis iuris Canonici, vbi ea ſolùm imponitur, dum tamen tale delictum ſit peccatum mortale, externum, & conſummatum, iuxta dicta 3. *to.* verbo *Irregularitas n.* 4. vbi etiam an ignorantia excuſare poſſit ab illa.

5 Circa pœnas verò latæ ſententiæ, ſeu ferendæ ſententiæ, notandum, tunc cognoſci quales ſint, non ſolùm quando expreſsè tales vocantur, ſed etiam ex regulis ſequentibus. Prima, quotieſcunque pœna ponitur cum excluſione ſententiæ cuiuſuis, vt ſi dicatur, *ipſo iure, ipſo facto, abſque aliqua declaratione, ſententia* &c. vel per verba præſentis temporis, & indicatiui modi, vt *priuamus, inhabilitamus &c.* vel cum dictionibus, quæ omnem dilationem, vel temporis ſpatium excludunt, vt *ſtatim, confeſtim, ex tunc, continuò, illicò, protinus, mox, ſubitò &c.* vel quando fertur per verba imperatiui modi, vt *ſubiaceat, incurrat, incidat &c.* talis pœna eſt latæ ſententiæ. Cum excludat ſententiam, quæ non niſi futuro tempore, & interiecto ſpatio ferri poteſt. Secunda eſt è contrario, quotieſcunque pœna ponitur ſolùm verbis comminatorijs v. g. *ſub pœna, ſub interminatione, & ſub interpoſitione &c.* vel per verba futuri temporis, vt ſunt, *priuabitur, damnabitur &c.* talis pœna ſolùm eſt ferenda; quia ſignificat actionem futuram. De his Tiraquellus *in Commentar. legis ſi vnquam C. de reuocand. donationib.* Caſtro *de lege pœnali l.* 2. *cap.* 1. Sairus *in Claui Regia l.* 3. *cap.* 8. Bonacina *de Cenſur. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 1. ex Suarez, Filiucio, Coninch, & alijs. Etſi aliquas limitationes adducant, quas omitto, quia parum conducunt ad intentum Regularium. Supponunt autem communiter DD. quòd quotieſcunque verba, quibus imponitur pœna ſint ambigua, ita vt tam latæ ſententiæ quam ferendæ ſignificationem importare poſſint, accipiẽda ſint ſolùm pro ferẽda, quia in materia pœnali benigniorem partem ſequi debemus. *c. odia de Regulis Iuris in* 6. Sairus *ſupra n.* 22. Bonacina *ſupr.* Theſaur. *in Praxi p.* 1. *c.* 3. ex alijs.

No-

6 Notandum secundò, prædictas pœnas imponi de facto nõ posse ab Ecclesia, aut Prelatis Regularibus pro actibus internis precisè, quia Ecclesia non iudicat de occultis internis, sed ea soli Deo reseruat. *ca. consuluisti* 2. *q.* 5. *ca. erubescant* 32. *dist.* Sanchez *l.* 2. *in Decalog. cap.* 8. *num.* 1. Salas *de legibus disp.* 9. *sect.* 2. Dixi *præcise*, quia tales pœnæ imponi possunt ab Ecclesia pro actu interno, non prout interno, sed prout coniuncto cum externo. Thesaur. *supr. cap.* 5. ex Sairo, Salas, Azor, & alijs. Actus porrò externus ille censetur in præsenti, qui est per se sensibilis, & de facto sentiretur ab alio si adesset in illa circunstantia loci, in qua fit. Thesaur. *supr.* ex Suarez, Sanchez, & Layman. Addit etiam *cap.* 8. 9. & 10. talem actum externum debere esse consummatum, & prædictas pœnas non extendi ex identitate rationis de casu ad casum, neque ad cooperantes. De quibus à simili aliqua dixi *to.* 3. verbo *Censura Ecclesiastica num.* 10. & verbo *Casus reseruati Regularium num.* 13. & verbo *Bulla Cœnæ num.* 3. De quibus etiam Naldus *in Summa verbo pœna num.* 10. & 21. & 29.

7 Notandum tertiò, quòd quando prædictæ pœnæ graues fuerint, supponunt culpam mortalem, & sine illa non incurrentur, quia aliàs lex esset iniqua, siquidem pro culpa leui grauem pœnam imponeret. Sairus *supr. cap.* 7. *num.* 25. post Castrum, Sotum, Medinam, Valentiam, & alios. Quod intelligo non solùm in pœnis latæ sententiæ, sed etiam ferendæ, prõpter eamdem rationem. Sairus *supr.* §. *adducunt autem*. Et consonant ea, quæ dixi *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Fallit autem hæc regula in Constitutionibus Religionum, quæ ad culpam non obligant, sed solùm ad pœnam, quales sunt nostræ, iuxta dicta eo *cap.* 8. *num.* 8. In illis enim impositio grauis pœnæ, pœnæ v. g. priuationis officij, inhabilitatis &c. non arguit, aut supponit culpam, cum legislator hanc esse mentem suam declarauerit, licet indirectè obligare etiam dicantur ad culpam, iuxta dicta eo *cap.* 8. *num.* 10.

8 Specialiter quartò circa pœnas istas latæ sententiæ, quæ non sunt censuræ, neque irregularitates, quòd attinet ad illas, quæ, vt in plurimum Regularibus transgressoribus aliquarum legum imponuntur (quidquid sit de alijs, de quibus alibi) notandum, iuxta dicta eo *cap.* 8. *num.* 33. & *cap.* 10. *num.* 31. eas non incurri in foro conscientiæ etiam quando ponuntur illis verbis *ipso facto*, *ipso iure*, aut *eo ipso*, vel similibus, nisi præmissa declaratione Superioris. Imò etiam, iuxta ibid, dicta, etiam si tales pœnæ ponantur illis verbis *absque vlla declaratione*, *absque vlla sententia*, *ante declarationem*, *sententiam &c.* probabile est non incurri in foro conscientiæ, nisi

præ-

Digitized by Google

præmiſſa declaratione, ſententia, aut publicatione delicti, non ſolùm loquendo de pœnis non purè priuatiuis, in quibus exequendis aliqua actio hominis requiritur, vt ſunt priuationes vocis, officij, ſed etiam in pure priuatiuis, in quibus nulla talis actio requiritur, vt ſunt inhabilitas, incapacitas &c. Ita vt verba illa *abſque declaratione &c.* ſolum importent declarationem pœnæ, non tamen criminis, aut delicti. Ratio eſt, quia ita videntur communiter acceptæ leges tales pœnas imponentes, eſtque hic vſus ſatis conformis tum benignitati, quæ ſupponitur in Superioribus Eccleſiaſticis tales pœnas imponentibus, tum iuri naturæ, quod præſcribere videtur, quod nullus ſeipſum puniat pœna tam graui. Quod præter auctores ibi relatos tenent Naldus *in Summa verbo Monaſteria nu. 1. & verbo Religioſus n. 37.* & Diana *3. p. Tract. 2. de dub. Regular. Reſolut. 66.* & fauet *par. 2. Tract. 17. Reſolut. 67.* poſt alios. fauet etiam Tamburinus *de Iure Abbatiſſarum diſp. 19. quæſt. 3.* Idquoque probabile cenſet Theſaurus *in Praxi par. 1. cap. 28. quæſt. 4. & cap. 5. §. limita primò*, vbi plures alios refert. Illud certius, quòd quando reus non poteſt tales pœnas ſuſtinere ſine infamia notabili, non tenetur id per ſe ipſum facere, tum quia ius ad propriam famam conſeruandam præponderat iuri humano tales pœnas imponenti, tum quia lex humana cum tam graui detrimento non obligat. Sorbus *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Ingredi Monaſteria §. Idem dicendum* poſt Nauarrum, Sotum, & Cordubam; Bonacina *de legib. diſp. 1. q. 1. punct. 7. §. 2. num. 10.* Quomodo autem non propterea ſequatur illa verba *ipſo facto* &c. *ante omnem declarationem* &c. in his pœnis latæ ſententiæ fruſtraneè poni, eo quòd ſequuta ſententia declaratoria retrotrahatur, habent Leſſius *2. de Iuſtitia cap. 29. num. 64.* Sanchez *in Decal. l. 2. cap. 22.* Theſaurus *ſupr. ca. 6.* & Candidus *to. 4. diſquiſ. 4. ar. 29. dubit. 20.*

9 Loquendo autem ſpecialiter de alijs pœnis in particulari relatis *ſupr. num. 2.* quod attinet ad depoſitionem, degradationem, & infamiam, ſufficienter dixi *to. 3.* verbo *Depoſitio*, verbo *Degradatio*, & verbo *Infamia*. De pœna irritationis actuum geſtorum, aliqua etiam dixi ſupra verbo *Leges Regularium*, & plura habent Leſſius *ſupr. cap. 17.* Salas *de legib. diſp. 16.* Bonacina *ſupr. §. 5.* & Theſaurus *ſupr. cap. 35.* latè ex alijs. Solùm ergo de alijs agendum eſt.

10 Et primo quidem pœna priuationis vocis actiuæ importat inhabilitatem ad ferendum ſuffragium in Capitulo ad quamcunque electionem Prælati, aut actum collegialiter faciendum, v.g. receptionem nouitij &c. Nauarrus *l. 1. conſil. tit. de elect. conſ. 6.* Portellus

in

in dub. Regular. verbo vox actiua, & passiua num. 1. Quamuis autem, iuxta dicta, generaliter loquendo dicendum probabiliter esse eam non obligare in conscientia ante declarationem delicti, etiam si sit latæ sententiæ, prout præter Authores relatos tenent Granadus 1. 2. *controu.* 7. *Tract.* 3. Castellinus *de Elect. canonic. pralud.* 1. §. 6. *num.* 20. Peirinis *to.* 1. *de subdito q.* 2. *cap.* 2. §. 11. & alij multi, nihilominus quando ea lata est solùm pro vna vice, seu pro vno actu, seu quoad hanc numero electionem, vt si aliqua lex dicat, *qui hoc fecerit priuatus sit voce actiua in tali electione*, obligare etiam in foro conscientiæ ante quamcunque declarationem tenet Thesaurus *supr. cap.* 29. dicitque esse omnium sententiam. Sed credo hoc non esse in praxi receptum, nec video communem sententiam pro ipso, aut esse certum, nisi quando lex clariùs id exprimit. Pro eo autem quod subdit, scilicet, quòd si quis priuatus voce actiua propter delictum occultum eligat, secuta postea declaratione criminis, talis electio erit cassa eo ipso, si tali suffragio nitebatur, consule dicta *to.* 1. *c.* 15. *num.* 6. *& to.* 2. *cap.* 12. *nu.* 29.

11 Pœna priuationis vocis passiuæ importat, quòd ipsam incurrens eligi non possit, aut postulari in Capitulo ad quamcunque dignitatem, vel officium honoris, & præeminentiæ, non tamen ad munera onerosa, & pœnalia. Nauarrus *supr.* Rodriguez *to.* 2. *quæst. Regular. q.* 56. *art.* 1. Naldus *in Summa verbo Moniales num.* 17. Addens, hanc pœnam simul cum priuatione vocis actiuæ supponere peccatum mortale ex communi sententia DD. Addit Thesaurus *supra*, hanc pœnam, quando est latæ sententię pro vno actu solùm, obligare ante omnem declarationem. Sed de hoc censeo idem, quod dixi de priuatione vocis actiuæ. Nota etiam, quòd si quando in aliqua lege, vel Constitutione inferatur pœna priuationis vocis non determinando, an passiuæ, vel actiuæ, vel vtriusque, licet Lessius *l.* 2. *cap.* 34. *dub* 29. *num.* 105. eam intelligere videatur de vtraque voce; Diana tamen 5. *p. Tract.* 13. *Resolut.* 90. ex Garzia, & Castropalao eam intelligit de sola voce actiua, quæ propriè, & absolutè *vox* dicitur, & verba indeterminatè sumpta accipienda sunt in famosiori significato.

12 Pœna priuationis loci, quæ maximè est in vsu in quibusdam Religionibus, importat carentiam eius loci, qui Religioso est debitus ratione suæ professionis. Vnde de sic priuato in nostris Constitutionibus *par.* 5. *cap.* 7. *num.* 6. dicitur: *vltimum locum teneat in Choro, Capitulo, & refectorio iuxta nouitios, & etiam vbicumque Fratres fuerint congregati.* Specialia ergo iura Religionum consulenda sunt. Quomodo etiam assignari debeat præcedentia

Re-

Religioſorum quoad locum dicam infra verbo *Præcedentia Regularium*.

13 Pœna priuationis beneficiorum quoad Regulares ſpectat, intelligitur de beneficijs Regularibus, de quibus dixi *to.* 2. *cap.* 18. & *to.* 3. verbo *Beneficium*, & *beneficiati*, & ſupra verbo *Parrochus*, & *Parrochia Regularis*. Dubitari autem poteſt an etiam intelligatur de Prælaturis Regularium, puta Generalatu, Prouincialatu, Prioratu &c. quæ dixi eo verbo *Beneficium*, & *Beneficiati num.* 3. beneficia etiam vocari. In quo negatiua pars eſt mihi probabilis, quia materia odioſa, & pœnalis reſtringi debet. Et ita video ſenſiſſe de Superioritatibus Mendicantium Filiucium *Tract.* 45. *cap.* 13. *num.* 23.

14 Quid importent pœnæ illæ priuationis dignitatum, officiorum, graduum, & honorum, ac inhabilitatis ad illa, habes ex illis, quæ dixi *to.* 2. *cap.* 13. & *to.* 3. verbo *Gradus*, & *graduati*, ac ſupra verbo *Officia Ordinis*.

15 Pœna maledictionis, quæ ſæpius ponitur in Iure, Concilijs, & Decretis, ſeu Conſtitutionibus Apoſtolicis quamuis videatur importare idem quod excommunicatio, communiter tamen intelligitur de pœna æterna, quæ debetur pro peccato mortali, atque ideo ſignificat præceptum illud obligare ſub mortali. Ita DD. in *cap. Romana* §. *Procuratores de cenſuris in* 6. Alterius *to.* 1. *diſp.* 22. *l.* 5. *ca.* 8. Theſaurus *ſupr. cap.* 42.

16 De pœnis Indignationis Dei, & SS. quid importent, & qualiter ſupponant peccatum mortale, dixi *to.* 3. verbo *Clauſula nu.* 34. & 35. De pœna autem indignationis Papæ dicit Decius *in cap. prudentiam de offic. deleg.* importare priuationem beneficiorum. Sed credo ſolùm importare pœnam arbitrariam à Papa imponendam. Similiter pœnam obteſtationis diuini Iudicij apponi ſolitam peccato mortali (intellige, ſoli) tenet Naldus *ſupr. verbo pœna nu.* 13.

17 Pro diſpenſatione autem in huiuſmodi pœnis quatenus ad Regulares ſpectat, & an ea dari poſſit à Prælatis Regularibus, vide dicta *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 35. & 36. & *cap.* 18. *num.* 46. Vide etiam Portellum *in Dub. Regular. verbo Diſpenſare num.* 10. Ioannem de Cruce *de ſtatu Religionis l.* 1. *cap.* 6. *dub.* 13. & 15. Bordonum *Reſolut.* 10. *à num.* 24. & alios apud ipſos. Nota etiam priuilegium Pauli 3. pro Benedictinis, quod retuli *to.* 3. verbo *Irregularitas num.* 32. Maximè circa dicta illis locis, ſcilicet Prælatos Regulares poſſe diſpenſare cum ſuis ſubditis iure communi, & ſecluſo quocunque priuilegio in omnibus pœnis contractis propter delicta minora adulterio, ſi tales pœnæ Papæ reſeruatæ non ſint, propter *cap. etſi*

Cle-

Clerici de iudicijs, videndi sunt Ioannes de la Cruce *dicto dub.* 15. *concl.* 6. & Thesaurus *supr. ca.* 23. vbi plura huic intento necessaria.

18 An etiam Prælati Regulares dispensare possint in pœnis per suas Constitutiones taxatis, vide dicta *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 23. *& cap.* 18. *num.* 54.

POENITENTIA.

1 VIde dicta *to.* 3. verbo *Confessio*, & verbo *Confessarius*.

PORTIO CANONICA.

1 VIde dicta *to.* 3. verbo *Canonica portio*, & infra verbo *Quarta funeralis*.

PRÆCEDENTIA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

De qua præcedentia hic agatur. num. 1.
Controuersiæ de præcedentia ab Episcopis dirimendæ. num. 2.
Clerus sæcularis præcedit Regularem. num. 3.
In præcedentijs quæ attendenda. num. 4.
Declaratio Sedis Apostolicæ maximè attendendæ. num. 5.
De Constitutione Gregorij XIII. num. 6.
Præcedentia quæ Romæ obseruatur inter Regulares in processionibus. ibid.
Mendicantes præcedunt non Mendicantes. num. 7.
Monachi præcedunt Mendicantes. num. 8.
Præcedentia Regularium vnius Ordinis inter ipsos quomodo habenda. num. 9.
De alijs ad id spectantibus remissiuè. num. 10.

1 NOn loquor in præsenti de iure præcedentiæ inter Religiones ratione institutionis, vel confirmationis Pontificiæ ipsarum, res enim est potius ad historiam spectans, & fusiùs alibi tractanda; sed de præcedentia,

quæ

quæ competit ipsis Regularibus, & etiam Confraternitatibus, siue cum alijs Regularibus, siue cum Religiosis eiusdem Religionis ex Constitutionibus, priuilegijs, & Decretis Sedis Apostolicæ.

2 Et primò ex dictis *to.3.* verbo *Episcopus quoad Regulares n.23.* ad Episcopum spectat propter Decretum Concilij Tridentini *sess.25. cap.13.* componere controuersias ortas circa præcedentiam Regularium in processionibus, omni appellatione postposita, breui manu, summariè, & de plano, ac sine strepitu, & figura Iudicij, prout declaratum à Sac. Congregatione eo loco dixi. De quo etiam Nouarius *in Lucerna Regularium verbo præcedentia num.* 1. & 2. post Armendariz, Leonem, & alios. Intelligitur etiam hæc facultas quoad processiones, quæ fiunt in tumulandis corporibus Defunctorum. Barbosa *de Offic. & potest. Episcopi allegat.* 78. *num.* 26. Hæc autem Conciliaris dispositio, cum solùm facta sit ad tollenda scandala, non tollit appellationem quoad effectum deuolutiuum, sed solùm quoad suspensiuum. Barbosa, & Nouarius *supr.* Bordonus *Resolut.* 7. *num.* 139.

3 Deinde præcedentia non debetur Regularibus supra Clerum sæcularem, cum potiùs Clerus sæcularis potiatur præcedentia supra Regulares, etiam in ipsorum Regularium Ecclesijs, & Monasterijs, ex vniuersali Ecclesiæ consuetudine, vt declarauit sæpiùs Sacra Congregatio, & nouiter plura de hoc Vulpius *in Praxi fori Eccles. ca.*34. & Nouarius *supr. num.* 4. & 5.

4 In præcedentijs autem iudicandis attendenda sunt tria, scilicet prioritas in institutione, & approbatione, prout ex Rotæ decisionibus, & Cassaneo *in Catalogo gloriæ mundi parte* 4. *considerat.* 52. habet Barbosa *supr. num.* 56. Secundò, consuetudo locorum, etiam si iuri repugnet, prout etiam ex varijs Rotæ decisionibus, & Riccio *in suis Decisionibus* habet idem Barbosa *supr.nu.* 27. 36. & 37. Adde Naldum *in Summa verbo præcedentia num.* 1. & consonat Constitutio Gregorij 13. de qua infra. Tertiò, tempus fundationis Monasterij in locis, ita vt illi Regulares debeant præcedere, qui priùs in loco Monasterium habuerunt. Ita enim habetur non solùm ex Constitutione relata Gregorij 13. sed ex pluribus declarationibus S. Congregationis apud eumdem Barbosam *de Iure Ecclesiastico l.* 1. *cap.* 43. *num.* 182. Etiam si prioritas sit tantum vnius diei, vel horæ. Idem Barbosa *dicta Allegat.* 78. *num.* 33. & 34. Casu autem quo plures Conuentus præcederent sub vna Cruce, vt olim faciebant Patres Capuccini cum alijs fratribus Minoribus, si aliquis illorum incipiat erigere Crucem debet habere suam præcedentiam non à loci antiquitate, sed à tempore erectionis Crucis. Ita enim

habetur ex quadam declaratione Sac. Congregationis, quam dicit esse authenticam, & apud se haberi manu Cardinalis, & Secretarij subscriptam, Bordonus *supr. num.* 138. Cum enim casus esset quòd Patres Capuccini prius incederent sub Cruce fratrum Minorum Mediolani, & postea ceperint erigere Crucem, lite orta, & quæstione inter ipsos, an quia antiquiores erant in eadem Vrbe, præcedere deberent alios; an verò solùm habere præcedentiam à tempore erectionis Crucis, Sac. Congregario respondit, Cardinali Milino referente, *Capuccinos cedere debere digniorem locum ijs Regularibus, qui sub propria Cruce, & in proprio loco in processionibus incedebant antequam ipsi propriam Crucem deferrent.* Refert etiam hanc eadem declarationem Nouarius *supr. num.* 14. Supponit autem idem obseruare debere prædictos Patres Capuccinos cum omnibus alijs Regularibus, qui sub propria Cruce in eo loco incedebant, antequam ipsi propria Cruce vterentur. Vide Vulpium *supra*.

5 Maximè autem attendenda in præcedentijs Regularium est declaratio facta à Sede Apostolica circa eam rem. Vnde Canonici Regulares habent præcedentiam supra Monachos, etiam nigros, vt post longam discussionem decreuit Pius 4. in Bulla *Sedes Apostolica* anno 1564. Nauarrus *to.* 4. *de Regular. à num.* 4. Tamburinus latè *to.* 1. *de Iure Abbat. disp.* 25. *quæst.* 1. Deinde Monachi præcedentiam habent supra Mendicantes ex declaratione Sacræ Congregationis apud relatum Nouarium *num.* 11. De quo etiam idem Tamburinus *supra quæst.* 8. *num.* 2. Inter ipsos quoque Monachos præcedentia debetur Cœlestinis supra Oliuetanos, ex declaratione etiam Sacræ Congregationis, & determinatione Rotæ apud eundem Nouarium *supra num.* 15. De quo similiter Tamburinus *supr. à num.* 7. Vbi etiam agit de præcedentia Oliuetanorum supra Monachos Montis Virginis. Inter Mendicantes etiam, prout habetur ex Bulla Pij 5. quæ incipit *Diuina*, Prædicatores præcedere debent super alios Mendicantes. Tamburinus *supr. num.* 5. Nouarius *supr. num.* 16. Quod etsi derogatum videatur à Gregorio 13. in Bulla modò referenda, vt tenet Campanile *in Diuersor. Iuris Canonici Rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 121. confirmatum tamen videtur à Clemente VIII. pro Regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Cataloniæ in Bulla *Inter catera in* 3. *tom. Bullar. num.* 12. Quoad alios autem Mendicantes, & Confraternitates ita statuit Gregorius 13. in Bulla *Exposcit.* die 15. Iulij 1583. in Bullario Laertij *to.* 2. in ipso Gregorio *num.* 84. prout etiam referunt Quaranta *in Summa Bullarij verbo præcedentia*, Naldus *supr. nu.* 4. Confettius *in Collect. litterar. Apostolicar. in Greg.* 13. *num.* 8. *De nobis attributa potestatis plenitudine volumus, &*

Apo-

Apoſtolica auctoritate decernimus; quòd quicunque ex dictis fratribus Mendicantibus inter ſe de præcedentia huiuſmodi contendentibus, aut Confratribus Confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & cauſæ præmiſſorum occaſione ortæ iam ſint, ſeu oriri contigerit in futurum, qui in quaſi poſſeſſione præcedentiæ, ac iuris præcedendi ſunt, ij, (quibuſcunque reclamationibus, proteſtationibus, appellationibus, & aliis ſubterfugijs prorſus remotis, & ceſſantibus, & poſtpoſitis) in proceſſionibus tam publicis, quam priuatis præcedere debeant. Quando verò non probetur, aut non conſtet de quaſi poſſeſſione præcedentiæ huiuſmodi, inter fratres quidem Mendicantes, ij, qui antiquiores in loco controuerſiæ, inter Confratres verò inter ſe litigantes, ij, qui prius ſaccis vſi ſint, in proceſſionibus tam publicis, quam priuatis præcedere debeant, ita vt ſi contigerit noua Monaſteria, aut Domus alicuius Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monaſteria, aut domus prius erecta, aut inſtituta ſint, ille Ordo, qui prius Monaſterium, ſeu domum in loco habuerit, præcedat.

6 Circa hanc verò Gregorij Conſtitutionem nota primò, quòd licet Portellus *in Dubijs Regular. verbo proceſſiones num.* 9. dicere videatur eam non eſſe vbique receptam, ac proinde ſtandum eſſe conſuetudini, nihilominus ex pluribus declarationibus S. Congregationis, quas referunt Barboſa loco relato *ex lib. Iuris Eccleſiaſtici n.* 182. *&* 183. & Nouarius *ſupr. num.* 6. habetur, eam vbique obſeruari debere. Imò ex alijs, quas refert ipſe Nouarius *num.* 18. elicitur, eam eſſe in viridi obſeruantia. Video etiam SS. D. N. Vrbanum 8. litteris datis in forma Breuis 18. Decembr. 1637. *in Additamentis ad Peirinis Conſtitut.* 17. approbaſſe plures litteras Sac. Congregationis ad diuerſos Epiſcopos circa præcedentiam Regularium, maximèque dictam Conſtitutionem Gregorij. Nota ſecundò, quòd cum poſt dictam Conſtitutionem aliæ complures ortæ fuiſſent lites circa præcedentiam iſtam, ideo die 26. Auguſti 1593. Sacta Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ad tollendas omnes lites, & controuerſias, quæ inter Regulares plerumque ſolent oriri ſuper eorum præcedentia in proceſſionibus, cæteriſquæ actibus, tum publicis, tum priuatis, illud in futurum obſeruandum cenſuit, quod in hac alma Vrbe omnium Magiſtra ſeruatur. Et die 30. Auguſti eiuſdem anni 1593. Dominus Cardinalis Alexandrinus retulit ſuprascriptam Congregationis ſententiam Sanctiſſimo placuiſſe, & iuxta eam in caſibus occurrentibus ſemper reſcribi, & ſi opportunum fore videbitur generalem Conſtitutionem deſuper fieri mandaſſe, illa Gregoriana, alijſque contrarijs quibuſcunque non obſtantibus.

habetur ex quadam declaratione Sac. Congregationis, quam dicit esse authenticam, & apud se habeti manu Cardinalis, & Secretarij subscriptam, Bordonus *supr. num.* 138. Cum enim casus esset quòd Patres Capuccini prius incederent sub Cruce fratrum Minorum Mediolani, & postea ceperint erigere Crucem, lite orta, & quæstione inter ipsos, an quia antiquiores erant in eadem Vrbe, præcedere deberent alios; an verò solùm habere præcedentiam à tempore erectionis Crucis, Sac. Congregario respondit, Cardinali Milino referente, *Capuccinos cedere debere digniorem locum ijs Regularibus, qui sub propria Cruce, & in proprio loco in processionibus incedebant antequam ipsi propriam Crucem deferrent.* Refert etiam hanc eadem declarationem Nouarius *supr. num.* 14. Supponit autem idem obseruare debere prædictos Patres Capuccinos cum omnibus alijs Regularibus, qui sub propria Cruce in eo loco incedebant, antequam ipsi propria Cruce vterentur. Vide Vulpium *supra*.

5 Maximè autem attendenda in præcedentijs Regularium est declaratio facta à Sede Apostolica circa eam rem. Vnde Canonici Regulares habent præcedentiam supra Monachos, etiam nigros, vt post longam discussionem decreuit Pius 4. in Bulla *Sedes Apostolica* anno 1564. Nauarrus *to.* 4. *de Regular. à num.* 4. Tamburinus latè *to.* 1. *de Iure Abbat. disp.* 25. *quæst.* 1. Deinde Monachi præcedentiam habent supra Mendicantes ex declaratione Sacræ Congregationis apud relatum Nouarium *num.* 11. De quo etiam idem Tamburinus *supra quæst.* 8. *num.* 2. Inter ipsos quoque Monachos præcedencia debetur Cœlestinis supra Oliuetanos, ex declaratione etiam Sacræ Congregationis, & determinatione Rotæ apud eundem Nouarium *supra num.* 15. De quo similiter Tamburinus *supr. à num.* 7. Vbi etiam agit de præcedentia Oliuetanorum supra Monachos Montis Virginis. Inter Mendicantes etiam, prout habetur ex Bulla Pij 5. quæ incipit *Diuina*, Prædicatores præcedere debent super alios Mendicantes. Tamburinus *supr. num.* 5. Nouarius *supr. num.* 16. Quod etsi derogatum videatur à Gregorio 13. in Bulla modò referenda, vt tenet Campanile *in Diuersor. Iuris Canonici Rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 121. confirmatum tamen videtur à Clemente VIII. pro Regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Cataloniæ in Bulla *Inter cætera in* 3. *tom. Bullar. num.* 13. Quoad alios autem Mendicantes, & Confraternitates ita statuit Gregorius 13. in Bulla *Exposcit.* die 15. Iulij 1583. in Bullario Laertij *to.* 2. in ipso Gregorio *num.* 84. prout etiam referunt Quaranta *in Summa Bullarij verbo præcedentia*, Naldus *supr. nu.* 4. Confettius *in Collect. Literar. Apostolicar. in Greg.* 13. *num.* 8. *De nobis attributa potestatis plenitudine volumus, &*

Apo-

Apoſtolica auctoritate decernimus; quòd quicunque ex dictis fratribus Mendicantibus inter ſe de præcedentia huiuſmodi contendentibus, aut Confratribus Confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & cauſæ præmiſſorum occaſione ortæ iam ſint, ſeu oriri contigerit in futurum, qui in quaſi poſſeſſione præcedentiæ, ac iuris præcedendi ſunt, ij, (quibuſcunque reclamationibus, proteſtationibus, appellationibus, & alijs ſubterfugijs prorſus remotis, & ceſſantibus, & poſtpoſitis) in proceſſionibus tam publicis, quam priuatis præcedere debeant. Quando verò non probetur, aut non conſtet de quaſi poſſeſſione præcedentiæ huiuſmodi, inter fratres quidem Mendicantes, ij, qui antiquiores in loco controuerſiæ, inter Confratres verò inter ſe litigantes, ij, qui prius ſaccis veſti ſint, in proceſſionibus tam publicis, quam priuatis præcedere debeant, ita vt ſi contigerit noua Monaſteria, aut Domus alicuius Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monaſteria, aut domus prius erecta, aut inſtituta ſint, ille Ordo, qui prius Monaſterium, ſeu domum in loco habuerit, præcedat.

6 Circa hanc verò Gregorij Conſtitutionem nota primò, quòd licet Portellus *in Dubijs Regular. verbo proceſſiones num. 9.* dicere videatur eam non eſſe vbique receptam, ac proinde ſtandum eſſe conſuetudini, nihilominus ex pluribus declarationibus S. Congregationis, quas referunt Barboſa loco relato *ex lib. Iuris Eccleſiaſtici n. 182. & 183.* & Nouarius *ſupr. num. 6.* habetur, eam vbique obſeruari debere. Imò ex alijs, quas refert ipſe Nouarius *num. 18.* elicitur, eam eſſe in viridi obſeruantia. Video etiam SS. D. N. Vrbanum 8. litteris datis in forma Breuis 18. Decembr. 1637. *in Additamentis ad Peirinis Conſtitut. 17.* approbaſſe plures litteras Sac. Congregationis ad diuerſos Epiſcopos circa præcedentiam Regularium, maximèque dictam Conſtitutionem Gregorij. Nota ſecundò, quòd cum poſt dictam Conſtitutionem aliæ complures ortæ fuiſſent lites circa præcedentiam iſtam, ideo die 26. Auguſti 1593. Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ad tollendas omnes lites, & controuerſias, quæ inter Regulares plerumque ſolent oriri ſuper eorum præcedentia in proceſſionibus, cæteriſquæ actibus, tum publicis, tum priuatis, illud in futurum obſeruandum cenſuit, quod in hac alma Vrbe omnium Magiſtra ſeruatur. Et die 30. Auguſti eiuſdem anni 1593. Dominus Cardinalis Alexandrinus retulit ſuprafcriptam Congregationis ſententiam Sanctiſſimo placuiſſe, & iuxta eam in caſibus occurrentibus ſemper reſcribi, & ſi opportunum fore videbitur generalem Conſtitutionem deſuper fieri mandaſſe, illa Gregoriana, alijſque contrarijs quibuſcunque non obſtantibus.

Quarum declarationum meminerunt Compendium Camaldulenſium, Campanile *ſupr.* & Barboſa dicta *Allegat.*78. *num.* 35. Præcedentia autem, quæ Romæ obſeruatur inter Regulares in proceſſionibus talis eſt; prout ex Rinaldo Bottigliero Decano Mandatoriorum Tribunalis Eminentiſſimi D. Cardinalis Vicarij per teſtimonium authenticum ab ipſo acceptum habeo. Poſt pueros *Litterati*, & *Orfani* vocatos incedunt primò, fratres Reformati S. Auguſtini. Secundò Sanctæ Mariæ dicti de miracoli. 3. Capuccini. 4. Sancti Ioannis Collauite, ſeu fratres de Beato Ioanne de Deo. 5. Sancti Adriani Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede. 6. Sanctorum Ioannis, & Pauli Ordinis S. Hieronymi. 7. Sancti Honuphrij. 8. S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Piſis. 9. Minimi. 10. Minores 11. Auguſtiniani. 12. Carmelitæ. 13. SS. Clementis, Pancratij, & Ambroſij ad Nemus. 14. Seruitæ. 15. Prædicatores. 16. Monachi S. Alexij. 17. Canonici Regulares S. Petri ad Vincula, & S. Laurentij extra muros. 18. Oliuetani. 19. Cœleſtini. 20. Ciſtertienſes. 21. Vallis vmbroſani. 22. Camaldulenſes S. Gregorij. 23. Caſſinenſes. 24. Canonici Regulares S. Mariæ de Pace Congregationis Lateranenſis, & Canonici Regulares S. Saluatoris in Lauro. Nota tertiò, quòd id quod dicitur in dicta Bulla Gregorij de maiori antiquitate Monaſterij attendenda in huiuſmodi præcedentijs intelligi debet de habitatione formali, & non ſimplici, perfunctoria, ſeu hoſpitali, cum verba in dubio ſint accipienda in ſenſu formali, & proprio. Naldus *verbo Præcedentia nu.*4.

7 Mendicantes autem præcedentiam habere ſupra non Mendicantes conſtat ex vſu, & conſuetudine Eccleſiæ, pluribuſque Sedis Apoſtolicæ quoad hoc declarationibus, ſpecialiter pro præcedentia Carmelitarum ſuper fratres S. Mariæ de Mercede extat Decretum Sacræ Viſitationis Apoſtolicæ de anno 1600. ſub die 27. Aprilis, & Rotæ deciſio eodem anno ſub die 10. Martij, quod confirmat Clemens 8. in Bulla *Decet Romanum* in 3.to. Bullarij *num.* 95. de quo Tamburinus *dicta diſp.* 25. *quæſito* 8. *num.* 3. vbi poſt alia ſic. *Demum quòd Ordo Carmelitarum præcedat fratres S. Mariæ de Mercede cenſuit Rota in Oriolen. præcedentiæ* 10. *Maij* 1600. *Coram Litta. eſt deciſ.* 26. *par.* 2. *Recent. ea ſcilicet ratione, quia Ordo Carmelitarum inſtitutus fuit ante Concilium generale, de quo in cap. ne nimia de Relig. domib. vt probatur in cap. fin.* §. *ſane ad Prædicatorum eod. tit. in* 6. *& approbatus per Honorium tertium anno ſalutis* 1225. *Ordo autem Beatæ Mariæ de Mercede inſtitutus fuit poſt dictum Concilium generale, & approbatus à Gregorio* 9. *Pontificatus ſui anno* 8. *qui Pontifex creatus fuit poſt dictum Honorium, &*

ideo

Digitized by Google

ideo Rota vbi ſupra decreuit præcedentiam deberi dicto Ordini Carmelitarũ, vti priori in tempore, iuxta adnotata per Doctor. in l. honores ff. de decur. & in l. fin. vbi Bar. C. de Tyron. l. 12. *cum alijs per Caſſaneum in Cathalog. glor. mund. parte* 4. *conſiderat.* 52. *verſ. quinto ergo, & per Tobiam Nonium conſ.* 71. *num.* 35. *Nauar. conſ.* 5. *de ſtatu Monach. Et iuxta hanc doctrinam ſæpius tam à Sac. Rituum Congreg. quam à Rota in hac materia deciſum fuiſſe teſtatur eadem Rota in vna Salernitana præcedentiæ* 2. *Iunij* 1625. *coram bo. mem. Buratto, vbi plures concordantes in additionibus refert D. Ioann. Franciſc. Florentill. Nobilis Interamnen. & in Romana Curia Aduocatus, qui de ſe multa, & grauia in dies pollicetur.* Hæc Tamburinus. Quæ annotanda duxi propter aliqua, quæ in Conſtitutionibus huius Sacri Ordinis B. Mariæ de Mercede in Tractatu, qui dicitur *De initio, ac fundatione &c.* à Franciſco Zumel edito in §. *Tandem Ordo* incongruè de Carmelitarum Ordine habentur. Quibus iunge, quæ in noſtris Annalibus Deo duce dabimus, ſcilicet, ante dictos Pontifices Ordinem Carmelitarum ab Alexandro 3. & Innocentio 3. confirmatum fuiſſe. Adde etiam, S. Congregationem declaraſſe Carmelitanos in omni loco præcedere debere fratribus Sanctæ Mariæ de Mercede. Barboſa loco relato *de Iure Eccleſiaſtico nu.* 187. Nouarius *ſupr. nu.* 9. & 10.

8 Quamuis autem, iuxta dicta ſuperiùs, Monachi præcedere debeant Mendicantes, nihilominus cum eſſet orta controuerſia inter Regulares Ordinis Silueſtrinorum ex vna parte, & Regulares Ordinum Mendicantium in Diœceſi Nucerina commorantes, ex altera, de, & ſuper quæſtuatione, & præcedentia in proceſſionibus, Sac. Epiſcoporum Congregatio ſub die 24. Ianuarij 1617. dictos Silueſtrinos tanquam poſtremos in dicta Diœceſi commorantes, aut à quæſtuatione in poſterum abſtinere, aut in proceſſionibus vltimum locum, iuxta diſpoſitionem Gregorij 13. obtinere debere, cenſuit. Die vero 19. Maij eiuſdem anni, eo quòd à quæſtuando ſe abſtinuiſſe S. Congregationi expoſuerunt, Sac. Eadem Congregatio præcedentiam eiſdem Silueſtrinis dandam decreuit. Barboſa loco relato *de Iure Eccleſiaſtico nu.* 185. Nouarius *ſupr. nu.* 21. & 22.

9 Loquendo de præcedentia Regularium in ordine ad Religioſos eiuſdem Ordinis, in primis id obſeruandum eſt, vt Prælatus Monaſterij præcedat omnes alios, qui eius Monaſterij Prælati non fuerint. Conſtat enim ex ijs, quæ habentur *in l.* 1. *de Dignit. lib.* 12. quòd illi qui ſunt in dignitate præferuntur alijs, qui dignitate non præfulgent. Prælati autem Regularis Officium dignitas eſt, iuxta dicta ſupra verbo *Officia Religionum num.* 2. & 3. Ex præcedentijs

Digitized by Google

etiam, & ſedibus vnicuique debitis ſingulorum dignitas oſtenditur, vt colligitur ex *cap. olim. de conſuet.* & tradunt Gloſs. & Baldus *in l. decernimus 2. not. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Tiraquell. *de Primogenitis in præfatione num.* 13. & alij. Vnde à Sac. Rota deciſum eſt Parrochum in vna Eccleſia præferendum Decano, & Capitulo Collegiatæ ad eam Eccleſiam perſonaliter ex antiqua conſuetudine accedentibus, quodque maior minori in eius domo cedere teneatur. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſ. 6. num.* 101. *& ſeq.* Barboſa *dicta Allegat.* 78. *num.* 38. Inter alios autem Religioſos (niſi obſtent ſtatuta Ordinum, quibus ex ſpeciali priuilegio aliud ordinetur) præcedentia ſumenda eſt à puncto profeſſionis emiſſæ, ſicut ab eo tempore ius ſeſſionis in Choro, & refectorio adquiritur. Bordonus *Reſolut. 29. num.* 84. Quod ſi contingat aliquos ſimul omnino profeſſionem emiſiſſe, tunc qui prius ad habitum admiſſus eſt, præcedentiam habere debet, & ſi ſimul recepti ſunt, ille præcedet, qui prius in Capitulo acceptatus fuit. Ita enim quoad Moniales decreuit S. Congregatio in vna Paduana de anno 1608. prout refert Nouarius *ſupr. num.* 20. Caſu autem quo aliquis propter culpam à loco deijceretur, prout contingeret ſi à Religione eijciatur, tunc præcedentiam ammittet, etiam ad Ordinem reuerſus. Naldus *ſupr. num.* 5. Profeſſos autem etiam Conuerſos debere præcedere Nouitijs quantumuis Choriſtis habetur ex Decreto S. Congregat. Regularium pro Ordine Cappuccinorum approbato à SS.D.N. Vrbano litteris datis 7. Maij 1631. quæ habentur *in Additionibus ad Peirinis Conſtitutione 9.*

10 De alijs ſpectantibus ad præcedentiam inter Minores Conuentuales, & Obſeruantes, ſeu ſtrictioris Obſeruantiæ, Vide Barboſam, & Nouarium relatos, ac Caſſarubium *in Compend. verbo proceſſiones*. Item pro præcedentia Abbatum cum Canonicis, Vicarijs Epiſcopi, alijs Prælatis, ſeu ſæcularibus perſonis, ac inter ſe ipſos, vide Tamburinum *dicta diſp. 25. quæſt.* 2. 3. 4. 5. *&* 6. & nouiſſimè Paſqualigum *deciſ.* 405.

PRÆCEPTVM.

1 VIde pro hac materia dicta *to. 1. ca.* 4. vbi de Obedientia Regulatium ſatis dixi.

PRÆ-

PRÆDICATORES VERBI DEI.

1 DE illis plura dicta ſunt non ſolùm ſparſim per totam Summam, ſed ſpecialiter *to.* 1. *ca.* 20. & *to.* 3. verbo *Concionari, & Concionator Regularis.*

PRÆLATVS REGVLARIS.

SVMMARIVM.

De illis remiſsiuè. num. 1.
De ipſorum electione. num. 2.
De qualitatibus eligendorum in Prælatos. num. 3.
Bigami eligi non poſſunt. num. 4.
Nec publici aleatores. num. 5.
Nec publici vſurarij. num. 6.
Nec ebrioſi. num. 7.
Quid de Neophitis. num. 8.
De facultate Prælatorum circa Nouitios. num. 9.
De facultate ipſorum quoad abſoluendum à peccatis, ſeu cenſuris. num. 10.
Quid quando ſubditi habent legitimum impedimentum veniẽdi ad Sedem Apoſtolicam. num. 11.
De facultate diſpenſandi in Irregularitatibus. num. 12.
In obſeruantijs Regulæ. num 13.
In legibus, ſeu Conſtitutionibus Religionum. num. 14.
In pœnis taxatis per ipſas. num. 15.
Quid de pœnis impoſitis à Prælatis, vt ab homine. num. 16.
De authoritate Prælatorum ſupra contractus factos, vel faciendos à ſubditis. num. 17.
Circa adminiſtrationem bonorum Monaſterij. num. 18.
An facultates, quas concedere poſſunt ſubditis, poſsint ſibi etiam dare. num. 19.
De obligationibus ipſorum remiſsiuè. num. 20.

1 DE Prælatis Regularibus plurima quoque dicta ſunt in præcedentibus, præſertim *tom.* 1. *cap.* 18. De illis tamen in præſenti, vel remiſſiuè agendum, ali-

Digitized by Google

qua etiam addendo pro materiæ neceſſitate.

2 Et primò quidem, quod attinet ad Prælatorum Regularium electionem, præter dicta *to.* 1. *cap.* 15. & *to.* 3. verbo *Electio quoad Regulares* notandum, quòd licet eo *cap.* 15. *num.* 11. dixerim, electiones per modum compromiſſi, & per modum inſpirationis iure communi licitas eſſe, video tamen Sac. Congregationem apud Garziam *de Beneficijs par.* 5. *cap.* 4. *num.* 204. videri declaraſſe, ſolùm electionem per viam ſcrutinij vtendam eſſe in electione Regularium. De quo Sigiſmundus de Bononia *de Electione dubio* 2. *num.* 7. Bordonus *Reſolut.* 26. *num.* 75. Quod intellige, iuxta dicta eo verbo *Electio inter Regulares num.* 3. ſi conſtat authenticè de prædicta declaratione. Si enim de ipſa non conſtet, conſuetudo Religionum obſeruari poteſt. Layman. *in Quæſtionib. Canonic. de Prælatorum Eccleſiaſticorum electione quæſt.* 79. Vnde, iuxta dicta *ibid. num.* 2. ſeruari debet in electionibus Prælatorum Regularium forma electionis deſignata à Concilio Lateranenſi in *cap. quia propter de electione*. Non tamen neceſſariò in electionibus aliorum officialium, iuxta *ibid.* etiam dicta. Ad eorum namque electionem, in iure communi ſtando, & ſecluſis particularibus Statutis Religionum, ſufficit quomodocunque haberi conſenſum maioris partis Capitularium communiter congregatorum. Silueſter *in Summa verbo electio* 2. *q.* 1. Laymanus *ſupra q.* 78. Imo etiam quando electores ſunt pauci, non teneri formam præſcriptam in prædicto *cap. quia propter* obſeruare, ſed alio modo commodiori ſuffragia dare poſſe, tenet Layman. *dicta q.* 79. ex Gofrido, & Abbate. Quod valdè notandum eſt pro noſtra Religione, in qua aliquando electiones Priorum ſolent fieri non ſeruata forma prædicta, quando ſcilicet fiunt à diffinitorio Capituli Prouincialis, in quo pauci, ſcilicet quinque, aut ſex ſolùm, ſolent aſſiſtere.

3 Circa qualitates eligendorum in Prælatos conſtat ex dictis *to.* 1. *cap.* 15. *num.* 23. & *cap.* 18. *num.* 5. 6. 7. 8. & 9. eos debere eſſe expreſsè profeſſos, bonæ notæ, & famæ; ſeu non infames, liberos à cenſura, vel pœna Eccleſiaſtica eos inhabilitante; legitimè natos, debitæ ætatis, ſufficientis litteraturæ, Sacerdotio decoratos &c. Nunc addēdum circa litteraturam, quòd ſæpius excuſari poſſunt Superiores Prælati Religionū præficientes in Conuentibus exiguis, & remotis Prælatos minus doctos, eò quod non ſint alij peritiores, qui illud munus exerceant. Prout in ſimili habet Lugo de *Sacram. pœnit. diſp.* 21. *ſect.* 4. *nu.* 74. Addens tamen deberi prædictos indoctos, de ſua inſufficientia, & obligatione, quam habent comparandi ſibi litteraturā neceſſariam ad ſuū miniſterium obeundum, admoneri. Gene-

nera-

neraliter etiam circa Prælatos animaduertendum, eos debere prædi-tos esse ea habilitate corporali, quæ est necessaria ad exercendum munus Prælatiæ. Lessius 2. *de Iustit. cap.* 34. *dub.* 25. Peirinis *to.* 2. *de Prælato q.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. ex alijs. Vnde cæci, omnino surdi, phthysi laborantes, continuo podagrosi, paralytici, morbo comitiali, seu caduco subiecti, leprosi, furiosi, lunatici, energumeni, fatui, muti, & similes, omnino ineligibiles sunt, quia sunt inhabiles ad exercendum propria munera Prælatiæ. Garzia *de Beneficijs par.* 7. *cap.* 12. Sigismundus à Bonon. *de Elect. par.* 2. *dub.* 88. & 89. Peirin. *d. cap.* 4. Qui id ex alijs extendit ad valetudinarios, illos scilicet, qui malo corporis habitu, & affectu semper malè habent, valde senes, & præpingues. Sed animaduertendum, an tales impotentes omnino sint ad munia prælatiæ exercenda, si enim tales fuerint, proculdubio arceri debent à Prælaturis, secus verò si solùm aliquo modo impediti. Similiter, quod dicit hic Author de morbo Gallico laborantibus, & carentibus naso, barba, seu capillis ex Venere, quòd etiam inhabiles sint ad Prælaturas, intelligi etiam debet quando tales valde deformes, abominabiles, aut notoriè infames fuerint. Illud admittendum, quod ex Caietano 2. 2. *q.* 185. *art.* 4. refert, scilicet, quòd illæ causæ, quæ obligant Prælatum ad renunciandum Prælatiam (de quibus infra verbo *Renunciatio*) obligant multò magis electores, ne eligant illas habentem, & ipsum ad non acceptandum munus Prælatiæ. Notat etiam, quòd quando post acceptam Prælatiam adueniat Prælato aliquod ex prædictis impedimentis, non propterea est inuitus remouendus, sed ei addendus Coadiutor, iuxta *cap. penult. & vlt. de Cleric. ægrot. & cap. scripsit mihi, & ca. quamuis trifle* 7. *q.* 1. Vsus tamen Religionum, (vt credo) est, quòd tales cogantur renunciare. Notandum etiam, quòd, cum, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Irregularitas num.* 5. vnus ex effectibus irregularitatis sit facere incapacem beneficij Ecclesiastici, & Prælaturæ Religionum, iuxta dicta eodem *to.* 3. verbo *Beneficium & Beneficiati num.* 3. sint quædam Beneficia, ideo illi defectus corporales, qui iuxta dicta eo verbo *Irregularitas num.* 12. inducunt irregularitatem, inducent etiam incapacitatem ad Prælaturas. Eò præsertim, quia cum Prælatus debeat esse Sacerdos, ideo qui Sacerdotio fungi nequit, neque etiam Prælatia. Quæ autem sint hæ Prælatiæ, quarum incapaces sunt dicti Irregulares, dixi eo verbo *Irregularitas num.* 6.

4 Eligi etiam nequeunt ad Prælaturas Religiosi bigami, siue bigamia vera, siue ficta, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Bigamus, & bigamia*. Vbi etiam quid importent tales bigamiæ, & à quibus Superio-

ribus

ribus diſpenſari poſſint. Ratio eſt, non ſolùm, quia bigami ſunt Irregulares, qui iuxta dicta incapaces ſunt harum Prælatiarum, ſed, & propter dicta eodem verbo *num.* 13.

5 Publici etiam aleatores ineligibiles ſunt ad Prælaturas Regulares. Ratio eſt, non ſolùm propter dicta *to.* 2. *cap.* 12. *num.* 46. ſed etiam quia id habetur ex *cap. inter dilectos de exceſſibus Prælator.* iuncta Gloſſa *verbo aleatorem*, maximè cum tales ſint infames, ac per conſequens irregulares. De quo Riccius 2. *par. prax. Reſolut.* 119. *num.* 2. Campanile *in Diuerſ. iur. Rubric.* 4. *n.* 32. Peirin. *ſupr. cap.* 5. §. 5. ex alijs iuribus, & Authoribus. An autem talium electio eo ipſo irrita ſit, an ſolùm irritanda, & qui ſint publici aleatores, habes ex dictis *ſupr.* verbo *Ludus quoad Regulares n.* 5.

6 Idem dicendum de publicis, ſeu notorijs vſurarijs (ſi tales quandoque, fuerint reperti Regulares) iuxta dicta *eo num.* 46. Id enim etiam habetur ex *d. cap. cum inter dilectos*, & ex eo quòd etiam tales ſunt infames. Prout ex Vgolino, Maiolo, & alijs tenet Theſaurus *in praxi par.* 2. *verbo vſura cap.* 4. vbi plura ad intentum.

7 Idem quoque dicendum de ebrioſis, vino deditis, ſeu ſe inebriare conſuetis. Quia etiam illi ſunt infames, & viles; *vilibus autem perſonis porta dignitatis patere non debent. cap. inter dilectos* relato. Sigiſmundus de Bononia *de Elect. dub.* 89. *num.* 8. Peirinis *ſupr.* ex alijs Iuribus, & Doctoribus. Apud quem etiam alia ad intentum.

8 Quid vero dicendum de Neophytis, vulgò *Chriſtianis nouis*, & illis qui abiurarunt coram S. Officio Inquiſitionis, ac de pœnitentiatis ab eodem S. Officio, ac ſimilibus, habes ex dictis *ſupr.* verbo *Neophytus Regularis*.

9 Pertinet ad Prælatos Regulares Nouitios recipere, & profeſſare, ſeruatis tamen ſeruandis; tum ex Statutis particularibus Religionum, tum præcipuè ex Decretis Summorum Pontificum Clementis 8. & Sanctiſſimi D. N. Vrbani, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 66. vbi etiam an hoc munus ſolùm ſpectet ad Prælatos, an verò etiam ad Conuentum. Num autem quando maiores Prælati, ſcilicet Generales, & Prouinciales id munus exercent, teneantur adhibere conſilium ſuorum Aſſiſtentium, vel Sociorum, & qualis debeat eſſe talis ipſorum aſſenſus, colligi poteſt, tum ex prædictis Statutis Religionum, tum precipuè ex Conſtitutionibus Sixti 5. & Gregorij 14. De quo Suarez 3. *to. de Religione l.* 5. *ca.* 10. Rodriguez 3. *to. quæſt. Regular. q.* 10. *art.* 2. Sorbus *in Additionib. ad Compend. Priuileg. Mendicant. verbo Nouitius*, & Peirin. *to.* 2. *de Prælato q.* 3. *cap.* 1. De conditionibus autem, & qualitatibus recipiendorum in Nouitios

Digitized by Google

tios, & ad profeſſionem, habes ſupra verbo *Nouitij, & Nouitiæ Religionum*. Habent etiam ſupra illos poteſtatem temporalem ad puniendum quæcunque ipſorum delicta, ita vt propter delicta Nouitiatus tempore commiſſa puniri non poſſint niſi à Prælatis Religionum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 24. *num.* 4. & *to.* 3. *verbo Clericus n.* 22. Quod intellige, etiam propter delictum ante Religionis ingreſſum commiſſum, ſaltem ſi non in fraudem ingreſſi ſunt Religionem, prout eo loco dixi. Quod verò ibidem etiam dixi, ſcilicet, ſi poſt commiſſum delictum in Nouitiatu, reuerſi ſunt ad ſæculum habitu dimiſſo, adhuc puniri debere ſolùm à Prælatis Regularibus, intelligendum ita eſt, quòd ſi ab ipſis Prælatis puniri non poſſint, Iudices ſæculares eos punire debeant, quia delictum impunitum manere non debet. Prout ex Farinacio tenent Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 10. *num.* 14. Vecchius *de Nouitiatu diſp.* 11. *dub.* 11. *num.* 6. & Peirinis *ſupr. q.* 3. *cap.* 1. §. 7. Notandum etiam, poſſe Prælatos Regulares punire Nouitios pœna quoque carceris pro trãſgreſſionibus commiſſis contra Regulam, imò ſi delictum tale fuerit, quòd requirat torturam, poſſunt ab ipſis torqueri, ſicut & alij profeſſi. Sunt enim veri iudices ipſorum pro illo tempore. Nauarrus *in Conſil. de foro competenti conſ.* 5. *num.* 3. Sanchez *ſupr. num.* 12. Vechius *ſupr. num.* 3. An autem poſſint abſolui à Prælatis à cenſuris, & diſpenſari in irregularitatibus, ſaltem loquendo de Nouitijs aliquarum Religionum propter ipſarum priuilegia, dixi eo *ca.* 24. *n.* 8. 9. *&* 10. Similiter an abſolui poſſint à Prælatis à caſibus reſeruatis, præter dicta eo *cap.* 24. vide quæ dixi ſupra verbo *Nouitij, & Nouitiæ Religionum nu.* 36. Similiter de facultate, quam habent circa vota ipſorum Nouitiorum ad ea commutanda, vel diſpenſanda, dixi eo verbo *Nouitij, & Nouitiæ Religionum n.* 34. *&* 36.

10 Portinet etiam ad Prælatos Regulares abſoluere ſuos ſubditos à peccatis, & cenſuris, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 25. Poteſtate quidem ordinaria, & ab ipſis delegabili, iuxta ibidem dicta. Competit enim ipſis hæc poteſtas iure ordinario, & ex officio, dependenter tamen à Summo Pontifice, ad quem ſpectat approbare Religiones. *cap. ne nimia de Relig. domib. cap. Religionum eodem tit. in* 6. Megala *l.* 1. *de Pœnit. cap.* 7. *num.* 3. Bordonus *Reſolut.* 2. *num.* 3. & ſequentibus. Vbi etiam quid dicendum de Vicarijs, ſeu Vicegerentibus Prælatorum. Extenditur etiam hæc facultas reſpectu aliquorum Prælatorum Regularium habentium ad id priuilegia ad abſolutionem etiam à caſibus, & cenſuris Papæ reſeruatis, iuxta dicta eo *cap.* 18. *à num.* 31. Licet quoad priuilegium illud Gregor. 14. pro Clericis Regularibus miniſtrantibus infirmis, de quo eo loco *n.* 35.

dixi

dixi, animaduertere oporteat id quod 3. *to.* verbo *Abortus n.* 8. & 19. notaui. Maximè etiam animaduertendum pro praxi tális absolutionis, an præfata priuilegia sint reuocata quoad casus particulares per posteriores Bullas, Constitutiones, aut Decreta Sedis Apostolicæ, quia tunc talia priuilegia inualida sunt. Quando verò censeantur reuocata, & quibus verbis, dixi eo *cap.* 18. *num.* 41. & clarius 3. *to.* verbo *Clausula num.* 46. De quo etiam Portellus *in Dub. Regular. verbo Prælati potestas num.* 28. An verò dicta priuilegia extendantur etiam ad absolutionem casuum reseruatorum DD. Inquisitoribus, qui incurruntur non denunciando eos, quos ipsi in suis Edictis denunciari præcipiunt, tractant Portellus *in Dub. Regular. verbo solicitare fœminas in confessione*, & Bordonus *Resolut.* 3. Et quamuis probabilis sit sententia affirmatiua, quam tenent idem Portellus *supra* Freitas *in Additionibus ad tractat. de confessor. sollicit.* & Acuna *q.* 21. *num.* 31. quos refert, nec impugnat Diana *par.* 1. *Tract.* 5. *Resolut.* 8. nihilominus attendendum est tum ad verba priuilegij, an scilicet illa in proprietate sermonis talem extensionem admittant, tum ad ipsa Edicta, an scilicet in illis reuocentur, vel non dicta priuilegia Regularium. Non posse autem extendi ea priuilegia ad casus hæresis, vel alios reseruatos singulis annis in Bulla Cœnæ, dixi eo *cap.* 18. *num.* 38. & *to.* 3. verbo *Bulla Cœnæ num.* 54. Quod, præter Auctores ibi relatos tenent etiam Naldus *in Summa verbo Nouitius num.* 7. Sigismundus *de Elect. dub.* 69. *num.* 13. Vechius *disp.* 9. *dub.* 6. & alij plures. Probabile etiam est prædicta priuilegia, si simpliciter, & indistinctè loquantur, nec determinentur solùm ad forum interius conscientiæ, deseruire etiam posse pro foro externo. Eo enim ipso quo simpliciter loquuntur, absolutè sunt intelligenda pro vtroque foro, præsertim quia Principis beneficium latissimè est interpretandum. *cap. cum olim de verbor. significat. beneficium ff. de Constit. Princip.* Bordonus *dicta Resolut.* 3. *nu.* 19. referens Rodriguez, Confettium, Nauarrum, Portellum, Vechium, Beiam, & alios.

11 Secluſis etiam prædictis particularibus priuilegijs Prælatorum Regularium, probabile etiam est potiri posse priuilegio quo potiuntur Episcopi ad absoluendum etiam in casibus Papæ reseruatis subditos, qui ob legitimum impedimentum accedere non possunt ad Sedem Apostolicam; ita tamen, vt si illud impedimentum non est perpetuum, teneantur illo cessante coram eadem Sede comparere. Imo absolui debeant sub præcepto, & iuramento sic comparendi, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Clericus num.* 14. 15. & 16. Ratio est, quia Prælati Regulares habent potestatem quasi Episcopalem supra suos

sub-

ſubditos, & tale priuilegium non videtur conceſſum Epiſcopis præcisè, vt talibus, ſed quatenus Prælati ſunt, & propter bonum ſpirituale ſubditorum, quæ ratio etiam procedit in præſenti. Bordonus *ſupr. num.* 35. & 36. ex Panormitano, Toleto, Megala, & alijs. Inde inferens, quòd ſi Monialis incideret in excommunicationem Papæ reſeruatam, nec Religio haberet priuilegium ad abſoluendum à tali excommunicatione, poſſet abſolui à Prælato ſuo, etiam ſine onere comparendi, quia clauſura eſt impedimentum perpetuum pro Monialibus.

12 Habent etiam aliqui Prælati Regulares priuilegia diſpenſandi cum ſuis ſubditis in aliquibus irregularitatibus, & poſitis quibuſdam conditionibus, iuxta dicta eo *cap.* 18. *à nu.* 40. *vſque ad* 45. & *to.* 3. verbo *Bellum*, verbo *Bigamus, & bigamia*, verbo *Homicidium*, verbo *Illegitimus*, verbo *Infamia*, & verbo *Irregularitas*. De qua etiam materia ſpecialiter Ioannes de Cruce *in Epitome de ſtatu Relig. l.* 1. *cap.* 6. *dub.* 16. 17. 18. & 19. Portellus *in Dub. Regular. verbo Irregularitas, & verbo Prælati poteſtas ad diſpenſandum*, Sigiſmundus *de Elect. dub.* 71. Megala *lib.* 7. *de cenſ. cap.* 3. Bordonus *ſupr. Reſolut.* 11.

13 Habent quoque Prælati Regulares facultatem diſpenſandi cum ſibi ſubditis in Obſeruantijs Regulæ, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 7. *n.* 29. & *cap.* 18. *num.* 54. Cauſas autem huiuſmodi diſpenſationis dandæ aſſignaui eo *num.* 29. De Prælatis autem, quibus hæc poteſtas conuenit, dixi eo *num.* 54. Suppono autem, vt ibidem dixi, quòd in Religionibus non ſit ablata hæc facultas diſpenſandi in Regulæ Obſeruantijs Prælatis ipſarum. Non enim poſſunt alio modo ſuper Regulam diſpenſare, niſi quantum illis à Regula ipſa, Iure, vel priuilegio permittitur, cum diſpenſatio ſit iuris relaxatio. Prælati autem Regulares non poſſunt ſuam Regulam relaxare. Angelus *in Summa verbo diſpenſatio n.* 7. Silueſt. *in Summa verbo Diſpenſatio n.* 14. Peirinis *to.* 1. *de Subdito q.* 1. §. 5.

14 Similiter diſpenſant Prælati Regulares in legibus, Conſtitutionibus, ſeu ſtatutis ſuarum Religionum, iuxta modum ſibi conceſſum in prædictis Conſtitutionibus. Et quia hæc facultas diuerſa eſt in diuerſis Religionibus, Ideo ſolùm, quæ pro Ordine noſtro ſtatuta ſunt *par.* 2. *Conſtitutionum cap.* 1. *num.* 11. pro Generali Ordinis hìc ponenda. *Sciat Reuerendiſſimus Pater Ordinis quòd habet quidem plenam poteſtatem diſpenſandi in his Conſtitutionibus, non tamen ſine iuſta, & legitima cauſa. Non eſt autem cenſendum eum diſpenſare, niſi id ipſe in litteris patentibus expreſsè dicat. Quòd ſi ab eo emanauerint contra has Conſtitutiones aliquæ litteræ ſine expreſſa*

preſſa earum derogatione, illa habenda ſunt tanquam ſubreptitia, & nulla, ac ſi nunquam fuiſſent data. Solùm ergo modo præſcripto poſſunt Generales Ordinis noſtri in Conſtitutionibus diſpenſare. Stando etiam in iure communi, licet, iuxta dicta *to.1. cap.8. n.23.* non poſſint Prælati Religionum diſpenſare in legibus, Conſtitutionibus, ſeu ſtatutis ipſarum, eo quòd inferiores non poſſunt in legibus latis à ſuis Superioribus diſpenſare; Conſtitutiones autem Religionum factæ ſint à tota Religione, vel Prouincia, quæ ſunt Superiores Generali, & Prouinciali, iuxta ibidem dicta. Nihilominus in caſibus leuibus, & frequentibus, in quibus recurrere ad Superiores, vel Capitulum, eſſet durum, & aſperum, poſſunt in prædictis Conſtitutionibus diſpenſare, quia pro illis caſibus præſumitur licentia interpretatiua ad id faciendum, iuxta ibidem dicta. Semper tamen ad talem diſpenſationem dandam requiritur iuſta cauſa; ita vt ſine illa, nec licita, nec valida ſit diſpenſatio, iuxta dicta *to.3.* verbo *Diſpenſare, & diſpenſatio inter Regulares num.* 2. Peccant ergo Prælati ſine iuſta cauſa in Conſtitutionibus Ordinum diſpenſantes, & ſubditi ſine illa diſpenſationem petentes. Suarez *de Legibus l.6. cap.*13. *num.*14. *&* 16. Portellus *in Dub. Regular. verbo diſpenſare num.* 12. Si tamen diſpenſatio bona fide data eſt ab exiſtimante ſubſiſtere cauſam iuſtam, adhuc illa non ſubſiſtente, valida probabiliter reputatur. Sanchez *l.* 8. *de Matrim. diſp.*17. *num.* 8. Azor. *to.*1. *Inſtit. moral. lib.* 7. *cap.* 29. *q.* 9. Diana *p.* 1. *tract.* 10. *Reſolut.*33. Exiſtente etiam dubio de iuſtificatione cauſæ, probabile quoque eſt poſſe dari diſpenſationem, quia in benigniorem partem eſt in eo dubio inclinandum. Sanchez *to.* 1. *in præcept. Decalogi lib.* 4. *cap.*44. Diana 4.*p. tract.* 3. *Reſolut.* 44. ex Siluestro, & alijs. E contra etiam quando ſub eſt cauſa rationabilis ad diſpenſandum, peccant Prælati non diſpenſantes, ſaltem ſi ex malitia id faciant, quia poteſtas ad diſpenſandum eſt in bonum, & ædificationem ſubditorum, & ita ſi bonum, & ædificatio ſubditorum diſpenſationem exigat, tribuenda eſt. Silueſter *ſupr. q.*1. Miranda *to.*2. *Man. Prælator. q.* 30. *art.6. concluſ.* 2. Sa *in Summ. verbo Diſpenſatio n.* 2. Quod limita, niſi talis diſpenſatio contraria ſit bono communi Religionis, quia tale bonum commune præferri debet bono priuati. Rodriguez *to.* 2. *Quæſt. Regular. q.* 46. *art.* 4. Peirinis *ſupr.* Quid verò ſit dicendum, ſi ſubditus habet iuſtam cauſam diſpenſationis, & non adeſt Prælatus, qui illam tribuat, vel ex mala voluntate eam non vult concedere, habes ex dictis *to.*1. *ca.*7. *n.*29.

15 In pœnis quoque taxatis per Conſtitutiones, ſeu ſtatuta Religionum, poſſunt diſpenſare Prælati illas remittendo. Primò quidem,

dem, quando talium pœnarum relaxatio non est reseruata. Generaliter enim loquendo Prælati Ordinarij possunt omnia, in quibus specialiter non sunt prohibiti. *cap. nuper de sent. excommunicat.* Rodriguez *to.* 1. *Quæst. Regular. q.* 22. *art.* 8. Miranda *to.* 2. *Man. q.* 30. *art.* 11. *concluſ.* 1. Secundò, si hoc ipsis concedatur in eisdem Constitutionibus, & statutis, prout in nostra Religione, in qua *p.* 1. *Constitutionum cap.* 2. *num.* 10. Prioribus conceditur pœnam leuem, & mediam remittere, pœnam verò grauem Prouincialibus. Tertiò, id facere possunt rationabili subsistēte causa, iuxta dicta eo *cap.* 18. *num.* 86. Iustæ autem causæ sunt pueritia, senectus, doli defectus, consuetudo, quando ex pœnæ diminutione speratur emenda delinquentis, quando post commissum delictum magnum aliquod interuallum transijt, spontanea criminis confessio absque incussione metus, & quæuis alia circunstantia, quæ delictum minuat, imò, & merita delinquentis. Sanchez *lib.* 6. *Consiliorum moral. cap.* 1. *dub.* 21. *num.* 11. Peirinis *in Formulario littera P. cap.* 16. *num.* 8.

36 In pœnis autem taxatis, seu positis specialiter à Prælatis Ordinarijs, vt ab homine, non possunt Prælati dispensare, illas remittendo, non solùm loquendo de Prælatis inferioribus respectu pœnarum impositarum à Superioribus, cum inferior nihil possit contra voluntatem sui Superioris. *ca. inferior. dist.* 21. *Clem. ne Romani de elect.* sed etiam loquendo de Prælatis superioribus, Generalibus videlicet, respectu pœnarum impositarum à Prælatis inferioribus, scilicet Prouincialibus. Ita enim colligitur ex Concil. Trid. *sess.* 14. *de Reformat. cap.* 1. Et ex eo quòd aliàs facilè subditi contemnerent suos Prælatos Ordinarios. Rodriguez, & Miranda *supr.* ac Portellus *in Dub. Regular. verbo Prælatus num.* 12. Extenditur hæc doctrina ad pœnas non solùm temporales, sed etiam perpetuas. Ex declaratione Sac. Congregationis, quam refert Barbosa in eum locum Concilij. Limita tamen, quòd in casu quo Prælatus imponens pœnas iam est mortuus, vel functus suo officio, vel quando subditus legitimè appellauit, tunc Prælatus superior potest remittere pœnas impositas à Prælato inferiori, cum tunc non contemnatur auctoritas Prælati Ordinarij. Rodriguez, Miranda, & Portellus relati. Limitari etiam potest in casu valde vrgentis rationis, seu causæ ad id faciendum, tunc enim videtur posse Prælatum superiorem remittere pœnas impositas à Prælato inferiori. Miranda *supr.* Quid autem possint Prælati Regulares circa pœnas impositas à Summis Pontificibus, dixi *to.* 1. *cap.* 18. *n.* 46. & *supr.* verbo *Pœna Ecclesiastica*.

37 Habent etiam Prælati Regulares auctoritatem supra contra-

ctus

ctus emptionis, venditionis, commutationis, vel similium, cum quibuscunque personis celebratos à suis subditis. Non solùm quia tales contractus absque voluntate Prælatorum facti illiciti sunt, & peccaminosi, cum Religiosi nec velle nec nolle habeant: *ca. non dicatis* 12. *q.* 1. *cap. si Religiosus de elect. in 6. cap. final. de sepult. in 6. cap. 2. de testam. in 6.* & sint mortui mundo *ca. placuit* 2. 16. *q.* 1. sed etiam quia Prælati possunt illos irritare, ita vt post talem irritationem nulla ratione teneantur ad ipsos, sicut neque ad vota à Prælatis irritata. Sanchez *l. 7. in Decal. cap.* 31. *num.* 39, ex Nauarro, Azorio, Rebello, & Lessio. Addens, nullam exigi causam ad hanc irritationem faciendam, sicut neque ad irritationem votorum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 47. Si tamen tales contractus initi sint ex consensu tacito, vel expresso Prælatorum, non possunt ab ipsis, aut ipsorum successoribus irritari. Oritur enim ex talibus contractibus obligatio non solùm naturalis, illa scilicet, quę est in foro conscientię ex vinculo legis naturalis, sed etiam ciuilis, illa scilicet, ad quam implendam datur actio in foro externo. Rodriguez *to.* 3. *Quæstionum Regularium q.* 26. *art.* 1. Sanchez *supr. num.* 40. 41. Portellus *in Dub. Regular. verbo pactum num.* 1. Ex contractibus autem celebratis à Religiosis absque prędicta Prælatorum licentia antequam irritentur solùm oritur in ipsis obligatio prędicta naturalis, non ciuilis. Ratio primę partis est à simili de votis factis à Religiosis, illa enim ex lege naturali valida sunt antequam irritentur. Ratio verò secundę partis est, quia Religiosus comparatur seruo, qui sine Domini licentia contrahens non obligatur ciuiliter. *l. naturaliter* 13. *ff. de condit. in deb.* Sanchez *supr.* ex Abbate, Siluestro, Azorio, Lessio, & alijs. Licet alij, quos sequitur Molina *to.* 1. *de iustitia disp.* 140. *vers. potius distinguerem*, & Peirinis *to.* 2. *de Prælato quæst.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. probabiliter teneant ex contractu inito à Religioso absque licentia sui Prælati nullam obligationem oriri, nec naturalem, nec ciuilem, sed prorsus manere liberum. In omnium tamen sententia, si contrahendo Religiosus dedit aliquod damnum socio, tenetur illud restituere, curando scilicet, quantum ipsius status patitur, obtinere aliquod, quo, relicto à Prælato suę liberę dispositioni, parti iniustè lesę satisfaciat. Molina *supr.* Sanchez *sup. num.* 38. Peirinis *supr. num.* 6. Monasterium autem non tenetur ad tale damnum resarciendum, nisi quando vel in illud consensit, vel inde aliquam vtilitatem accepit, vel si Religiosus sic contrahens erat administrator Monasterij, & id petebat tale munus administratoris. Siluester *verbo Religio* 8. *q.* 3. Lessius *l.* 2. *de Iust. cap.* 41. *dub.* 11. *nu.* 90. Sanchez *supr. nu.* 9. & 10. Peirinis *supr. nu.* 11. *& sequen.*

An

An verò Monaſterium teneatur ad debita contracta à Religioſo propter delictum ipſius, habes ex dictis *to.* 1. *cap.* 2. *n.* 18. Et generaliter pro contractibus Religioſorum vide Ioannem de Lugo *to.* 1. *de Iuſt. diſp.* 3. *ſect.* 10. præſertim *nu.* 221. *&* 222.

18 De poteſtate, quam habent Prælati Regulares ad adminiſtrandum bona Monaſterij, dixi *to.* 1. *cap.* 18. relato *num.* 13. *& to.* 3. *verbo Adminiſtratio, & Adminiſtrator.* Similiter de poteſtate, quam habent ad corrigendum, & puniendum ſubditos, dixi eo *cap.* 18. *num.* 15. *& ſequentibus*, & *cap.* 27. *eiuſdem* 1. *to.* & 3. *to. verbo Iudex, & Iudicium Regularium.* Pariter etiam de poteſtate, quam habent ad reſeruandum ſibi caſus, & quos caſus, dixi eod. *cap.* 18. *num.* 19. *& ſequentib. & 3. to verb. Caſus reſeruati Regularium.* Inſuper de poteſtate, quam habent circa vota ſubditorum, dixi eo *cap.* 18. *num.* 47. *& ſequentibus.* Et etiam *ſupra verbo Nouitij, & Nouitia Regularium à num.* 37. De poteſtate porrò, quam habent circa iuramenta, ſeu vota iurata ſubditorum, dixi eo *cap.* 18. *num.* 53. *& to.* 3. *verbo Iuramentum quoad Regulares.* An poſſint diſpenſare in præceptis Eccleſiaſticis, habes eodem *cap.* 18. *num.* 55. An benedicere, ſeu conſecrare Calices, Aras, Patenas, & ornamenta Sacra, ac Eccleſias, *ibid. num.* 57. 58. *&* 59. *& 3. to. verbo Altare verbo Benedictio, & benedicere, verbo Calix, verbo Cæmeterium, verbo Conſecratio, verbo Eccleſia, ſeu Templum, & infra verbo Vaſa Sacra, & verbo Veſtes Sacræ.* An poſſint Tonſuram, aut minores Ordines ſubditis conferre, eo *cap.* 18. *num.* 64. *&* 65. & ſupra *verbo Ordines Sacri.* De facultate quoque, quam habent, ad inſtituendas Confraternitates ſuorum Ordinum, eod. *cap.* 18. *num.* 88. & preſertim *to.* 2. *cap.* 15. An poſſint condere leges, eo *cap.* 18. *num.* 90. Quomodo poſſint mutare ſuos ſubditos ex vno loco ad alium, eo *cap.* 18. *num.* 91. An commutare legata, ibidem *num.* 94. & ſupr. *verbo legata Regularibus relicta à num.* 35. An conſtituere Notarios, eo *cap.* 18. *num.* 95. & ſupr. *verbo Notarius Regularis.* An concedere licentiam ſuis ſubditis legendi libros prohibitos, eo *cap.* 18. *nu.* 96. & ſupr. *verbo Libri num.* 30. Qualiter Carmelitarum Generales inſtituere poſſint Prouinciales titulares, eo *cap.* 18. *nu.* 98.

19 Nota, quòd quamuis ex doctrina communi Doctorum ſæpius dixerim poſſe Prælatos vti illis facultatibus, ſeu licentijs, quas ſuis ſubditis conferre poſſunt, ne ſint peioris conditionis quam ipſi ſubditi; hæc tamen doctrina limitanda eſt ſolùm ad eas facultates, ſeu licentias, quæ tempore quo durant ipſorum Prælatiæ executioni mandari poſſunt, vt ſunt facultates ad exeundum foras, & exercenda aliqua munia, quæ etiam à ſubditis exerceri poſſunt. Non verò ad

eas facultates, ſeu licentias quæ exerceri debent finito tempore prælatiæ. Etſi enim, iuxta dicta *to.3.* verbo *Gratia pro Regularib. n.* 8. 10. & 11. gratiæ factæ durent in ſubditis, etiam poſt finitum tempus Prælatiæ concedentis, ac proinde Prælatus poſſit concedere ſubdito facultatem aliquam, quæ duret etiam finita ſua Prælatia, v.g. facultatem abſoluendi à reſeruatis, dandi, accipiendi &c. has tamen facultates exequendas poſt tempus ſuæ Prælatiæ non poteſt Prælatus ſibi communicare, quia pro tunc non eſt capax accipiendi illas à ſe ipſo, quia dantur per modum delegationis, ſeu commiſſionis, quæ requirunt diſtinctionem realem inter dantem, & accipientem. De quo Lugo *de Sacram. pœnit. diſput.* 19. *ſect.* 2. *num.* 42. 43. & 44. Addens *num.* 45. & ſequentibus id fieri poſſe mediatè, & indirectè duobus modis. Primò, ſi Prælatus daret alij facultatem abſoluendi à reſeruatis, v.g. cum poteſtate ſubdelegandi: tunc enim ſicut ille poſſet alijs ſubdelegare eam facultatem, ſic poſſet ipſi, qui dederat, finita Prælatura. Secundò, ſi Prælatus, v.g. Prouincialis, daret facultatem omnibus Religioſis alicuius Conuentus ad aliquid faciendum, tunc finito Prouincialatu, ſi ipſe fieret habitator illius Conuentus, poſſet vti eadem facultate.

20 De obligationibus autem Prælatorum Regularium plura eodem *cap.* 18. & ſparſim per totam Summam.

PRÆSES CAPITVLORVM.

SVMMARIVM.

De Præſide Capitulorum remiſſiuè. num. 1.
Præſes Capituli quis ſit. num. 2.
Eſt Iudex ſuper acta Capituli. num. 3.
Debet notificare tempus electionis. num. 4.
Non poteſt facere contra libertatem eligentium. num. 5.
An poſſit facere contra ſecretum electionis. num. 6.
Quid debeat facere quando eligitur indignus. num. 7.
Non decet Præſidem eligi ad aliquod officium. num. 8.
An poſſit diſpenſare cum illegitimis. num. 9.
An illegitimi poſſint eſſe Præſides. ibid.
De Præſide pro electionibus Abbatiſſarum remiſſiuè. num. 10.

1 DE Præſide Capitulorum Regularium aliqua dixi *to.* 1. *cap.* 15. *num.* 34. & *to.* 2. *cap.* 12. *à num.* 31. & conducunt dicta illis

illis capitibus,& quę dixi *tertio to.verbo Commiſſio,ſeu Commiſſarius Regularis*,& *verb.Electio inter Regulares*.& dicenda infra verbo *Vicarius Regularis*. Aliqua tamen addenda pro complemento materiæ fere quotidianæ inter Regulares.

2 Præſes ergo Capituli ille dicitur cui de iure, conſuetudine, vel ſaltem ex commiſſione competit præſidere electionibus, quæ fiunt in ipſis Capitulis. Caſtellinus *de Electione canonica cap.13.num.7.* ex alijs. Qui porro ij ſint, quibus competit tale munus, ex particularibus Statutis Religionum ſumi debet. In noſtra autem, iuxta noſtras Conſtitutiones *p.4. cap.3. num.* 1. vacante officio Generalatus, Prior Prouincialis illius Prouinciæ, in qua Capitulum generale erat aſſignatum, Præſidens eſt pro Capitulo generali; & pro Capitulo Prouinciali, ſi Generalis non adeſt, hoc munus exercet cui ipſe Generalis idem commiſerit, vel ſi id non fecerit, primus Deffinitor præcedentis Capituli, iuxta eaſdem Conſtitutiones *parte* 4. *cap.* 11. *num.* 1.

3 Præſes Capituli eſt veluti Iudex habens ius ſuper acta Capituli ad eum finem, vt omnia legitimè fiant. *cap. quamuis ad finem de elect. in 6.* Bordonus *reſolut. 26. num.*2. ex Nauarro. Vnde poteſt recuſari,ſi probabiliter timeatur,quòd ſit timorem cadentem in virum conſtantem incuſſurus, vel electionem violentaturus. Peirinis *in Formulario littera P. cap.8. num.* 10. ex Panormitano, Hoſtienſi, & alijs. A maiori tamen parte Capituli; quia ipſa eſt quæ totum Capitulum repræſentat. *cap.1.de his quæ fiunt à maiori parte capituli*. Peirinis *ſupr.* Pro tempore ipſius Capituli præcedere debet omnes de Capitulo tam in Capitulo ipſo, quam in refectorio, Proceſſionibus, & alijs omnibus locis. Eſt enim caput pro eo tempore. Peirinis *ſupr. num.* 3.

4 Debet in aliqua parte diei præcedentis diem electionis notificare in loco communi per ſe, vel per alium, videlicet,quòd die ſequẽti tali hora facienda ſit electio.Caſtellinus *ſup.n.* 5. ex Silueſtro.

5 Cum munus ipſius, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 12. relato *num.* 35. ſit, vt electiones omnino liberè fiant, ideo nullatenus poteſt præcipere ſcrutatoribus, vt non recipiant hæc,vel illa vota. Conſtat enim ex declaratione S. Congregationis, quam referunt Caſtellinus *ſupr. cap.* 4. *nu.* 66. Riccius *in Praxi fori Eccleſiaſtici Reſolut.* 29. *p.* 4. & Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Præſidentes*, quòd cum à Sac. Congregatione quæreretur, an in electione Superiorum Regularium Præſidens Capituli poſſit præcipere ſcrutatoribus ſub præcepto S. Obedientiæ, & pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne recipiant ſuffragia oretenus tradi ſolita pro aliquibus vltra cer-

tum numerum electioni insufficientem, sed eo completo dicant electoribus ad aures, (vt seruari dicitur), vt dent alijs eorum vota; & an electio hoc modo celebrata sit valida: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, hanc eligendi rationem, quæ libertati electionis, ac naturali consensui aduersatur, omnino improbauit, censuitque electiones hactenus celebratas, si scrutatores præcepto Superioris obtemperantes singulorum eligentium vota non receperint, pro canonicis non haberi.*

6 Quamuis autem, iuxta dicta eo *cap.* 12. *num.* 34. Præsidis etiam munus sit curare, vt electio omnino secretè fiat, nihilominus in casu, quo aliqui ex electoribus ex fraude, vel mala intentione, ad impediendum videlicet, illam, aliquam malignitatem fecerint, plura videlicet suffragia dando, vel quid simile; poterit Præses ad præcludendum viam tali malignitati, &, vt fiat electio legitimè præcipere scrutatoribus, vt aperiant votum eorum, de quibus est talis suspicio, & manifestent illos, vt puniantur. Hoc enim totum pertinet ad Præsidis munus, quod, vt dixi, est esse Iudex in causa electionis, & est conforme menti Concilij, quod, etsi *sess.* 25. *cap.* 16. præcipiat, vt electiones per vota secreta fiant, ita vt eligentium nomina nunquam publicentur, hoc tamen ideo præcipit, vt ibi dicitur, *quo omnia rectè, & sine vlla fraude fiant*. Ex quo colligit Portellus *in Responsionibus moralibus par.* 2. *casu* 4. *num.* 2. quòd si contingeret quod Præses Capituli nollet publicare electionẽ legitimè factam, possent scrutatores declarare electionem legitimè esse factam, &, si necessitas postularet, nomina eligentium reuelare.

7 Si Præses, qui præest electioni, videt esse electum indignum, non poterit electionem supprimere, tacendo illam, sed debet eam publicare, & electum indignum (etiam si ad eum spectet confirmatio) non confirmare, sed de illius insufficientia summariè per testes inquirere, probataquè indignitate, & illo audito, ipsum eijcere ab electione. Sin autem spectet ad alium Superiorem confirmatio electionis, ad ipsum mittere debet processum de electi indignitate, ne confirmetur. Prima pas, quòd scilicet, teneatur electionem publicare expressè præcipitur *cap. quia propter de electione*, vbi facto scrutinio iubentur statim vota publicari. Secunda verò colligitur ex *cap. indemnitatibus in 6. & cap. venerabilem*, & *cap. nil est de elect.* vbi præcipitur, quòd publicato scrutinio, si electus non est cognitus, Prælatus summariè inquirat de sufficientia electi, & si indignum inuenerit, repellat. Quòd verò debeat illum audire, ex eo colligitur, quia aliàs si taliter indignus electus sub silentio omitteretur, & procederetur ad aliam electionem, in rigore ferretur sententia contra aliquem

quem in auditum, & condemnaretur aliquis non citatus in materia graui, quod non est admittendum. Portellus *in Dub. Regular. verbo electio. in additione ad additionem n.* 5.

8. Non decere Præsidem Capituli in eo eligi ad aliquod officium dixi eo *cap.* 12. *num.* 37. ex Miranda, & Castellino. Nunc addendum, nec posse postulare se ipsum in casu quo Prælati Religionum crearentur per postulationem, de qua dixi eo *cap.* 12. *num.* 50. & 51. Ratio est, non solùm ea, quam ibi adduxi pro electione, sed etiam, quia iuxta dicta eo *to.* 2. *cap.* 11. *num.* 25. ex *cap. per nostras de iur. patr.* patroni non possunt præsentare seipsos ad beneficia, ex eo enim sequitur neque Præsidem Capituli, qui est quasi Patronus ipsius, possit se postulare. Præsertim, quia talis postulatio quantumuis facta etiam ab alijs Gremialibus, præsumeretur potius coacta, quàm libera. Cum credi posset timorem reuerentialem, & metum causam fuisse quòd Gremiales Præsidem postularent. Bordonus *Resolut.* 26. *n.* 72. ex Nauarro, & Rodriguez.

9 Posse Præsides Capitulorum Generalium, vel Prouincialium vi facultate, quam habent Generalis, seu Prouincialis ex Gregorio 14. in Bulla, quam retuli *to.* 1. *cap.* 28. *nu.* 60. & *to.* 2. *cap.* 12. *n.* 21. ad dispensandum cum illegitimis ad officia Religionis simul cum ipsis Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, probabile videtur; cum prædicti Præsides sint Vicarij, & Commissarij ipsorum Generalium, vel Prouincialium, ac proinde habeant eorum vices. Bordonus *Resolut.* 12. *num* 61. Nota etiam obiter, quòd illegitimi non possunt esse Præsides Capitulorum, si non dispensentur. Præsidis enim officium, cum sit Commissariatus, vel Vicariatus Generalis, vel Prouincialis, dignitas quædam est, ac per consequens ipsius in capax illegitimus, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *nu.* 62. & *to.* 2. *cap.* 13. *n.* 50.

10 De Præside pro electionibus Abbatissarum dixi *to.* 1. *cap.* 25. *num.* 46. ex declarationibus Sacræ Congregationis, quod & recipit Nouarius *verb. Præsidentia.* Vide & dicta *to.* 3. *verbo Abbatissa, seu Prioriſſa num.* 4. Et circa id, quod debet facere Præses ante ipsas, & alia concernentia Tamburinum *de Iure Abbatissarum disp.* 28.

PRIVILEGIA REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

De hac materia quæ tractanda. num. 1.

Quid, & quotuplex priuilegium. num.2.
Quomodo differat à diſpenſatione. num.3.
Priuilegium reale, & perſonale quomodo differant. num.4.
Priuilegia conceſſa Regularibus extenduntur ad Prælatos. num.5.
An ad valorem priuilegij requiratur ſcriptura. num.6.
Auguſtinianorum priuilegia quo priuilegio fruantur. num.7.
Notanda circa interpretationem priuilegiorum. num. 8.
Quando priuilegium latè explicari debeat. num.9.
Quid ex priuilegijs Religionum. num.10.
Ad quem ſpectat interpretatio priuilegiorum. num. 11.
Extranei illa explicare prohibentur. num.12.
Facultas Prælatorum ad limitandum, ſeu reſtringendum priuilegia. num. 13.
Quomodo ceſſent priuilegia. num. 14.
Quid de ceſſatione per non vſum. num. 15.
Quid de ceſſatione per contrarium vſum. num.16.
Priuilegia aliquot Regularium circa hoc. num.17.
Quomodo priuilegia amittantur per abuſum. num. 18.
Quomodo per reuocationem ipſorum. num.19.
Quæ notanda circa hoc. num.20.
Quid de reuocatione generali priuilegiorum, num. 21.
Quid pro Regnis Hiſpaniæ. num.22.
Priuilegia deperdita quomodo reuiuiſcant. num. 23.
Notanda circa communicationem priuilegiorum Regularium, n. 24.
De particularibus priuilegijs Religionum. num. 25.
Patrum Seruitarum. num.26.

1 DE hac materia, quamuis latiſſima ſit, duo ſolùm explicare intendo, alterum erit de natura, diuiſionibus, & proprietatibus priuilegij, maximè, prout ad Regulares ſpectat. Alterum, ſaltem remiſſiuè de particularibus ipſorum priuilegijs.

2 Quoad primum ergo. Priuilegium eſt veluti lex in alicuius fauorem data. *ca. priuilegia diſt.* 3. D. Th. 1. 2. *q.* 96. *art.* 1. Silueſter *in Summa verbo priuilegium num.* 1. Seu *priuata lex*. Thomas Vualdenſis *in Doctrin. fidei to.* 1. *l.* 2. *art.* 3. *cap.* 42. Diuiditur primò in priuilegium reale, & perſonale. Priuilegium reale eſt, quod proximè, ac directè alicui rei, loco, muneri, vel officio v. g. domui, Eccleſiæ, Generalatui, Prouincialatui &c. conceditur. Perſonale verò eſt, quod proximè ac directè perſonæ confertur, ratione ſui. Et ſi enim omne priuilegium finaliter, & vltimatè, vt ita loquar, dirigatur

gatur in gratiam hominis, nihilominus quando cadit immediatè ſupra hominem dicitur perſonale. Deinde, vtrumque aliud eſt generale, quod ſcilicet omnibus locis &c, vel perſonis conceditur, aliud particulare, quod ſcilicet tantùm alicui, vel aliquibus. Item priuilegium, aliud eſt odioſum, aliud fauorabile. Fauorabile eſt, quod purè fauorem continet illius cui conceditur, & nulli alteri nocet, nec præiudicium affert Iuri, quale eſt priuilegium audiendi Miſſam tempore Interdicti. Odioſum eſt illud, quod ita alicui fauorem aliquem concedit, vt tamen alteri noceat, vel eſt contra ius aliquod, quale eſt priuilegium de non ſoluendis Decimis. Præterea, aliud dicitur gratioſum, aliud remuneratorium. Gratioſum eſt illud, quod gratis conceditur, nulla habita ratione meritorum illius cui conceditur, vel aliorum. Remuneratorium dicitur illud, quod conceditur alicui ratione meritorum ipſius, vel alterius. Pariter etiam priuilegium, aliud eſt contra ius, v. g. priuilegium de non ieiunando diebus præſcriptis ab Eccleſia. Aliud præter ius, ſeu vltra ius, vt poteſtas abſoluendi, vel diſpenſandi in caſibus particularibus. Similiter priuilegium aliud eſt inſertum in corpore Iuris, aliud extra illud. Item, aliud eſt conuentionale, quod ſcilicet conceditur interueniente pacto, ſeu conuentione. Aliud abſolutum, & purum, quod ſine tali pacto, aut conuentione conceditur. De his priuilegij diuiſionibus Summiſtæ *verbo Priuilegium*, Suarez *l.8. de legib. cap.3. & ſequentibus*, Bonacina *de legib. diſp.1. q.3. punct.1.* Layman. *l.1. tract.4. cap.23.* Archangelus Romanus *de Priuileg. l.3. cap.2.* & alij.

3 Priuilegium differt primò à diſpenſatione in hoc quòd priuilegium ſolet aliquando concedi ſine cauſa, ſed diſpenſatio *eſt prouida Iuris relaxatio, ſeu moderatio, vtilitate, ſiue neceſſitate penſata*. Ita Panor. *in cap. cum in cunctis 1. de elect.* & Ioannes de Cruce *in Epitome de ſtatu Religion. l.2. cap. 1. concluſ. 2.* Differt 2. quòd diſpenſatio regulariter eſt ad vnum, vel paucos actus, & ad breue tempus: priuilegium autem regulariter eſt ad plures actus, & pro multo tempore. Layman. *ſupr.nu.5.* ex Salas, & Suarez.

4 Hiſpoſitis, circa priuilegium reale, & perſonale Regularium, id primò animaduertendum, hoc præcipue diſcrimen inter vtrumque verſari, quòd priuilegium perſonale corruit extincta perſona, cui conceſſum fuit. Priuilegium verò reale perſeuerat etiam extincta perſona. Azor. *to.1. Inſtit. moral. l. 5. cap. 22. quæſit. 6.* Suarez *d. cap. 3. num. 3.* Vnde priuilegium conceſſum alicui officio Religionis, v. g. Generalatui, vel Prouincialatui, vel quod idem eſt priuilegium conceſſum alicui Religioſo ratione officij, quod habet, non ceſſat in ipſo, ſed tranſit ad ſucceſſores, iuxta dicta *to.3. verbo*

Commiſſio, & Commiſſarius Regularium num.3. De quo & Fagundez *in 6. præcept. Decalogi l. 6. cap. 12. num. 35.* Similiter ſi immunitas aliqua Monaſterio, vel Eccleſiæ concedatur, ea gaudere poterunt omnes, qui temporis ſucceſſu Monaſterium, vel Eccleſiam poſſidebunt, donec omnino deſtructa ſint ſine ſpe refectionis. Nam ſi ſpes refectionis ſit, perdurat priuilegium, & cenſetur adhærere ſolo. *arg. l. Aede Sacra ff. de contrahend. emptio.* & *arg. ca. & hoc diximus 16. quæſt. 7.* iuncta Gloſſa *in cap. Abbate. de verbor ſignificat.* Gloſſa *in ca. paſtoralis 7. q. 1.* & alia Gloſs. *reg. 7. in 6.* Layman. *ſupr. num. 2.* Et conſonant, quæ dixi *to. 3. verbo Indulgentia quoad Regulares num. 8.* In dubio autem an priuilegium ſit reale, an verò perſonale, præter dicta à ſimili eodem *3.to. verbo Commiſſio, & Commiſſarius Regularium num. 4.* dicendum, quòd quando priuilegium eſt fauorabile, ſeu purum beneficium, iudicandum eſt reale. Ratio eſt, tum quia beneficium Principis late explicandum eſt. *l. vlt. ff de condit. principum.* Tum quia beneficium à Principe conceſſum decet eſſe manſurum. *de Reg. Iuris in 6.* Quando verò priuilegium eſt odioſum, quia eſt contra ius commune, vel præiudicat tertio, in dubio iudicandum videtur tanquam perſonale, quia odia ſunt reſtringenda. Suarez *ſupr. nu. 18. & 19.* Bonacina *ſupr. n. 7.* Portellus *in Dub. Regular. verbo priuilegium num. 5.* Diana *4. par. Tract. 3. reſolut. 51.* Per accidens tamen, ſcilicet rationis poſſeſſionis, vel maioris probabilitatis in alterutram partem, poterit etiam priuilegium odioſum in dubio pro reali reputari, quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis. Suarez, & Bonacina relati.

5 Secundò, priuilegia, ſiue realia, ſiue perſonalia, conceſſa Religioſis, vt ſic, extenduntur etiam ad Prælatos ipſorum, etiam ſi de ipſis nulla facta ſit expreſſa mentio in dictis priuilegijs. Tum quia Principis beneficium latè explicandum eſt ex lege relata, & *cap. cum olim de verborum ſignificat.* Priuilegium autem fauorabile eſt verè, & propriè beneficium. Ergo latè explicandum. Tum etiam, quia priuilegium non ſolum cenſetur conceſſum perſonis, quæ in ipſo ſunt expreſſæ, ſed etiam ijs, quæ propter vocis ſignificationem in eo comprehenduntur. At in fauorabilibus, & materia proportionabili Abbas comprehenditur appellatione Monachorum, cum per promotionem ad Abbatiam non deſinat eſſe Monachus, ſicut Rector per Rectoratum non deſinit eſſe ſcholaris, aut eſt peioris conditionis quam ille. Rodriguez *to. 3. quæſtionum Regular. q. 51. art. 11.* Tamburinus *de Iure Abbatum to. 1. diſp. 16. quæſt. 3.*

6 Tertiò, iuxta dicta *to. 3.* verbo *Gratia pro Regularibus num. 13.* ad valorem cuiuſcunque priuilegij non requiritur ſcriptura, ſeu Bulla.

la. Licet pro foro externo, vt probetur, ſcriptura requiratur. De quo etiam Ioannes de Cruce *ſupra dub.* 2. Nota autem id quod eo *num.* 13. dixi, ſcilicet, quòd propter reuocationem oraculorum viuæ vocis à Sede Apoſtolica Regularibus conceſſorum, priuilegia Regularibus conceſſa ſine ſcriptura his temporibus inualida ſunt, niſi aliquo modo poſtea perſcripturam ſint confirmata, iuxta dicta ſupra verbo *Oracula viuæ vocis.* Si tamẽ in futurum poſt prædictam reuocationem oraculorũm viuæ vocis à Gregorio 15. & SS. D. N. Vrbano factam, priuilegia aliqua viuæ vocis oraculo concedantur, valida erunt pro foro conſcientiæ, iuxta dicta.

7 Quartò, priuilegia quæcunque Auguſtinianorum, & eorum, qui cum ipſis communicant in priuilegijs, ſiue facta in forma Breuis, ſiue per ſupplicationẽ cum ſola Signatura *Placuit*, eamdem omnino habent efficaciam, etiam in iudicio, ac ſi plumbeo ſigillo ſignata eſſent. Ita enim conceſſit eiſdem Auguſtinianis Iulius 2. *Bulla* 22. in Bullario Rodriguez, vbi ſic dicitur. *Præterea, vt omnia firmiſſima ſint, quæ vobis Apoſtolica Sedes elargita eſt, proprio, & motu, & ſcientia, atque de plenitudine poteſtatis, volumus, ſtatuimus, decernimus, vt hac noſtra conceſſio, & quæcunque alia, vel tibi, vel tuo Ordini facta, ſiue per ſe ſiue, per communicationem, quam fecimus cum alijs Ordinibus, & Congregationibus, eamdem omnino vim atque efficaciam perpetuò habeant, tam in iudicio, quam extra iudicium, ac ſi plumbeo ſigillo obſignatæ eſſent. Quod intelligi volumus, tam de his, quæ in forma Breuis, quam de his, quæ per ſupplicationes expedita ſunt, in quibus placuit, vt ſola ſignatura ſufficeret. Quamobrem tam omnia præmiſſa, quam quæcunque alia fuerunt tuo Ordini, vt cumque conceſſa, ſiue ipſa exemplaria, ſiue eorum tranſumpta oſtendantur, Prælati alicuius, aut publici notarij manu ſignata, aut etiam Generalis Ordinis ſigillo firmata, eodem motu, ſcientia, & poteſtate decernimus, mandamusquè, eamdem omnino, & vim eſſe, & fidem adhiberi, ac ſi plumbi ſignum haberent.* Caſſarub. *in compend. Priuilegiorum Mendicantium verbo Priuilegia fratrum n* 18. & 19. Ioannes de Cruce *ſupr. Dub.* 2. *concl.* 3. Addit idem Caſſarub. *nu* 20. eamdem conceſſionem feciſſe eiſdem Auguſtinianis Leonem decimum.

8 Circa interpretationem priuilegij, præter dicta ſupra verbo *Leges Regularium à num.* 31. alia quoque animaduertenda. Primò, quòd quando in verbis ipſorum nulla eſt ambiguitas, vel dubietas, in illis non habet locum interpretatio. *l. ille, aut ille ff. de legat.* 3. Azor. *ſupr. dicto l.* 5. *cap.* 23. Tamburinus *dicta diſp.* 16. *quæſt.* 5. Quando verò verba priuilegij ſunt obſcura, diſtinguendum eſt. Priuile-

uilegium enim fauorabile latè explicandum, & pleniſſimè interpretandum, quantum rationabiliter iudicatum fuerit, ſeruata verborum proprietate, vt habetur expreſsè in *l. beneficium ff. de conſtit. Princip. & cap. quia circa de priuileg. & cap. dilecti de donation. & cap. olim de verbor. ſignif.* Si verò Priuilegium eſt odioſum, ſtrictè explicandum eſt, ſeruata verborum proprietate. Princeps etenim in odioſis cenſetur ſolùm denotare voluiſſe quatenus per verba expreſsè declarauit. *l. quod auſus ff. de emancip. liber.* Vnde ſi priuilegium eſt contra Ius commune, ſtrictè interpretandum eſt, vt quam mininum Iuri communi deroget, vt colligitur ex *l. quoties C. de prec. Imperat. offerend. l. ſi quando C. de in offic. teſtam. cap.* 1. *&* 2. *de fil. Presbyt. cap. quod dilectio de conſanguin. & affinit.* Et ratio eſt, quia priuilegium quod eſt contra Ius commune continet diſpenſationem Iuris communis, diſpenſatio autem eſt odioſa, & per conſequens ſtrictè explicanda. Gloſſa, & alij communiter in *dicto cap. olim de verborum ſignific.* Silueſter *verbo Priuilegium quæſt.* 3. Nauarrus *in Man. cap.* 12. *num.* 79. Azor. *d. cap.* 23. *quæſt.* 2. Suarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 27. *num.* 5. Bonacina *d. quæſt.* 3. *punct.* 7. §. 1. *num.* 4. 5. *&* 8. Naldus *in Summ. verbo Priuilegium num.* 1. Portellus *in Dub. Regular. verbo priuilegij extenſio num.* 44. & alij. Similiter, ſi priuilegium in alterius præiudicium cedat, ſtrictè etiam eſt interpretandum, vt colligitur ex *l.* 2. §. *merito. ff. ne quid in loco publico.* Tum quia Princeps non cenſetur velle alterum priuare iure ſuo, aut alteri damnum inferre, niſi quatenus verbis expreſſit. Tum quia in priuilegio ſemper ſubintelligitur clauſula *Salua Iuſtitia*, vt docet Ioan. Andr. quem citat Panormitan. *in cap. certificari num.* 9. *de ſepultur.* Salas *de legib. diſp.* 17. *ſect.* 8. Bonacina *ſupr. nu.* 13. Naldus *ſupr.* Tamburinus *d. quæſt.* 5. Idem dicendum de priuilegio, quod præbet occaſionem peccandi, ſeu ſcandali, quale eſſet, ſi alicui Religioſo concederetur aliquid contra Regularem obſeruantiam, vel quietem Religionis. *arg. cap. quod dilectio de conſanguinit. & affinit. in fin.* Non enim præſumendum eſt Principem, multò minus Papam, velle alicui concedere gratiam contrariam reformationi, aut quieti Religionum. Naldus *ſupr.* Bonacina *ſupr. nu.* 11. Layman. *ſupr. n.* 6. Non eſt tamen ita ſtrictè interpretandum priuilegium, vt nihil operetur, ſed debet intelligi, vt aliquid conducat, &, vt potius valeat quàm pereat. Nam iuſta Principis voluntas nunquam fruſtrari, aut inefficax reddi debet. *cap in his de priuileg.* Tamburinus *ſupr.* referens Silueſt. Nauarr. Azor, Suarez, & Salas.

9 Specialiter tamen quoad Regulares ſpectat animaduertendum, eſſe caſus aliquos, in quibus priuilegium quamtumuis contrarium

Iuri

Iuri communi latè explicari debeat. Primum eſt, ſi datum ſit in fauorem cauſæ publicæ, piæ, & religioſæ, qualis eſt cauſa Religionum. Qua de re Silueſter *d. quæſt.* 3. Tiraquellus *de priuilegijs piæ cauſæ priuileg.* 162. Suarez *cap.* 27. *num.* 7. vbi ait: *Priuilegium exemptionis Clericorum à Iuriſdictione Principum temporalium, vel Religioſorum à iuriſdictione Ordinariorum ampliè interpretandum eſſe in Religionis fauorem. Summa enim ratio eſt, quæ pro Religione facit, vt dicitur iu l. ſunt perſonæ ff. de Religioſ. & ſumpt. fun.* Accedit, quòd eiuſmodi priuilegia non vni perſonæ, ſed toti Communitati in perpetuum conceſſa æquentur legibus publico Iuris corpori inſertis, quæ latam interpretationem habent, ſicuti notauit Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 1. Henrriq. *lib.* 7. *cap.* 22. *num.* 3. Coninch. 3. *p. tom.* 2. *diſp.* 33. *dub.* 2. *num.* 16 Layman. *ſupr. num.* 5. Secundus eſt, quoties priuilegium ex vna parte derogans Iuri communi, ex alia cenſetur eſſe neceſſarium communi bono Reipublicæ. Nam tunc poteſt hæc ratio illi præponderare, & ea ratione priuilegium ampliari contra commune Ius. Et ſic ſolent ampliari priuilegia militum, & ſimilia. Quod etiam procedit in priuilegijs Religioſorum. Ratio autem clara eſt, quia cum hæc priuilegia habeant miſtionem odij, & fauoris reſpectu diuerſorum, neceſſe eſt, vt in effectu fauoris, vel odij illud vincat, quod ſecundum rectam prudentiam maioris ponderis fuerit. Item quia prudenter coniectamus hanc fuiſſe tunc mentem Principis concedentis priuilegium: in qua coniectura ferè tota hæc interpretatio priuilegiorum nititur. Suarez *ſupr. n.* 7. Tertius eſt, quando priuilegium eſt conceſſum motu proprio, nam tunc, etiam ſi ſit contra Ius commune, ampliatur, & in ordine ad intrepretationem cenſetur ſimpliciter fauorabile, iuxta *cap. ſi motu proprio de præben. in* 6. & tradunt Iuriſtæ. Abb. cum Ioan. Andr. *in cap. cum in cunctis* 5. *cum vero de elect. num.* 8. Felin. *in cap. ex parte de reſcript. num.* 13. *limit.* 6. Alex. de Neuo *in cap. Qui circa de conſanguinit. & affinit. num.* 10. Rebuf. *in concordat. tit. forma mandati verb. motu proprio.* Anton. Gabr. *lib.* 10. *concluſ.* 2. *n.* 61. & ſequentibus, vbi plures refert. Ratio verò eſt, quia hæc extenſio videtur pertinere ad fauorem, & honorem ipſius Principis. Nam quod motu proprio concedit, cenſetur proprium beneficium eius, & ex certa ſcientia fieri, vt in dubio extendatur potiùs, quam reſtringatur. Suarez *ſupr. num.* 8. Portellus *ſupr. num.* 45. Layman. *ſupr.* Quartus eſt, in priuilegijs, quæ in Iure communi continentur, nam illa iam non cenſentur ius priuatum, ſed commune, & ideo per regulas Iuris communis iudicanda ſunt. Suarez *ſupr.*

10 Quoad hoc etiam priuilegia aliqua Regularibus conceſſa ſunt,

ex

ex quibus habetur, quòd priuilegia dubia ipſorum, dubietate orta ex ambiguitate verborum, & ex Iuriſtarum interpretatione, in fauorem Regularium ſint intelligenda. Ita enim conceſſit Camaldulenſibus Leo 10. & Iulius 2. Congregationi Montis Oliueti, vt habetur *in Compendio Societatis verbo Priuilegia* §.4. & Alexand. 6. Benedictinis Caſſinenſib. vt habetur *in iſtorum Compendio conceſſione* 49. Ioannes de Cruce *ſupr. cap.* 2. *concluſ.* 3. §. 1. *regula*. Tamburinus *ſupr. quæſit. 6. num.* 4. dicens idem conceſſiſſe Iulium 2. Congregationi Vallis vmbroſæ.

11 Circa eum verò, ad quem ſpectat priuilegia interpretari nota, quòd licet interpretatio priuilegiorum Sedis Apoſtolicæ ſpectet ad eum, qui illa conceſſit, ſcilicet Papam. *cap. cum veniſſent de iudic. & cap. inter alia de ſent. excommunicat. & l. ſi imperialis maieſtas. l. leges Sacratiſſimæ C. de legib. l. non ambigitur ff. eodem.* Silueſter *ſup. q.* 3. Barboſa *in d. cap. cum veniſſent*. Tamburinus *ſupr. nu.* 1. Hoc tamen intelligendum eſt de interpretatione iudiciali, quæ de iure ad ſolùm Summum Pontificem ſpectat, de qua principali, & iuridica interpretatione iudiciali intelligi debent (iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 76.) verba appoſita in Conſtitutionibus Summorum Pontificum, quando dicitur, quòd *Nemini liceat ipſas aliter interpretari*, vel quòd ſit ſublata poteſtas aliter deffiniendi, interpretandi, & determinandi; non autem de interpretatione, & declaratione doctrinali, & magiſtrali, quæ benè fieri poteſt à Prælatis Religionum, iuxta ibidem dicta. Interpretationi autem huiuſmodi ab ipſis factæ poſſunt eorum ſubditi tuta conſcientia ſtare, iuxta dicta etiam eo *cap.* 18. *num.* 56. Rodriguez *to.* 1. *quæſtion. Regular. q.* 11. *art.* 1. Miranda *in Manuali Prælator. to.* 2. *q.* 44. *art.* 2. Ioannes de Cruce *ſupra cap.* 2. *dub.* 1. *concl.* 2. *& dub.* 2. *concl.* 2. Peirin. *to.* 1. *priuilegiorum Minimorum in Conſtitutione* 13. *Iulij* 2. §. 1. *nu.* 1. Tamburin. *ſupr. d. quæſit.* 6.

12 Extant etiam plura priuilegia Regularibus conceſſa, quibus prohibetur interpretatio (intellige iuridica) priuilegiorum Religionum Archiepiſcopis, Epiſcopis, aut alijs Eccleſiarum Prælatis. Ita enim conceſſit Clem. 4. Prædicatoribus, & Minoribus. Caſſarub. *in Compen. Priuilegiorum Mendicantium verbo Priuilegia fratrum num.* 5. Et Paulus 3. Ieſuitis. Sanchez *to.* 2. *Conſiliorum moralium lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 1. *num.* 34. Vide alia apud Enriquez *l.* 7. *de Indulgentijs cap.* 25. *num.* 6. & Rodriguez *ſupr.* Extat etiam priuilegium Iulij 2. conceſſum Thomæ de Vio Caietano Generali Prædicatorum apud Peirinis relatum, in quo ipſi concedit facultatem declarandi priuilegia à Sede Apoſtolica eidem Ordini conceſſa, &

con-

concedenda, *quoad ſerenitatem conſcientiarum ſubditorum dumtaxat*, inquit Pontifex. Quod priuilegium Peirinis, & Tamburinus relati intelligunt de facultate interpretandi etiam iuridicè, & non tantùm de facultate interpretandi doctrinaliter, cum ad hanc non requiratur auctoritas Apoſtolica. Supponere etiam videntur, hoc priuilegium, etſi ſolùm dicto Thomæ Caietano ſit conceſſum, extendi etiam ad alios Generales eiuſdem Ordinis, ac per conſequens etiam aliorum Ordinum habentium communicationem cum Ordine Prædicatorum.

13 Qualiter etiam poſſint Prælati Regulares non ſolùm interpretari, ſed etiam limitare, reſtringere, imo etiam tollere ſuis ſubditis vſum quorumcunque priuilegiorum, etiam à Sede Apoſtolica emanantium, ita vt nequeant talibus priuilegijs vti, dixi *to. 1. cap. 18. num. 56.* Tum ex conceſſione Leonis 10. facta Minoribus, & Auguſtinianis, & Clementis 4. Ciſtertienſibus, & Gregorij 13. Societati Ieſu. Tum etiam ex ratione, quia nullo modo credendum eſt velle Summos Pontifices Regularis obſeruantiæ maximos Zelatores, vt fratres priuilegijs eorumdem Ordinibus conceſſis vti poſſint contra voluntatem ſuorum Superiorum. De quo, præter authores ibi relatos, vide etiam Rodriguez *to. 1. quæſtion. Regularium q. 9. ar. 2.* & Tamburin. *ſupr. quæſt. 9.*

14 Ceſſant primò priuilegia Regularium ſi fuerint conditionata, ceſſante conditione: nam mens concedentis illa ſolùm fuit dependenter ab illa conditione. Suarez *ſupr. cap. 29. num. 5.* Portellus *ſupr. verbo Ceſatio Priuilegij num. 49.* Layman. *ſupr. n. 17.* Ceſſant ſecundò, ſi conceſſa fuerint pro tẽpore determinato, elapſo illo tempore. Suarez *ſupr. num. 4.* Portellus, & Layman. *ſupr.* Ceſſant tertiò, ceſſante cauſa totali, propter quam conceſſa ſunt, vt ſi Monaſterio conceſſa fuerit exemptio à ſoluendis Decimis propter illius conſtructionem, ceſſat tale priuilegium quando iam plenè conſtructum fuerit. *cap. cum ceſſante de appellat.* vbi dicitur, quòd *ceſſante cauſa ceſſat effectus*. Layman. *ſupra.* Tamburinus *ſupr. quæſt. 10. n. 3.* Nota autem pro Regularibus hunc modum deſitionis priuilegij non habere locum in priuilegio, quod non derogat Iuri, ſiue communi, ſiue alterius tertij, ſed eſt mera gratia, & beneficium Principis. Quia, vt tale priuilegium ritè, & licitè concedatur, vel non requirit cauſam, (vt aliqui volunt) vel licet illam requirat, vt honeſtè, & prudenter concedatur, poſtquam ſemel facta eſt conceſſio, iam non amplius requiritur talis cauſa, quia ſolùm fuit neceſſaria reſpectu voluntatis Principis, vt honeſtè moueretur, & ideo beneficium permanet, etiam ſi cauſa ceſſauerit. Decet enim beneficium Principis

eſſe

esse manſutum, vt in Regula Iuris dicitur. Quod maximè locum habet in beneficio mero, & fauorabili, quod ſine conditione, & abſolutè fit. Sicut eleemoſyna facta pauperi rata manet, etiam ſi deſinat esse pauper; & donatio facta amico ſemper durat, etiam ſi amicitia ceſſet. Suarez *ſupr. cap.* 30. *per totum*, vbi multa. Ceſſant quartò, quando important gratiam faciendam, morte concedentis, ſi res ſit integra, & non ſit inchoata executio priuilegij, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Gratia pro Regularibus num.* 7. Vbi etiam *num.* 8. quòd ſecus dicendum ſit de priuilegijs, quæ continent gratiam factam. De quo, præter Auctores ibi relatos, Ioannes de Cruce *ſupra cap.* 3. *de Ceſſatione priuilegij dub.* 1. *concluſione* 3. An autem ceſſent morte concedentis, gratiæ, ſeu priuilegia conceſſa ad beneplacitum, arbitrium, ſeu voluntatem concedentis, Sedis, Officij, Dignitatis &c. dixi eo loco *num.* 9. Ceſſant quintò, per renunciationem ipſorum; quilibet enim poteſt priuilegio, & fauori ſuo renunciare. *cap. ſi terra, & cap. accedentibus de priuileg. cap. ad Apoſtolic. de Regular. l. ſi quis in conſcribendo C. de pact.* DD. ibidem. Siluester *in Summa verbo Priuilegium q.* 10. *dicto* 8. Suarez *ſupr. cap.* 33. Bonacina *dicta q.* 3. *punct.* 8. §. 4. apud quos alia. Nota autem quoad Regulares id præcipuè esse verum in priuilegijs priuatis perſonis conceſſis: priuilegia namque Communitati Religioſorum conceſſa renunciari non poſſunt à particularib. Religioſis, quia renunciatio eſt abdicatio illius, quod cuique proprium eſt, at priuilegium totius Ordinis non eſt proprium vnius Monachi, neque vnius Prouinciæ, & proinde illi renunciare non poſſunt. Portellus *ſupr. verbo Priuileg. ceſſatio num.* 52. ex Rodriguez, Ioannes de Cruce *ſupr. cap.* 3. *dub.* 2. *concl.* 5. ex Siluestro, & Armilla. Addit Portellus, poſſe Capitulum generale renunciare priuilegijs ſui Ordinis. Cui fauet *cap. ſi terra* relatum, vbi id videtur haberi. Verumtamen ſatis probabile eſt, nec Capitulum generale poſſe renũciare priuilegijs ſuæ Religioni conceſſis, niſi illa non ſint ipſi vtilia, aut ſint indifferentia, iuxta *cap. cum acceſſiſſent de conſtitut. cap. pro illorum de præbend.* Et ratio esse poteſt, quia renunciatio priuilegiorum videtur quædam alienatio bonorum, quæ prohibita eſt Regularibus, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 10. *& to.* 2. *cap.* 19. *à num.* 54. *& to.* 3. *verbo Alienare, ſeu alienatio.* Priuilegia enim ſunt quædam bona Religionis. Ceſſant ſextò, quotieſcunque ſubreptitiè, vel obreptitiè impetrata ſunt. De quo, præter dicta ſupra verbo *Leges Regularium num.* 4. agit Miranda 2. *tom. Man. Prælat. q.* 43. *art.* 2. *concl.* 1. An autem perdant Religioſi non viuendo Regulariter ſua priuilegia, habet idem Miranda *ſupr. art.* 3.

Ceſ-

Digitized by Google

15 Ceſſant ſeptimò, & præcipuè, priuilegia Regularium per non vſum ipſorum. Ita enim ſupponunt Doctores *in cap. cum acceſſiſſent de conſtit. & in l. falſo C. de diuerſ. reſcript. & in l. 1. ff. de nundin.* Pro quo nota primò, aliud eſſe non vſum priuilegij, aliud contrarium vſum priuilegij. Non vſus priuilegij eſt omiſſio priuilegij affirmatiui concedentis talem vſum, ſeu, quod idem eſt, ſolùm opponitur priuilegio affirmatiuo concedenti aliquem vſum, quale eſt v.g. priuilegium comedendi carnes dies prohibito, vel audiendi diuina in loco interdicto, aut eligendi Confeſſorem &c. Contrarius vſus priuilegij opponitur negationi, ſeu omiſſioni conceſſæ per priuilegium, ſeu quod idem eſt, opponitur ſolùm priuilegio negatiuo, quod ſcilicet dat facultatem non faciendi aliquid, videlicet non ſoluendi Decimas, non accedendi ad proceſſiones &c. Suar. *ſupr. c. 34. num. 3. & cap. 35. num. 1.* Bonac. *ſupr. puncto* 8. §. 5. *& 6.* Portellus *ſupr. num. 56.* Modò ergo ſolùm loquimur de non vſu priuilegij, dicturi poſtea de vſu contrario priuilegij. Nota etiam ſecundò, quòd cum dicimus priuilegia Regularium amitti per non vſum, intelligendum ſolùm id eſt de priuilegijs, quibus conceditur facultas ad aliquid faciendum, quod in aliorum grauamen cedit, vt eſt priuilegium imponendi tributum, vel exigendi Decimas &c. non autem de priuilegijs, quæ concedunt facultatem aliquid faciendi, quod non cedit in aliorum grauamen, qualia ſunt ea, quæ adduxi, & ſimilia, etiam ſi talis non vſus per longiſſimum tempus duret. Ratio primæ partis eſt, quia ex non vſu priuilegiorum primo modo poteſt naſci præſcriptio ex parte illorum, in quorum præiudicium cedunt, ac per conſequens ratione talis præſcriptionis ceſſabunt dicta priuilegia. Ratio verò ſecundæ partis eſt, quia nullo iure habetur huiuſmodi priuilegia per non vſum quantumuis longiſſimum amitti. Non enim amittuntur via præſcriptionis, cum nemo ſit qui contra huiuſmodi priuilegia non oneroſa præſcribere poſſit. Neque via tacitæ renunciationis, quia quiſque liberam facultatem habet priuilegio vtendi, vel etiam non vtendi. Hanc enim regulam tradit Abbas *in cap. Ioannes de Clerico coniug. in fine.* Cum lex non neceſſitat ad agendum, ſed ſolùm dat facultatem ad agendum, non tollitur per non vſum. Eadem verò ratio eſt de priuilegio, quod etiam liberum vſum habet. Suarez *dicto cap. 34 num. 16. & 17.* Bonacina *dicto §. 5.* Layman. *dicto cap. 23. num. 21. & 22.* Tamburinus *ſupr. quæſit. 14.* Apud quos alia, quæ, quia parum ſpectant ad Regulares, omitto. Illud tamen tertiò pro eiſdem animaduertendum, quòd cum per non vſum priuilegij affirmatiui, per quod conceditur facultas faciendi aliquid in aliorum damnum vergens, ceſſet, eò quod

quòd ſit indicium renunciationis illius, vt communiter ſupponunt Doctores; ideo ad hoc quòd per talem non vſum ceſſet priuilegium requiruntur tria. Primò, vt oblata fuerit occaſio vtendi illo, & non ſit factum; quod vocari ſolet non vſus priuatiuus, ad differentiam non vſus negatiui, qui tunc contingit quando quis non vſus eſt priuilegio, quia non eſt data occaſio, ſeu opportunitas eo vtendi. Secundò, vt detur ſcientia talis priuilegij. Tertiò, vt detur potentia tunc faciendi; id eſt, quòd non detur tunc impedimentum. Si enim hæ tres conditiones non concurrant, talis non vſus non dicetur voluntarius, ac proinde non poterit eſſe indicium renunciationis, quæ debet eſſe voluntaria. Declaratur hoc exemplo. Habet aliquis Conuentus priuilegium exigẽdi Decimas ab aliquo populo in aliqua occaſione v.g. tempore belli; non occurrit talis occaſio per longiſſimum tempus, vel non adeſt ſcientia talis priuilegij, vel eſt aliquod impedimentum ad illius executionem, tunc, etiam ſi longiſſimum tempus pertranſeat, non ceſſat priuilegium. Corduba *in annotationibus ad compend. priuilegior. Mendicant. verbo Abſolutio quoad ſeculares primo quoad* §. 19. Suarez *ſupr. nu.* 3. *&* 4. Portellus *ſupr. n.* 57. Naldus *ſupr. n.* 6. *&* 9. Bonacina *ſup. nu.* 5. Tamburin. *ſupr.* Ioannes de Cruce *dicto l.* 2. *cap.* 3. *dub.* 2. *concl.* 4. Peirinis *to.* 1. *priuilegior. Minimor. in Conſtitut.* 15. *Iulij* 2. *num.* 1. Archangelus Romanus *ſupr. lib.* 2. *cap.* 14. Quartò etiam animaduertendum, quòd adhuc poſitis dictis conditionibus, adhoc quòd currat præſcriptio non vſus priuilegiorum Religionis, requiritur illud temporis ſpatium, quod ad præſcriptionem bonorum Religionis; cum priuilegia etiam ſint quædam bona ipſius. Cum ergo licet ad præſcriptionem priuilegij conceſſi priuatæ perſonæ requiratur decennium, vt ex Barth. *in l. falſo. C. de diuerſ. reſcript. & in l.* 1. *ff. de nundinis*, & alijs DD. communiter tradunt Suarez *ſupr. num.* 19. Naldus *ſupr. num.* 9. & Ioannes de la Cruce *ſupra concluſ.* 3. & ad præſcriptionem contra Eccleſias, ſeu Monaſteria requiratur tempus 30. vel 40. potius annorum. *cap. accedentibus de priuilegijs, cap. de quarta, & cap. illud de præſcriptionib.* (Suarez *ſupr. num.* 20. & Salas *de legibus diſp.* 17. *ſect.* 13. *num.* 64.) ideo ad præſcriptionem per non vſum contra Religionum priuilegia requiritur idem tempus. Corduba, & Peirinis *ſupra.* Portellus etiam *ſupr. num.* 58. Sunt etiam aliquæ Religiones, in quibus, & alijs, quæ potiuntur per communicationem ipſarum priuilegijs, non currit dicta præſcriptio, nec per conſequens per non vſum priuilegiorum non perdunt illa, niſi per ſpatium ſexaginta annorum. Ita enim conceſſit Eugenius 4. Benedictinis in Bulla *Etſi ea debito* in Bullario Rodriguez *to.* 1. in eodem

Euge-

Eugenio *Bulla* 7. Refert etiam Tamburin. *dicto quæsito* 4. hoc idem priuilegium extensum fuisse à Iulio 2. ad Congregationem Vallis vmbrosæ. Idem etiam Eugenius 4. in alia Bulla *Ex Apostolicæ* concessit Benedictinis Monasterij S. Pauli extra muros Vrbis apud eumdem Rodriguez dicto primo to. Bullarij *in eodem Eugenio num.* 17. quòd contra bona prædicti Monasterij non currat præscriptio nisi per spatium centum annorum. Quod priuilegium, licet specialiter concessum sit dicto Monasterio, eo quòd illud sit speciale membrum Apostolicæ Sedis, & propria Romani Pontificis Sedes, vt inquit Pontifex in ea Bulla, nihilominus ad alias Religiones habentes communicationem cum Benedictinis extensum esse, tenent Rodriguez *to. 3. quæst. Regularium q.* 35. *ar.* 2. Ioannes de Cruce *sup. concl.* 2. Portellus, & Tamburinus *supra*, & alij.

16 Octauò etiam, & præcipuè, amitti priuilegia Regularium per contrarium vsum, colligitur, tum ex eo quòd per talem contrarium vsum præsumuntur renuntiare dictis priuilegijs, tum ex *cap. cum accessissent de consuet. ea. accedentibus de priuilegijs*, & alijs iuribus. Tum quia lex cessat per actus contrarios, ergo etiam cessare videtur priuilegium. Siluest. *supr. q.* 10. *dicto* 3. *&* 10. Suar. *supr. cap.* 35. *num.* 2. Bonacina *supr. §. 6. num.* 2. ex alijs. Nota tamen primò, id esse intelligendum de priuilegijs negatiuis, illis enim solùm opponitur vsus contrarius, iuxta dicta supra. Bonacina *supr. num.* 1. Deinde secundò de priuilegijs, quæ alijs sunt onerosa, v.g. exemptionis à Decimis, à iurisdictione Ordinarij, &c. Alia enim nulli præiudicantia, v.g. priuilegium non ieiunandi per actum contrarium non tollitur. Layman. *supr. num.* 23. Tertiò, ad id etiam requiri scientiam, seu notitiam priuilegij; nam sine illa non contingit renunciatio voluntaria priuilegij, ratione cuius hic vsus contrarius est causa amissionis illius. Bonacina *d. num.* 2. ex Salas, Suarez, & alijs. Quartò, quòd si priuilegiatus actum contrarium exercens non habuit animum priuilegio simpliciter renunciandi, sed solùm quoad illum actum, in conscientiæ foro priuilegium non amittit. Imò neque in externo foro amittere debet, si constet, vel ex indicijs colligi possit, animum simpliciter renunciandi defuisse. Nisi insuper etiam legitimæ præscriptionis tempus cum priuilegiati taciturnitate decurrerit. Suarez *supr. num.* 25. Layman. *supr. num.* 23. §. *Cæterum*. Si verò priuilegiatus fecit contra priuilegium intentione non renunciandi, intentionem autem suam nequeat in foro externo probare, tenetur ratione scandali vitandi se gerere, ac si re ipsa renunciasset. Præciso verò scandalo, non tenetur, sed potest sibi consulere, quia sententia materialiter iniusta contra rei veritatem

non obligat in conſcientia præciſo ſcandalo. Bonacina *ſupr. nu.5.* ex Suarez. Optimum autem conſilium eſt, quòd ſi priuilegiarius aliquid, quod videtur contrarium priuilegio, facit, illud faciat præmiſſa proteſtatione non præiudicandi priuilegio. Talis namque proteſtatio excludit voluntatem renunciandi priuilegio, & oſtendit talem actum non eſſe formaliter priuilegio contrarium, cum priuilegiarius illum non faciat vti obligatus, ſeu animo ſubeundi obligationem, quæ per priuilegium ablata fuerat. Salas *dicta ſect.13. nu.63.* Tamburinus *dicto quæſito 14. num.8.* Nota quintò, quòd priuilegia conceſſa principaliter in fauorem Eccleſiæ, alteriuſue Communitatis, qualia ſunt regulariter priuilegia Religionum, non poſſunt tolli per renunciationem particularium perſonarum. Verbi gratia Prælati, Clerici, aut alicuius particularis. Abbas *in cap. cum acceſſiſſent. num. 1. de conſtitut.* Layman. *ſupra*. Et ratio eſt, quia contrarius vſus, per quem tollitur priuilegium, debet eſſe illius cuius eſt priuilegium. Rodrig. *to. 3. quæſt. 51. art. 5.* Suarez *ſupr. num.6.* Vnde colliges, quòd ſi Prior, vel Guardianus non obligatus ire ad proceſſiones, nihilominus vadit bis, & ſæpe, per hunc contrarium vſum non perditur priuilegium Ordinis, aut Conuentus. Ille enim contrarius vſus non eſt factus à Religione, & ſaltem ſucceſſor reclamans, reſtitutionem obtinebit antequam accreſcat præſcriptio contra illud Monaſterium. Portellus *ſupr. num. 60.* Suppono autem 6. priuilegia etiam amitti per viam præſcriptionis per vſum contrarium. Vnde de tali præſcriptione, & tempore ad illam requiſito philoſophandum eſt ſicut dixi ſupra de amiſſione priuilegiorum per non vſum. De quo etiam Suarez *ſupr. n.21.*

17 Notanda etiam hic ſunt aliqua priuilegia Regularium, quibus ea, quæ dixi circa non amiſſionem priuilegiorum eorum per non vſum, vel vſum contrarium, magis elucidantur. Primò enim Nicolaus 4. conceſſit Carthuſienſibus, vt poſſint vti priuilegijs eis conceſſis, etiam ſi propter ſimplicitatem, & Iuris ignorantiam vſi non fuiſſent illis retroactis temporibus, dummodò eis non ſit per præſcriptionem, vel aliàs legitime derogatum. Caſſarubius *in Comp. Priuilegiorum fratrum poſt num. 32.* Similiter Eugenius 4. in Bulla *Etſi quaslibet* in Bullario Rodriguez in eodem Eugenio *Bulla 11.* poſt plura priuilegia Benedictinis conceſſa hæc habet. *Adijcientes etiam quòd ſi quandoque contigerit per aliquem, aut plures actus contra huiuſmodi, aut quæcunque alia priuilegia, indulta, gratias, immunitates, & ordinationes præfata Congregationi conceſſa, aut ipſorum aliquid, à quocunque cuiuſcunque conditionis, dignitatis, gradus, ſeu ſtatus exiſtat, ex negligentia, vel ignorantia præſentium,*

vel

Digitized by Google

vel futurorum, quibus hæc concedantur, aut alia quauis causa, propter quam fuerit aliter attentatum, vel pro tempore obseruatum, ignoranter, vel scienter, nullum tamen præiudicium decretis, priuilegijs, indultis, gratijs, immunitatibus, ordinationibus huiusmodi volumus generari: sed in suo vigore, ac robore permanere. Fere, similia, etsi non tam vniuersaliter eidem Benedictinis concessit idem Eugenius in alia Bulla *Regularem vitam* apud eumdem Rodriguez *supr. num* 9. De quo etiam Naldus *supr. num.* 9. Ioannes de Cruce *supr. dub.* 3. *conclus.* 2. Diana 3. *p. Tract.* 2. *Resolut.* 88. & Tambur. *supr. num.* 11.

18 Nonò similiter amitti priuilegia Regularium per abusum illorum colligitur ex *ca. vbi dist.* 74. *ca. priuilegium q.* 3. *cap. licet de Regularibus. cap. vt priuilegia de priuileg. cap. contingit* 2. *de sent. excomm. cap.* 1. *&* 7. *de postulat. præbend. & cap. recolentes de statu Monachor.* Suarez dicto *l.* 8. *cap.* 36. *num.* 1. Salas *disp.* 17. *sect.* 13. & alij. Hic autem abusus multipliciter contingere potest, primò, vtendo priuilegio concesso vltra limites priuilegij, vt si quis vtatur priuilegio cessante causa priuilegij, aut eo loco, vel tempore, vel circa personam, vel circa res, quibus priuilegium non est concessum. Secundò, faciendo aliquid iniquum spe, vel occasione, seu licentia arrepta à priuilegio: vt si liberiùs delinquat spe impunitatis concepta occasione priuilegij. Tertiò, faciendo contra finem priuilegij, vt si Canonicus dum abest causa studiorum prætextu priuilegij, neglecto studio, inutiliter tempus conterat, vanisque occupationibus detineatur; vel quod idem est, & magis ad intentum nostrum, si Monasterium habens ius percipiendi Decimas ratione cultus diuini conseruandi, illas expenderet in vanos vsus. Suarez *supr. num.* 3. Bonacina §. 7. *num.* 4. Tamburin. *supr. num.* 12. *&* 13. Licet autem regulariter loquendo priuilegia dicantur amitti per abusum, quatenus scilicet mereantur illis priuari, qui ipsis abutuntur, prout colligitur ex iuribus relatis, specialiter ex dicto *ca. vbi*, in quo Simplicius Papa dicit *priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate*, aliquando tamen amittuntur ipso facto, tum ex Iuris dispositione, quo pacto v. g. in *cap. vlt. de immunitate Ecclesiæ* statuitur, eos, qui in Ecclesia, vel Cœmeterio delinquunt, Ecclesiastica immunitate non gaudere. Tum ex natura ipsorum priuilegiorum, vt si in illis dicatur, quod qui ipsis abusus fuerit ipsa perdat. De quo Suarez *dicto cap.* 36. Bonacina *dicto* §. 7. Layman. *supr. num.* 14. An autem quando ipso facto ammittuntur adhuc requiratur sententia declaratoria, saltem criminis, seu abusus, collige ex dictis supr. verb. *Pœna Ecclesiastica nu.* 8. ex Authoribus relatis.

19 Maximè decimò, amitti priuilegia Regularium per reuocationem ipsorum, communis sententia Doctorum est *l. Iudicium ff. de Iudicijs*. Siluester *dicto verbo priuilegium q.* 10. *dicto* 7. Ioannes de Cruce *supr. dub.* 4. *concluſ.* 1. Duobus autem modis reuocari possunt; primò, expressè. Tunc autem expressè reuocantur, cum per verba expressa, & clara v. g. *Reuocamus, annullamus*, vel alijs similibus, id fit. Hæc autem reuocatio expressa potest esse, vel specialis, vel generalis, specialis est quando per eam reuocatur aliquod priuilegium speciale in particulari; generalis verò erit, cum non specificatur aliquod priuilegium speciale, quod reuocetur; sed in genere, & in communi dicitur reuocari omnia priuilegia, & indulta in contrarium, prout faciunt Summi Pontifices per hæc verba *Non obstantibus quibuscunque priuilegijs &c.* Suarez *supr. cap.* 38. *num.* 1. Bonacina *d. q.* 3. *punct.* 8. §. 3. *num.* 11. Portellus *supr. verbo priuilegij cessatio per renunciationem num.* 66. Reuocatio tacita priuilegij est illa, quæ non fit expressis verbis, sed per actum contrarium omnino priuilegio factum à concedente; per quem actum priuilegium subsistere non possit. Vt si concedens Religiosis exemptionem à tributis iuberet postea ab illis exigi ipsa. Tunc enim per hunc actum contrarium clarè innuit se tollere priuilegium, cum voluntas alicuius non solùm verbis, sed etiam factis demonstretur. Portellus *supr. num.* 68. Bonacina *supr. num.* 14. ex Felino, Suarez, Salas, & alijs. Requiritur tamen, vt concedens, vel reuocans priuilegium habeat notitiam illius, aliàs non censebitur illud tollere, vt de se patet, & supponunt dicti Auctores, & Layman. *supr. nu.* 27. Circa quæ, quia maximè necessaria Regularibus, aliqua animaduertenda.

20 Et primò quidem generaliter loquendo circa reuocationem priuilegiorum nota primò, priuilegia concessa Regularibus reuocari non posse nisi ab ijs, qui ipsorum Regularium Superiores fuerint. Quod dixerim propter priuilegia ab Imperatore, Regibus, vel Principibus concessa eisdem Regularibus. Ea enim postquam ab ipsis acceptata fuerint, reuocari ab illis non possunt, quia postquam acceptata sunt transeunt in contractum, quo ius adquiritur ad illa. Suarez *supr. cap.* 37. *num.* 2. Diana *par.* 3. *tract.* 1. *resolut.* 57. §. *non tamen & p.* 5. *Tract.* 1. *resolut.* 14. §. *sed hæc doctrina*. Layman. *supr. num.* 25. §. *dixi autem*. Limitant tamen id aliqui, nisi tanta rerum mutatio superueniret, vt priuilegium censeatur grauiter pernicioſum Reipublicæ. Suarez *supr. num.* 3. Bonacina *supr. num.* 4. ex alijs. Secundò nota, nec à Superioribus Regularium, qui ipsis priuilegia concesserunt, reuocari posse, nisi non solùm illa, quæ gratiosè data sunt. Quæ enim etiam subditis data sunt per contra-

tractum oneroſum, ſeu lucratiuum, vel in præmium, ſeu remunerationem meritorum, aut cum adiuncto onere, reuocari non poſſunt. Quia hæc obligatio naſcitur ex naturali iuſtitia, quæ etiam obligat Superiores reſpectu ſuorum inferiorum. Suarez *ſupr. num.* 5. *&* 6. Salas *ſupr. diſp.* 17. *ſect.* 4. Bonacina *ſupr. num.* 2. ex his, & alijs DD. Intellige tamen, niſi adſit grauis cauſa ad bonum publicum ſpectans, & tunc cum aliqua compenſatione iuris ablati. Layman. *ſupr.* ex alijs DD. Conſonantque, quæ 3. *to.* verbo *Bulla Cœnæ num.* 61. & verbo *Bulla Cruciatæ num.* 22. & verbo *Iubilæum n.* 5. ex alijs dixi. Quæ maximè animaduertenda ſunt pro priuilegijs Regularibus conceſſis, ea enim, magna ſaltem ex parte, illis conceſſa ſunt in præmium laborum, quos paſſi ſunt, & quotidie patiuntur pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ defenſione, & augumento, ac animarum ſalute, prout, & ipſi Summi Pontifices, qui talia priuilegia conceſſerunt, ſæpiùs teſtantur. Peirinis *to.* 1. *Priuilegiorum Minimor. in Conſtitut.* 26. *Leonis* 10. *num.* 2. *&* 3. *to.* 1. *cap.* 4. *in Additamentis ad Conſtitutiones eiuſdem Leonis num.* 24. Tertiò nota, quòd, vt reuocatio priuilegij facta per legem habeat ſuum effectum, requiritur publicatio reuocationis. Sicut enim lex non obligat ante publicationem, ita reuocatio priuilegij facta per legem non habet ſuum effectum antequam publicetur. Suarez *ſupr. cap.* 40. *num.* 1. Bonacina *ſupr. num* 20. Imò etiam requiritur quòd talis reuocatio quantumuis facta in Curia peruenire poſſit ad notitiam priuilegiatorum. Ita enim videtur neceſſarium ad conuenientem ordinem gubernij, & ad vitanda plura incommoda, quæ ſequi poſſunt. Suarez *ſupr. num.* 3. Portellus *ſupr. num.* 1. Non tamen opus eſt, vt talis lex priuilegiatis ſingulis innoteſcat: ſatis enim eſt ſi legitima promulgatio facta ſit, ita vt in publicam notitiam deuenire poſſit; quod contingit regulariter poſt duos menſes extra Curiam. Tunc enim ſi aliqui adhuc ignorent, per accidens id cenſeri debet. Layman. *ſupr. num.* 28. poſt Salas, & alios. Nec etiam requiritur quòd talis promulgatio reuocationis in ſingulis Diœceſibus fiat, prout tenent Sotus 1. *de Iuſtit. q.* 1. *art.* 4. & Medina 1. 2. *q.* 90. *art.* 4. *poſt* 5. *concluſionem*. Quia Eccleſiæ praxis eſt in contrarium, cum conſtet quotidie fieri leges Pontificias reuocantes priuilegia Religionum Romæ tantum promulgatas. Suarez *ſupr. num.* 2. Portell. *ſupr. num.* 40. Facta verò legitima publicatione, ita vt eius notitia ad Ordines, Communitates, vel Monaſteria priuilegiata peruenire poſſit, ſtatim manet reuocatum priuilegium, ita vt acta per illud non valeant, etiam ſi ignoranter, aut ſine culpa fiant. Quia leges communes non attendunt id quod eſt per accidens, qualis eſt dicta ignorantia; ſed

id quod est per se, & morale. Suarez *num.* 4. Bonacina *num.* 20. Excipe actus publicos factos cum errore communi, & titulo colorato, nam isti validi sunt, non in vi solius priuilegij, sed adminiculo iuris sustinentis similes actus factos titulo publicè reputato, ac tolerato, iuxta *l. Barbarius ff. de off. præt.* Ita DD. citati. Loquendo autem de reuocatione priuilegij facta ab homine non per legem, sed priuatim, dicendum est, eam non habere effectum, nec irritare gesta per dictum priuilegium antequam priuilegiato specialiter intimetur, seu ad eius notitiam perueniat. Ratio colligitur ex differentia, quæ est inter reuocationem priuilegij factam per legem, & eam, quæ fit ab homine, & priuatim, nam reuocatio priuilegij facta per legem habet definitum modum, quo per se possit, ac debeat publicari, & diuulgari, vt in aliorum notitiam possit peruenire, illa scilicet, quam assignauimus, & ideo illa notitia publica per se sufficit, & particularis ignorantia, quæ per accidens est, non consideratur. At verò reuocatio ab homine, & priuata, non habet per se alium modum promulgationis, neque illum postulat, & idco per se expectat singulorum intimationem. Siluester *in Summ. verbo gratia q.* 2. Armilla *q.* 6. Corduba *in quæst. l.* 4 *q.* 36. *concl.* 3. quos refert, & sequitur Suarez *supr. num.* 5. & 6. Vnde priuilegium Gregorij 13. concessum Iesuitis, vt scilicet nulla derogatio sub qualibet amplissima forma præiudicet priuilegijs dictæ Societatis concessis, si non fuerit intimata, & dictis Patribus insinuata, quod refert Diana *p.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 68. iuxta praxim communem, solùm videtur intelligendum de reuocatione priuilegiorum non facta per legem, sed ab homine. Aliqui etiam DD. sustinent reuocationem priuilegij non operari suum effectum, nisi reuocatio per litteras, aut per nuncium ad hoc destinatum perueniat ad notitiam priuilegiarij, & consequenter ad reuocationem priuilegij non sufficere, vt priuilegiarius alio modo cognoscat reuocationem, nisi forte reuocans velit quamcunque reuocationis notitiam sufficere. Prout ex Sanchez, Azor, & alijs sequitur Bonacina *d. nu.* 20. §. *dixi*. Quod tamen negat Suarez *supr. num.* 7. Nota 4. quod in casu dubio, priuilegium non præsumitur reuocatum, nisi de reuocatione constet. Sanctarellus *to.* 1. *variar. resolution. quæst.* 16. *nu.* 11. Diana *p.* 4. *resolut.* 51. §. *notandum*.

21 Loquendo secundò de reuocatione generali priuilegiorum, quæ fit illis verbis *Non obstantibus quibuscunque priuilegijs &c.* vel similibus, dicendum est per illam reuocari generaliter omnia priuilegia regulariter loquendo, quia genus de se comprehendit species: Suarez *supr. cap.* 38 *num.* 1. Dico autem *regulariter*, primò, propter priuilegia in iure contenta, quæ aliquid specialius requirunt.

Nam eo ipso quòd in corpore Iuris inseruntur, non tantùm priuilegia, sed etiam leges publicæ censentur, & ideo non derogantur per generalem clausulam reuocatoriam priuilegiorum in posteriori Rescripto positam, nisi addatur etiam clausula derogatoria legum, seu Canonum. Suarez *supr.* Layman. *supr. num.* 26. Portellus *supr. num.* 67. Ratio etiam huius est, quia cum correctio Iuris vitanda sit, & non facile præsumenda sit, ideo Ius generale posterius non tollit prius speciale, si ob specialem aliquam rationem exceptum videri possit. Layman. *supr.* ex Nauarro, & Rodrīguez. Accedit quòd Princeps iura omnia etiam specialia, quæ in corpore Iuris continentur, nosse creditur. *cap.* 1. *de constit. in* 6. Quare credendum est, si eiusmodi Ius speciale per generalem derogationem tollere vellet, eius specialem mentionem facturum. Sic Cistercienses Monachi ex *cap. cum Ordinem de rescript.* id Ius obtinent, vt nullo Rescripto Papali contra eorum priuilegia impetrato teneantur, nisi in eo specialis mentio Ordinis fiat. Layman. *sup.* Secundò dixi *Regulariter* propter priuilegia, quæ in suo tenore continent, vt reuocari non possint nisi fiat expressa eorum mentio de verbo ad verbum, vel aliquid simile. De quibus Cassarub. *in Compend. Priuileg. Mendicant. verbo priuilegia fratrum* §. *prima quæstio*. Miranda *supr. q.* 45. *art.* 6. Ioannes de Cruce *supr. dub.* 4. *concl.* 2. Vbi ait ex Mandosso quòd priuilegia Regularium non reuocantur per generalem reuocationem omnium priuilegiorum. Quia cum ista ob merita concedantur non reuocantur, licet in reuocationibus verba generalia, & geminata ponantur. Talia autem priuilegia reuocata censentur, si in reuocatione contineatur hic modus loquendi: *Reuocamus priuilegia quamuis concessa sint sub hac forma, vt non censeantur reuocata, nisi illorum fiat expressa mentio, aut nisi recitentur de verbo ad verbum*. Imò etiam sufficienter reuocantur per hanc verborum formam, *Non obstante priuilegio sub quacunque forma concesso*. Et ratio data est, quia non est cogendus Pontifex, vt de verbo ad verbum talia priuilegia referat, quæ fortasse scire non potest, neque est priuandus potestate reuocandi illa, quando oportuerit; ergo satis est, vt per alia verba generalia, quæ priora comprehendant, sufficienter explicet suam mentem. Siluester *verbo Priuilegium q.* 10. *dicto* 6. Suarez *supr. num.* 2. Bonacina *supr. num.* 11. Naldus *supr. num.* 5. Tertiò dixi *Regulariter* propter priuilegia concessa per modum contractus, quæ non reuocantur per clausulam generalem etiam expressam, nisi saltem in genere reuocentur priuilegia etiam si per modum contractus fuerint concessa: Quia cum talia priuilegia iure ordinario sint irreuocabilia, & necessaria sit grauis causa, vt iustè reuocentur,

non præsumuntur reuocari, nisi prædicto saltem modo sufficienter exprimantur. Item, quia talis reuocatio est in præiudicium tertij in Iure acquisito, & iustitiæ, tale autem præiudicium non præsumitur, nisi exprimatur; Suarez *supr. num.* 3. Bonacina *supr.* ex Molina, Azor, Salas, & alijs. Nota tamen Sanctissimum D. N. Vrbanum litteris datis sub 5. Nouembris 1631. occasione accepta quòd multæ Religiones haberent priuilegia quòd in Constitutionibus generalibus à Sede Apostolica editis, vel edendis non comprehenderentur nisi de eis specialis, specifica, individua, seu expressa mentio fieret, declarauit, quòd Constitutiones Apostolicæ editæ in concernentibus fidem Catholicam, & S. Inquisitionis Officium; ac Constitutiones, dispositiones, & ordinationes edendæ tam per ipsum, quàm per Romanos Pontifices successores tam circa prædictam materiam, quam super quacunque alia re, negotio, seu materia, comprehendat omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos, nisi specialiter, & expressè excipiantur, etiam si ipsi forent magis speciali nota, & expressione digni, eisque priuilegia, gratiæ, & indulta à Sede Apostolica præfata etiam sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs Decretis, etiam motu, scientia, ac de potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter, etiam contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, tam per viam meræ concessionis, quàm communicationis, & aliàs quomodolibet concessa respectiuè sint. Vnde iam his temporibus cessant multa, quæ de priuilegijs Regularium habentibus similes clausulas scribunt Cassarrubius, Corduba, Rodriguez, Miranda, Sorbus, Portellus, Ioannes de Cruce, & alij. An per Bullam Cœnæ reuocentur priuilegia Regularium, dixi *to.* 3. verbo *Bulla Cœnæ num.* 54. An per Bullam Cruciatæ, eodem *tertio to.* verbo *Bulla Cruciatæ à nu.* 38.

22 Specialiter loquendo de reuocatione priuilegiorum Regularium in Regnis Hispaniarum commorantium, de qua dixi *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 26. factam fuisse à Sanctissimo Domino Nostro Vrbano, & intimatam à Catholico Rege Prouincialibus Religionum per litteras ad illos missas, constat ex dictis eo loco, per eam reuocata esse quæcunque priuilegia quibuscunque Religiosis quorumcunque Ordinum, tam per Sedem Apostolicam, quam per Nuncios dictorum Regnorum, quam per illorum Superiores ex quacunque causa, ac sub quibuscunque verborum formis, & expressionibus quomodolibet concessa, per quæ ijdem Religiosi ab eorum Prælatorum obedientia eximuntur, & è Monasterijs, & Regularibus domibus ad eo-

rum

rum libitum, ac cum ſocijs ſibi bene viſis, & iam deſtinatis, etiam Superiorum ſuorum non petita licentia egrediuntur, abſque eo quòd ijdem Superiores tam huiuſmodi ingreſſum, quam ſæcularium perſonarum quibuſuis horis ad eorum cellas acceſſum, atque ingreſſum impedire poſſint. Eas quoque, per quas de vno ad aliud Monaſterium, ſeu Regularem domum, etiam ipſis Superioribus inuitis tranſeunt, nec Choro, & alijs ſpiritualibus exercitijs, minuſque refectorio cum alijs interſint. Habetur hæc Conſtitutio non ſolùm loco relato eo *num.* 26. ſed etiam apud Peirinis *in* 3. *to. Priuilegiorum Minimorum cap.* 12. *Conſt.* 15. *alias* 25. De ea etiam agit Portellus *in Reſponſionib. moralib. par.* 2. *caſu* 31. Qui notant primò, quòd in illa ſolum eſt ſermo de Religioſis viris, non de fœminis, non ſolùm quia contextus verborum id requirere videtur, ſed etiam quia cum illa ſit odioſa, & in odioſis nomen maſculinum non comprehendat fœminas, ideo ad illas non extenditur. Secundò, dictam Conſtitutionem non obligare extra Regna Hiſpaniarum, nec Religioſos extra illam exiſtentes, etiam ſi ſubditi ſint Regis Catholici, ſed ſolùm commorantes in prædictis Regnis. Tertiò, non reuocari priuilegia, ſeu exemptiones conceſſa per Capitula Generalia, aut Prouincialia Lectoribus, ſtudentibus, Magiſtris, vel ſimilibus. Idem dico de exemptionibus conceſſis eiſdem per Conſtitutiones, aut Statuta Religionum; quia, vt patet ex verbis ipſius Conſtitutionis, ſolùm reuocantur eæ exemptiones, quæ Religioſis conceduntur tam ab ipſorum Superioribus, quam à Sede Apoſtolica, & illius Nuntijs. Probabile etiam credo cum ipſis, non reuocari eas exemptiones, quæ conceduntur aliquibus Religioſis ex cauſa ſpectante ad bonum commune, qualis eſt occupatio publica. Verba enim illa *ex quacunque cauſa* ſolùm videtur intelligenda de cauſa priuata, ſeu priuati commodi, non de illa, quæ tangit bonum commune Religionis, vel Eccleſiæ. Audio etiam quemdam Illuſtriſſimum Dominum Nuntium Hiſpaniarum declaraſſe non reuocari per hanc Conſtitutionem priuilegia, ſeu exemptiones conceſſa aliquibus Officijs, puta Regentibus, Procuratoribus &c. quia ſolùm videtur ibi reuocari exemptiones conceſſas perſonis.

23 Priuilegia autem Regularium quomodocunque deperdita de nouo reuiuiſcunt non ſolùm quando de nouo conceduntur, vt per ſe patet, ſed etiam quando confirmantur ex certa ſcientia, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Clauſula num.* 29. Pro quo notandum, quòd duobus modis ſolent confirmari priuilegia à Summis Pontificibus. Primò, in forma communi, ideſt in confuſo ſicut iacent, ſine examine, & hæc dicitur confirmatio in forma communi. Secundo modo ex

certa

certa ſcientia, quando ſcilicet ſupponit Papa habere ſe notitiam claram illorum, vt ſi antequam confirmet, ponit tenorem priuilegij, vel ſi in confirmatione dicat ſe confirmare *Ex certa ſcientia*, vel ſi dicat: *Confirmo ex plenitudine poteſtatis*. Per hæc enim verba ſignificat Papa ſe velle operari quidquid poteſt, videlicet ſupra Ius, & contra Ius. Quando ergo priuilegium confirmatur ſolùm in forma communi, talis confirmatio nullum ius nouum confert, neque dat valorem priuilegio, quod erat antea inualidum. Et ita non eſt conceſſio priuilegij, ſed ſola roboratio pro ſtatu in quo erat. *cap. quia diuerſitatis de conceſſione prabendæ*, & alijs iuribus. Confirmatio autem ex certa ſcientia habet vim nouæ conceſſionis talis priuilegij, vel priuilegiorum. Ita Gloſſa *in d. cap. quia diuerſitatis*, & *in cap. 1. de tranſact.* Et ratio redditur, quia talis confirmatio ex certa ſcientia habet vim confirmandi actum nullum, reddendo illum de inualido validum, ſeu de priuilegio nullo facere validum. Rodriguez *to. 1. quæſt. Regular. q. 8. art. 2. & 3.* Naldus *ſupr. nu. 14.* Suarez *dicto to. 8. cap. 18. & 19.* Portellus loco relato *de Dub. Regular. à num. 26.* Ioannes de Cruce *ſupr. dub. 2. concl. 6.* Limita tamen, dummodo Papa confirmans ex certa ſcientia non ponat aliquam clauſulam, per quam dicat ſe nolle confirmare priuilegia, aliàs nulla; vt ſi v.g. dicat: *Quatenus ſunt in vſu*, vel *Dummodo ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa non ſint*, aut *Non ſint contraria Concilio Trid. &c.* Tunc enim non confirmantur talia priuilegia, ita vt de nouo concedantur. Suarez *d. cap. 18. nu. 16. & 17.* Portellus *ſupr. num. 29.* Referens in ſequentibus varias priuilegiorum Minorum confirmationes. Quomodo autem intelligi debeat clauſula illa communis, quæ poni ſolet in confirmationibus priuilegiorum, ſcilicet *Quatenus ſunt in vſu*, habes ex dictis *to. 2. ca. 15. n. 17.* Et nota cum Peirinis *to. 1. de Subdito q. 4. cap. 10. §. vnico* quòd vt priuilegium aliquod dicatur eſſe in vſu, ſufficit quòd ſit in vſu apud doctiores, & peritiores. Similiter quomodo intelligenda illa clauſula *Quatenus Concilij Trident. Decretis non aduerſentur &c.* dixi eo *cap. 15. num. 18. & cap. 1. eiuſdem 2. to. num. 58.* De clauſula *Et Sacris Canonibus &c.* dixi 3. *to.* verbo *Clauſula num. 27.* De clauſula *Inuocato ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis*, ac de clauſulis *Motu proprio, Appellatione remota, Supplentes omnes defectus*, & ſimilibus apponi ſolitis in confirmationibus priuilegiorum, dixi eo verbo *Clauſula* per totum, & de illis agit Miranda poſt alios *d. to. 2. q. 45.* fere per totam.

24 Circa communicationem Priuilegiorum Religionum inter ſeipſas, quod attinet ad Mendicantes, egi dicto *to. 2. cap. 1. à nu. 52.*

Quod

Quod attinet verò ad aliàs Religiones, agunt Rodriguez *to.* 1. *quæſt. Regular. q.* 55. Miranda *ſupr. q.* 46. Ioannes de Cruce *ſupr. lib.* 2. *cap. quarto*. Tamburinus *ſupr. diſp.* 17. *quæſit.* 1. Archangelus Romanus *ſupr. lib.* 2. *cap.* 3. *& ſequentib.* Quamuis autem eo *num.* 52. dixerim Religiones communicare in priuilegijs, nihilominus ſecus dicendum dixi, de pœnis, & cenſuris impoſitis vni Religioni; illas ſcilicet non communicari alijs. An autem priuilegia vni domui, vel Conuentui conceſſa, alijs domibus, vel Monaſterijs conceſſa exiſtimari debeant, dixi etiam eo *num.* 52. De priuilegijs vni Religioſo conceſſis an alijs communicentur, dixi *num.* 53. Quid verò dicendum, quando priuilegium vni Religioſo conceſſum inutile eſſet, ſi alijs non communicetur, dixi, *num.* 54. Priuilegiorum communicationem intelligendam eſſe reſpectiuè ad Religionem cui communicantur, dixi *num.* 55. Quomodo hæc communicatio priuilegiorum, non ſit admittenda in illis, quæ repugnant obſeruantiæ Religioſæ, dixi eo *num.* 56. Et per communicationem priuilegiorum fieri priuilegia propria illius Religionis cui communicantur, ita vt per illa poſſit ſe defendere contra eam cui primò erant conceſſa, dixi eo loco *num.* 57. Vnde iuxta ibidem dicta, & ſupra verbo *Monaſteria Regularium num.* 20. ſi aliqua Religio ex Mendicantibus velit fundare Monaſterium circa Monaſterium alterius Religionis ex eiſdem Mendicantibus, poteſt hæc Religio defendere ſe contra illam priuilegio conceſſo à Summis Pontificibus de non fundando Monaſterio alterius Ordinis iuxta Monaſterium ipſius intra ſpatium tot cannarum, etiam ſi caſus eſſet quòd illud priuilegium primò conceſſum eſſet illi alteri Religioni, & ſibi ſolùm per communicationem. Quare regula illa quòd priuilegiatus non poteſt vti ſuo priuilegio contra pariter priuilegiatum, quæ elicitur ex §. *ſed hac præſenti Auth. de Sanctis Epiſcopis l. verum* §. *vlt. cum l. ſequenti ff. de minor.* præter alios caſus, in quibus locum non habet, vnus etiam eſt, quando priuilegiatus agit de damno vitando, tunc enim vtitur ſuo priuilegio contra æquè priuilegiatum agente de lucro captando, prout contingit in præſenti. Naldus *ſupr. num.* 13. ex Deciano, & Rotæ deciſione. Vide Rodriguez *to.* 1. *quæſtionum Regularium quæſt.* 55. *art.* 21. & maximè *quæſt.* 9. *art.* 11. & Portellum *in Dub. Regularium verbo Priuilegij communicatio num.* 24. *&* 25. ex eodem Rodrig. & Corduba. Maximè etiam notandum, quòd in communicatione priuilegiorum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. ex Siluestro, non tam vſus, quam ius vtendi debet attendi, ita vt Religiones habentes priuilegium communicationis poſſint vti priuilegio conceſſo alteri Religioni, quo ipſa propter aliquam cauſam non vtitur. Quod

enim

enim à Papa impetratur per viam communicationis est ius vtendi priuilegio, non tamen vsus; cum iste non in iure, sed in facto consistat. Vnde si Religio cui primò concessum est priuilegium, illud perdat propter aliquam causam, vel etiam propter reuocationem particularem pro illa tollatur, diminuatur, vel alteretur, non hæc eueniunt in secunda Religione, cui per communicationem factum est proprium. Ioannes de Cruce *d. cap. 4. concl. 3.* Portellus *supr. num. 22.* & fauet Fagundez *in 5. Eccles. præcept. lib. 3. cap. 3. n. 12.* maximè verò Suarez *d. lib. 8. cap. 16. num. 17.* & Sanchez *Consil. moral. lib. 6. cap. 9. dub. 9. num. 2.* Similiter è contra, si priuilegium communicatum reuocetur, vel restringatur in Religione, cui per communicationem competit, hæc mutatio, vel alteratio non continget in illa Religione, cui primò concessum est. Suarez *supr. num. 16.* Portellus *supr.* Aucto verò priuilegio quoad primam Religionem cui concessum est, non censetur auctum quoad aliam cui communicatur, nisi illa communicatio extendatur etiam ad priuilegia concedenda. Ratio est, quia nisi hæc additio habeatur in dicta communicatione priuilegiorum, solùm illa extendi poterit ad priuilegia concessa, non ad concedenda, quale reputatur tale augmentum. Suarez *supr.* Quid verò dicendum de priuilegijs *ad instar*, illis scilicet, quæ conceduntur vni Religioni ad similitudinem illorum, quæ alteri concessa sunt, quæ sunt eadem, ac priuilegia per communicationem, vel saltem parum differunt ab ipsis, agunt Rodriguez *dicta quæst. 55. art. 19.* Suarez *dicto lib. 8. cap. 15.* Barbosa *de Clausulis vsu frequentibus Clausula 5.* & Tamburin. *supr. disp. 17. quæst. 5.* ex alijs.

25 Quoad secundum verò, quod de hac re tractare proposui, scilicet de particularibus priuilegijs Religionum, ex dictis *to. 2. cap. 1.* constat quid dicendum de priuilegijs Mendicantium. Ex dictis etiam ibidem *cap. 2.* constat etiam quid etiam sentiendum de aliquibus priuilegijs Monachorum. De priuilegijs autem Canonicorum Regularium dixi ibidem *cap. 3.* De priuilegijs Clericorum Regularium *cap. 4.* De priuilegijs Regularium militiarum *cap. 5.* Hospitaliorum *cap. 6.* Eremitarum *cap. 7.* Conuersorum, seu Oblatorum *cap. 8.* Dominorum Cardinalium Protectorum *cap 9* Iudicum Conseruatorum *cap. 10.* Patronorum *cap. 11.* Tertiariorum *cap. 14.* Confratrum *cap. 15.* Familiarium, seu seruitorum Religiosorum *cap. 16.* Procuratorum ipsorum *cap. 17.* Specialiter etiam de priuilegijs, quæ competunt Religiosis ratione professionis dixi *to. 1. cap. 3.* Circa Officium diuinum *cap. 12.* Circa habitum religiosum *cap. 13.* & præsertim *to. 3.* verb. *Habitus Regularis.* Circa susceptionem Ordinum

cap. 14.

cap. 14. & *ſupr.* verb. *Ordines Sacri*. De priuilegijs aſſumptorum extra Ordinem *cap.* 17. Prælatorum, ſeu Superiorum Regularium *cap.* 18. & 3. *to.* verbo *Abbas*. Confeſſariorum Regularium *cap.* 19. & *to.* 3. verbo *Confeſſarius Regularis*. Circa quod etiam ſpeciale Priuilegium Vrbani 6. pro Seruitis video in Annalibus ipſorum *Centuria* 2. *l.* 3. *cap.* 9. Concionatorum Regularium *cap.* 20. & *to.* 3. verbo *Concionari*, & *Concionator Regularis*. Sacerdotum Regularium *cap.* 21. Pro tranſeuntibus ex vna Religione ad aliam *cap.* 22. Pro Nouitijs *cap.* 24. & ſupra verbo *Nouitij*, & *Nouitiæ Religionum*. Pro Monialibns *cap.* 25. Pro Abbatiſſis Monialium *cap.* 26. & *to.* 3. verbo *Abbatiſſa*, *ſeu Prioriſſa*. Specialiter quoque de priuilegijs, quæ habent Regulares ad benedicendum, ſeu conſecrandum egi 3. *to.* verbo *Benedictio*, & *Benedicere*. verb. *Calix*. & verbo *Conſecratio*, & verbo *Cœmeterium*. Quoad Decimas non ſoluendas eodem 3. *to.* verbo *Decima quoad Regulares*. Quoad adminiſtrationem Euchariſtiæ *eodem tertio to.* ver. *Euchariſtia quoad Regulares*. Quoad extremã vnctionẽ eo 3. *to.* verbo *Extrema vnctio*. De priuilegijs exemptionis verbo *Exemptio Regularium*. Circa obſeruationem feſtorum verbo *Feſti dies quoad Regulares*. Quoad non ſoluendas gabellas verbo *Gabella quoad Regulares*. Pro gradibus conferendis verb. *Gradus*, & *Graduati Regulares*. Quibus adde, quòd priuilegium, quod eodem loco *num.* 5. retuli Bonifacij 9. pro Generali Prædicatorum, vidi nuper etiam conceſſum eſſe ab eodem Bonifacio Generali Ordinis Seruitarum. Vide *Annal. huius Ordinis Centur.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. De priuilegijs immunitatis Eccleſiarum verbo *Immunitas Eccleſiarum*. Perſonarum Regularium verbo *Immunitas Eccleſiaſtica Regularium*. Quoad Indulgentias Regularium verbo *Indulgentia quoad Regulares*. Quoad Interdictum verbo *Interdictum quoad Regulares*. Pro quo etiam video notabile Priuilegium Honorij 4. pro Ordine Seruitarum in Annalibus eius Ordinis *l.* 5. *cap.* 6. *Centur.* 1. Quoad diſpenſandum in Irregularitatibus verbo *Illegitimi Regulares*, & verbo *Irregularitas*. De alijs tandem Regularium priuilegijs ſparſim per totam hanc Summam dico. Alia, quæ ſpectant ad priuilegia Regularium, maximè ex declarationibus Sacrarum Congregationum circa illa, habes apud Barboſam *in Collectaneis Bullarij verbo Priuilegium*, & Ioannem Mariam Nouarium *in Lucerna Regularium verbo Priuilegia*.

26 Vnum tandem notandum, quòd, cum dum tres tomos huius Summę ſcriberem videre nõ potuiſſem priuilegia S. Ordinis Seruitarum, ea idcirco ſuis locis non retuli. Quia tamen modo à Reu. adm. Procuratore Generali eiuſdẽ Ordinis Annales ipſius accepi, in quibus

plu-

plura priuilegia eisdem concessa à Sede Apostolica reperi, idcirco in hoc quarto tomo ipsorum aliqua refero, idem facturus in alijs tribus tomis, si iterum typis mandari contingat. Nunc verò solùm animaduertendum duxi ex prædictis Annalibus elici posse priuilegia huic Ordini concessa fuisse ab Ardingo Florentino Episcopo, Raynerio, Petro, & Guilielmo Cardinalibus, Innocentio 4. Alexandro 4. Clemente 4. Summis Pontificibus. Rodulpho Cardinali, Honorio 4. Nicolao 4. Bonifacio 8. Benedicto 11. etiam Summis Pontificibus, Caietano Vrsino, & Benedicto, Egidio, Antonio Cardinalib. Clemente 6, Innocentio 6. Gregorio 11. Vrbano 6. Bonifacio 9. Ioanne 23. martino 5. maximè ab Innocentio 8. qui Bullam eidem Ordini concessit, quæ iure optimo *Mare Magnum* appellatur.

PROCESSIO QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

Processiones Regularium quot sint. num. 1.
Qui ad processiones publicas, & quomodo cogi possunt. num. 2.
Qui sint exempti ab ipsis. num. 3.
Indicere processiones ad quem spectat. num. 4.
Componere controuersias de præcedentia in ipsis, num. 5.
De campanis pulsandis, & Reliquijs deferendis in processionibus. num. 6.
De processionibus mortuorum. num. 7.
Processiones Monasteriorum quomodo faciendæ. num. 8.
Declaratio Sacræ Congregationis circa hoc. num. 9.
De processionibus Confraternitatum. num. 10.
De processionibus Sanctissimi Corporis Christi. num. 11.
Alia ad ipsas spectantia ibidem.

1 PRocessiones, ad quas Regulares accedere solent, vel sunt processiones communes Ciuitatis, vel Oppidi vbi morantur, vel sunt processiones mortuorum, ad associandum videlicet ipsorum cadauera, vel sunt processiones priuatæ Monasteriorum. De quibus omnibus sigillatim dicendum.

2 Et quoad primum constat ex dictis *to. 1. cap. 9. num. 47. & to. 2. cap. 1. num. 50.* Regulares omnes, etiam Monachos, ad publicas processiones vocatos accedere compelli posse, ijs tantùm exceptis,

Digitized by Google

ptis, qui ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt. Ita enim habetur expreſsè ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 13. nihilominus non poſſe ad id compelli per cenſuras, colligitur ex dictis eod. *to. cap.* 11. *n.* 14. & 15. & 3. *to.* verbo *Exemptio Regularium num.* 11. Non ſolùm loquendo de illis Regularibus, qui, iuxta dicta eo verbo *Exemptio Regularium nu.* 8. & 11. habent priuilegium ne Ordinarij poſſint contra illos per cenſuras procedere, ſed etiam de alijs, qui non habent talia priuilegia. Ratio eſt, quam adduxi eo *cap.* 11. *nu.* 14. & eo verbo *Exemptio Regularium num.* 11. quia quoties Concilium voluit dare hanc auctoritatem Epiſcopis procedendi per cenſuras contra Religioſos exemptos id explicuit, vt in *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. contra dantes, aut recipientes aliquid pro ingreſſu Nouitiorum, & *cap.* 5. *eiuſdem ſeſſionis* pro reſtituenda, & conſeruanda clauſura Sanctimonialium, & *ſeſſ.* 22. in Decreto *de obſeruandis, & vitandis in celebratione Miſſæ*. Ergo ſignum eſt, in alijs locis, & caſibus, in quibus non explicuit talem auctoritatem concedi Epiſcopis ſupra Religioſos exemptos, noluiſſe illam habere. De quo præter Henriquez, Sanchez, Vulpium, & Nouarium eo loco relatos, videndi ſunt Scortia *in Bullas Pontificias Theoremate* 393. Peirinis *in priuilegia Minimor. to.* 1. *Conſtitut.* 2. *Sixti* 4. *num.* 60. Portellus *in additionibus ad dubia Regularium verbo Epiſcopus num.* 5. & *verbo proceſſiones in addit. nu.* 1. Villalobos *in Summa to.* 2. *tract.* 35. *difficult.* 5. *num.* 17. quos refert, & ſequitur Diana *par.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 76. Neque obſtat quod dicitur, ſcilicet Sacram Congregationem declaraſſe contrarium, prout referunt Sorbus *in Annotat. ad Compend. Priuileg. Mendicant. verbo Proceſſiones*, & Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 163. & 164. Tum quia, eodem Barboſa teſte *in Remiſſionibus ad Concilium Tridentin. loco relato* ex Quaranta *in Summa Bullarij verbo Præcedentia*, plurics declaratum eſt à Sacra Congregatione non poſſe Epiſcopum per cenſuras cogere Regulares ad dictas proceſſiones. Tum quia adminus, vt Diana *ſupr.* ait, authenticè non conſtat de ciuſmodi declaratione, & iuxta dicta *to.* 3. verbo *Sacra Congregatio*, eadem S. Congregatio declarauit fidem non eſſe adhibendam declarationibus non authenticis. Interim ergo, dum de aliqua declaratione eiuſdem S. Congregationis authenticè non conſtiterit, ſtandum erit rationi adductæ. Eſto autem Regulares compelli non poſſint ad prædictas proceſſiones per cenſuras, compelli ſaltim poſſunt alijs pœnis, iuxta *cap.* 1. *de priuil. in* 6. nimirum deponendo Superiores, & contradictores in carcerando, à Monaſterio amouendo, priuando prædicatione verbi Dei, ſeu etiam pœnis pecuniarijs. Stephanus Gratianus

Deciſ.

Decis. 332. *num.* 15. Peirinis *supr.* Confraternitates etiam laicorum ad dictas processiones cogi posse ab Episcopo tenere videtur idem Barbosa *in loco relato super Concilium*, ex eodem Gratiano, licet melius dicat oppositum *de Offic & potest. Episcopi Allegat.* 78. *n.* 24. De quo vide, quæ dixi *to.* 2. *ca.* 15. *nu.* 24.

3 Quomodo autem Regulares Monasterij vltra medium milliare à Ciuitate distantis non possint ab Episcopo compelli accedere ad processiones, dixi ex declaratione S. Congreg. eo *cap.* 11. *num.* 47. Quod etiam sequitur Portellus dicto *verbo Processiones in additione num.* 2. ex Rodriguez. Quomodo etiam vocari debeant Regulares ad processiones, & quæ sint processiones publicæ, ad quas compelli possunt, dixi eodem *num.* 47. & *to. cap.* 1. *nu.* 50. Regulares etiam, qui ex priuilegio eis concesso possunt non ire ad processiones prædictas, non posse ad id cogi, etiam si sæpiùs gratis accessissent, cum ex hoc nullum ius adquiratur contra illos, dixi eo *nu.* 47. & tenent Portellus dicto *verbo processiones num.* 6. & Barbosa loco relato *de iure Ecclesiastico num.* 176. ac Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Processiones num.* 19. Dixi autem eo *num.* 47. Reuerendos Patres Discalceatos nostros exempto esse ab hoc onere accedendi ad processiones. Quod etiam priuilegium alijs quoque Religionibus concessum esse constat ex eodem Barbosa loco relato *de Iure Ecclesiastico à num.* 170. & Nouario loco relato *à num.* 9. Nota tamen primò, Regulares accedentes ad processiones teneri accedere in numero decenti, debito, & consueto, prout ex declaratione S. Congregationis refert Barbosa *supra num.* 165. & Nouarius *supr. num.* 3. Nota 2. Sorbum *supra* referre Sacram Congregationem declarasse, Regulares sic accedentes ad processiones tenere in illis cantare, quod tamen obseruari non video, nisi in solis processionibus Litaniarum. Tertiò nota, Regulares cogi non posse ad accedendum ad processiones in eo loco, in quo consuetudine fruerentur non accedendi. Ita enim declaratum vidisse à S. Congregatione refert Campanile *in Diuersor. iuris rubrica* 12. *cap.* 13. *num.* 18. Quartò nota SS. D. N. Vrbanum litteris datis in forma Breuis 17. Nouembr. 1638. confirmasse Decretum Sacræ Congregationis Rituum, in quo habebatur quod Monachi Cassinenses non sunt vllo modo cogendi accedere, nisi ad processionem Sanctissimi Sacramenti.

4 Indicere autem processiones pertinet ad Episcopos, siue Ordinarios, cum hoc sit de iuribus Episcopalibus. Innocentius *in cap. Cum inter num.* 2. *de sententia, & re iudicata*, Campanile *supr.* Riccius *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 362. *in prima editione, & resolut.* 308. *num.* 7. *in* 2. Barbosa *dicta Allegatione* 78. *num.* 3. Quare

quod

quod Portellus *ſupra dicto verbo Proceſsiones nu.* 7. poſt Rodriguez *in additione ad Summam to.*4. *cap.*105.*n.*1. *ad finem* tenere videtur, videlicet,quòd Priores,vel Archipresbyteri in Vrbibus,vel Oppidis vbi non reſident Epiſcopi non poſſunt compellere Religioſos ad proceſsiones, intelligendum eſt, ſi tales non ſint Ordinarij locorum, vel proceſsiones illæ ſint inſolitæ, neque pro cauſa publica, ſed tantùm ex leui cauſa. Eraſmus Cochier *de Iuriſdictione Ordinarij in exempt. p.* 2. *q.* 45. *num.* 109. Vbi etiam an talis ſit cenſenda, quæ pro introitu nouo Epiſcopi, vel Legati inſtituitur. Dirigere etiam proceſsiones, vel decernere Eccleſias quò pergere debent, pertinet etiam ad Ordinarios cum conſilio Capituli. Ita enim deciſum referunt Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici par.* 4. *cap.* 2. *num.* 145. Armendariz *in Additionibus ad recopilationem legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 14. *cap.* 28. §. 31. *de proceſsionibus num.* 1. & 2. & ex illis Barboſa *ſupr. num.* 4. Subdens *num.*5. ex eodem Armendariz,abſente Epiſcopo id facere poſſe Vicarium generalem.

5 Pertinet etiam, iuxta dicta *to.* 3. *verbo Epiſcopus quoad Regulares num.* 23. ad Epiſcopum, ſeu Ordinarium, componere, amota omni appellatione, controuerſias ortas circa præcedentiam in proceſsionibus, iuxta Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 13. Quod breui manu, ſummariè, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij fieri debet, vt declaratum à Sac. Congregatione refert Campanile *num.* 120. & dixi eo loco. De quo, & alijs ad intentum, Franciſcus Leo *ſupra par.* 1. *cap.* 8. *num.* 18. Campanile *d. num.* 120. & 121. & Barbola *ſupr. num.* 26. & 27. Maximè tunc attendendum eſt ad ea, quæ dixi ſupra verbo *Præcedentia quoad Regulares*. Optimus etiam modus componendi controuerſias circa præcedentiam eximprouiſo ortas tempore proceſsionum eſt, vt controuertentes, ſi de iure eorum non poſſit incontinenti conſtare, eijciantur ex illis, ſalua eorum iuſtitia. Rodriguez *to.*3. *quæſtion. Regular. q.*37. *art.*3. Peirinis *to.* 1. *priuilegiorum Minimorum in Conſtitutione* 2. *Sixti* 4. *num.* 58.

6 In his proceſsionibus pulſantur campanæ ad excitandam populi deuotionem. Solitum etiam eſſe geſtare aliquas Sanctorum Reliquias, præter quam in proceſsione Corporis Chriſti, habet Campanile *ſupr. num.* 119. ex Sa *in verbo Proceſsio*. Sed neque id obſeruatur in proceſsionibus Litaniarum, & alijs ſimilibus. Conſuetudini ergo ſtandum. Quid autem dicendum de Cruce, & alijs Inſignijs deferendis à Regularibus in proceſsionibus dixi 3. *to.* verbo *Crux quoad Regulares num.* 1. & 2.

7 Circa ſecundũ de proceſsionibus mortuorum, ſeu de aſſociatio-

ne cadauerum, iam dixi *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 31. & 46. qualiter ſe gerere debeant Regulares in efferendis, ſeu leuandis Defunctorum corporibus, ex declarationibus Sacrarum Congregationum. Qualiter etiam Officia mortuorum fieri non debeant à Rectoribus Parrochialium Eccleſiarum in Regularium Eccleſijs contra ipſorum voluntatem, & quomodo libera ſepultura ibidem habenda ſit, & non ſepelienda corpora Defunctorum, ad quæ aſſocianda vocati fuerint, ſine ipſis, dixi eo *cap. num.* 47. Vbi etiam de loco, ad quem accedere debent Regulares ad dictas proceſsiones vocati. De quibus etiam, & alijs cõcernentibus latè egi *to.* 3. verbo *Defunctus*, aliqua etiã dixi *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 41. & alia adiungam infra verbo *Sepultura quoad Regulares*. De candelis porrò, quæ in talibus proceſsionibus mortuorum Fratribus diſtribuuntur, quomodo ex eis nulla debeatur canonica portio, ac quomodo diuidendæ inter Parrochos, & alios miniſtros Eccleſiarum, dixi eo *cap.* 1. *n.* 48. De Cruce quomodo deferenda, vel inferenda à Regularibus pro corporibus Defunctorum deferendis, & alijs etiam concernentibus dixi eodem 3. *to.* verbo *Crux quoad Regulares*.

8 Circa tertium de proceſsionibus priuatis Monaſteriorum, ſeu Eccleſiarum Regularium, certum eſt eas facere non poſſe ſine licentia Epiſcopi, præterquam intra Eccleſiam, eiuſque, & Monaſterij ambitum; eo quòd non habeant territorium. Quod fuiſſe etiam non ſemel reſolutum teſtatur Zerola *in Praxi Epiſcoporum par.* 1. *verbo proceſsiones* §. 4. & ſic obſeruari vidiſſe refert Campanile *c.* 13. *relato num.* 118. exploſa ſententia Iacobi de Graffis *conſil.* 20. *de Regularibus* opinantis illis licere per triginta paſſus extra ambitum proceſsiones facere, per tex. *in ca. ſicut antiquitus* 17. *q.* 4. Ex eo enim quòd ibi decernatur, quòd Eccleſiæ potiantur priuilegio immunitatis per 30. aut 40. paſſus, non ſequitur quòd iuriſdictio Monaſterij ad illud ſpatium extendatur, cum potius Abbatis territorium tantùm dicatur ipſius Monaſterium. Campanile *ibid.* ex Zabarella, & alijs. Et ideo Sacra Congregat. iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 41. cenſuit, non licere Regularibus huiuſmodi proceſsiones facere extra Eccleſias, & ambitum illarum. Barboſa *d. Allegat.* 78. *num.* 7. Intelligendum tamen, niſi adſit conſuetudo in contrarium. Vnde circa proceſsiones Roſarij refert Feſtus *in Conſtitut. ſui Ordinis par.* 1. *cap.* 23. declarationem S. Congregat. qua declaratur, poſſe dictam proceſsionem fieri per totam Ciuitatem, ſi ita habeat conſuetudo à decem retro annis ſeruata, in quatuor Feſtiuitatibus B. Mariæ, nimirum Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis. Peirinis *to.* 2. *priuilegiorum Minimorum in Conſtitutione* 7.

Digitized by Google

Pÿ 5. §. 10. *num.* 13. Hanc verò conſuetudinem eſſe in Luſitania refert Portellus *ſupr. verbo Proceſsiones num.* 18. Sicque vidi obſeruari in aliquibus locis Hiſpaniæ. Conſuetudini ergo locorum ſtandum eſt, præſertim cum Ius commune *cap. certum eſt quidem de conſecrat. diſt.* 1. non omnino contradicat. Portellus *ſupr.* Villalobos *in Summa to.* 2. *tract.* 35. *difficult.* 5. *num.* 9. Hieronimus Rodriguez *in Compend. quæſtionum Regularium Reſolut.* 118. *nu.* 10. Idem dico ſi Religio, vel Conuentus habeat circa hoc particulare priuilegium. Tamburinus *de Iure Abbat. to.* 1. *diſp.* 15. *quæſit.* 7. *nu.* 39. Nouarius *in Lucerna Regular. verbo proceſsiones in fine.*

9 Hæc verò maximè conſtabunt ex alia declaratione Sac. Congreg. quam refert vterque Nouarius, vnus *in Summa Bullarÿ tit. de proceſsionibus Regular.* & alter *ſupra*, his verbis. *Sacra Congregatio, ad tollendas difficultates, quæ quotidie oriuntur circa proceſsiones fiendas, tam per Regulares, quam per Confraternitates in Eccleſijs Regularium, inhærendo Decretis aliàs in ſimilibus factis, & ſignanter in Cæſarauguſtana* 17. *Martij* 1627. *cenſuit in proceſsionibus fiendis tam per Regulares, quam Confraternitates laicorum ita in poſterum ſeruari debere, vt in Eccleſijs habentium Clauſtrum, proceſsiones fieri non poſsint niſi intra Clauſtra, & non extra, in Eccleſijs verò carentibus Clauſtris fieri poſsint intra ambitum, hoc eſt, prope muros Eccleſiæ, ſiue exeundo à ianua Eccleſiæ, & per aliam intrando, ſiue per eamdem, & prope muros Eccleſiæ. Extra verò ambitum Eccleſiæ non licere neque Regularibus, neque Confraternitatibus facere proceſsiones, niſi de licentia, conſenſu, aut cum Cruce Parrochi, exceptis tamen illis Eccleſijs, quæ habent in hoc ſpeciale priuilegium faciendi proceſsiones per alia loca, quibus per hoc Decretum Sacra Congregatio non intendit præiudicari.*

10 Ex qua declaratione conſtat idem, quod diximus de proceſsionibus Regularium, intelligendum etiam eſſe de proceſsionibus Confraternitatum, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 15. *num.* 25. Quibus adde inſignem Confraternitatem Beatiſs. Mariæ Virginis de Monte Carmelo in antiquiſsima Sancti Martini de Montibus Eccleſia fundatam, nouiſsimè his annis, ſub auſpicijs Eminentiſsimi D. Cardinalis Antonij Barberini eiuſdem Confraternitatis Protectoris, fieri ſolitam, non ſolùm, vt olim, per vicinas plateas, ſed & per medium totius Vrbis, maximo cum applauſu, & concurſu Principum, & Dominorum Prælatorum, qui in valde copioſo numero in ea incedunt cum habitu, & Inſignijs Confraternitatis.

11 Specialiter etiam, licet proceſsiones in Sanctiſsimi Corporis Chriſti feſtiuitate in proprijs Regularium Eccleſijs fieri nequeant,

quia tantùm in Cathedrali Sacramentum in illius feſtiuitate publicè adorandum proponitur, vt declarauit S. Congregatio in vna *Aretina* 11. Decembris 1613. & in *Gaballicen. Inſula* 28. Auguſti 1615. & ſub die 18. Februarij 1617. (Barbola *d. cap.* 43. *nu.* 124. Nouarius *ſupr. num.* 20.) Ceſſaret tamen hoc quoties in priuilegium aliqua Religio id haberet, vel eſſet conſuetudo ita faciendi, qualis eſt in Hiſpaniæ partibus. Prout etiam colligitur ex declaratione S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium in vna *Mexican.* 27. Iunij 1615. reſpectu Regularium S. Dominici, quam referunt ijdem Authores. Imò etiam ex alia declaratione S. Congregationis, quam ijdem Authores referunt, habetur, quòd quamuis prædicti Patres Dominicani facere poſsint dictam proceſsionem Sanctiſsimi Sacramenti in Dominica infra octauam Corporis Chriſti per vicos, plateas, & loca Ciuitatis; non poſſe tamen variare loca ab ipſis ſemel electa, per quæ perſonaliter prima vice ire ceperunt, iuxta litteras quaſdam Clementis 8. Nota etiam Proceſsiones eiuſdem SS. Sacramenti concedi omnibus in quacunque die infra octauam. Gauantus *in Man. Epiſcop. verbo Profeſsio num.* 31. ex Gregorio 13. Item Euchariſtiam non debere deferri in humeris, ſed in manibus Sacerdotis celebrantis, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 19. Gauantus *ſupr. à num.* 32. ex declarationibus Sac. Congregationis. Apud quem etiam *n.* 45. quòd Regulares in proceſsionibus non debeant ingredi Eccleſias Monialium ſibi ſubiectarum, ex declaratione S. Congregationis Epiſcopor. & Regular. Alia apud iſtum Authorem, & Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Proceſsiones.*

PROCVRATORES RELIGIONVM.

SVMMARIVM.

De Procuratoribus remiſsiuè. num. 1.
An Religioſi poſsint gerere munus Procuratoris pro ſæcularibus n. 2.
De Procuratoribus Regularibus pro ipſorum negotijs. num. 3.
Procuratores Generales aliqui habent locum in Capella Pontificia. num. 4.
Priuilegium Bonifacij IX. pro Procuratoribus Generalibus. num. 5.
Alia remiſsiuè. num. 6.

1 DE Syndicis, ſeu Procuratoribus ſæcularibus Monaſteriorum, ſeu Conuentuum, eorumque priuilegijs latè egi *to.* 2. *cap.* 17.

Digitized by Google

cap. 17. Nunc ſolùm agendum de Procuratoribus Regularibus, ſeu Religioſis munus Procuratorum exercentibus. Et de illis duo tractanda, alterum quatenus ſæcularia negotia gerunt, ſeu procurant, alterum verò quatenus negotia propria Religionis, vel Monaſterij.

2 Et quoad primum, ex dictis *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 12. conſtat Religioſum non poſſe gerere officium Procuratoris pro ſæcularibus perſonis, niſi duplici concurrente conditione, ſcilicet vtilitate Monaſterij, ſaltem indirecta, & licentia Superioris. Ita enim habetur *ca. Monachi, el.* 2. 16. *q.* 1. *& cap.* 2. *de poſtulando*, *& Clem. Religioſus*. Silueſter, & Sayrus eo loco relati. Rodriguez *to.* 3. *quæſtion.* 41. *art.* 2. Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 13. *num.* 1. Concurrente autem duplici iſta conditione, & non aliter, poterit Religioſus procurare tam coram Iudice ſæculari, quam coram Eccleſiaſtico in cauſa ciuili. Silueſter *verbo Aduocatus q.* 6. Peirinis *to.* 2. *de Prælato quæſt.* 3. *cap.* 5. *num.* 16. poſt alios. In cauſa autem criminali procurare non poterit coram Iudice ſæculari, ſed tantùm coram Eccleſiaſtico. *cap.* 1. *& cap. finali de poſtulando*. Sanch. *ſupr. n.* 4. ex alijs. In cauſis etiam miſerabilium perſonarum, pro illis ſcilicet tuendis, videtur Religioſum de licentia ſui Prælati, etiam ſi inde vtilitas aliqua Monaſterio non contingat, munus Procuratoris obire. Eſt enim Eccleſiæ proprium tales perſonas præſidio deſtitutas tueri. Nauarrus *Commentario* 2. *de Regularibus num.* 66. Sayrus *in Claui regia, lib.* 12. *cap.* 22. *num.* 5. Nouarius *in Lucerna Regular. verb. Procurator. nu.* 4. Dicens ita cenſuiſſe Sac. Congregationem. Comprehenduntur autem hac prohibitione non ſolùm Monachi, ſed etiam Regulares omnes, quia quamuis textus eo *ca.* loquatur de Monachis, idem tamen dicendum eſt de quibuſcunque veris Religioſis. Et conſtat ex eo *cap.* 2. *de poſtulando*, vbi conſultus Pontifex an ea prohibitio Monachis facta comprehendat quoque Monachos Regulares qui laxiori regulæ inſeruiunt (vt dicitur *ca. quod Dei timorem de ſtatu Regul.*) reſpondet comprehendere, ex dicta *Clem. Religioſus*, quæ in ea prohibitione verbo *Religioſus* vſa eſt. Et ratio eſt, quia ea prohibitio non habuit reſpectum ad Ordinem Monachorum, ſed ad Religionem. Non tamen comprehenduntur Nouitij, quia non ſunt veri Religioſi quoad hæc odioſa. Sanchez *nu.* 1. & 2. poſt alios. Quomodo autem intelligenda ſit vtilitas illa, vel neceſſitas Monaſterij, habet idem Silueſter *ſupr. q.* 7. & Peirinis *n.* 17. Circa licentiam verò iſtam notat Sanchez *ſupr. num.* 5. debere eſſe non ſolùm petitam, ſed etiam obtentam. Id enim colligitur ex Iuribus relatis. Notat ſecundò Peirinis *ſupr.* quòd Superior ipſe poteſt abſque alicuius licẽtia munus Procuratoris ſuſcipere. Sicut enim

potest subditis illam dare, sic & per se accipere. De quo etiam Nauarrus *supr. num.* 64. Azor. *to.* 1. *Institut. moral. lib.* 12. *cap.* 11. *q.* 9. De Superiore autem, qui potest hanc licentiam concedere, dicendum est, posse esse Prælatum immediatum Religionis, nisi particularia statuta Religionum aliud poscant. Textus enim adducti non aliud petunt, iuxta dicta *dicto cap.* 9. *num.* 9. Quod & tenet idem Sanchez *supr. num.* 8. An verò possit talis Religiosus Procurator substituere alium Procuratorem, tractant Sanchez *supr. a num.* 13. & Peirinis *dicto num.* 17. Maximè verò, an si Religiosus absque Superioris licentia Procurator constituatur, valeat actus Procuratoris titulo gestus, latè tractat ipse Sanchez *a nu.* 39.

3 Quoad secundum verò de Procuratoribus Regularibus pro ipsorum Regularium negotijs gerendis constitutis nota, quòd alij sunt pro vno Conuentu, Monasterio, seu etiam Prouincia designati, alij verò pro tota Religione, qui communiter Procuratores generales nuncupantur. Et quidem loquendo de Procuratoribus Conuentuum, seu Monasteriorum, constat ex dictis *to.* 2. *cap.* 13. *num.* 43. talium Procuratorum munus officium esse, non dignitatem, aut personatum, cum meram administrationem sine iurisdictione, aut præeminentia importet, in quo ratio officij consistit. Vnde propterea, iuxta dicta eo *cap.* 13. *num.* 50. potest illegitimis concedi etiam sine dispensatione. Loquendo autem de munere Procuratorum generalium, cum è conuerso præeminentiam importet, erit dignitas, si illi adiuncta sit iurisdictio in aliquos subditos, vel saltem personatus, iuxta dicta eo *cap.* 13. *num.* 25. Vnde etiam consequenter, iuxta dicta eo *num.* 50. non potest conferri sine dispensatione illegitimis. Ex quo etiam constat, quid dicendum de Procuratoribus Prouinciarum, talium enim munus, si iurisdictionem, aut præeminentiam importet, erit dignitas, vel personatus, ac per consequens illegitimis conferri non poterit ante dispensationem. Si verò solam administrationem importet, erit solùm officium, ac per consequens illegitimis conferri poterit sine vlla dispensatione. Pensanda ergo sunt particularium Religionum iura ad id cognoscendum.

4 Habent prædicti Procuratores generales Mendicantium, & quorumdam aliorum, locum in Capella Pontificia post Episcopos, & Generales Ordinum. Et quoad Procuratores generales Ordinis Minorum præcedentia datur Procuratori generali Obseruantium respectu Procuratoris fratrum Conuentualium, vt declarauit Sacra Congregatio de anno 1602. sub die 25. Ianuarij in vna Romana. Barbosa *de Iure Eccleſiaſt. vniuerſ. l.* 1. *c.* 43. *n.* 194. *& in Collectan. Bullar. verb. Procurator.* Nouarius *in Lucern. Regular. verb. Præcedent. n.* 18.

Maxi-

5 Maximè tamen circa inſtitutionem, depoſitionem, & authoritatem magnam, quam habent Procuratores generales Ordinum in Romana Curia exiſtentes, extat priuilegium Bonifacij 9. conceſſum Generali Ordinis Prædicatorum, ac ipſius ſucceſſoribus. Quo etiam gaudent aliæ Religiones communicationem priuilegiorum cum Patribus Dominicanis habentes. Cuius priuilegij, prout habetur apud Confectium *in Collectione priuilegiorum in Bonifacio nono num.* 2. talis eſt tenor. *Nos tuis deuotis in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt tu, & ſucceſſores tui Magiſtri dicti Ordinis, qui fuerint pro tempore, aliquem ex fratribus huiuſmodi ad hoc idoneum in dicti Ordinis Procuratorem deputare, & inſtituere, & inſtitutum ab ipſo officio ammouere, & alium loco eius ponere, ſemel, & pluries, & toties quoties tibi, & ſucceſſoribus tuis videbitur, & placebit, qui ipſo facto omnium Prouinciarum, Conuentuum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & locorum ipſorum Ordinis, & perſonarum eorumdem, ac aliorum prædictorum & ipſi Ordini ſubditorum, cenſeatur, & ſit verus Procurator, cuiuſque Procurationis officium, durante Magiſterio ipſius Ordinis, nullatenus expiret, donec ſuper hoc per Magiſtrum proxime ſuccedentem aliter ordinetur. Dictuſque Procurator poſſit, & valeat cauſas quaſcunque tam ciuiles, quam criminales, Eccleſiaſticas, ſiue mundanas, quas voluerit, aſſumere, pro dicto Ordine, locis, & ipſorum locorum Conuentibus, & officialibus, ac perſonis prædictis, & ipſorum quolibet, ac etiam eorum nomine, & pro eis tam coniunctim, quam diuiſim, per ſe, vel alium, ſeu alios, tam in Romana Curia, quam extra, contra quaſcunque perſonas, Collegia, & Vniuerſitates mouere, proſequi, defendere, & agere, & appellare in iudicio, & extra tam in prima, quam in ſecunda, & tertia inſtantijs, etiam in his, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, toties, quoties, ſemper, & quandocunque ſibi videbitur, & placebit, ſecundum poteſtatem per te, vel ſucceſſores tuos huiuſmodi ſibi traditam, vel tradendam, perinde ac ſi ab Ordine, & locis, officialibus, & perſonis prædictis ſibi data eſſet omnimoda poteſtas cum pleno, libero, & generali, & ſpeciali mandato ad cauſas antedictas, tibi, & ſucceſſoribus tuis Magiſtris huiuſmodi de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & ex certa ſcientia, tenore præſentium indulgemus.* Refert etiam Sorbus *in Annotationibus ad Compendium priuilegiorum Mendicantium verbo Procuratores fratrum*, idem priuilegium conceſſiſſe Martinum 5. eiſdem Dominicanis, & Bonifacium 8. Auguſtinianis.

6 Alia ad intentum habes ſupra verbo *Mandatum quoad Regulares.*

PROFESSIO FIDEI.

DE hac materia dixi, saltem remissiuè, *tom.* 3. verbo *Fidei professio*.

PROFESSIO REGVLARIS.

SVMMARIVM.

De professione Regularium remissiuè. num. 1.
Quid, & quotuplex. num. 2.
Notanda circa professionem tacitam. num. 3.
An inducatur propter susceptionem Ordinis Sacri. num. 4.
Quæ conditiones ad illam requirantur. num. 5.
Non inducitur nisi per actus approbatos à Religione. num. 6.
Quid de illis qui Nouitiatum gesserunt in locis non approbatis. n. 7.
Redditur nulla propter easdem causas sicut expressa. num. 8.
Propter defectum anni integri Nouitiatus. num. 9.
Propter defectum anni continui. num. 10.
Qualis continuitas Nouitiatus requiratur. ibidem.
Propter defectum ætatis sexdecim annorum. num. 11.
Quid de priuilegio Pij V. pro Ordine Prædicatorum. num. 12.
Propter defectum authoritatis in recipiente ad professionem. num. 13.
Propter defectum sexus conuenientis. num. 14.
Propter seruitutem, seu ligamen Matrimonij. num. 15.
Propter coactionem. num. 16.
Propter defectum vsus rationis. num. 17.
Propter defectum occultum super quo protestatum est quòd si illum celaret Nouitius, Professio ipsius irrita esset. num. 18.
De alijs causis remissiuè. num. 19.
Impedimenta ad professionem alia perpetua, alia temporalia. n. 20.
De ratificatione professionis inualidæ. ibid.
De quinquennio requisito ad reclamandum. num. 21.
Quomodo intelligendum. ibid.
De circumstantijs ipsius. num. 22.
Professio inualida non validatur præcisè propter cursum temporis. n. 23.
Quid faciet Religiosus inualidè professus sed non potens probare inualiditatem. num. 24.

Bona

Digitized by Google

Bona profeſſorum propria, quæ non profeſsis conuenire non poſſunt. num. 25.

Quando profeſsio inualida obligat vt votum ſimplex. num. 26.

1 DE hac etiam materia non pauca dixi *to.* 1. *c.* 2. 3. *&* 24. ac *ſupra* verbo *Nouitij, & Nouitiæ Religionum*. Alia tamen addenda in præſenti, maximè conformiter ad noua Decreta, & declarationes Sacrarum Congregationum.

2 Primò ergo, profeſſio proprijſſimè eſt promiſſio obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis. Siluester *in Summa verbo profeſſio, & verbo Religio* 3. *in principio* ex S. Thoma 2. 2. *q.* 188. *art.* 7. Eſt autem, iuxta dicta dicto *cap.* 2. *num.* 5. duplex. Scilicet expreſſa, & tacita. Expreſſa eſt illa, quæ fit verbo, vel ſcripto; tacita verò, quæ fit ſine verbo, vel ſcripto. Noſter Ioannes Bacco *in* 4. *diſt.* 3. *q.* 4. *ar.* 3. Siluester *dicto verbo Religio* 3. *q.* 1. *&* 19. Sanchez *lib.* 5. *in Decalog. cap.* 3. *num.* 1. Fiebat autem profeſſio tacita antiquitus varijs modis, qui ad duos referri poſſint, ſcilicet, per exercitium actuum profeſſorum, ſeu qui proprij profeſſorum ſunt. *cap. vidua de Regularib.* Per delationem habitus profeſſorum. *cap. ad noſtram de Regularib. & cap. conſtitutionem eiuſdem tituli in* 6. De quibus, ac de conditionibus iure antiquo requiſitis ad talē profeſſionem tacitam, agunt Angelus, & alij Summiſtæ *verbo Nouitius*. Siluester *ſupr.* Azor. *to.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 12. *cap.* 4. *q.* 3. Corduba *in expoſit. Regulæ S. Franciſci q.* 12. *ca.* 2. Sanchez *ſupr. à n.* 20. Layman. *l.* 4. *de ſtatu Relig. cap.* 5. *nu.* 1. De quibus, & nos infra.

3 Circa quam profeſſionem tacitam nota primò, illam ſublatam non eſſe per Concilium Trident, ſed in ſuo priſtino valore manere, dummodo in ea obſeruentur duæ conditiones ab eod. Concilio *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 15. *&* 16. aſſignatæ. Scilicet, quòd ea non valeat ante expletum integrum Nouitiatus annum, & decimum ſextum profitentis. Azor. *ſupr. q.* 6. Nauarr. *conſil.* 28. *num.* 5. *de Regularibus in* 2. *editione*, Sorbus *in Compend. Priuilegior. Mendicant. verbo Nouitius verſ. quid autem dicendum*, Layman. *ſupr.* Sanctarellus *variarum q.* 48. *num.* 51. Tamburinus *de Iure Abbat. to.* 3. *diſp.* 6. *quæſit.* 13. *num.* 10. Idque conſtat manifeſtè non ſolùm ex Sixto 5. in declaratione ſuæ Conſtitutionis *de Illegitimis* apertè ſupponente tacitam profeſſionem his temporibus validam eſſe, poſſe, vt bene Suarez *to.* 3. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 8. ſed etiam ex declaratione Sacræ Congregationis, quam referunt idem Suarez, & Armendariz *in Additionib. ad Recopilat. leg. Nauarræ. lib.* 7. *tit.* 18.

Digitized by Google

tit. 18. *de Relig. num.* 6. & 8. *lib.* 2. quos sequuntur Barbosa *in Collectaneis Bullarij verbo Professio Regularis*, & Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Professio num.* 24. Id quoque à Sacra Rota sæpius determinatum est, præsertim in vna Vlixbonensis *Professionis* 10. Decembris 1621. coram Domino Merlino, & in alia Metensi *Professionis* coram Domino Carrillo 2. Iunij 1621. Specialiter etiam quoad Moniales id vide etiam decisum a S. Congregatione, prout referunt Vecchius *in praxi Nouitiorum disp.* 14. *dub.* 7. *num.* 4. & Tamburinus *de Iure Abbatissar. disp.* 6. *quæst.* 1. *num.* 9. his verbis. *Moniales, quæcumque Ordinis sunt, qui requirit professionem, si tacitam professionem emiserint, etsi palam, & expressè id faciendum non fuit, cogendæ non sunt, vt expressè profiteantur. Etenim singula Monasteria liberum habent tacitè, vel expressè profitendi.* Sublatæ tamen sunt eæ tacitæ professiones, quæ antiquitus inducebantur statim delato habitu professorum distincto patenter à nouitiorum habitu, cum exercitio actuum professorum, vel altero horum concurrente cum tridui perseuerantia, etiam ante expletum 16. annum. Quia Concilium loco relato requirit integrum annum Nouitiatus, & 16. annum expletum. Sed possent habere locum ij textus quando transacto integro nouitiatus anno, expletisque sexdecim annis, quis indueretur habitu professorum distincto patenter à Nouitiorum habitu; vel vnà cum alijs professis exerceret actum iure, vel consuetudine solis professis competentem. Azor. *supr. q.* 6. Sanchez *supr. num.* 37. Vecchius *supr. dub.* 8. Peirinis *to.* 1. *de subdito q.* 1. *cap.* 26. §. 3. Barbosa *de Iure Ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 162. & 163.

4 Nota secundò, vltra prædictos modos professionis tacitæ non incongruè etiam assignari posse alium, qui est per receptionem Sacrorum Ordinum. Ex susceptione enim Ordinum professio tacita inducitur, vt censuit S. Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum in vna Beneuentana 20. Decembris 1619. in hæc verba: *Cum frater Andreas Ponsettus in Religione per octennium permansisset absque eo quòd professionem emisisset, dicto autem tempore, Patre Magistro Curiario instante, Sacros Ordines suscepisset, petijt facultatem habitum dimittendi sibi concedi. Sacra autem Congregatio respondit quòd susceptio Ordinum professionem tacitam inducit.* Barbosa *supr. num.* 167. & *in Collectaneis Bullar. verbo Professio Regularis.* Nouarius *in Lucerna verbo Professio num.* 23. Et sanè ita videtur dicendum, cum susceptio Sacrorum Ordinum ad titulum paupertatis professæ qualiter eos suscipere possunt Religiosi, actus proprius professorum sit. Fauetque concessio

Iulij

Julij 2. pro Auguſtinianis, in qua habetur, quòd quicunque nouitius, qui promoueretur ad Sacros Ordines, haberetur pro profeſſo. Caſſarub. *in Compend. priuilegior. Mendicantium verbo Nouitius n.*24. Cordubа *ibid. in Annotationib.*

5 Notandum tertio, aliquas etiam conditiones, præter duas aſsignatas à Concilio, requiri adhoc quòd his temporibus profeſsio tacita inducatur, eo quòd illæ ante Concilium requirebantur, & ab ipſo non ſunt ſublatæ. Prima eſt, vt actus, per quem tacita profeſsio induci debet, fiat authoritate, & conſenſu eius, cuius eſt in eam Religionem admittere. Ratio eſt, quia nec profeſsio expreſſa poteſt abſque dicto conſenſu firma eſſe, ergo à fortiori nec tacita. Eadem enim, & par eſt ratio taciti, & expreſsi, nec tacitum plus operari poteſt, quam expreſſum, vt tradunt omnes ſcribentes *l. cum quid ff. ſi certum petatur*. Secunda conditio eſt, vt ſpontanea, & non coacta voluntate fiant ea, per quæ profeſsio tacita eſt inducenda. Habetur expreſsé *cap. vidua, de Regular.* Et conſtat ex ratione tradita. Si enim ad profeſsionem expreſſam id requiritur, requiretur etiam ad tacitam. Tertia eſt, vt ea *ſcienter* fiant, nempe, vt ijs actibus vtens norit eos ad ſolos profeſſos pertinere. Quia cum hæc profeſsio tacita præſumatur ex tacito vtentis conſenſu quo vult ijs ſignis profiteri, data ignorantia ceſſat eius conſenſus præſumptio. Imò, & requiritur ijs vtentem noſſe per illos induci tacitam profeſsionem. Quippe eius rei ignorantia efficiet deeſſe conſenſum tacitè profitendi. Quarta conditio eſt, vt ijs actibus vtens verum profitendi animum habeat. Cum enim profeſsio expreſſa conſenſu 1. exiſtente ſit irrita, à fortiori idem dicendum erit de tacita. Nec ſatis erit ſe habere negatiuè, nempe, nec habendo animum profitendi, nec non profitendi, ſed poſitiuus profitendi per eos actus animus deſideratur. Quia ij actus eatenus profeſsionem tacitam inducunt, quatenus internum profitendi animum indicant. At in habenti ſe, negatiuè nullus eſt internus profitendi conſenſus. Vltima eſt, vt ijs profeſſorum actibus vtens ſit conſtitutus in legitima etate iure petita ad profeſsionis expreſsæ valorem. Quæ eſt ante Concilium pubertas completa, ex *cap. conſtitutionem de Regular. in 6.* & poſt illud ætas 16. annorum, iuxta dicta. Agunt de huiuſmodi conditionibus Angelus, & Silueſter relati, Roſella, Tabiena, & Armilla *verbo Nouitius*. Nauarrus *Commentario 4. de Regularib. à nu.* 73. Rodriguez *to.* 3. *quæſtionum Regularium q.* 17. *art.* 1. Azor *dicto cap.* 1. *& cap.* 2. Sanchez *ſupr. à num.* 14. Portellus *in Dub. Regular. verbo Profeſsio Nouitij num.* 4. Addit Vecchius *ſupr. dicto dub.* 8. ſpecialiter quod attinet ad profeſsionem tacitam, quæ inducitur propter de-

la-

lationem habitus, eam non induci nisi habitus intra Monasterium deferatur. Barbosa *supr. num.* 158. ex Rotæ decisione, Menochio, & Azorio.

6 Ex prima autem conditione pro professione tacita assignata, scilicet, quòd ea non inducatur nisi per actus approbatos ab eo ad quem interest ad Religionem admittere, infertur primò, quòd si in aliqua Religione esset statutum, vel consuetudo præscripta, vt liberum sit nouitios ante professionem expressam expellere, nulla tacita professio valeret in illa Religione, quia esset dissensus ex parte admittentis. Item quia ea libertate gaudet nouitius ad exeundum qua Conuentus ad expellendum. Atque idem est dicendum, si constaret de expressa, vel tacita Conuentus voluntate non admittendi nisi expresse professos, vt vtrumque bene docent Nauarrus *l.* 3. *consil. tit. de Regularib. in* 1. *editione consil.* 30. *n.* 3. *in* 2. *consil.* 20. *n.* 3. & Sanchez ex illo *supra num.* 40.

7 Infertur secundò, nulliter professos in Italia, & Insulis adiacentibus ob defectum Nouitiatus non habiti in locis designatis à Sede Apostolica, iuxta dicta supra verbo *Nouitij*, & *Nouitiæ Religionum* ex Decretis Clem. 8. ibi adductis, nullatenus etiam conferi debere tacitè professos, etiam si Sacros Ordines suscepissent. Vt enim dictum est, tacita professio non inducitur nisi per actus approbatos ab eo, qui authoritatem habet admittendi ad Religionem. Constat autem Summum Pontificem, ad quem principaliter spectat ad Religionem admittere, non approbasse aliquos actus ipsorum pro professione tacita, cum potius, vt constat ex eisdem Decretis, admissionem ad Religionem, & professionem in illa facta, in prædictis Conuentibus, omnino reprobauerit. Ad quod accedit, quòd cum professio expressa illorum inualida sit, multò magis id dici debet de professione tacita, cum iuxta dicta supra *num.* 5. eadem ratio sit taciti, & expressi; nec tacitum plus operari possit quam expressum. Præsertim, quia cum professio tacita eatenus vim habeat quatenus inde vera professio præsumitur, quoties ex aliquo defectu professio expressa, quæ vera est, nequit valere, à fortiori nec tacita, quæ est præsumpta, valere poterit. Sanchez *supr. nu.* 14. ex Nauarro.

8 Infertur tertiò ex ratione adducta, quòd ex omnibus causis, propter quas professio expressa redditur nulla, ex eisdem etiam nulla quoque reddatur tacita. Sanchez *supr. nu.* 18. & *lib.* 7. *de Matrim. disp.* 37. *nu.* 34. Quamuis autem huiusmodi causas *dicto cap.* 2. & 24. eiusdem primi tomi retulerimus, operæ prætium nihilominus videtur illas magis in præsenti declarare.

9 Prima ergo causa, propter quã professio quæcunq; siue tacita, siue ex-

expressa, his temporibus post Concilium Trident. irrita est, & nulla, est defectus anni integri Nouitiatus, iuxta dicta supra, & *dicto ca.2. num.* 10, ex Decreto eiusdem Concilij ibi relato. Vnde professio aliter facta neque ad Religionem in genere, nec in specie, nec in foro conscientiæ obligat. Prout ex ipso Concilio, & declarationibus Sac. Congregationis constat. Vecchius *in Praxi Nouitiorum disp.* 13. *dub.* 2. Garzia *de Benefic. p.* 11. *cap.9. num.6.* Diana 3. *p. tract.2. Resolut.* 57. Nouarius *supr. num.* 5. Tamburinus *de Iure Abbat. to.* 3. *disp.6. quæsit.* 11. Quamuis autem, iuxta dicta *tom.* 3. verbo *Annus num.* 8. sæpius ad hoc quòd annus dicatur completus sufficiat quòd sit inchoata dies vltima illius anni, fallit tamen hæc regula in anno Nouitiatus. Video enim apud Barbosam *in Collectan. Bullarij verbo Professio Regularis*, & Nouarium *supra verbo Annus num.* 4. & 5. S. Congregationem declarasse, professionem emissam à Regulari non completo anni curriculo, etiam per duas horas, & emissam in anno Bisextili, non expectato lapsu illius diei, qui eo anno additur, esse inualidam. Cui consonant dicta eo *num.* 10. De quibus, & alijs ad hoc intentum spectantibus, Naldus *in Summa verb. Professio nu.* 7. Portellus *in Dub. Regular. verb. Professio n.* 13. & Thesaur. *in Praxi p.2. verbo Professio cap.* 1. An verò idem dici debeat de Nouitijs Ordinum Militarium, dixi eo *num.* 10. & *tom.* 2. *cap.* 5. *num.*17.

10 Quòd hic annus pro Nouitiatu requisitus debeat esse cõtinuus, constat ex dictis eo *cap.* 2. *num.* 11. & *cap.* 24. *num.*22. Quibus addendum, quòd licet Decretum Concilij de vno anno Nouitiatus habendo ante professionem, intelligi debeat de anno continuo, quia quoties in decreto aliquo, seu lege præscribitur aliquod tempus id necesse debeat esse continuum, prout ex pluribus probant Sanchez dicto *libro* 5. *in Decal. cap.*4. *num.* 31. Suarez *to.* 3. *de Relig. lib.* 5. *cap.* 15. *num.*3. & Bonacina *de Clausura q.*2. *punct.* 10. *difficult.* 2. §. 2. *num.* 3. eò præsertim, quia prædictus annus præscribitur, vt Nouitius integrè, & perfectè Religionis asperitates experiatur, inter quas non infimum locum tenet eas sine intermissione perferre, sicut multò difficilius est continua quadraginta ieiunia perferre, quam interpolata. Nihilominus annus probationis in Nouitiatu non interrumpitur, si ex mala valetudine, Nouitius, præcedente licentia Superioris, extra Monasterium permaneat, vt decisum testantur ex Vecchio, Barbosa loco relato *de Iure Ecclesiastico num.* 126. & Nouarius *d. verbo Annus num.* 8. & probant Gratianus *Discept forens. cap.* 166. *num.* 14. Mendez *in Diuers. iur. argument. cap.* 15. *lib.* 2. Tamburinus *supra quæsito* 7. *num.* 16. Armendar. etiam *in addit. ad*

re-

recopil. leg. Nauarr. lib. 2. tit. 18. lib. 7. de Relig. num. 13. ac Suarez *supr. cap. 4. num. 13.* declaratum referunt à Sac. Congregat. Nouitiam, durante probationis anno, curandæ valetudinis gratia, de licentia Superiorum, è Monasterio exeuntem, & postea regredientem, eodem tempore professionem emittere posse, ac si nunquam exijsset. De quo etiam Barbosa *supr. num. 27.* & Nouarius *supr. num. 9.* Et ratio huius esse potest, quia licet de ratione Nouitiatus videatur esse quòd peragatur intra Claustrum Monasterij veluti formaliter, ideſt, quòd extra illud non exeat Nouitius sine obedientia Superioris; non tamen videtur talis permanentia materialiter sumpta esse de substantia Nouitiatus. Suarez *dicto num. 13.* approbans ex Nauarro quòd si Nouitius de mandato Prælati per magnam partem anni extra Monasterium versetur, etiam in Curia Principis tractans negotium Religionis, semper censeatur esse in probatione sine interruptione, & possit suo tempore professionem emittere, quia non est de ratione anni probationis manere semper intra septa Monasterij, sed ad probationem sufficit manere sub obedientia sui Superioris vbicunque Nouitius fuerit. An verò hæc doctrina etiam verificetur pro Nouitiatibus Italiæ, & Insularum adiacentium, consule dicta *cap. 24. num. 22. in 1. tomo.* Nec etiam interrumpi Nouitiatum, si Nouitius retento habitu, perterritus seueritate, vel iracundia, vel minis, seu odio Superioris, aut Magistri, Monasterio abditè exeat, causa se celandi, dummodo habeat animum redeundi, tenent Tamburinus *supr. num. 18.* Barbosa *supra num. 128.* ex Vecchio, & alijs. Pro his tamen, & similibus casibus maximè aduertendæ sunt circunstantiæ egressus, scilicet an sint tales, ex quibus præsumi possit factum fuisse animo deserendi Religionem; si enim tales fuerint, vt ex illis præsumi possit Nouitium sic egredientem egredi animo non redeundi, seu se constituendi extra obedientiam Prælati, tunc procul dubio interrumpetur Nouitiatus. Secus verò si non adsit, aut præsumatur talis animus. Suarez *dicto cap. 14. n. 14.* Vecchius *supr. disp. 11. dub. 3. num. 15.* Barbosa *d. num. 128.* An autem hæc cõtinuitas Nouitiatus debeat esse vsque ad professionem intrinsecè, vt sic dicam, vel sufficiat annum ipsum esse integrum, etiam si proximè non sequatur professio, & consequenter, si expleto anno probationis Nouitius nolit profiteri, sed è Monasterio egrediatur, & postea iterum redeat, an prior annus probationis sufficiat ad professionem emittendam? Priorem partem tenent Suarez *supr. cap. 15. num. 10.* Vecchius *d. disp. 11. dub. 3. num. 1.* Posteriorem verò Rodriguez *to. 3. quæst. Regular. q. 15. art. 10. ad finem*, Layman. *supr. num. 2.* & Bonacina *supr. num. 4.* post S. Antoninum,

An-

Angelum, Silueſtrum, & alios. Quibus adhæreo, pro caſu tamen quo conditio perſonæ, aut Religionis non eſt ita immutata, vt Nouitius propter illam diſcontinuationem non cenſeatur difficultates Religionis moraliter exploraſſe. Præſertim, cum iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 24. *num.* 41. ex declaratione Sac. Congregationis, quam communiter Auctores referunt, non obſtante, quòd in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. ſic habeatur: *Finito tempore Nouitiatus Superiores, Nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut è Monaſterio eos eijciant*; nihilominus Superior Prælatus poteſt ex cauſa profeſsionem differre. Sanchez *ſupr. cap.* 4. *num.* 21. & 34. Theſaurus *ſupr.* §. *limita ſecundò*. Cui doctrinæ maximè fauet declaratio quædam S. Congregationis, quam refert Barboſa *in Collectan. verbo Profeſſus*, in qua deciditur, poſſe profiteri in Religione illum, qui cum eſſet duodecim annorum, & permanſerit per annum integrum in Nouitiatu, poſtmodum habitu retento commoratus fuit domi ſuæ vſque ad tempus ſexdecim annorum, quo reuerſus fuit ad Religionem, & petijt profeſsionem. Vide Dianam 3. *p. Tract.* 2. *Reſolut.* 128.

11 Secunda cauſa, propter quam quæcunque profeſsio, ſiue expreſſa, ſiue tacita, redditur nulla his temporibus, eſt defectus ætatis 16. annorum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 2. *num.* 10. *& cap.* 24. *num.* 22. vbi alia ad intentum. De quo etiam 3. *to.* verbo *Aetas num.* 5. & verbo *Annus num.* 9. Debet autem eſſe, iuxta dicta eo *num.* 5. 16. annorum completorum. De quo etiam Diana 3. *p. Tract.* 2. *Reſolut.* 57. Theſaurus *ſupr. cap.* 2. Vnde practicanda venit opinio Riccij *in Praxi fori Eccleſ. reſol.* 656. *in* 1. *edit. aliàs reſolut.* 549. quatenus poſt Galletum *in Margarit. caſ. conſcient. in verbo profiteri* exiſtimat nullam eſſe profeſsionem, ſi deficiat vna dies ante dictum 16. annum completum. Nouarius *dicto verbo Profeſsio num.* 14. Licet oppoſitum teneant Campanile *in diuerſor. Iuris Canonici rubr.* 12. *cap.* 11. *num.* 1. & Barboſa *ſupr. num.* 139. exiſtimantes profeſsionem factam in vltima die anni 16. validam eſſe. Valida autem eſt profeſsio poſt 16. annum facta, ſed ante 18. vel vigeſimum requiſitum à ſtatuto Ordinis Minimorum, vel SS. Trinitatis non annullante, aut irritante factam, quia profeſsio non redditur nulla ex eo quòd ſimpliciter prohibita ſit, prout in dictis ſtatutis. Rodriguez *tom.* 3. *quæſtion. Regularium q.* 17. *art.* 20. Miranda *to.* 1. *Manual. q.* 24. *art.* 2. *concl.* 2. Peirinis *de Subdito Relig. to.* 1. *cap.* 26. §. 3. Sanchez *ſupr. cap.* 4. *num.* 4. Sicque referunt à S. Congregatione deciſum Armendariz *in addition. ad recopilat. leg. Nauar. d. l.* 7. *de Relig. n.* 14. Barboſa *ſupr. n.* 141. & Nouar. *ſupr. n.* 16. & 17.

His

12 His tamen non obſtantibus profeſsiones factas à Nouitijs Ordinis Prædicatorum, & aliorum communicantium cum ipſis in priuilegijs, quando ſunt in articulo mortis conſtituti, ante 16. annum, validas eſſe, conſtat ex dictis *to.* 1. *cap.* 24. *num.* 42. *& cap.* 25. *num.* 39. ex Priuilegio Pij 5. vbi etiam alia ad intentum. De quo & Diana 5. *p. Tract.* 3. *Reſolut.* 139. Ad quod etiam deſeruit declaratio quædam Sac. Congregationis, quam refert Barboſa *ſupra n.* 138.

13 Tertia etiam cauſa, propter quam quæcunque profeſsio redditur nulla, eſt defectus auctoritatis, ſeu poteſtatis in acceptante ad illam, iuxta dicta dicto *cap.* 2. *num.* 25. vbi & alia ad intentum. De quibus etiam Reginaldus *in Praxi lib.* 18. *num.* 385. Vecchius *ſupra diſp.* 13. *dub.* 2. Tamburinus *ſupr. quæſit.* 14. Nota autem, quòd quamuis hoc ſolùm videatur eſſe neceſſarium pro profeſsione expreſſa, illa enim debet fieri in manus Prælati facultatem habentis ad eam admittendam; ſuo etiam modo requiritur pro profeſsione tacita; ſi quidem, iuxta dicta ſupra *num.* 5. inter conditiones ad illam requiſitas vna eſt, vt actus per quem inducitur, authoritate, & conſenſu eius, cuius eſt ad Religionem admittere, fiat, ſeu, quod idem eſt, iuxta dicta etiam *ſupr.* vt admiſsio ad illam ſit conſentiente Prælato, vel Religione. Layman. *ſupr. nu.* 3. *& 5.*

14 Quarta eſt, defectus ſexus conuenientis Monaſterio, in quo fit profeſsio, iuxta dicta *dicto cap.* 2. *num.* 20. Quid verò dicendum de fœmina, quæ fingens ſe eſſe virum profeſſa eſt in Conuentu virorum, agunt Comitolus *lib.* 2. *Reſponſ. moral. q.* 28. & Portellus *ſupr. n.* 23. apud quem etiam *in additione ad additionem ad dictum verbum profeſsio* latè de quodam caſu fœminæ cuiuſdam, quæ poſt profeſsionem inter Moniales, in maſculum erupit. De quo etiam dixi *tertio to. verbo Irregularitas num.* 14.

16 Quinta eſt, defectus libertatis, ſeu, quod idem eſt, ſeruilis conditio. De qua dixi *dicto cap.* 2. *num.* 21. *& cap.* 24. *num.* 20. De qua etiam, præter Auctores ibi relatos, agunt Azor *to.* 1. *Inſtitutionem moralium lib.* 12. *cap.* 1. *q.* 3. Vecchius *ſupr. diſp.* 2. *dub.* 2. Tamburinus *ſupra diſp.* 6. *quæſit.* 3. *num.* 6. Barboſa *dicto cap.* 42. *num.* 2. & ſequentibus ex multis alijs. Ad hunc libertatis defectum reducitur etiam Matrimonij ligamen, etenim qui Matrimonium conſumarunt nequeunt validè Religionem profiteri, niſi de conſenſu alterius coniugis, iuxta dicta *eo cap.* 24. *num.* 31. *& cap.* 2. *num.* 31. vbi etiam alia ad intentum. Quid verò dicendum de Matrimonio etiam conſummato infidelium, aut rato tantum etiam fidelium, habes ex dictis eod. *to.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. De quibus etiam omnibus Reginaldus *in Praxi lib.* 18. *num.* 377. *& lib.* 30. *nu.* 68. Bartholomeus à Sancto

Fau-

Fausto *in Theſauro Relig. l.* 1. *q.*286. *& l.* 5. *q.* 81. Vecchius *ſupr. diſp.* 14. *dub.* 1. Cornexo *tractatu de Matrim. diſp.*6. Portellus *ſup. à num.* 27. Barboſa *ſupr. num.* 7. & ſequentibus, ac Tamburinus *ſupr. à num.* 4.

16 Sexta eſt, coactio. Debet enim eſſe voluntarius Religionis ingreſſus, alioquin is qui cogitur fieri Religioſus non tenetur Regulam obſeruare; nec valida eſt profeſsio, niſi poſtea conſenſiſſet. *ca. præſens* 20. *q.* 3. *cap.* 1. *de Regularibus. cap.* 1. *de ijs, quæ vi.* Bonacina *ſupr. difficult.* 2. §. 1. *num.* 3. Layman. *ſupr. num.* 6. Nota tamen, vim, & metum, debere eſſe grauem. Tum quia in Iure non habetur ratio metus leuis, tum quia metus leuis non irritat carnale Matrimonium, ergo neque ſpirituale, ideſt, profeſsionem. Bonacina, & Laymanus relati, ac Theſaurus *in Praxi par.*2. *verb. Moniales cap.* 1. §. *Amplia* 1. ex Rotæ deciſione. Eſt autem metus grauis primò, metus mortis; ſecundò, mutilationis; tertiò, attrocis cruciatus; quartò, longi carceris; quintò, diuturni exilij; ſextò, ſeruitutis; ſeptimò, ſtupri in viro, vel fœmina; octauò, amiſsionis honorifici ſtatus (hæc omnia habentur §. *quod metus cauſa, & C. eodem, & in* 1. *decretal. eod. titulo*) nonò, amiſsionis omnium bonorum, vel certè notabilis partis; nam ſine his non poteſt homo commodè, & honoratè viuere. Decimò, infamiæ iuris, vel etiam facti, quæ difficulter poſsit abſtergi. Fama enim præfertur opibus, iuxta illud Prouerb. 22. *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ.* Vndecimò, excommunicationis iniuſtæ, ſecus ſi iuſta ſit. Hæc enim facilè poteſt caueri ſublata contumacia. Duodecimò, etiam metus grauis dicitur, ſi hæc mala liberis proprijs timeantur, quia pro affectu naturæ parentes magis in liberis terrentur, vt habetur *in l. iſti quidem* 8. *in fine* §. *quod metus cauſa.* Leſſius *de Iuſtitia lib.*2. *cap.*17. *num.* 35. Quamuis autem non leuis controuerſia ſit an metus reuerentialis cenſendus ſit grauis, ita vt annullet profeſsionem. Quibuſdam affirmantibus cum Nauarro, Rodriguez, & alijs, quos refert Sanchez *l.* 4. *de matrim. diſp.* 6. *num.* 17. quibus iunge Dianam 3. *p. Tract.* 2. *Reſol.* 92. Alijs verò negantibus cum eodem Sanchez ibidem *num.* 18. Soto, Henrriquez, & alijs, quos refert. Nihilominus iſtis adhærendum videtur, dicendo quòd metus reuerentialis ſolus non ſufficiat, niſi ſit coniunctus cum timore incurrendæ grauis, ac diurnæ offenſionis, cum aſperitate vultus, verborum, & tractationis, & maximè timore ſubtractionis rei neceſſariæ, ſeu congruæ ſuſtentationis, ſeu eiectionis de domo, vel grauibus minis, aut importunis, & inculcatis precibus. Prout ex varijs iuribus, & Doctoribus probant idem Sanchez *ſupr. diſp.* 7. *à nu.* 5. *vſque ad* 8. &

to. 1. *in Decalog. l.*4.*nu.*8. Lessius, Layman, & Thesaur. *supr.* ex notabili decisione Rotæ, & alijs Doctoribus. Vide alia quoad Monialium coactionem supra verbo *Moniales nu.* 10.

17 Septima est, defectus vsus rationis, siue per dementiam, siue per furiam, aut quid simile, iuxta dicta *dicto cap.* 2. *num.* 24. *& cap.*24.*num.* 18. Habentes enim talem defectum carent libertate requisita ad Religionem. De quo Silvester, Azor, Sanchez, & Bonacina ijs locis relati.

18 Octaua est, ille defectus occultus, super quo protestatum est Nouitio, quòd si illum haberet, & celaret, professio inualida esset, iuxta dicta *eo cap.* 2. *num.* 23. *& cap.* 24. *num.*26. Quod intellige, etiam si talis defectus non sit contrarius substantiæ Religionis. Etsi enim, iuxta dicta eo *num.* 23. defectus non repugnans substantiæ Religionis, qualis est morbus Gallicus, morbus caducus, commisisse aliquod delictum, originem trahere à parentibus infidelibus, & infamibus, aut quid simile, non irritet professionem: si tamen habenti illum protestatum est de nullitate professionis, si illum celaret, professio nulla erit illo celato. De quo præter Auctores eo loco relatos, Miranda *in Manuali to.*1. *q.*30. *art.*4. *concluf.* 1. Suarez *to.* 4. *de Relig.l.* 2. *cap. primo num.*29. Vecchius *in Praxi disp.*14. *dub.*15. *& disp.* 4. *dub.* 1. Diana 4 *par. Tract.* 4 *Resolut.* 188. Bordonus *Resolut.* 8. *nu.*10. & Thesaurus *in Praxi par.*2. *verbo professio. cap.* 3. Pro quo etiam vide dicta supr. verbo *Neophytus Regularis*. Nota autem, quòd quamuis circa huiusmodi protestationem, & modum quo facienda sit, dissentiant Doctores, illud tamen videtur certius eam sufficere, quæ de facto intimata sit tacitè, vel expressè Nouitio professuro. De quo Vecchius, & Thesau. *supr.*

19 De alijs porrò causis, quæ irritare possunt professionem, quales sunt appositio conditionis contrariæ substantiæ Religionis, & fictio, seu animus non promittendi, dixi eo *cap.* 2. *num.* 26. *&* 27. Item an conditiones designatæ à Sixto quinto pro informationibus Nouitiorum sint ita de substantia professionis, vt defectus illarum ipsam irritet, habes ex dictis eo *cap.* 24. *num.* 12. *& sequentibus*, & supra verbo *Nouitij*, *& Nouitiæ Religionis num.*21. Similiter an defectus Nouitiatus habiti in locis non approbatis à Sede Apostolica pro Italia, & Insulis adiacentibus professionem annullet, dixi supra dicto verbo *Nouitij*, *& Nouitiæ nu.*3.

20 Pro prædictis autem casibus, in quibus professio est nulla propter dicta impedimenta, aliqua animaduertenda sunt. Primò, aliqua impedimenta ex ipsis esse perpetua. Alia vero solùm temporalia. Perpetua dicuntur illa, quæ perpetuò, & inseparabiliter perso-

næ

næ inhærent, nec ab ipſa auferri poſſunt, ſed eam ſemper, & pro ſemper inhabilem ad profeſſionem faciunt; qualia ſunt ſexus virilis ad profitendum inter Moniales, & ſexus fœmineus ad profitendum inter viros. Huius generis erant impedimenta illegitimorum, criminoſorum, & obnoxiorum debitis, & ratiocinijs, iuxta diſpoſitionem Conſtitutionis *Cum de omnibus* Sixti 5. quam retuli *tom. 1. cap. 24. num. 12. & 15.* Licet, vt ibidem dixi, moderata ſit his temporibus à Clemente 8. Huius etiam generis ſunt impedimenta aliqua per particulares Conſtitutiones Religionum poſita, per quæ inhabiles omnino redduntur ad profeſſionem. Temporalia verò dicuntur illa, quæ, etſi inhabilitent ad profeſſionem, ſed non perpetuò, quia poſſunt poſtea amoueri, vt defectus ætatis, defectus conſenſus. Sanchez *l. 7. de Matrim. diſp. 37. num. 30.* Bordonus *ſupr. num. 4.* Ex quo fit profeſſionem factam cum prioribus impedimentis nunquam ratificari poſſe, ſeu, quod idem eſt, de nouo fieri, ita vt valida ſit, cum ſemper perſeuerent ipſa impedimenta; bene tamen factam cum poſterioribus impedimentis, propter oppoſitam rationem. Et ita ſupponunt Sanchez, & Bordonus relati, alijque communiter. Qualiter autem ad ratificandum profeſsionem factam cum aliquo ex prædictis impedimentis temporaneis non requiratur reiteratio Nouitiatus, ſed ſufficiat quòd ſuppleantur ea, quæ primò defuerunt, dixi dicto *cap. 2. num. 9.* De quo etiam Leſsius *lib 2. de Iuſt. cap. 41. num. 66.* Suarez *to 3. de Relig. lib. 7. cap. 1 num. 8.* Vechius *ſupr. diſp. 14. dub. 5.* Bonacina *ſupr. d. punct. 10. diff. 1. num. 5.* Quod intellige, quando Nouitiatus fuit integer, & validus. Si enim inualidus, & irritus fuit, reiterari debet. Ita enim declaratum ſæpe eſt à Sac. Congregatione *circa ſeſſ. 25. cap. 15. Concilij Trident.* Suarez, & Vecchius ſupra poſt Nauarrum *Conſilio 26. de Regularib. num. 17. & 19.* & alibi, ac Rodrig. *p. 2. Summ, cap. 5. num. 2.* Licet oppoſitum probabiliter etiam tueantur Leſsius, & Bonacina relati, ac Portellus *verbo Nouitij annus nu. 52.* Peirinis *to. 1. de Prælato q. 3. cap. 1. §. 5. num. 147.* Bordonus *ſupr. n. 76. & 77.* poſt Azorium, Sanchez, & alios, pro aliquibus ſaltem caſibus, & præcipuè, quando per talem Nouitiatum ſufficienter expertus fuerit Nouitius auſteritates Ordinis. De modo autem repetendi talem annum probationis, & an neceſſarium ſit non ſolùm habitum Nouitiorum ſuſcipere, ſed & modum viuendi ipſorum obſeruare, agit Suarez *ſup. n. 9. & ſequentibus.* Quando autem cenſeatur Religioſus ratificare profeſsionem aliàs inualidam, dixi *eo num. 9.* De quo etiam Leſsius *ſupra*, & Bonacina *d. diff. 5. num. 1.* Similiter, qualiter ad ratificationem talis profeſsionis inualidæ ob defectum aliquem tempora-

lem probabile ſit non requiri nouum conſenſum Religionis, dixi *eo cap. 2. num. 7.* De quo etiam Peirinis *ſupr. num. 146.* Tamburinus *ſupr. queſit. 23.* Bordonus *ſupr. num. 74.* poſt Azorium, Sanchez, Rodriguez, Suarez, & Vecchium. Quod intellige, pro caſu quo Religio tempore profeſsionis inualidæ verum conſenſum habuerit. Si enim antea non conſenſit, ſed potius reſtitit, neceſſarium videtur quòd de nouo habeatur conſenſus illius. Idem Bordonus *dicto n. 74. & num. 60.* Illud certius, in ratificatione profeſsionis antea inualidæ opus non eſſe iteratione Cæremoniarum, quæ ex conſuetudine, vel Conſtitutionibus Religionis adhiberi ſolent. Tum quia non ſunt de ſubſtantia. Tum quia neque iterantur benedictiones in Matrimonio antea inualidè celebrato, tum quia iſtæ antea adhibitæ fuerunt. Peirinis *ſupr. num. 151.* Bonacina *ſupr. num. 4.* ex Nauarro, Azorio, & Sanchez.

21 Secundò animaduertendum, quòd pro nulliter profeſsis Concilium Trid. *ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 19.* hæc ſtatuit. *Quicunque Regularis prætendat ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, vlitque habitum dimittere quacunque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum, non audiatur niſi intra quinquennium tantùm à die profeſſionis, & tunc non aliter niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario. Quòd ſi ante habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandum quacunque cauſa admittatur, ſed ad Monaſterium redire cogatur, & tanquam Apoſtata puniatur. Interim verò nullo priuilegio ſuæ Religionis tuetur.* Circa quod Decretum, præter dicta *dicto cap. 2. num. 7. & 8. & to. 3.* verbo *Cauſa Iudicialis Regularium num. 9.* & verbo *Epiſcopus quoad Regulares num. 11. & 12.* & ſupr. verbo *Nouitij, & nouitiæ Religionum*, vlterius animaduertendum, iuxta dicta loco immediatè relato, diſpoſitionem iſtam Concilij non ſolùm habere locum in impedimentis ibi expreſsis, ſcilicet vis, metus, & defectus ætatis, ſed etiam in alijs ſimilibus. Tum quia illa ponuntur exempli gratia, non autem ad excludenda alia, cum exempla regulam non reſtringant. *l. damni infecti ff. de damn. inf.* Tum quia hoc indicat illa particula *aut quid ſimile*. Item illa *quacunque de cauſa* in ſupradicto capite expreſſa, aliter eſſent ſuperfluæ, quod dicere magnum abſurdum eſt; in Iure enim neque vna ſyllaba ſuperfluere debet. Gloſſa *verſic. tanquam cap. ſolitæ de maior.* Tum quia terminus *quicunque* propter eius generalitatem comprehendit caſus etiam diſsimiles, vt habet Gloſſa *verb. quamuis initio Clem. 1. de ſent. & re iud.* Bordonus *Reſolut. 23. num. 3.* ex Sanchez, & alijs.

Pro-

Digitized by Google

Procedit autem hæc diſpoſitio Concilij ſolùm de reclamantibus de nullitate profeſſionis propter impedimenta temporalia, non propter impedimenta perpetua. Qui enim cum impedimento perpetuo profeſſi ſunt, etiam elapſo quinquennio audiri poſſunt. Ratio eſt, tum quia quod fauore alicuius introductum eſt in ipſius damnum retorqueri non debet. *l. quod fauore C. de leg. & Regul. quod in gratiam de Reg. iur. in 6.* Si autem Religioſus laborans perpetuo impedimento dirimente profeſſionem è Religione exire non poſſet, Religio detrimentum pateretur, quia cogeretur retinere perpetuò inhabilem, quod videtur contra Concilij mentem, cum hoc Decretum in fauorem Religionis ediderit. Tum quia Concilium denegat audiri poſt quinquennium, quia præſumit Religioſum conſenſiſſe; hæc autem ratio ceſſat in habente perpetuum impedimentum, cum ipſius conſenſus validus eſſe non poſſit. Tum quia ſequeretur mulierem, quæ mentito ſexu profeſſionem in Monaſterio emiſit, cogi in eodem Monaſterio remanere. Quod eſt abſurdum. Nauarrus *l. 3. conſil. tit. de Regularib. in 1. edit. conſil. 5. num. 12. & conſil. 25. num. 2. & vlt. & in 2. conſil. 26. num. 2. & conſil. 48. num. 2. & fin.* Sanchez *l. 7. de Matrim. diſp. 37. num. 32. & 33.* Suarez *to. 3. de Relig. l. 7. cap. 4. num. 7. 8. & 9.* Sanctarellus *dicta q. 48. num. 36.* Bonacina *dicto punct. 10. difficult. 4. num. 7.* Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat. 104. num. 20.* Theſaurus *in Praxi par. 2. verb. Profeſſio cap. 1. §. amplia ſecundò.* Idem dico de habentibus impedimentum temporale durans etiam poſt quinquennium, ſi illud irritet profeſſionem, vtſi profeſſi ſunt ex metu, vel cum defectu ætatis, & hæc etiam durent poſt quinquennium. Quia cum Tridentini Decretum fundetur in præſumptione ratificationis profeſſionis irritæ, cum talis ratificatio eo tempore eſſe non poſſit, (quia, vt diximus, ea impedimenta, quæ inualidant profeſſionem expreſſam, inualidant etiam tacitam) ceſſat præſumptio Concilij. Sanchez *ſupr. n. 34.* Portellus *ſupr. verbo Profeſſionis nullæ reclamatio num. 52.* Cum etiam eo *cap. 2. numero 7.* dixerim, non obſtante taxatione quinquennij à Concilio facta, audiri poſſe reclamantes poſt illud, ſi legitimas cauſas allegauerint ob quas non potuerint intra prædictum tempus reclamare, ideo probabiliter ſatis, non reclamantem intra quinquennium, vel quia fuit impeditus, vel quia ignorauit iuſta ignorantia ſuam profeſsionem eſſe irritam, poſſe reclamare, etiam poſt quinquennium, reſoluunt non ſolùm Nauarrus eo loco relatus, ſed etiam Azor *to. 1. l. 12. cap. 4. q. vlt.* Sanctarellus *dicta q. 48. n. 3.* Diana *3. p. Tract. 2. Reſolut. 53. & 62.* Paſqualigus *deciſ. 432.* & maximè Suarez *dicto cap. 4. num. 6.* Propterea ſubdens, quòd licet

Concilium dicat, quinquennium eſſe computandum à die profeſſionis, intelligendum eſt per ſe; per accidens verò, interueniente ignorantia probabili, computandum eſſe à die quo cępit quis habere ſcientiam de nullitate profeſſionis. Quod confirmatur, quia Concilium voluit concedere quinquennij tempus habile ad ratificandum profeſſionem, ſed quandiu ignoratur nullitas profeſſionis non poteſt ratificari, ergo non debet tempus illud in hoc quinquennio computari. Suarez *ſupr.* Vide tamen circa hoc aliquas declarationes Sac. Congregat. quas referunt Barboſa *in prædictum locum Concilij*, & Sanctarellus *ſupr.* Attende etiam ad praxim, & ſtylum Curiæ, qui talis eſt, vt quoties elapſo quinquennio quis vult dicere de nullitate adit Pontificem, vel Sacram Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem, & allegato iuſto impedimento non reclamandi intra tale tempus, illiſque ſummariè cognitis, impetrat talem facultatem, per viam ſaltem extraordinariam reſtitutionis in integrum. Portellus *ſupr. verbo Profeſſionis nullæ reclamatio num.* 45. Nouarius *in Lucerna verbo Reclamare num.* 5. Nota autem tale impedimentum, vel ignorantiam reclamandi intra quinquennium, minime probari iuramento ipſius reclamantis. Sanchez dicta *diſp.* 37. *num.* 14. Rodriguez *in addit. ad Summ. cap.* 65. *num.* 6. Nouarius *ſupr. num.* 6. Comprehenduntur quoque ſub iſto Decreto milites S. Ioannis Hieroſolymitani, prout conſtat ex declaratione S. Congregat. quam referunt Barboſa *ſuper illud*, & Suarez *ſupr. n.* 10.

22 Circa circunſtantias autem prædicti quinquennij ad reclamandum nota, quòd illud in profeſſione expreſſa incipit per ſe, vt dixi, à die, quo quis illam emiſit, in tacita verò, à die, quo fecerit actus ſolummodò profeſſis proprios, quibus inducitur. Barboſa *dicta Allegat.* 104. *num.* 16. ex Miranda, Azorio, & Bonacina, quos etiam ſequitur Nouarius *ſupr. num.* 2. & 3. Quoad eos autem coram quibus facienda eſt huiuſmodi reclamatio de nullitate, nota ex declaratione Sac. Congregationis, quam referunt Barboſa *ſuper illud cap. Concilij, & in Collectanis Bullarij verbo Profeſſio Regularis*, Tamburinus *ſupra quæſit.* 26. ac Nouarius *ſupra verbo Profeſſio*, eam fieri debere coniunctim coram proprio Superiore Regulari illius Monaſterij, in quo profeſſionem emiſit, & coram Ordinario illius loci, vbi Monaſterium exiſtit. Si autem huiuſmodi cauſæ intra biennium non determinentur, ad Iudices Superiores trahi poſſunt, iuxta Decretum eiuſdem Concilij Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. Niſi aſſignentur cauſæ legitimæ, propter quas non ſunt definitæ. Ita enim habetur ex declarationibus Sac. Congregationis, quas ex Armendariz, Leone, Riccio, & Barboſa retuli 3. *to.* verbo *Cauſa iudicialis Regularium*

Digitized by Google

larium num. 9. Quomodo autem facienda ſit huiuſmodi reclamatio cum habitu, dixi eo *cap.* 2. *n.* 8. De quo etiam Diana *ſupr. dicta Reſolut.* 53. & Tamburin. *ſupr. nu.* 2.

23 Nota quartò, profeſſionem quomodocunque inualidam non validari precisè propter curſum temporis, ſi de nouo non ratificetur. Ita enim habetur expreſsè ex Regula Iuris in 6: *Non firmatur tractu tẽporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.* Cõfirmatur à ſimili de Matrimonio, quod enim à principio ſemel nullum fuit, non incipit eſſe validum ſolùm propter fluxum temporis. Suarez *ſupr. cap.* 1. *nu.* 3. Peirinis *ſupr. num.* 143. Tamburinus *ſupra quæſit.* 17. *num.* 1. Deinde, profeſſionem quomodocunque inualidam, ex vi ſua nullam inducere obligationem in profeſſo ad vota, Regulam, Conſtitutiones &c. Ratio eſt, quia obligatio hæc ſolùm eſt effectus profeſſionis validæ. Bonacina *ſupra difficult. prima num.* 1. ex Nauarro, Enriquez, Sanchez, & alijs. Dixi ex vi ſua; quia ratione alterius circunſtantiæ fieri poteſt, vt obligetur ad illa profeſſus, vt ſi ſcandalum præbeat, Regulam, aut vota coram alijs non ſeruando. Quilibet enim tenetur ſcandali occaſionem præcauere. Ita relati Authores. Quamuis autem ijdem Authores, & alij, ſpecialiter Leſſius *lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *num.* 63. & Layman. *lib.* 4. *Tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 7. ſupponentes prædictum Religioſum inualidè profeſſum cogi non poſſe ad ratificandum profeſſionem, (prout eſt certum, ſi quidem profeſſio debet eſſe actus omnino liber, & abſque vlla coactione) conſequenter etiam, & ſatis probabiliter ſupponant, quòd ſi nolit ſpontaneè ratificare profeſsionem inualidam, poſſit intra quinquennium auctoritate propria dimittere habitum, fugere è Religione, & ducere vxorem, ſecluſo tamen ſcandalo, vel alijs circunſtantijs extrinſecis: imò, & Prælatum id ſcientem poſſe illum occultè dimittere. Hæc tamen limitanda ſunt primò, quando inualidè profeſſus eſt certus de inualiditate ſuæ profeſsionis, quando enim dubius eſt de illa tenetur iudicare in fauorem Religionis, quæ poſsidet ipſum, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Dubia Regularium num.* 16. & tenent Sanchez *dicta diſp.* 37. *num.* 12. & Suarez *ſupr. cap.* 2. *num.* 6. Secundò, id etiam limitari debet pro caſu quo ille non poſsit probare coram Eccleſia inualiditatem ſuæ profeſsionis, ſi enim illam probare poteſt, debet vti remedio à Concilio deſignato, ſcilicet reclamando coram Ordinario, & Superiore ſuo. Licet enim hoc Decretum probabiliter ſatis intelligatur ab Auctoribus relatis ſolùm pro foro externo, non pro interno, aut foro conſcientiæ; probabilius tamen eſt oppoſitum, non ſolùm propter pœnas, quas Concilium aſsignat, ſcilicet quod habeatur vt Apoſtata, & quòd nullo Religionis ſuæ priuile-

gio fruatur, quæ pœnæ, cum ſint graues nimis, ſupponere videntur culpam in foro conſcientiæ, ſed etiam quia actus illi per ſe ſe videntur pernicioſi bono communi, atque contra ius Religionis, vel ſaltem contra iuſtitiam legalem, quia quando aliquis habet ius ad rem, vel in re, quam alius poſsidet, præſertim iuſtè, non poteſt ſua auctoritate illam vſurpare, ſed debet vti auctoritate Iudicis, quando commodè poteſt. Quia oppoſitum eſt contra bonum ordinem Reipublicæ, & non per accidens, ſed per ſe inferre poteſt ſcandalum, & perturbationem. Ita Suarez *ſupr. cap.* 3. *num.* 11. Idem quoque videtur dicendum etiam poſt expletum quinquennium, in caſu ſcilicet quo illi permittatur reclamare, ſaltem per viam extraordinariam reſtitutionis in integrum. Quja ratio tradita etiam probat pro eo tempore. Caſu tamen quo talis reclamatio non ſit tunc poſsibilis, probabile eſt quod Authores ſupra relati tenent, ſcilicet, quòd, cum Decretum Concilij fundetur in præſumptione, quæ ſupponitur in foro externo profeſsionem illam inualidam, ſaltem tacitè ratificatam fuiſſe à profeſſo, ideo ſi inualidè profeſſus certò ſciat nunquam eam ratificaſſe, ac per conſequens Iuris præſumptionem falſam eſſe, in conſcientia obligatus non eſt ad manendum in Religione, ſed per ſe loquendo, ſi graue ſcandalum, aliudue maius incommodum ſecutum non ſit, dimiſſo habitu occultè fugere, atque vxorem ducere non prohibetur, aut à Prælato, occultè dimitti, ſcandalo ceſſante. Quemadmodum, iuxta plurium ſententiam, Iudex, qui alioquin contra allegata, & probata abſoluere non poteſt, ſi tamen publicè conuinctum reum certò ſciat innocentem eſſe, poteſt ei occultè fugiendi aditum patefacere, modò ſcandalum abſit. Ita Layman. *ſupr.* ex relatis Authoribus. Vide & Sanctarellum dicta *quæſt.* 48. *à num.* 18.

24 Caſu verò, quo prædictus Religioſus inualidè profeſſus non poſsit inualiditatem ſuæ profeſsionis in foro externo probare, nec è Religione exire, aut occultè dimitti propter ſcandalum, quod indè ſequetur, vel aliam impoſsibilitatem, tenetur ſuam profeſsionem ratificare, ſeu inualidare, iuxta dicta *cap.* 2. *relato num.* 7. Ratio eſt, quia, licet abſolutè, per ſe, & ex natura rei nullus poſsit cogi ad Religionem profitendam, cum iugum Religionis ſit valde oneroſum, ijs præſertim, qui illud ſponte non recipiunt; nihilominus per accidens, ſcilicet ad maiora vitanda incommoda, & propter commune bonum, ad id obligari poteſt, qualiter contingit in propoſito. Primò, propter dicta eo *num.* 7. ſcilicet ad vitandam fictionem, & deceptionem non ſolùm Religionis, ſed & totius Eccleſiæ. Cum enim illa eum habeat pro vero profeſſo, ipſe etiam verum profeſſum

eſſe

eſſe procurare debet. Secundò, ad vitanda grauia pericula, quibus ſe exponit manendo in Religione non ratificata profeſſione. Nam quæ propria ſunt profeſſorum, & profeſſionem ſupponunt, ita vt ſolis profeſſis conuenire poſſint, cum ipſorum præiudicio exequi, & ſubire cogetur, ita vt ſine ſcandalo ea recuſare non poſſit. Rodriguez 2. *to. Summæ cap.* 92. *concl.* 5. Suarez *ſupr. cap.* 2. *nu.* 7. *&* 9. Bonacina *dicta difficult.* 1. *n.* 2. Vecchius *ſupr. diſp.* 14. *dub.* 2. Bordonus *ſupr. Reſolut.* 8. poſt alios.

25 Bona autem profeſſorum propria, & quæ non profeſſis nullatenus conueniunt, ſed peccent illa vſurpando, ſunt. Primò, ali bonis, redditibus, ſeu eleemoſynis Religionis. Licet in hoc excuſari poſſint tales fictè profeſſi, ſi obſequia, quæ ipſi præſtant Religioni, ipſis æquiualeant. Secundò, habere locum, & præcedentiam inter profeſſos. Tertiò, poſſe confiteri ſua peccata Sacerdoti approbato ſolùm à Superiore Regulari, & non ab Epiſcopo, ſeu Ordinario. Quartò, frui priuilegijs Religionis, quæ ſolùm veris profeſſis conceſſa ſunt. Neque obſtat, ea etiam, iuxta dicta ſupra *verbo Nouitij, & Nouitiæ Religionum à num.* 34. extendi quoque poſſe ad Nouitios. Nam iſti fictè profeſſi non ſunt Nouitij, cum non ſint in probatione, nec, vt tales à Religione habeantur; nec veri profeſſi, vt ſupponitur, ſed ſolùm falſi, intruſi, & ſuppoſititij profeſſi contra voluntatem Eccleſiæ, & Religionis. Verum quidem eſt poſſe dici frui prædictos illis priuilegijs, quæ Religioni conceſſa fuerint pro ſuis commenſalibus, & domeſticis. Sed iſta pauca ſunt. Quintò, diſponere de bonis ſuis iuxta Concilium Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. Sextò, ſpecialiter, ſi fuerint Choriſtæ, vel Choro deſignati, habere vocem actiuam, & paſsiuam in electionibus. Septimò, ordinari ad titulum paupertatis profeſſæ, & non alicuius beneficij, aut patrimonij. Octauò, ordinari per dimiſſorias conceſſas à Prælatis Regularibus. Nono, admitti ad gradus, & honores Religionis. Decimò, eligi ad officia, & dignitates Religionis. De quibus omnibus Sanchez *dicta diſp.* 37. *num.* 37. 42. *&* 43. ex Nauarro, & Rodriguez; Peirinis *ſupr. num.* 141. Bordonus *ſupr. num.* 31. & ſequentibus. Apud quos alia ad intentum. Vide aduertentiam pro Dominis Epiſcopis conferentibus Ordines Regularibus, quam retuli ſupra verbo *Ordines Sacri num.* 17.

26 Pro caſibus, in quibus profeſsio inualida obligat, ſaltim vt votum ſimplex, ad promiſſa, vide dicta *to.* 1. relato *ca.* 2. *n.* 28. cum Auctoribus, quos ibi refero. Alia quoque ad intentum habebis infra verbo *Vota Regularium*.

PRO-

PROFANATIO SACRORVM.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Profanatio Sacrorum est sacrilegium. num. 2.
Quando liceat. num. 3.

1 DE hac re aliqua dixi supra verbo *Monasteria Regularium num.* 38. *&* 45. & verbo *Paramenta Ecclesiastica*, & dicam infra verbo *Vasa Sacra*, & verbo *Vestes Sacræ.* Alia quoque in præsenti dicenda, conformiter ad declarationes aliquas Sac. Congregat. quæ circunferuntur. Ex quibus aliqua pro Regularibus vtilia haberi possunt.

2 Primò ergo nota, quòd prophanare Sacra est sacrilegium, vt potè, quia est contra reuerentiam debitam rebus Sacris. Nald. *in Summ. verb. Sacrilegium num.* 2. Vnde ex Abbate infert, quòd sacrilegium etiam sit, si res aliena, inuito, vel ignaro ipsius domino effecta Sacra, postea desecraretur, quia potius in hoc casu esset ei satisfaciendum de suo interesse, relinquendo ipsam durare Sacram.

3 Secundò nota, quòd cum, iuxta præscriptum Concilij Trident. *sess.* 21. *cap.* 7. *de reformatione*. Episcopis liceat aliquando Ecclesias aliquas dirutas in profanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuertere, ideo Prælati Regulares, qui habuerint iurisdictionem Episcopalem in populum, id etiam facere poterunt. Quod qualiter sit intelligendum, habetur ex declarationibus Sac. Congregationis, quas refert Barbosa *in locum Concilij relatum, & in Collectanis Bullarij verbo Profanare*. Ex declaratione etiam Sac. Congregationis apud Nouatium *in Lucerna Regularium verbo Profanatio num.* 1. conceditur ex causa profanatio Clericis Regularibus Societatis Iesu. Item ex declaratione etiam Sac. Congregationis, quam refert idem Nouarius *ibidem n.* 2. concessa fuit profanatio domorum, in quibus Moniales habitarunt, & diuina officia recitarunt, ac Missas celebrari fecerunt.

PRO-

Digitized by

PROTECTORES ORDINVM.

DE illis ad ſufficientiam dictum eſt *to.2. ca.9. per totum,& to.3. verbo Cardinales,* & ideo pro nunc ſuperſedendum.

QVARTA FVNERALIS.

SVMMARIVM.

De hac materia remiſsiuè. num. 1.
Quarta funeralis quid ſit. num. 2.
*Ad illam an teneantur Religioſi præcipuè Mendicantes. num.*3.
Priuilegia ipſorum moderata à Concilio Tridentino. num. 4.
Quomodo intelligendum. num. 5.
*De priuilegijs Mendicantium ex Pio V. num.*6.
*Quæ Monaſteria eam ſoluat. num.*7.
De quibus rebus. ibidem.
Quid de Monaſterijs Monialium. num. 8.
*An debeatur ex ijs,quæ alio die,prater quam in die ſepulturæ afferuntur. num.*9.
*Caſus, in quibus non debetur. num.*10.
Pœnæ, quas incurrunt Ordinarij cogentes Regulares ad illius ſolutionem quando non debetur. num. 11.

1 DE hac etiam materia nonnulla dixi *to.*1. *cap.* 3. *num.*13. *& to.*2. *cap.* 1. *num.*29. *&* 30. Deſeruiunt etiam adintentum dicta *to.* 3. verbo *Canonica portio*. Alia tamen addenda pro materiæ ampliori notitia.

2 Quarta funeralis eſt quarta pars illorum bonorum, quæ parochiani relinquunt, vel offerunt ratione funeris cum extra Parochiam propriam ſepeliuntur. Clem. *Dudum de ſepultur.* Ioannes de Cruce *de ſtatu Religionis l.*2. *cap.* 9. *dub.* 5. Tambur. *de iure Abbatum to.* 1. *diſp.* 15. *quæſito* 17. *num.* 1. Vocatur etiam quarta parrochialis *cap.* 1. *& cap. relatum de ſepultur, & in cap.* 2. *eod. tit. in* 6. *& dicta Clem. Dudum* §. *verum,*& vtrobique Doctores *de Sepultur.* ex eo ſcilicet, quòd debita ſit Parrocho propter Sacramenta, quæ miniſtrat ſuis parrochianis, id eſt: propter onus, quod in eorum adminiſtratione ſubit. *cap.* 1. *cap. relatum cap. de his de ſepultur.* Tamburinus *ſupr. num.*2.

Et

3 Etsi autem Religiosi omnes, etiam Mendicantes, teneantur iure communi soluere quartam funeralem: ita enim habetur in Clem. citata, vbi etiam reuocantur consuetudines, & priuilegia illucvsque concessa, & conuentiones, statuta, & pacta, ac per consequens hoc tempore Religiosi non habentes aliquod priuilegium ad illam teneantur, prout notat Barbosa *de Iure Ecclesiastico lib. 3. cap. 24. num. 13. & 14.* Nihilominus plures Religiosi habent talia priuilegia, & ita nec ipsi, nec illi, qui cum illis communicant in priuilegijs eam soluere tenentur. Hi sunt Carmelitæ, propter priuilegium Nicolai 5. quod retuli ad verbum 3 *to.* verbo *Canonica portio num.* 7. & quod est copiosius, & melius, vt habent Casarubius, Rodriguez, & Miranda eo loco relati. Deinde Benedictini Congregationis S. Iustinæ, ex Eugenio 4. in Bullario Rodriguez *Bulla* 12. & apud Tambur. *supr. nu. 6.* Qui etiam refert hoc priuilegium communicari Congregationi Vallis Vmbrosæ, & Cælestinis. Prædicatores etiam, Minores, & Carmelitæ habent simile priuilegium à Sixto 4. vt patet ex Miranda *to.* 2. *q.* 48. *art. 6.* & Ioanne de Cruce *supra*. Similiter nostri Patres Discalceati post contradictorium iudicium à solutione prædictæ quartæ exempti sunt per Clementem 8. in Bulla *Quod semel* in Bullario Rodriguez in eodem Clemente *Bulla* 26. Ioannes de Cruce *supr.*

4 Hæc verò priuilegia, & alia à prædictis Authoribus relata, & ante Concilium Tridentinum concessa, quadam tenus moderata sunt ab eodem Concilio *sess.* 25. *cap.* 13. vbi sic habetur. *Decernit S. Synodus, vt quibuscunque in locis iam ante annos quadraginta, quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parrochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocunque priuilegio, alijs Monasterijs, Hospitalibus, aut quibuscunque locis pijs concessa, eadem post hac integro iure, & eadem portione, quæ antea solebat, Cathedrali, seu Parrochiali Ecclesiæ persoluatur, non obstantibus concessionibus, gratijs, priuilegijs, etiam Mari magno nuncupatis, aut alijs quibuscunque.*

5 Ex hoc autem Concilij Decreto inferuntur aliqua ad intentum. Primum, ea Monasteria, quæ 40. annis ante Concilium solita erant soluere dictam quartam, teneri etiam nunc ad eam, non obstantibus quibuscunque priuilegijs. Ita enim habetur expressè in dicto Decreto. Secundum, quòd illa Monasteria fundata ante Concilium, quæ solita non erant per 40. annos soluere dictam quartam, hodie non teneantur ad illam. Quia ita etiam habetur in Decreto Concilij adducto. Tertium, quòd Monasteria fundata ante Concilium citra 40. annos non teneantur ad illam; quia Concilium solùm loquitur

de

de Monaſterijs fundatis ante Concilium ante quadraginta annos, non citra. Quartum, quòd Monaſteria fundata poſt Concilium, aut in poſterum fundanda, non teneantur ſoluere dictam quartam, quia nullo modo comprehenduntur in Decreto Concilij. Quod ſolum loquitur de fundatis ante ipſum, & quæ ſolita erant illam ſoluere, quod non poteſt competere Monaſterijs fundatis, aut fundandis, poſt Concilium. Rodrig. *to.* 1. *quæſt. Regular. q.* 39. *ar.* 2. Miranda *in Manuali to.* 2. *q.* 48. *art.* 7. Ioannes de Cruce *ſupra*, Portellus *in Dubijs Regular. verbo Canonica portio n.* 1. & ſequentibus. Naldus *in Summ. verb. Sepultura num.* 1.

6 Id verò ita obſeruandum eſſe colligitur primò pro Mendicantibus ex Bulla Pij 5. *Etſi Mendicantium*, paucis annis poſt ipſum Concilium edita, de qua dixi *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. Ibi enim ſic habetur ad intentum. *Quartam autem funeralium, de qua ſeſſ.* 25. *c.* 13. *nequaquam ſoluere teneantur Monaſteria, quæ à* 40. *annis citrà fundata exiſtunt. Poſtquam Concilium ipſum loquitur tantùm de Monaſterijs ante annos* 40. *fundatis, quæ ipſam quartam ſoluere conſueuerunt.* Hæc autem Conſtitutio Pij quinti reuocata non eſt à Gregorio 13. per aliam Conſtitutionem, quæ incipit *In tanta*, quia iuxta dicta *eo cap.* 1. *num.* 16. ſolùm Gregorius reuocauit præfatam Conſtitutionem Pij 5. quatenus per ipſam conceditur aliquid contrarium Decretis Concilij Tridentini, non tamen quatenus ipſa declarantur, prout infertur ex Rotæ deciſione in vna Litienſi, de qua infra, & præter Authores à me eo loco relatos, tenet etiam Ioannes de Cruce *ſupra*. Similia habentur in alia Bulla eiuſdem Pij 5. *Ad hoc nos Deus* in 2. to. Bullarij Laertij *ſub num.* 41. Colligitur ſecundò, ex declaratione Sac. Congregationis, quam ex Rodriguez retuli loco relato ex primo tomo Summæ, qui eam authenticam monſtrat ea *q.* 39. *art.* 2. Tertiò, ex alia declaratione Sac. Congregationis pro Ordine Minimorum, quam ex Quaranta *in Summa Bullarij verbo Priuilegia regularium* eo etiam loco retuli. Quartò etiam, ex Paulo 5. in Bulla *Decet Romanum* pro Carmelitis, quam ibidem etiam retuli. Quintò ex Rotæ deciſione in vna Litienſi *Quartæ funeralium* coram Domino Coccino, quam referunt Barboſa *ſupr. num.* 14. & Tamburinus *ſupr. nu.* 7. Aliam etiam refert Caſſarubius *in Compend. Priuilegiorum Mendicantium verbo Canonica portio in fine*.

7 Illa autem Monaſteria, quæ quartam funeralem ſoluere tenentur, quia ſcilicet 40. annis ante Concilium illam ſoluere ſolita erant, licet ſtando in iure communi eam ſoluere debeant de omnibus legatis factis Eccleſiæ, in qua quis ſepelitur, prout ex d. Clement. *Dudum*, & alijs capitibus Tituli *de Sepulturis* inferunt Siluеſter *in Summa*

ma verbo Canonica portio q. 9. Molina *de Iuſt. Tract. 2. diſp.* 215. Barboſa *ſupr. num.* 51. his tamen temporibus, Mendicantes, & qui ipſorum priuilegijs fruuntur, non tenentur illam ſoluere, niſi de his tantum, quæ cum corpore defuncti deferri ſolent, vino ſcilicet, tritico, pane, cereis &c. Portellus *ſupr. num.* 5. Ita enim pro Mendicantibus declarauit Pius 5. Bulla relata, vbi poſt verba adducta ſic habet. *Et vbi ſolui conſueuit id tantum cereæ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore, quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non autem de Miſſis, ſeu legatis, vel alijs, Fratribus ipſis, ſeu Monialibus huiuſmodi, relictis, aut aliàs quomodolibet donatis, ſolui debet; ſicque intelligi Decretum quoad quartam huiuſmodi ſoluendam habere decernimus. Vbi verò non eſt conſuetudo ſoluendi quartam huiuſmodi, de nullo ſuprà ſcriptorum ſolui debere declaramus. Nec ad quartam, ſeu aliam partem omnium eorum, quæ etiam pro ornamento Eccleſiæ, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & aliorum, quæ dictis Eccleſijs relinqui, vel dari contigerit, etiam ſi pro victu Fratrum, aut aliàs relinquantur, aliquid contribuere teneantur.* Similia habentur in alia Bulla eiuſdem Pij 5. *Ad hoc nos*, quam ſupra retuli. Ita etiam habet vſus, vt ex Cardin. *in Clement. Dudum de Sepult.* §. *verum* notant Couar. *cap. vlt. de teſtam. num.* 6. & 7. Molina, Rodriguez, & Ioannes de Cruce *ſupr*, ac Miranda etiam *ſupr. art.* 6. Per quem vſum, vt credo, moderatum eſt priuilegium illud Nicolai quinti pro Carmelitis, per ipſum enim eximebantur à ſolutione omnimoda funeralium, non obſtante Clementina *Dudum*, & alijs Conſtitutionibus. Rodriguez *ſupr.* Cum autem dico de cereis deberi dictam quartam, intelligi id debet de cereis, qui circa Crucem, vel cadauer deferri ſolent, maximè in Italia. Barboſa *ſupr. num.* 41. ex alijs. Qualiter autem eorum diuiſio facienda ſit cum Parrochis in Vrbe, habes ex SS. D. N. Vrbani declaratione apud eumdem Barboſam *num.* 42. De quo etiam dixi *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 48. Non de candelis, quas in manibus portant Religioſi in huiuſmodi funeribus, iuxta dicta eo *nu.* 48. ex priuilegio Sixti 4. pro Minoribus. De quo idem Barboſa *ſupr. nu.* 39. Idem quoque *num.* 40. referens declaratum à S. Congregatione de candelis, aut cereis Confraternitatum ſæcularium, aut locorum piorum aſſociantium funera.

8 Nota, ſupradicta etiam habere locum in Monaſterijs Monialium. Quia Pius quintus in vtraque Conſtitutione relata ipſarum expreſsè meminit. Portellus *ſupr. n.* 8. Etſi Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Quarta n.* 1. oppoſitum teneat, niſi vbi adſit conſuetudo in contrarium.

Ex

9 Ex dictis autem infertur non deberi dictam quartam ex ijs, quæ alio die, præterquam in die ſepulturæ afferuntur, cum illa non poſsint dici deferri cum corpore Defuncti. Et ita tenent Rodriguez, Molina, & Miranda *ſupr.* poſt Panormitanum, & fauet Azor *to. 2. Inſtit. moral. lib. 9. cap. 13. §. funeralia.* Nota tamen, Barboſam *ſupr. num. 38. & in Collectan. Bullar. verbo Quarta* referre declarationem S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quæ aliquo modo huic doctrinæ contrariatur. Propterea cautè procedendum, ſi de dicta declaratione authenticè conſtet.

10 Sunt etiam plures caſus, in quibus generaliter loquendo, ſecundum Doctores, non debetur dicta quarta à Monaſterijs, ſeu Eccleſijs. Primus, quando adeſt conſuetudo illam non ſoluendi, iuxta dicta *ſupr. & 3. to. verbo Canonica portio num.* 8. Secundus, quando adeſt etiam priuilegium non ſoluendi illam, vt dictum eſt. Tertius, quando aliquid legatur in vſus priuilegiatos, de quibus *in cap. fin. de teſtam.* ſcilicet, prout ibi dicitur, *de his, quæ in ornamentis, vel pro eis, ſeu fabrica, luminaribus, anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo die, ſiue alijs ad perpetuum cultum diuinum legantur Eccleſijs &c.* Quartus, quando Eccleſiæ aliquid inter viuos donatur, ſeu quando legator in vita ſoluit legatum. Quintus, quando poſt electionem ſepulturæ Religioſus effectus eſt in illo Monaſterio. Sextus, quando quis legat Eccleſiæ, in qua non ſepelitur. Septimus, quando aliquis ſepelitur in Eccleſia contra voluntatem Religioſorum illius. Octauus, quando Eccleſia Parrochialis eſt interdicta culpa Parochi. Nonus, quando quis elegit ſepulturam in aliqua Eccleſia, ſed poſtea reuocauit eam electionem, & ſepelitur in alia. Decimus, quando, etſi elegerit, de facto tamen non ſepelitur in illa Eccleſia ex aliquo caſu. Vndecimus, cum legatur pro incertis malè ablatis. Duodecimus, quando legatur Eccleſiæ Parrochiali quantum illi debebatur ratione quartæ. Tertius decimus, quando tempore teſtamenti, & legati non elegit ſepulturam, ſed poſtea tempore mortis, & hoc non in fraudem Parrochiæ. Quartus decimus, cum ille non potuit accipere per longum tempus Sacramenta, aut diuina à ſua Parrochia. Quintus decimus, quando fit depoſitio funeris in aliqua Eccleſia ad tempus ſolùm. De his caſibus, eorumque explicatione, & limitatione, communiter Summiſtæ *verbo Canonica portio*, ſpecialiter Angelus *ibid. num.* 14. Silueſt. *ſupr.* Molina *d. diſp.* 215. Azor *ſupr. cap.* 12. & 13. Rodriguez *d. q.* 39. Miranda *d. q.* 48. Portellus *dicto verbo Canonica portio, & in Additionibus ad illud, ac in Reſponſionib. moral. par.* 2. *caſu* 25. Barboſa *ſupr. num.* 45. 46. 47. & 52. Adde, nec deberi ex legatis particularibus

ribus Religiosis, quia Iura solùm loquuntur de legatis Ecclesijs. Silvester *supr. q.* 6. Miranda *supr. ar.* 3.

11 Pro pœnis, quas incurrunt Ordinarij cogentes Regulares ad solutionem quartæ quando eam non debent, & qualiter tunc non teneantur coram ipsis comparere, vide Rodriguez *supr. art.* 9. Mirand. *art.* 14. & Portellum *num.* 11. An possint renunciare illis, seu pacta facere circa ipsius solutionem, videantur Silvest. *supr. q.* 2. Rodrig. *supr. art.* 8. Miranda *supr. art.* 12. Portellus *supr. num.* 9. & 10. alter Rodrig. *in Compend. quæst. Regular. Resol.* 18. & Barbosa *supr. num.* 34. & 35. An dicta quarta debeatur ex ijs, quæ Confraternitatibus relinquuntur, tractant Azor. *cap.* 12. *q.* 11. Miranda *supr. ar.* 3. & maximè Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. allegat.* 75. *num.* 43. & sequentibus.

QVÆSTVARII REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

Quæ de ipsis alibi dicta. num. 1.
Qui quæstuarij prohibiti sunt à Concilio. num. 2.
Licentia ad quæstuandum quando ostendenda Ordinarijs. num. 3.
An possint ipsam limitare. num. 4.
De Conuersis quæstuarijs Monialium. num. 5.
De publicantibus indulgentias ob quæstum. num. 6.

1 QVæ de hac materia sparsim per totam Summam dixi, hic vel remissiuè repetenda pro ipsius complemento.

2 Primò ergo, quamuis iuxta dicta *to.* 1. *ca.* 20. *n.* 17. quæstores, vel quæstuarij omnino aboliti sunt à Concilio Trident. *sess.* 5. *cap.* 2. *& sess.* 21. *cap.* 9. iuxta dicta tamen *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. talium quæstorum, seu quæstariorum nomine non veniunt Religiosi pauperes, Mendicantes præsertim, propter declarationem Pij 5. & Sac. Congregationis, quam eo loco retuli. De quo etiam, præter Authores ibi relatos, Nauarrus *consil.* 33. *de Pœnit.* Vgolinus *de Potestate Episcopi cap.* 8. §. 4. *n.* 6. & Barbosa *de Offic. & potest. Episcopi allegat.* 109. *num.* 7.

3 Quamuis etiam, iuxta dicta eo *num.* 4. licentiam ad quæstuandum, quam Regulares habent à suis Superioribus, teneantur ostendere Ordinarijs, id tamen intelligendum videtur solùm quando extra loca vbi Monasteria existunt quæritare voluerint: Ita enim colli-

colligo ex declaratione Sac. Congregationis authentica apud Barbosam *supr. num.* 10. & Peirinis *to. tertio priuileg. Minim. cap.* 2. *num.* 41. quæ sic habet. *Sac. Congregatio censuit fratres Ordinum Mendicantium nequaquam posse ab Episcopis prohiberi quominus per se ipsos in Diœcesibus vbi habent Conuentus, eleemosynas quærant; sed tantum si extra loca vbi Monasteria existant, quæritare voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere.* Quod etiam tenet Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Quæstuarij num.* 4.

4 Regulares prohiberi posse per Episcopum ab immoderata exactione eleemosynæ, vel ne exigant eleemosynas pro Conuentu extra Diœcesim existente, & ne exigant nisi illi, quorum licentias confirmauerit prius Episcopus, ex praxi suarum partium referunt Marc. Anton. Genuen. *in Praxi Archiepisc. Neapolit. cap.* 59. *num.* 11. & Campanile *in Diuers. iur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 194. Cæterum animaduertenda est Dominis Ordinarijs declaratio Sac. Congregationis adducta, quæ solum eis permittere videtur facultatem videndi licentiam suorum Superiorum, quando extra loca vbi Monasteria habent, quæritare voluerint Regulares. Animaduertendum quoque illis est, quod dicto *cap.* 1. *num.* 5. dixi. Maximè etiam priuilegia Summorum Pontificum, quibus grauiter, & per cænsuras procedunt contra eos, qui impediunt Mendicantes ab eleemosynis quærendis, vt patet apud Cassarub. *in Compend. priuilegior. Mendicantium verbo Eleemosyna nu.* 7. 8. 9. & 13.

5 Qualiter, aut quando Conuersæ Monialium mitti possint ad quæritandum, seu quærendum eleemosynas, constat ex declarationibus Sac. Congregationis, quas retuli *dicto tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 29. quas etiam referunt Aldana *in Compendio Canon. l.* 2. *tit.* 10. & Nouarius *in Lucerna regularium verbo Conuersæ nu.* 4. 5. & 6.

6 Quòd Religiosi publicantes Indulgentias ob quæstum, id est, ob eleemosynas ratione illarum acquirendas, sententiam excommunicationis incurrant Papæ reseruatam, & Episcopi, qi antumuis Cardinalatus honore præfulgeant, si id egerint, aut attentauerint, ab ingressu Ecclesiæ, & perceptione fructuum sint suspensi, donec satisfactione præmissa à Sede Apostolica dispensentur, constat ex dictis ex Bulla Pij 5. *to.* 3. verbo *Indulgentia quoad Regulares n.* 23.

RATIFICATIO PROFESSIONIS.

Vide dicta supra verbo *Professio regularis*.

Digitized by Google

RECONCILIATIO ECCLESIARVM.

VIde dicta 3. *to.* verbo *Cæmeterium*, & verbo *Eccleſia*.

RECVRSVS REGVLARIVM AD SEDEM Apoſtolicam.

SVMMARIVM.

De recurſu Regularium ad extraneos remiſſiuè. num. 1.
Recurſus via appellationis ad Sedem Apoſtolicam quando licitus. num. 2.
An requiratur licentia Prælati Regularis pro acceſſu ad Sedem Apoſtolicam titulo appellationis. num. 3.
Quid ſi Prælatus illam neget. num. 4.
Quid quando ſine cauſa rationabili petitur. num. 5.
Venientes ad Sedem Apoſtolicam ſub illius protectione ſunt. nu. 6.

1 DE recurſu Regularium ad extraneos pro fauoribus ipſorum impetrandis ad obtinendum aliquam gratiam, officium, vel gradum in Religionibus, latè dixi ſupra verbo *Officia Religionum à nu.* 10. & locis ibi relatis. De recurſu etiam eorumdem Regularium ad tribunalia extra ſuam Religionem titulo appellationis, ſeu querelæ contra ſuos Prælatos, dixi *to.* 3. verbo *Appellare, & Appellatio*. De recurſu etiam ad eoſdem titulo violentiæ, ſeu vis illatæ, dixi eodem 3. *to.* verbo *Exemptio Regularium num.* 15. 16. & 17. Nunc autem ſpecialiter agendum de recurſu ipſorum ad Sedem Apoſtolicam, maximè via appellationis.

2 Et quidem talem recurſum vi appellationis ad Sedem Apoſtolicam licitum eſſe Religioſis, in caſu videlicet raro, & graui, in quo non ſub dubio, ſed euidenter conſtaret eos notabiliter grauari à ſuis Superioribus in fama, aut honore, conſtat ex dictis *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. & 7. ac 3. *to.* verbo *Appellare, & Appellatio num.* 4. Conſtat etiam ex dictis ijs locis, quòd licet hæc appellatio facienda ſit, regulariter loquendo, gradatim, modo aſſignato eo *cap.* 9. *num.* 4. ſcili-

ſcilicet à Prælato immediato ad Prouincialem; à Prouinciali ad Generalem; à Generali ad Protectorem, & à Protectore ad Sanctiſſimum, vel Sac. Congregationem eius vices habentem: nihilominus, iuxta dicta eo *num.* 7. in aliquo caſu, ſcilicet, quando à ſuis Superioribus non ſperant remedium contra iniuriam ſibi illatam, poſſunt Religioſi immediatè à ſuo Superiore appellare ad Sedem Apoſtolicam. *cap. ad Romanam el.* 1. *&* 2. 2. *q.* 6. *ca. ſi duobuſ. cap. dilecti filij el.* 3. *de appell.* Quibus locis habetur quòd omnes ad Sedem Apoſtolicam appellare poſſunt. Ratio eſt, quia Papa eſt principalis, vniuerſalis, & immediatus Superior Regularium. Vnde illorum eſt Prior, Prouincialis, & Generalis. Sotus *lib.* 8. *de Iuſt. q.* 5. *art.* 1. Peirinis *to.* 3. *Priuilegior. Minim. cap.* 4. *num.* 14. Scotra *de inualiditate profeſſ. dub.* 25. *&* 26. Bordonus *Reſolut.* 32. *num.* 26. poſt Rodrig; Nauarr. & alios.

3 In caſu etiam prædicti grauaminis, ſeu grauis iniuriæ illatæ Religioſo; ſi ipſe appellet ad Prælatum Superiorem, vel Sedem Apoſtolicam, & Prælatus inferior nolit ipſi concedere licentiam ad illos accedendi, licitè poteſt ſine illa id facere. Ratio eſt, quia Decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. in quo prohibetur Regularibus accedere ad ſuos Superiores ſine licentia, non intelligitur pro iſto caſu, eo quòd, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 16. *num.* 9. ex Nauarro, & Sayro, non eſt credendum Concilium loqui de Religioſis à ſuo Superiore iniquè, & contra ius grauatis, prout etiam tenet Bordonus *ſupr. num.* 5. ex Rodrig. Azor, Sanchez, & Barboſa. Similiter Decreta Summorum Pontificum Clementis 8. & Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani, quæ retuli eodem *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 16. (& idem dico de Conſtitutione Sixti 5. & declaratione Sac. Congregationis, quam eo loco *num.* 15. retuli) vbi prohibetur acceſſus Regularium ad Romam ſine licentia Generalis, vel Protectoris ſub pœna priuationis vocis activæ, & paſſivæ, excludunt hunc caſum. Loquuntur enim de acceſſu ſine grauamine, aut alio prætextu, quàm liberandi ſe à grauamine illicitè illato. Peirinis *ſupr. nu.* 15. *&* 17. Bordonus *ſupr. num* 28. Idem dico de ſtatutis Religionum, ſi quæ ſint quoad hoc. Tum propter dicta. Tum etiam, quia Iuri communi contraria eſſe non poſſunt. *cap. quod ſuper bis de maior. & obed. ca. inſtitutionis* 25 *q.* 2. Peirinis *ſupr. num.* 15. Ratio etiam, generalis eſſe poteſt, quia licentia formalis, & expreſſa neceſſaria non eſt in ijs, quæ aliàs ſunt conceſſa, qualis eſt prædictus recurſus; præſertim cum in illo includatur tacita licentia ad talem acceſſum. Bordonus *ſupr.* poſt alios. Quod maxime eſt verum ſi talis licentia fuerit petita. Quia licentia rationabiliter petita habetur pro obten-

ta, licet negetur; maximè quando expressè non requiritur, vt obtineatur. *arg. cap. licet* 18. *de Regul.* Ad minus tamen non incurretur pœna illa priuationis vocis &c. quia ea solùm infligitur contra præsumentes, vt patet ex verbis ipsius. Pœna autem, quæ requirit præsumptionem non incurritur ab eo qui legem illam transgreditur ob legitimam causam, & non ex temeritate, prout dixi *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 33. & me relato sequitur Peirinis *dicto num.* 17. Casu tamen, quo Religiosus iniustè, & certò grauiter grauatus æquè bene posset consulere suæ famæ sequendo appellationem, vel habendo recursum ad suos Superiores, vel Sedem Apostolicam per nuncios, litteras, vel procuratores, tunc, vt credo, illicitè id faceret, & incurreret dictam pœnam personaliter adeundo non obtenta legitima licentia, quia intentum Concilij, Summorum Pontificum, & aliorum statutorum id videtur esse, vt impediatur inutilis vagatio Religiosorum, qualis esset in dicto casu.

4 In casu etiam prædicti legitimi recursus ob legitimam appellationem ad Sedem Apostolicam factam, si Prælatus subdito petenti licentiam adeundi Romam, nec potenti per alios appellationem sequi, talem licentiam negaret, sine dubio grauiter peccaret. Tum propter dicta. Tum quia in tali casu est iure debita subdito talis licentia. Non tamen propterea incurreret excommunicationem Bullæ Cœnæ, quæ in ipsa ponitur *num.* 9. & cuius verba retuli 3. *tom.* verbo *Bulla Cœnæ num.* 27. Ea enim excommunicatio solùm ponitur contra eos, qui sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, venientes ad Sedem Apostolicam, non verò volentes venire, quia in pœnalibus verba accipienda sunt formaliter, & strictè. Bordonus *supr. num.* 33. Videtur tamen incurrere illam, quæ 13. casu in eadem Bulla ponitur verbis relatis loco adducto *num.* 36. scilicet. *Qui ve aliàs quibuscunque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs, vel litteris impetrandis ad* Romanam *Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel litteras à dicta Sede impetrent, seu impetratis vtantur, directè, vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præsumunt.* Megala *de Censuris l.* 3. *cap.* 10. *q.* 1. *n.* 8. Sed neque hoc admittit Bordonus *supr. n.* 34. dicens, quòd verba illa solum videntur comprehendere impedientes eos, qui recurrunt ad Sedem Apostolicam, vt eneruent litteras, gratias, & alia, quibus potest iuuari illa iniusta appellatio, de qua est sermo in dicto casu 13. *num.* 2. non vero eos, qui impediunt quouis modo recurrentes ad Sedem Apostolicam. Vel dici potest, & melius,

lius, illis verbis *probibere*, *ſtatuere*, *ſeu mandare*, ſolùm denotari actiones poſitiuas, non verò negationem concedendi dictam licentiam.

5 Dixi autem hæc ſolùm procedere in caſu legitimi recurſus ob legitimam appellationem, quia ſi Prælatus, ſubdito volenti ad Sedem Apoſtolicam recurrere ſine cauſa rationabili legitimæ appellationis, vel ſimili, licentiam negaret, rectè faceret; nam eam negare debet quando irrationabiliter petitur, prout ſupponunt Authores relati, & ſauet Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 8. dub. 2. num. 23. & 24.*

6 Notandum etiam, quòd in Iure communi ſtando, & ſecluſis alijs circumſtantijs, venientes ad Curiam Sedis Apoſtolicæ, & in ea manentes, & reuertentes, cum rebus ſuis dicuntur eſſe ſub protectione Sedis Apoſtolicæ. *cap. vnic. de Cleric. peregrinant.* Gloſſa *ibid.* ex alijs iuribus. Alterius *de Cenſur. l. 5. diſp. 10. cap. 2.* Theſaur. *in Prax. p. 2. verbo Curia cap. 3.*

RECVSATIO IVDICIS REGVLARIS.

SVMMARIVM.

Quando licita, aut illicita ſit. num. 1.
Quid ſit recuſatio. num. 2.
Ipſius effectus. num. 3.
Regulanda eſt ſecundum Ius Canonicum. num. 4.
Recuſatio an facienda in ſcriptis. num. 5.
Quando opponi debeat. num. 6.
Non in viſitatione generali Prælatorum Regularium. num. 7.
Arbitri quales ſint futuri. num. 8.

1 LIcet iuxta dicta *to. 1. cap. 9. num. 8.* illicita, & abominabilis ſit, regulariter loquendo, recuſatio Prælati Regularis, quia tamen iuxta ibidem dicta, & *to. 3.* verbo *Iudex, & Iudicium Regularium num. 12.* licita eſt aliquando, in caſu ſcilicet raro, videlicet, quando conſtat certò, & euidenter iniquè ſe gerere, aut velle gerere contra bonam famam, & opinionem alicuius Religioſi: ideo eo *nu. 12. & 13. ſequenti* nonnulla dixi circa cauſas, & praxim recuſationis. Quibus addenda alia pro maiori notitia materiæ.

2 Primò, quòd recuſatio eſt, Iudicis, vel Audientiæ, cauſa ſuſpi-

Digitized by Google

cionis proposita declaratio. *l. apertissimi, C. de Iudic. ca. quia suspecti 3. q. 5. c. suspicionis de officio deleg.* Sic deffinit eam Speculator *1. p. tit. de Recusat. initio*, quem sequitur Sanchez *l. 6. Consilior. moral. cap. 8. dub. 3. num. 2.*

3 Secundò, quòd effectus recusationis est, quòd pendente illa non potest Iudex ad aliquem actum procedere in ea causa, &, si procedit, processus est nullus. Suspenditur enim eius iurisdictio. Sanchez *supr. num. 3.* ex Bart. & communi Doctorum. Notans cum Franco, quòd non priuatur Iudex fundamentaliter iurisdictione, quia etiam post recusationem, & approbationem causæ suspicionis, posset Iudex de consensu partis recusantis in ea causa procedere, vel alteri delegare, vt dicitur *cap. iudex de offic. deleg. in 6.* Quin etiam eo ipso quòd quis post propositam recusationem litigat coram Iudice recusato, videtur per hoc renunciare recusationi. Sanchez *ibid.* ex Panormit. & Maranta.

4 Tertiò, quòd recusatio Prælati Religionis regulanda est secundum Ius Canonicum, sicut & recusatio Iudicis Ecclesiastici; cum hæc res canonica, & Ecclesiastica sit. Sanchez *supr. num. 7.* post assignatas differentias, quæ sunt inter recusationem factam secundum Ius Canonicum, & secundum Ius Ciuile.

5 Quartò, quòd licet loco relato *num. 3.* dixerim causas suspicionis debere assignari à recusante in scriptis coram Iudice recusato; nihilominus probabile est non esse necesse nisi solùm ad melius esse recusationem fieri in scriptis, cum ius id non exprimat. *cap. cum speciali de appell.* Portell. *in Resolutionib. p. 1. casu. 22. nu. 6.* Peirinis *in formulario littera R. cap. 2. nu. 1.*

6 Quintò, quòd licet recusatio opponi debeat non tantùm ante litem contestatam, verùm etiam debeat esse prima exceptio, quæ opponi debet ante omnes dilatorias, quia si opponitur alia dilatoria, censetur prouocari Iudex, vt super ea pronunciet, & sic inducitur consensus in iudicem; nihilominus quando de nouo superuenit causa, potest in quacunque parte litis opponi. Potest etiam recusari quando de nouo cognoscitur causa, licet ea non emergat de nouo. Sanchez *supr. num. 19.* Iosephus à S. Maria *in Tribunal. Religios. tract. 4. cap. 20. §. 3.* Peirinis *supr. n. 2.* Quibus adde Naldum *in Summa verb. Iudex n. 17.* (post Farinacium, quem refert) & Pasqualigum *in Decis. moral. Decis. 350. & sequentib.*

7 Non tamen propterea possunt Moniales, aut Fratres vnius Conuentus recusare Prouincialem, aut Visitatorem, eumque impedire (quantumcunque suspectus sit) ne visitet ex officio suum Conuentum visitatione generali, & ordinaria, si sola inquisitione generali

vult

vult viſitare. Ratio eſt, quia per inquiſitionem generalem præciſè non inquiritur crimen, aut defectus alicuius particularis, nec formantur proceſſus. Sed ſolùm procedit Prælatus in illa ex officio, inquirendo in generali de vitijs, & virtutibus Religioſorum ad ipſorum correctionem, ac per conſequens ceſſat periculum euidentis grauaminis, propter quod ſolùm poteſt recuſari Prælatus. Portellus *ſupr. num.* 1. *& caſu* 21. *num.* 3. 4. *&* 5. Peirin. *ſupr. num.* 3. *in fine*. Et fauent Nauarrus *l.* 5. *conſil. tit. de accuſat. inquiſit. conſil.* 3. & dicta à me *to.* 1. *cap.* 27. *num.* 2. Fauet etiam Decretum Pauli 5. tranſmiſſum ad Epiſcopum Portugalenſem, quod referunt Portellus *num.* 3. *relato*, & Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat.* 73. *num.* 38. vbi dicitur, Epiſcopum, vel alium Viſitatorem non poſſe recuſari. Licet enim ibi ſolùm ſit ſermo de Epiſcopo, vel Viſitatoribus ſæcularibus, quia tamen Prælati, & Viſitatores Regulares ſunt quaſi Epiſcopi in hoc, & de æquipollentibus idem eſt iudicium *l. fin. ff. mandat. & cap. ſi quando de reſcript. & cap. dudum de elect.* 2. ideo, quæ dicuntur de Epiſcopo Viſitatore applicari poſſunt Prælato Regulari, etiam Viſitatori. Portell. *ſupr.* Dixi, ſi ſola inquiſitione generali vult viſitare. Si enim via inquiſitionis ſpecialis, aut denunciationis vult procedere, tunc poterit recuſari, quia tunc eſſe poterit euidens ſuſpicio grauaminis. Portellus, & Peirinis relati. Et à ſimili de Epiſcopo Viſitante id tenent Piaſegus *in Praxi par.* 2. *cap.* 3. Armendariz *tit.* 6. *de viſit. lib.* 5. §. 2. *num.* 7. quos refert, & ſequitur Barboſa *ſupr.*

8 Sextò, quod attinet ad arbitros, quos eo *n.* 13. dixi aſſignari debere quando cauſa ſuſpicionis ad recuſandum eſt dubia, nota, tales poſſe eſſe Religioſos alterius Religionis, cum nullo iure oppoſitũ habeatur, quinimo iſte ſit ſtilus Religionum, & colligi poſſit ex *c. paſtoralis de offic. Iud. Ordinar.* Peirin. *ſupr. num.* 4. Imò etiam ſæculares probos, & bonæ famæ, vt credo, propter eamdem rationem. Quæ tamen intellige, ceſſante ſcandalo, aut ſi Conſtitutiones Religionum non contradicant. An verò in caſu quo eſſent plures Viſitatores ſimul poſſit vnus eſſe iudex arbiter in cauſa recuſationis alterius, agit Paſqualigus *ſupra deciſ.* 356. *& ſequentib.*

REFORMATI REGVLARES.

SVMMARIVM.

De illis vbi actum. num. 1.

Qui dicantur Reformati. num.2.
Prælati Regulares tenentur procurare Monaſteriorum Reformationem. num.3.
Indultũ notabile Pij 2.pro Carmelitis Reformatis,& reformãdis.n.4.
Item Pauli 2. pro eiſdem. num. 5.
An ea communicentur alijs Religionibus. num. 6.
De tranſitu Religioſorum Reformatorum ad non reformatos. num.7.

1 DE ipſis, & de ijs, quæ ad ipſorum reformationem ſpectant egi in ſpeciali libro *de Reformatione Regular.* quibus alia addenda pro materiæ explicatione.

2 Et primò, Reformati Regulares illi dici poſſunt, qui, iuxta Regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum, vitam inſtituunt. Vnde illi, qui non iuxta Regulæ ſuæ præſcriptum, ſed ſecundùm vſum viuunt, non Reformati dici debent. Sorbus *in Annotationibus ad Compend. priuilegiorum Mendicantium verbo* Reformatio §. *notandum* ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 45. *cap.* 1. Si autem tales non reformati, ex conceſſione, vel mitigatione Sedis Apoſtolicæ ſic viuant, non propterea deſinunt eſſe filij illius Religionis, & Regulæ. Imo contrarium aſſerentes excommunicari ſolent à Summis Pontificibus, vt patet ex Conſtitutionibus Vrbanis fratrum Minorum Congregationis S. Franciſci anni Domini 1628. Tales verò Reformati Regulares non ſolùm ſunt in noſtro Carmelitarum Ordine, ſed etiam inter Ciſtercienſes, Camaldulenſes, Prædicatores, Minores, Auguſtinianos, Trinitarios, ac fratres S. Mariæ de Mercede, & alios. Quorum aliqui ſub eodem Generali, ac non reformati viuunt; alij ſub diuerſis Prælatis. Quidam ſub eiſdem Conſtitutionibus, alij ſub diuerſis. Alij etiam diſcalceati, alij calceati incedunt, iuxta diuerſitatem Religionum. De quibus Caſſarub. *in Compend. priuilegior. Mendicant. verbo* Reformatio. Sorbus *ibid.* & Rodrig. *to.* 3. *quæſt. Regular. quæſt.* 47. *art.*4.

3 Omnes autem Prælatos Ordinum Mendicantium teneri debitè reformare Monaſteria ſibi ſubdita tam Fratrum, quam Monialium, habetur ex Bulla Sixti 4. quam refert Caſarub. *ſupr. num.* 1. Quia tamen ipſorum reformatio præſertim conſiſtit in vita communi perfectè tenenda, iuxta Concil. Trident. loco relato, ideo iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 6. *num.* 60. *& cap.* 7. *nu.* 19. *ac præſertim cap.* 18. *n.* 14. Superiores peccant mortaliter, ſi cum poſſunt, non cogunt ſubditos ad vitam communem reſtituendam. Naldus *in Summ. verbo Religioſus num.* 5. ex D. Antonino, Valentia, & alijs, hæc etiam ſubiungens. *De Religioſis autem vtriuſque ſexus, qui cum habere poſſint*

ſuffi-

Digitized by Google

ſufficientem, imo, & abundantem victum, & veſtitum ex redditibus, vel eleemosynis conſuetis, adhuc tamen reſiſtere volunt Superioribus, qui eis vitam communem iniungunt, iuxta præſcriptum Sacrorum Canonum, ac Concilij Trid. dicendum eſt profectò, quòd ſint in malo ſtatu ſalutis ſuæ. Ratio eſt, quia volunt diſponere de legatis, vel eleemosynis propinquorum ſecundùm voluntatem ſuam, contra votum obedientiæ, & paupertatis, & quia ſic viuentes ex ſua propria voluntate conuincuntur contemptui habere æquipollenter perfectionem ipſam. Nec eos iuuat licentia ſic viuendi à Superioribus obtenta, quia apertè conſtat illam eſſe conſenſum, & voluntatem extortam; eo quòd Superiores ob vitandas inferiorum aſſiduas quærimonias, permittunt eis, quæ nolentes coguntur velle, & in conſcientia actus geſtus ob metum etiam iuſto minorem, modò ſit cauſa illius actus, inficitur.

4 Extat etiam circa hoc notabile Indultum Pij 2. pro Generali, Prouincialibus, & Prioribus noſtri Ordinis in Mari Magno, Ordin. apud Rodrig. *in Bullario in Sixto 4. Bulla* 37. Ipſa autem Pij 2. Bulla eſt apud ipſum *num.* 26. apud nos autem *num.* 33. In qua non ſolùm prædictis Superioribus Ordinis reformationem iniungit, ſed etiam ad id præſtandum auxilium, & brachium Prælatorum, & Principum extra Religionem exhibet, & Fratribus reformationi reſiſtentibus excommunicationem infligit, his verbis. *Diſcretioni veſtræ præſentium tenore committimus, & mandamus, quatenus, iuxta conceſſam vobis à Domino gratiam, & Officiorum veſtrorum exigentiam, omnes, & ſingulos dicti Ordinis profeſſores, iuxta Sanctorum Patrum, & veſtra Regularia inſtituta in vita, & moribus reformare, ac Regulari diſciplinæ ſubdere, & ad meliorem vitam reducere procuretis. Ita quòd per veſtræ laudabilis diligentiæ ſtudium in dicto veſtro Ordine Regularis diſciplina, & vitæ caſtimonia laudabiliter obſeruentur; ac in eo deuotæ ſollicitudinis ſtudio benedicatur Altiſſimus, & odor bonæ famæ perſonarum illius vtiliter diffundatur. Et ne, quod abſit, peruerſorum eorumdem prauitas, qui paterna, & proficua veſtræ correctionis monita ſubire recuſant, in ſuæ profeſſionis tranſgreſſione damnabiliter perſeueret, aut ſatore Zizaniæ, & hoſte humani generis procurante, in deterius prolabatur, & eorum impunitas trahi poſſit ab alijs in exemplum. Vniuerſos, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & cæteros locorum Ordinarios, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Seneſcallos, Iudiciarios, Poteſtates, Capitaneos, cæteroſque Dominos temporales, & eorum loca tenentes, Vniuerſitateſque, & Communitates Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & aliorum quorumcunque*

que

que Locorum, rogamus, requirimus, & hortamur attentè; ſubditis verò noſtris iniungimus, & mandamus, quatenus pro tam ſaluberrimo operis complemento vobis efficacis fauoris, & adiumenti præſidio quoties opportunum fuerit, & pro veſtri parte fuerint requiſiti aſſiſtant, & fauores præbeant opportunos, ita quòd vos, & veſtrum quilibet quoſcunque incorrigibiles, diſcolos, & delinquentes ipſius veſtri Ordinis profeſſores punire, corrigere, & iuxta ſuam profeſſionem vitam ducere compellere valeatis. Cæterum, vt optata ipſius Ordinis, illiuſque domorum, & perſonarum reformatio abſque alicuius impedimenti, aut obſtaculi machinatione ſuccedat, vniuerſis, & ſingulis tam profeſſoribus prædictis, quàm alijs quibuſcunque Eccleſiaſticis, & ſæcularibus perſonis cuiuſcunque dignitatis, gradus, ſtatus, Ordinis, vel conditionis exiſtant, diſtrictius inhibemus, ne reformationi domorum, aut perſonarum Ordinis antedicti quouis quæſito colore ſe opponere, aut illam impedire præſumant, ſub excommunicationis pœna, quam ſi ſetus fecerint, eos, & eorum quemlibet incurrere volumus ipſo facto, & à qua donec à præmiſſis reſipuerint cum effectu, abſolui nequeant, præterquam in mortis articulo conſtituti, non obſtantibus &c.

5 Deinde Paulus II. in alia Bulla in eodē Mari magno immediatè proxima ſequenti, prædictam Pij, non ſolùm quoad dictam excommunicationem contra impedientes reformationem confirmauit, ſed etiam qualiter Priores Conuentuum reformatorum ab ipſis Fratribus Reformatis ſolùm eligi, & à Capitulis confirmari deberent; item quòd nec ammoueri poſſent dicti Fratres Reformati, aut alij eiſdem adiungi ſine ipſorum conſenſu; inſuper quomodo prædicti Cōuentus à ſolo Prouinciali viſitari poſſent cum Socio eiuſdem Reformationis, nō maiorem taxam, quam pro alijs Conuentibus poſtulando, ac de Priore talium Conuentuum qualiter promittere debeat Regulæ obſeruantiam, & quòd aliàs deponendus ſit, & alia ad intentum, ſic ſtatuit, & ordinauit. *Sanè pro parte dilecti filij Ioannis Soreth Ordinis fratrum Glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd olim, ne in ipſo Ordine ſciſſuram aliquam pullulare contingeret, &, vt Fratribus dicti Ordinis ſub arctiori obſeruantia Regulæ etiam per fel. recor. Eugenium Papam 4. prædeceſſorem noſtrum mitigatæ Altiſſimo famulantibus fauor debitus impenderetur, &, vt quietiùs, abiecto omni timore humano id efficere poſſent, & in vnitate fraternæ charitatis in præmiſſa obedientia permanerent, in quibuſdam generalibus, & prouincialibus in ipſo Ordine celebratis Capitulis, promouente dicto Generali, inter cætera ſtatutum exiſtit, vt*

Prio-

Priores Prouinciales extra prouinciale Capitulum non poſſent pro libito eiſdem præficere Priores, vel etiam amouere ſine eorum conſenſu, ſed quos elegiſſent confirmare, Fratres etiam eorum abſque Prioris, & Fratrum aſſenſu extra ponere, ſiue alios, præter eorum conſenſum, ipſorum adiungere nequirent conſortio: quod quidem Statutum, & nonnulla tunc expreſſa per piæ memoriæ Calixtum 3. confirmata ſunt; nec non per Pium 2. Romanos Pontifices ſimiliter prædeceſſores noſtros, etiam deſuper adiectum, ne quis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna reformationem Conuentuum dicti Ordinis impediret, aut ſe illi opponeret, & quouis quæſito colore, à qua quidem ſententia abſolutionem niſi reſipuerit Sedi Apoſtolicæ duntaxat, præterquam in mortis articulo, reſeruauit. Quare pro parte dicti Generalis nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt Statuto, aliiſque præmiſſis pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, ac aliàs ſuper iis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dicti Ordinis ſtatum proſperum, & tranquillum paterno zelamus affectu, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Statutum prædictum ratum habentes, & gratum, illud, prout in litteris Calixti, & Pij prædeceſſorum huiuſmodi continetur auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac plenum robur obtinere decernimus. Adiicientes nihilominus ad præmiſſa, quòd nullus Prouincialis Conuentus dicti Ordinis reformatos poſſit per Vicarium viſitare, niſi talem Conuentus ipſe requirat, ſed perſonaliter teneatur eos viſitare cum Socio, qui fuerit perſeuerans in vita conſimili. Item quòd pro communibus expenſis Ordinis Conuentus hactenus reformati, aut etiam, qui in poſterum reformabuntur, vltra ſummam conſuetam, quam antea perſoluebant, taxari, vel compelli non poſſint. Volenteſque, & diſtrictiùs iniungentes, quòd omnis Prior tam in Conuentibus reformatis prædictis, quam de cætero reformandis promittat tam confirmanti, quàm Conuentui, in quo recipietur, fideliter obſeruare, & obſeruari facere Regulã, ſaltem ſecundùm ipſius Eugenij prædeceſſoris mitigationem, vt præmiſſum eſt. Si verò in hoc deſes, ſeu negligens notabiliter repertus fuerit, Prior Generalis, ſeu Prouincialis teneatur eum abſoluere ſub pœnis, & cenſuris contra impedientes reformationem, vt ſupra dicitur, latis. Cæterum, vt Prouinciales ad plantandum in dicti Ordinis Conuentibus, ſuiſque Prouincijs, confouendamque Regularem obſeruantiam perampliùs animentur, volumus, vt Conuentus, quos ita reformarunt, aut in poſterum reformabunt, ſub eorum obedientia, ſeruatis præmiſſis conditionibus, reſeruare debeant, nec Vicarius cuiuſcunque hoc impedire præſumat. Non obſtantibus &c.

Has

5 Has porrò Pontificias cõcessiones pro Reformatis Regularibus vtiles valde communicari credo etiam alijs Religionibus communicationem priuilegiorum habentibus cum Carmelitis. Sunt etenim priuilegia quædam, & fauores pro communi bono Religionis, & ita comprehenduntur sub gratijs, & priuilegijs, in quibus Religiones communicant. Idem dico de alio priuilegio Leonis decimi, quod refert Cassarubius *supr. num.* 3. quo statuit, & in virtute obedientiæ præcepit, quòd de cætero nullæ nouæ Reformationes in Ordine fratrum Minorum introducantur, aut fiant absque Ministri Generalis, aut Prouincialium Ministrorum Reformatorum in suis Prouincijs respectiuè expresso assensu. Ita tamen quòd dictæ Reformationes Ministro Generali, & Prouincialibus Reformatis per omnia, iuxta Regulam subijciantur. Rodrig. *supr. art.* 1.

7 Circa transitum Religiosorum Reformatorum ad non reformatos videnda sunt primò dicta *to.* 1. *cap.* 22. *per totum*, & dicenda infra verbo *Transeuntes Regulares*. Attendendum etiam est an prædicti Reformati sint sub eodem Prælato, Generali videlicet, seu Prouinciali, quia tunc facilius admitti potest talis transitus, de licentia tamen Prælati, & legitima causa subsistente. Secus verò quando tales Reformati, & non reformati sunt sub diuersis Generalibus, vt contingit in ordine Minorum. Tunc enim talis transitus regulari debet sicut transitus ex Religione strictiori ad laxiorem, quia iuxta dicta eo *cap.* 22. *num.* 16. licet tales Religiones censeantur vnæ ratione Regulæ, & Fundatoris, tamen simpliciter sunt diuersæ, & habent diuersas austeritates, vel adminus diuersum modum viuendi. Maximè attendendum an authoritate Pontificia prohibitus sit talis transitus, ita vt soli ipsi reseruetur. Si enim talis fuerit, non poterunt Prælati Religionis licentiam pro tali transitu concedere. Quia ergo Sanctissimus D.N. Vrbanus in Litteris sub forma Breuis die 8. Ianuarij anno 1636. approbans Constitutiones pro Reformatis nostræ Religionis ait: *Bos, qui semel eas professi fuerint, ab earum obseruantia nequaquam discedere, nec ad quamcunque aliam Congregationem, nisi de speciali nostra licentia transire posse, sed iuxta eas semper viuere teneri*, ideo de illis hoc tenendum.

REGVLARES, SEV RELIGIOSI.

DE illis per totam hanc Summam scripsi, vt propterea necesse non sit modò aliquid specialiter dicere.

RE-

Digitized by Google

RELIQVIÆ SANCTORVM.

SVMMARIVM.

De illis remissiuè. num. 1.
Reliquiæ quæ dicantur. num. 2.
An liceat illas vendere, emere, seu alienare. num. 3.
An exponere venerandas propter lucrum. num. 4.
De furantibus Reliquias, eorumque pœnis. num. 5.
De extrahentibus illas, eorumque pœnis, ex Paulo 5. *num.* 6.
Qualiter, aut quomodo exponi debeant venerandæ. num. 7.
Quid quando ab antiquo in veneratione sunt. num. 8.
Ad cultum priuatum Reliquiarum quæ sufficiant. num. 9.
An liceat eas tangere vel secum gestare. num. 10.
Non possunt radi ossa Reliquiarum, vt dentur infirmis. num. 11.
Modus obseruandus ab Episcopo in earum approbatione. num. 12.
Alia remissiuè. num. 13.

1 NOnnulla ad ipsas spectantia in superioribus dixi, videlicet *primo to. cap.* 12. *num.* 33. & 35. qualiter de Sancto, cuius insignis Reliquia habetur, fieri possit Officium, & dici Missa, & quæ censenda sit insignis Reliquia. Deinde *to.* 3. verbo *Alienare &c. num.* 14. an Reliquiæ Sanctorum alienari possint. Item eodem 3. *to.* verbo *Furtum num.* 4. & 5. an, & quando furans, seu surripiens Reliquias excommunicationem incurrat. Nunc alia addenda, vel pro materiæ complemento.

2 Primò ergo iuxta Siluestrum *in Summa verbo Reliquiæ num.* 1. Reliquiæ in proposito dicuntur ea, quæ nobis de Sanctorum humanitate remanserunt; vt totum corpus, & propriæ particulæ eius. Caterum communi etiam vsu Reliquiæ nomen ad alia applicari constat: vestes scilicet, calceos, vel alia, quæ ipsorum Sanctorum fuerunt. Azor *to.* 1 *cap.* 8. *q.* 1. Sanchez *l.* 2. *in Decalog. cap.* 43. *nu.* 2. Layman. *l.* 4. *Tract.* 7. *cap. vlt. q.* 4.

3 Reliquias sanctorum vendere, seu emere peccatum simoniæ est prohibitum *l. nemo Cod. de Sacrosanct. Ecclesia. cap. cum ex eo de reliq.* Sanchez *supr. num.* 2. Bonacina *de Simonia q* 4. *nu.* 3. Thesaur. *in Prax. par.* 2. *verbo Reliquiæ cap.* 1. §. 1. Excipe tamen nisi Reliquiæ essent apud infideles; quia tunc emi possent, eo quòd tali pre-

pretio non Sacrum ipſarum Reliquiarum, ſed vexatio infidelium redimeretur. Sanchez *ſupr.* ex Philiarco, & Vgolino. Excipe, etiam, ſi Reliquiæ continerentur in vaſis aureis, vel argenteis, & tunc venderentur ratione illorum, ita vt nullo modo augeatur pretium ratione ipſarum Reliquiarum, quia talia vaſa pretio æſtimabilia ſunt. Bonacina *ſupr.* poſt Silueſtrum, Suarez, Filiucium, & alios. Nulla tamen adeſt pœna latæ ſententiæ in dictis iuribus, niſi quando Reliquiæ, ſeu corpora ſunt alicuius loci Eccleſiaſtici: nam tunc incurrunt vendentes, ſeu aliter alienantes, & recipientes, excommunicationem latam in Extrauag. *Ambitioſæ de rebus Eccl. non alienan.* Quia ſunt res mobiles pretiosæ. Genuenſis *in Praxi cap. 56. nu. 4. & 6.* Theſaur. *ſupr.* Quod tamen limita, iuxta dicta *tom. 3. verbo Alienare dicto num. 14.* vt ſolùm intelligatur de Reliquijs muro clauſis, vel inſignibus, aut ipſarum partibus notabilibus, vel perpetuæ traditis ſepulturæ. Plures etiam cenſent probabile eſſe contrarium, eo quòd dicta Extrauagans ſolùm videatur loqui de bonis temporalibus pretio æſtimabilibus. Bonacina *de Alienatione bonor. Eccleſiaſtic. punct. 2. n. 31.* Bordonus *Reſolut. 27. n. 62.* ex alijs. Sed ſtylus Curiæ ijs aduerſatur, vt dixi *d. nu. 14.*

4 Illas exponere venerandas, prout contingit aliquando inter Regulares, propter lucrum oblationum inde prouenientium, peccatum quoque eſſe ſimoniæ, plures tenent; ex *d. cap. cum ex eo.* Et ex Concil. Trident. *ſeſſ. 25. in princip. in decret. de invocat. venerat, & reliq. Sanctor.* De quo Azor. *ſupr. q. 6.* Graſſis *2. p. Deciſ. l. 2. cap. 14. num. 7.* & alij. Hoc autem limitant aliqui dicentes eſſe ſimoniam quando tales Reliquiæ exponuntur in publico ob quæſtum, ſi talis quæſtus temporalis ſit principale intentum illius oſtenſionis, vel expoſitionis; ſecus, ſi principale intentum ſit cultus Sanctorum in gloriam Dei, & lucrum temporale ſit minus intentum. Armilla *in Summ. verbo Reliquiæ num. 1.* & Tabiena *ibid.* Nauar. *Summ. latina cap. 17. num. 169.* & alij. Ad eum modum quo Clericus vadens ad Chorum principaliter propter lucrum temporale, eſt ſimoniacus. Secus, ſi lucrum illud eſt ibi cauſa minus principalis, ſeu conditio ſine qua non. Et hæc limitatio clara, & ſecura eſt. Portellus *in Dub. Regular. verbo Reliquiæ Sanctorum nu. 3.* Limitant etiam alij dicentes probabiliter, quòd etiam ſi in iſta Reliquiarum expoſitione principale intentum ſit lucrum temporale, non ſit ſimonia niſi quando illud lucrum ſperatur, vt pretium oſtenſionis. Tunc enim eſt quædam quaſi venditio. Si verò tale lucrum non ita ſperatur, vt pretium, ſed tanquam ſuſtentatio congrua ibi laborantis, non erit ſimonia. Quia *cap. cum ex eo* citatum, & Triden-

tin.

cùm. loco relato quando prohibent Reliquias venales oſtendere, intelliguntur, quando quæſtus, ſeu oblationes deducuntur in pretium ſub pacto, vt ſi diceretur: *propone Reliquias in publico, reddemus tantùm*, vel quando proponens Reliquias, principaliter lucrum pretenderet tanquam pretium oſtenſionis ipſarum. Sotus *l. 9. de iuſt. q. 6. art. 2. ad fin. corpor.* Sanchez *ſupra*. Et ſauent Portellus *ſupr.* ac Peirinis *to. 3. priuileg. Minim. cap. 4. num. 2.* Nota hic etiam, quòd antiquæ Reliquiæ Sanctorum non poſſunt extra capſam oſtendi, ex *cap. cum ex eo* relato. Rationem reddit Abbas ibi, quia cum oſtenduntur extra capſam oſſa nuda, multorum deuotio tepeſcit, & datur detractoribus cauſa obloquendi. Angelus, Siluеſter, & alij Summiſtæ *verbo Reliquiæ*.

5 Quamuis autem non liceat Reliquias furtiuè ſubtrahere, etiam vt honorabilius collocentur, eſt enim ablatio rei Sacræ inuito domino, & conſequenter furtum ſacrilegum (Sayrus *in Claui regia l. 4. cap. 7.*) nec paruitas materiæ excuſet à mortali, nam hic non ſpectatur ſola rei quantitas, ſed dignitas, & æſtimatio moralis (Summiſtæ *verbo Reliquiæ*, Sanchez *ſupr. nu. 23.* Layman. *ſupr. nu. 17.*) nihilominus, iuxta dicta 3. *to.* verbo *Furtum num. 4. & 5.* Reliquias furans, ſeu furripiens abſque effractione loci, non incidit ipſo facto iure communi in aliquam cenſuram, ſecus verò ſi id fiat cum aliqua effractione. Item ex *can. corpora de conſecr. diſt. 1.* Sanctorum corpora perpetuæ ſepulturæ tradita non poſſunt erui, & transferri ſine licentia Papæ, aut Epiſcopi, aut Synodi, aut Capituli Canonicorum, excepta neceſſitate incendij, vel reparationis, vel mutationis Altaris. Sayrus *ſupr.* Sanchez *ſupr. num. 25.* Layman. *ſupr. num. 17.* Si autem perpetuæ ſepulturæ traditæ non ſunt, nihil obſtat eas transferri ad alium locum Religioſum, non petita licentia Prælati. Layman. *ſupr.* ex Antonino, Siluеſtro, Armilla, & alijs. Similiter Edicto Vicarij Vrbis Romæ edito de mandato Pauli 5. anno 1613. die 24. Auguſti, cautum eſt, ne quis audeat, vel præſumat, vel poſſit intrare in aliquam ex Cryptis, Catacumbis, vel Cœmeterijs intra, vel extra Vrbem Romanam, neque ab illis extrahere Reliquias etiam in minima particula, neque ad id præſtare auxilium, vel fauorem, ſub pœna triremium, & alijs arbitrio Vicarij ipſo facto incurrendis, & excommunicationis latæ ſententiæ. Extenduntur dictæ pœnæ, & cenſuræ ad omnes, ad quorum inſtantiam fiet extractio, aut attentata fuerit, & ad complices, & ad recipientes ſcienter Reliquias illicitè extractas, vt ſupra. Abſolutio etiam dictarum pœnarum Papæ reſeruatur. Regulares autem vltra dictas pœnas incurrunt ipſo facto priuationem vocis activæ, & paſſiuæ, & inhabilitatem

tatem ad dignitates, & gubernationes suæ Religionis, & dispensatio, vel habilitatio Papæ reseruatur. Bonacina *de Censuris in particulari disp. 2. quæst. 3. puncto 13. §. incidens*. Thesaur. *supr. nu. 2.* Notat autem idem Bonacina hoc Edictum ligare etiam extraneos Romam venientes, & esse perpetuum, quia scilicet editum est per modum legis, & statuti.

6 Ex Breui etiam eiusdem Pauli 5. promulgato Edicto eiusdem Cardinalis Millini Vicarij Vrbis anno 1614. die 16. Maij statutum est, vt nullus vigore licentiarum à Papa viuæ vocis oraculo ante duos menses proximos concessarum, possit Reliquias extrahere de Ecclesijs, Monasterijs, locis pijs, Cœmeterijs, vel Cryptis, intra, vel extra Vrbem, aliàs incurrant excommunicationem ipso facto Papæ reseruatam. Eamque extendit contra eos, qui curam habent, seu gubernationem dictarum Ecclesiarum, vel locorum, si permiserint, seu consenserint extractioni. Thesaur. *supr. num. 3.* Insuper ex eodem Edicto Cardinalis Millini Vicarij de mandato eiusdem Pauli 5. prohibitum est, ne quis sæcularis, aut Regularis fidem vllam, aut testimonium, seu instrumentum, seu scripturam publicam, vel priuatam faciat extractionis, donationis, consignationis, translationis, aut alterius contractus, aut scripturæ, vbi fiat mentio Reliquiarum, nisi cum licentia in scriptis eiusdem Vicarij Vrbis, non suffragante quacunque Sedis Apostolicæ licentia aliter emanata, & transgressoribus ibidem statutæ sunt pœnæ, scilicet dominis officiorum pœna priuationis officiorum, notarijs autem, & substitutis pœna 500. scutorum. Et has pœnas decernit incurri ipso facto. Religiosis autem sub pœna priuationis vocis activæ, & passiuæ in perpetuum, & exilij ab omni statu Ecclesiæ Romanæ. Thesaur. *supr. num. 4.* Pro extractione etiam Reliquiarum pro Prouincia Mediolanensi extat prohibitio Gregorij 13. quam refert Barbosa *de Offic. & potest. Episcopi Allegat. 50. num. 158.* Quam tamen moderatam esse à Sixto 5. & S. Congregatione refert Gauantus *in Man. verb. Reliquiæ Sanctorum num. 36.*

7 Etsi *de* fide sit Sanctorum Reliquias venerandas esse, prout ex dicto *cap. cum eo*, & Concilij Tridentini Decreto colligitur, de quo inter alios Vualdensis noster *to. 3. tit. 23. cap. 164.* nihilominus ad publicum ipsarum cultum, qualis contingit cum exponuntur publicè, requiritur, quòd ab Ecclesia approbatæ fuerint. Diuersimodè tamen hæc approbatio requiritur. Si enim fuerint Sancti non canonizati, solùm à Papa probari debent, quia ita habetur *cap. cum ex eo* relato, & quia solius Papæ est Sanctos Canonizare, si verò fuerint Sancti canonizati, sed nouiter inuentæ, approbari possunt ab

Epi-

Episcopo. Ita enim colligitur ex Concilio Tridentino *in Decreto* relato. Sanchez *supr. num.* 10. Azor. *supr. q.* 8. Suarez *to.* 1. *in* 3. *p. disp.* 55. *sect.* 2. *vers. sed quæret aliquis*, Fagundez *de primo Eccleſiæ præcepto l.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. Nomine autem Sancti Canonizati non ſolùm intelligitur ille qui in canone Miſſæ (à quo forſan huiuſmodi appellatio deriuatur) inſcriptus eſt, aut per Bullam canonizatus eſt, ſed qui per antiquam traditionem, ſeu Eccleſiæ conſuetudinem, vt Sanctus habetur. Azor. *d. q.* 8. Sanchez *ſupr. num.* 11. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat.* 97. *num.* 11. Afferens declarationem S. Congregationis de qua infra. Cui etiam conſonat Decretum S. Inquiſitionis, quod retuli *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 39. Tales ſunt omnes Sancti, qui in Martyrologio Romano leguntur. Porrellus *ſupr. n.* 10. Quid verò dicendum de Sanctis ſolùm Beatificatis habes infra verbo *Sanctorum cultus*.

8 Pro praxi autem Regularium notandum, quòd, licet ipſi nequeant exponere Sanctorum Reliquias ſine prædicta Epiſcopi approbatione, prout ex declaratione S. Congregationis apud Sellium *in Selectis Canonicis cap.* 3. *num.* 11. & Nouarium *in Lucerna Regularium verbo Reliquiæ num.* 3. colligitur, quando tamen in aliqua Regularium Eccleſia fuerint aliquæ Reliquiæ, quæ ab antiquis temporibus in veneratione fuerunt, tales exponi publicè poſſunt. Declaratum enim eſt à S. Congregatione, quòd Reliquiæ antiquæ habendæ ſunt in illa veneratione, quam hactenus habuerunt. Barboſa *dicto num.* 11. & in locum Concilij relatum. Naldus *in Summa verbo Reliquiæ Sanctorum num.* 1. Similiter, ſtante dubio de veritate Reliquiarum, non ſunt contemnendæ, aut in ignem v.g. abijciendæ, ſed loco decenti aſſeruandæ; non permixtæ, aut ad venerationem expoſitæ cum alijs Sanctorum Reliquijs. Naldus *ſupra* Layman. *ſupr. n.* 16. Fagundez *ſupr. n.* 10. poſt alios.

9 Loquendo autem de priuato cultu Reliquiarum, ad illum non eſt neceſſaria Papæ, aut Epiſcopi approbatio, ſed ſufficit priuatum teſtimonium vnius perſonæ fide dignæ, aut alia ratio, vel coniectura, quæ ad prudentem aſſenſum ſufficiat. Suarez *dicta ſect.* 2. Sanchez *ſupr. num.* 13. Fagundez *ſupr. num.* 6. Vnde conſequenter ad dicta *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 40. licitum eſt eas habere, & venerari, etiam alijs videntibus, modò ſcandalum abſit. Id enim habet praxis Eccleſiæ, mox enim ac Martyres defuncti erant, currebant fideles ad Reliquias rapiendas; & ſimiliter quando moriuntur homines claræ ſanctitatis, multi deuotè oſculantur manus, & pedes illorum, & de veſtibus eorum pro Reliquijs ſeruant, nec id vnquam prohibitum fuit. Præterea, ſi licet honorare viuentes, quos credi-

mus Sanctos, cur non mortuos! Peirinis *to. 1. priuilegiorum Minimorum in Constitutione tertia Leonis 10. nu. 3.* Et ratio est, quia cultus publicus qui negatur Reliquijs non approbatis non ex eo dicitur publicus, quia exhibetur illi publicè coram alijs, sed quia illi exhibetur nomine totius Ecclesiæ tanquam ab illa institutus. Portellus *supra num. 11.*

10 Licitum est siue clericis, siue laicis Sacras Reliquias cum reuerentia tangere, aut decenter inclusas deuotionis gratia secum habere, vel è collo gestare. Siluest. *supr. q. 4.* Nauar. *cap. 11. num. 35.* Azor *supr. cap. 8. q. 6.* vbi ait; Non idcirco talem grauiùs peccare si Reliquias deferendo peieret, mentiatur, furetur, alteri detrahat, in quempiam maledicta conijciat, aut quid simile peccet, quia non directè cultui Reliquiarum aduersatur. Quinimo neque fornicari cum Reliquiarum gestatione, continere circunstantiam necessariò confitendam, tenent Sanchez *supr. num. 28.* Naldus *supr. num. 2.* Portellus *num. 9.* Layman *num. 18.* Fagundez *num. 13.* & alij. Venialem tamen aliquam irreuerentiam in hoc plures ipsorum meritò agnoscunt. Vnde etiam in congressu maritali eas deponi debere consulunt viri docti, specialiter Homobonus *de Examine Eccles. fol. 517.*

11 Notanda tamen declaratio S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quam refert Gauantus *supr. nu. 34.* ex qua habetur non posse radi ossa Reliquiarum Sanctorum, vt rasuræ dentur infirmis potum.

12 Modus autem, quem seruare debet Episcopus in approbatione Reliquiarum habetur in eodem Concilij Decreto. De quo Azor *supr. q. 8.* Sanchez *supr. n. 15.* Barbosa *dicta Allegat. 97. n. 17.* Diana *p. 2. tract. 15. resolut. 51.* ex alijs.

13 Vide alia infra verbo *Sanctorum cultus.*

RENVNCIATIO INTER RELIGIOSOS.

SVMMARIVM.

De renunciatione remissiuè. num. 1.
Renunciatio quid sit. num. 3.
Quas conditiones requirat. ibid.
Quilibet Religiosus potest renunciare officium quod habet. num. 3.
Renunciatio fieri potest per procuratorem. num. 4.
Debet fieri scienter, sponte, & purè. num. 5.

In

In manibus Prælati ad quem spectat prouisio illius officij. num. 6.
An fieri debeat in scriptis. num. 7.
Debet fieri ob rationabilem causam. num. 8.
Quid de renunciatione vocis actiuæ, & passiuæ. ibidem.
Ad renunciationem requiritur acceptatio Superioris. num. 9.
Effectus renunciationis quis sit. num. 10.
Quid de renunciatione electionis ad officia Ordinis. num. 11.
An renuncians possit retractare renunciationem. num. 12.
Alia remissiuè. num. 13.

1 DE renunciatione, seu dispositione bonorum Nouitiorum latiùs dixi *to. 1. cap. 24. à num. 32.* & supra verbo *Nouitij, & Nouitiæ Religionum à num. 25.* De renunciatione etiam Beneficiorum Regularium aliqua dixi *to. 3.* verbo *Abbas nu. 18.* & verbo *Beneficium, & Beneficiati n. 16.* Item de renunciatione priuilegiorum aliqua dixi supra verbo *Priuilegia Regularium, num. 24.* Alia ergo in præsenti addenda circa renunciationem munerum, seu officiorum Religionum, quæ non raro inter ipsas contingit. Præsuppositis priùs aliquot principijs huius materiæ.

2 Primò ergo renunciatio, conformiter ad dicta *to. 3.* verbo *Beneficium, & Beneficiatinum. 16.* est *rei, vel iuris proprij legitima resolutio, vel dimissio. ca. quam periculosum 7. q. 1.* Angelus, Siluester, & alij Summistæ verbo *Renunciatio.* Parisius *de Resignatione l. 1. q. 1. num. 34.* Dicitur *rei, vel iuris proprij*, quia quod non habetur, renunciari non potest. Parisius *supr. num. 50.* Dicitur *legitima*, quia facta contra legem, vel Constitutionem erit irrita, vel illicita, iuxta talis legis præscriptum. Vnde renunciatio redditur illegitima primò, ratione personæ renunciantis, puta, quia est minor. *cap. si annum de iudi. lib. 6.* vel alius non potens renunciare. Secundò, ratione personæ in cuius manibus fit renunciatio, si non fiat cui debet. *ex tit. cap. cum dilecti, & cap. admonet, & cap. quod in dubijs.* Tertiò, ratione rei, quæ renunciari non potest, vt iuris naturalis, & agnationis, & sanguinis. *l. ius sanguis ff. de pac.* Summistæ *supra*.

3 His positis, aliqua dicenda. Primò, quemlibet Religiosum posse renunciare quodcunque officium, beneficium, munus, vel ius Religionis, quod possidet. Ratio sumitur, tum ex dictis dicto verbo *Abbas nu. 18.* scilicet, quemlibet posse cedere iuri suo, tum etiam, quia si maxima dignitas, qualis est Papatus, renunciari potest, prout habetur ex *cap. 1. de renunciat. in 6.* cur non aliæ digni-

tates, munera, iura &c. Parisius *supr. lib.* 2. *q.* 1. Peirinis *in Formular. littera* R. *cap.* 8. *nu.* 8. Tamburin. *de Iure Abbat. to.* 1. *disp.* 13. *quæst.* 1. *num.* 2.

4 Dicendum secundò, quamcunque renunciationem fieri posse etiam per procuratorem. Non enim est aliqua ratio, quæ suadeat oppositum. Silvest. *supr. q.* 2. Vbi etiam an ad hoc requiratur speciale mandatum. Sanchez *to.* 1. *conf. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 36. *à num.* 31.

5 Tertiò, ad hoc quòd renunciatio sit licita, & valida, debet fieri primò *scienter.* Quia id quod ignoratur renunciari non potest. *l. mater. ff. de inoffic. testa.* Vnde cum quis ignorat ius aliquod debet ei notificari, vt in Authent *quo op. Episcop.* Secundò, *sponte*, & propria voluntate. *ca. quamuis* 7. *q.* 1. Tertiò, purè, & absolutè. *cap. ex parte de offic. deleg. vel. primo de Simo.* Summistæ *supr.* Parisius *supr. l.* 13. apud quem de dolo, fraude, & metu, quæ reddunt renunciationem irritam. De quo etiam Garzia *de Benefic. p.* 11. *cap.* 3. *n.* 2.

6 Quartò, consequenter ad dicta eo verbo *Abbas nu.* 18. renunciationem officiorum, seu beneficiorum Religionis, fieri debere in manibus illius Prælati, ad quem spectat institutio illorum. *cap. admonet. de renunciatione.* Et ratio est, nam Superiori interest, ne dimittatur officium, vel beneficium, quod ad eum pertinet, sine ipsius licentia, aliàs ei præiudicaretur. *cap. significasti de foro compet. ca. Clericum* 11. *quæst.* 1. *ca. non liceat.* 3. *q.* 6. Silvester *supr. q.* 3. Peirinis *sup. n.* 4. Tamburinus *sup. n.* 3. Dixi renunciationem officiorum, seu Beneficiorum Religionis. Nam renunciatio aliorum iurium, quæ non sunt officia, seu Beneficia, puta vocis activæ, vel passivæ, fieri potest coram aduersario, vel notario publico, vel Iudice nomine aduersarij. *l.* 2. *ff. Rempu. sal.* Silvester *supra.*

7 Quintò, renunciationem debere fieri in scriptis. 2. *q.* 1. *§. sect. ca. qualiter. ca. quamuis* 7. *q.* 1. *ca. Gonsaldus* 17. *q.* 2. Etsi enim hæc iura solùm loquantur de Episcopatu, & Beneficijs, nihilominus militat eadem ratio in officijs, & iuribus Religionis, ideo idem videtur dicendum de illis, saltem pro bono regimine. Cum enim renunciatio sit stricti, imò strictissimi iuris, ideo ad tollendas omnes lites debet semper de illa constare per testem irrefragabilem, vt sunt litteræ, quæ scriptæ manu propria probant plenè intentionem scribentis. *l. publica mauia §. Titius ff. depositi, vel contra.* Peirinis *supr. nu.* 7. ex Parisio. Apud quem etiam *ibidem*, & *cap.* 5. 6. 7. & 8. de formis renunciandi officia, acceptandi illas, & notificandi talem renunciationem.

8 Sextò, requiri ad renunciationem rationabilem aliquam causam

tum per Ecclesiam, tum per Ciuitatem, tum per Regionem, & Prouinciam, quæ Ecclesiæ Romanæ subiacent, & ad Ecclesiam Romanam pertinent, & ad Ecclesiam Romanam spectant, & ad Ecclesiam Romanam attinent, & ad Ecclesiam Romanam referuntur, & ad Ecclesiam Romanam reuocantur, & ad Ecclesiam Romanam reducuntur, & ad Ecclesiam Romanam redeunt, & ad Ecclesiam Romanam reuertuntur, & ad Ecclesiam Romanam recurrunt, & ad Ecclesiam Romanam confugiunt, & ad Ecclesiam Romanam recipiuntur, & ad Ecclesiam Romanam admittuntur, & ad Ecclesiam Romanam accipiuntur, & ad Ecclesiam Romanam suscipiuntur, & ad Ecclesiam Romanam amplectuntur, & ad Ecclesiam Romanam complectuntur, & ad Ecclesiam Romanam adhærent, & ad Ecclesiam Romanam adhærescunt, & ad Ecclesiam Romanam adhæsuri sunt, & ad Ecclesiam Romanam adhæsuri erunt, & ad Ecclesiam Romanam adhæsuri fuerunt, & ad Ecclesiam Romanam adhæsuri fuerint, & ad Ecclesiam Romanam adhæsuri fuerant

nem Romanum esse, Italiam gentilem, Mediolanum Athenas. Ut adeo non sum mihi pœnitendi, si pauperis ingenii, si mediocris eruditionis, si nullius auctoritatis, si nullius gratiæ, si nullius denique fortunæ, quæ tamen omnia ad scribendum historiam requiruntur, me tamen ad hoc opus accesserim. Vix Cicero tantum meum ingenium, tantam eruditionem, tantam auctoritatem, tantam gratiam, tantam denique fortunam cupiebat, quantum ego. Sic Marcellus Romæ, Tullius Athenis, Cæsar Mediolani, Augustus Romæ, Tullius Athenis, Cæsar Mediolani, Augustus Romæ, Tullius Athenis, Cæsar Mediolani, August

Quæ tertia Prælatorum regularium reſidentia, ſeu de Studiis regularibus, tractatur Concilio Tridentino, Sess. 24. de Reform. c. 12. Sess. 25. de Regular. c. 21. Sixtus V. Conſtitutione, die Mercurii, 5. Calendas Octobris, anno 1587. incipiente: Cum ſicut accepimus, ſtatuit, ut Prælati regulares, ſeu alii Inferiores, Viſitatores, Generales, Provinciales, vel Conventuales, ad diem viſitationis, cum eam primum ingrediuntur, ſingulis annis, in Conventibus ſuis, Studia Theologiæ, & Philoſophiæ, cum quot ac quos Lectores habeant, diligenter inquirant, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa, abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tertio anno, poſt electionem Generalis, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quarto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octavo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nono anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Decimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Undecimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Duodecimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tredecimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quatuordecimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quindecimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexdecimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septimodecimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octodecimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Undevigeſimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Vigeſimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Vigeſimo primo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Vigeſimo ſecundo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Vigeſimo tertio anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Vigeſimo quarto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Vigeſimo quinto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Vigeſimo ſexto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Vigeſimo ſeptimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Vigeſimo octavo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Vigeſimo nono anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tricesimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tricesimo primo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tricesimo ſecundo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tricesimo tertio anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tricesimo quarto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tricesimo quinto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tricesimo ſexto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tricesimo ſeptimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tricesimo octavo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Tricesimo nono anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quadragesimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quadragesimo primo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quadragesimo ſecundo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quadragesimo tertio anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quadragesimo quarto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quadragesimo quinto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quadragesimo ſexto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quadragesimo ſeptimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quadragesimo octavo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quadragesimo nono anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinquagesimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinquagesimo primo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinquagesimo ſecundo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinquagesimo tertio anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinquagesimo quarto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinquagesimo quinto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinquagesimo ſexto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinquagesimo ſeptimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinquagesimo octavo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Quinquagesimo nono anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexagesimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexagesimo primo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexagesimo ſecundo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexagesimo tertio anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexagesimo quarto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexagesimo quinto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexagesimo ſexto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexagesimo ſeptimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexagesimo octavo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Sexagesimo nono anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septuagesimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septuagesimo primo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septuagesimo ſecundo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septuagesimo tertio anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septuagesimo quarto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septuagesimo quinto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septuagesimo ſexto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septuagesimo ſeptimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septuagesimo octavo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Septuagesimo nono anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octogesimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octogesimo primo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octogesimo ſecundo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octogesimo tertio anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octogesimo quarto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octogesimo quinto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octogesimo ſexto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octogesimo ſeptimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octogesimo octavo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Octogesimo nono anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nonagesimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nonagesimo primo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nonagesimo ſecundo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nonagesimo tertio anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nonagesimo quarto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nonagesimo quinto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nonagesimo ſexto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nonagesimo ſeptimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nonagesimo octavo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Nonagesimo nono anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo primo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo ſecundo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo tertio anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo quarto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo quinto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo ſexto anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo ſeptimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo octavo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo nono anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo decimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo undecimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo duodecimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo tertio decimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo quarto decimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo quinto decimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo ſexto decimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo ſeptimo decimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo octavo decimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo nono decimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo vigeſimo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo vigeſimo primo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo vigeſimo ſecundo anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi quos Lectores, ſive Magiſtros, ſive Baccalaureos, ſive Studentes, ſine legitima cauſa abeſſe deprehenderint, eos ſecundum Decreta Concilii Tridentini puniant. Centesimo vigeſimo tertio anno, Generales, Provinciales, & Viſitatores, ſuos Conventus viſitent, & ſi

Dupliciter fieri poteſt. num. 2.
Beneficiorum nomine quæ veniant. num. 3.
Reſignatio pura, & abſoluta licita eſt. num. 4.
Coram quo Superiore facienda. num. 5.
An poſſit fieri non purè, & abſolutè; ſed ſub modo, conditione &c. num. 6.

1 NOta quòd Reſignatio eſt *voluntaria beneficij abdicatio facta coram legitimo Superiore*. Bonacina *de Simonia, q.* 4. §. 14. *in principio*. Vnde ſolo nomine videtur à renunciatione differre, vel in eo ſolùm, quòd renunciatio latius patet quam reſignatio, quia illa eſt iurium, officiorum, &c. reſignatio verò, ſaltem ex vſu, ſolùm eſt Beneficiorum. Quare ea, quæ dicta ſunt ſuperius de renunciatione, applicari debent reſignationi.

2 Nota ſecundò, hanc reſignationem, ſeu Beneficiorum renunciationem fieri poſſe dupliciter, ſcilicet primò purè, & abſolutè, ideſt abſque vlla conditione, penſione, deſignatione perſonæ, vel onere aliquo; ſecundò, cum aliqua conditione, penſione, deſignatione, vel onere. Suarez *to.* 1. *de Relig. l.* 4. *cap.* 35. *n.* 1. Bonacina *ſupr.*

3 Nota tertiò, nomine Beneficiorum, quæ per reſignationem renunciari poſſunt, intelligi in præſenti quoad Regulares, non ſolùm ea, quæ curam animarum ſæcularium important, & dicuntur Beneficia Regularia, de quibus egi *to.* 2. *cap.* 18. *per totum*, ſed etiam Prælaturas Religionis, quæ ſolùm important curam animarum Religioſorum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 15. *nu.* 32. *& to.* 3. verbo *Beneficium, & Beneficiati num.* 3.

4 Dico ergo primò. Pura, & abſoluta reſignatio Beneficiorum, ſeu officiorum Ordinis, quæ Beneficia ſunt, licita eſt, & honeſta inter Regulares, ſi fiat coram legitimo Superiori. Nihil enim eſt in tali renunciatione contra diuinum, aut humanum ius. Suarez, & Bonacina relati. Vide dicta *ſupr.* verbo *Renunciatio inter Religioſos*.

5 Dico ſecundò. Superior, coram quo fieri poteſt, & debet, dicta reſignatio, eſt Prælatus Religionis. Ratio eſt, quia, iuxta dicta ſupra eo verbo *Renunciatio inter Religioſos num.* 6. qui habent ius, & poteſtatem conferendi Beneficia habent illam ad recipiendum eorũ reſignationem. Quod maximè eſt verum; ſi etiam habent facultatem deſtituendi beneficiarios, etiam inuitos, iuſtis de cauſis, quæ omnia cõpetunt Prælatis Regularibus, iuxta dicta locis relatis ex 2. & 3. *to.* De quo Pariſius *de Reſign. Ben. l.* 7. *q.* 1. Layman. *l.* 4. *tra.* 2. *c.* 17. *n.* 3. & 4. Tamb. *de Iure Ab. to.* 1. *diſp.* 13. *quæſit.* 8. & alij apud ipſos.

An

6 An verò huiusmodi resignatio Beneficiorum possit fieri non purè, & absolutè, sed sub aliqua conditione, modo, personæ designatione &c. constabit ex dicendis infra verbo *Simonia nu.* 15. Interim tamen, iuxta dicta *to.*3.verbo *Beneficium, & Beneficiati n.*16. circa illam quæstionem an Beneficiorum resignatio fieri possit à Regularibus in fauorem tertij, dicendum primò, fieri posse hoc modo, resignando scilicet absolutè Beneficium in manibus Prælati cum intentione, & spe non manifestata ipsi, vt illud conferat certæ personæ. Secundò, resignando similiter absolutè Beneficium in manibus Superioris, rogando tamen postea ipsum, vt illud conferat alicui v.g. Petro. Cum enim in hoc nullum interueniat pactum cum Superiore, aut cum illo pro quo rogatur, nec vlla obligatio iiuncta Superiori conferendi Beneficium personæ designatæ, vt suppono, non est in eo aliquid contra ius diuinum, aut etiam Canonicum. De quo etiam Sanchez *to.*1. *Consil. moral. l.*2. *cap.* 3. *dub.* 36. *n.*23. Diana *par.*5. *Tract.*14. *Resolut.* 26.& Thesaur. *in Praxi par.*2. *verbo Resignatio cap.*2. Addit Peirinis *in Formulario littera R. cap.* 8. *num.*8. ex Nauarró *lib.*5. *consil. de Simon.consil.*38.quod licet, si quis renunciaret alicui officio cum pacto quòd Superior illum remuneraret de alio,Simoniam committeret, secus tamen esset, si Superior solùm diceret, *Relinque hoc officium amore mei, & prouidebitur tibi de alia re.*

REVERENDÆ PRO ORDINIBVS recipiendis.

DE illis dixi sufficienter 3. *to.* verbo *Dimissoriæ.*

REVS REGVLARIS.

SVMMARIVM.

*De reo regulari remissiuè. num.*1.
*Antequam examinetur informari debet de statu causæ. num.*2.
Prima interrogatio ipsi facienda. num. 3.
In ipsius examine quæ notanda. num. 4.
De rei confessione. num. 5.
Alia remissiuè. num. 6.

De

1 DE Regulari reo plura dixi *to.* 1. *cap.* 27. *per totum, & to.* 3. verbo *Accuſatio*, verbo *Appellatio*, verbo *Cauſa iudicialis Regularium*, verbo *Commiſſio, & Commiſſarius*, verbo *Denunciatio*, & maximè verbo *Iudex*, & *Iudicium Regularium*. Aliqua etiam ſupra verbo *Recuſatio*. Alia tamen ſpecialiora, & magis practicabilia addenda pro materiæ complemento, maximè circa confeſſionem à reo faciendam.

2 Et primò quidem, cum, iuxta dicta eo *cap.* 27. præſertim *n.* 6. non poſſit Iudex, maximè Regularis, iuridicè contra aliquem per ſpecialem inquiſitionem procedere, niſi infamia, ſiue clamoroſa inſinuatio, vel indicia, aut ſemiplena probatio, præcedant, ideo antequam Religioſus reus examinetur informari à Iudice debet de ſtatu cauſæ, id eſt, contra eum eſſe aliquod ex præmiſſis, vt ſciat ſe eſſe in tali articulo conſtitutum, vt Iudex iuridicè eum interroget, ac per conſequens ipſe teneatur veritatem fateri. Ratio eſt, quia iniuſtum, & inhumanum videtur, obligari aliquem ad confitendum veritatem in ſui notabile præiudicium, niſi illi conſtet quòd iuridicè interrogatur, ſicut generaliter loquendo, nullus tenetur dimittere bonam famam, vitam, aut bona, quæ poſſidet, niſi illi conſtet de alieno iure. Thomas de Ieſu *de Viſitat. Regular. Tract.* 3. *cap.* 10. *num.* 2. Naldus *in Summa verbo Reus num.* 2. Alderete *de Religioſa diſcipl. l.* 2. *cap.* 4. *num.* 7. referens Caietanum, Sotum, Nauarrum, Cordubam, Toletum, & alios. Diana 3. *p. Tract.* 5. *Reſolut.* 91. referens etiam Aragon, Ioannem de Cruce, Sanchez, Salon, Leſſium, & alios. Quid verò dicendum in caſu quo reus dubitet an iuridicè interrogetur, habes ex dictis *to.* 3. verbo *Iudex*, & *iudicium Regularium num.* 9. teneri tunc fateri veritatem, eo quòd in dubijs obediendum eſt Prælato. Licet oppoſitum probabiliter tueantur aliqui, quos ibi tetuli, & Peirinis *in Formular. littera R. cap.* 9. *num.* 8. referens alios. Cum limitationibus tamen, quas affert Sanchez 2. *to. Conſil. moral. lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 31. *à nu.* 3. quarum præcipua eſt, vt intelligatur, quando crimina, de quibus inquiritur non ſunt in præiudicium Reipublicæ, vt crimen leſæ maieſtatis, hæreſis, proditionis &c. Tunc enim in re dubia tenetur teſtis fateri veritatem. Ratio eſt, quia minus periculum eſt ſi perſona priuata iniuſtè occidatur, quam ſi Reipublica graue damnum patiatur. Sanchez *n.* 4. ex Soto; & Nauarro.

3 Secundò nota, primam interrogationem faciendam reo (idem dico de teſte) eſſe, an ſciat cur vocetur ad examen. Et, ſi cauſam ex preſſerit ſui examinis ex qua delictum ab ipſo factum colligatur, debet interrogari, vt facti ſeriem dicat à principio vſque ad finem. Poſtea debet interrogari ſuper his, quæ obſcurè, & non plene expli-

Digitized by Google

plicauit, pro facti maiori dilucidatione. Si autem respondeat causam se nescire, nec præsumere sui examinis, poterunt illi fieri communes interrogationes, scilicet, ex quonam tempore in eo Conuentu fuerit, an fuerit vnquam denunciatus, vel de aliquo crimine inquisitus. Quòd si respondere recuset, debet id notari in processu, & ad respondendum compelli etiam indicta mulcta; & factis tribus monitionibus, sub pœna ipsum mulctabit, & condemnabit ad pœnam in mandatis contentam. Debet autem reus respondere formaliter, & præcisè, affimando scilicet, vel negando, non autem dubiè, puta non scio, vel non recordor. Nam respondere hoc modo idem est ac non respondere absolutè. Et sic, factis debitis monitionibus, potest cogi mulcta, vel pœna confessi criminis, aut periurij, seu sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vel torturæ ad respondendum præcisè, vt dictum est. Quæ tortura hoc casu non illi datur ad eruendam veritatem de delicto, sed ad extorquendam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam. Quòd si post torturam etiam respondere recuset pertinaciter, potest sumi pro confesso. Pro his, & similibus vide Carthagium *de reor. interrogat. l.3. cap. 1. 2. & 3.* Ambrosinum *de modo formandi processum l.2. cap. 6. & 7.* Spatharium *de modo corrigendi Regulares tract.9. cap.10.* Thomam de Iesu *supr. cap.8.* Naldum *supr. n.1.* & Peirinis *supr. à n.1.* post alios.

4 Tertiò nota, quòd in rei examine notandum est nomen, officium, patria, ætas, tum sæculi, tum Religionis. Carthagius *supr. cap. 3. à num. 6.* Conueniens etiam est, quòd si reus sit in carcere, & in compedibus, quod soluatur, & excarceretur, vt liberiùs possit veritatem fateri. Cum carcer mala mansio sit, & morti æquiparetur; adeo, vt confessio à carcerato extorta metu tormentorum extorta dicatur. De his Spatharius *supra cap.5.* Rodriguez *in Resolutionibus Regularibus. resolut.* 44.

5 Quartò, circa rei confessionem notandum, quòd confessio iudicialis aliquando valet pro sufficienti probatione, & est multò efficacior quàm aliæ probationes, & tunc dicitur nullas esse partes Iudicis in confitentem, scilicet partes examinatorias, bene tamen condemnatorias. Ad hoc autem vt confessio talem vim habeat multa requiruntur, scilicet, vt reus sit maior 15. annis, & quòd sponte confiteatur, & non metu torturæ, & quòd confiteatur parte aduersa præsente, & coram competenti Iudice sedente pro tribunali, & quòd confessus sit rem certam. E' contra autem, in multis casibus confessionem iudicialem non sufficere ad damnandum reum, vt si confessus est propter angustiam tormentorum, vel alicuius carceris, in quo nimis affligebatur, nisi post talem angustiam iam finitam perseueret

ret etiam in confessione, eaque finita iam liber à doloribus in loco publico, id est, coram notario, & alijs eam confirmet. Secundò, si semel confessus dicit se errasse, & probat suum errorem ante sententiam. Item, si per procaratorem suum est facta talis confessio, & ante triduum reuocat. Item, si facta est propter promissionem falsam, & fraudulentam Iudicis. Item, si facta est de re, quæ naturaliter videtur impossibilis, vel repugnans, vt si frigidus fateatur adulterium commisisse. Item, si facta sit de re, quæ secundum Ius positiuum est impossibilis, vt si quis Chtistianus fateatur se Iudæi mancipium. Ita Sanchez *d. cap.* 3. *dub.* 13. ex Angelo, Siluestro, & alijs.

6 Vide alia ad intentum infra verbo *Sententia Iudicialis*, verbo *Testis* Regularis, & verbo *Tortura quoad* Regulares, & verbo *Visitator* Regularis.

RITVS SACRI.

SVMMARIVM.

Ritus Sacri qui sint. num. 1.
Veteres ritus non immutandi. num. 2.
De ritibus, seu cæremonijs Missæ. num. 3.
De ritibus in administratione Sacramentorum. num. 4.
De ritibus, & cæremonijs Officij diuini. num. 5.
De alijs ritibus Ecclesiæ. num. 6.
Alia remissiuè. num. 7.

1 RItus Sacri ab Ecclesia instituti alij sunt circa Missæ celebrationem, alij circa administrationem, seu receptionem Sacramentorum, alij circa Officium diuinum, alij verò circa Orationes, Benedictiones, Cõsecrationes, Sacramentalia, & similia. De quibus sigillatim aliquid dicendum.

2 Et quidem generaliter loquendo de veteribus ritibus Ecclesiæ, constat ex dictis *to.* 3. verbo *Sacra Congregatio num.* 3. non posse Regulares inconsulta Sac. Congregatione Rituum communes veteres ritus Ecclesiarum immutare, nouos instituere, Sanctis Officia concedere, aut aliquid ad ipsorum solemnitatem spectans de nouo efficere. Idem colligitur ex Bulla Sixti eo loco *nu.* 2. relata. Ac ex Decreto S. Congregationis, quod ex Gauanto *in Man. Episcop. verb. Librorum editio n.* 5. retuli *supr.* verbo *Libri n.* 9. vbi prohibetur imprimi aliquid spectans ad nouos ritus inconsulta S. Congregatione.

De

3 De ritibus autem, seu cæremonijs ad Missæ celebrationem requisitis, latiùs dixi *to.* 3. verbo *Crux*, maximè verbo *Missa*. Plura etiam ad intentum *to.* 1. *cap.* 21. Deseruiunt etiam dicta eodem 3. *to.* verbo *Calix*, & dicenda infra verbo *Vasa Sacra*, & verbo *Vestes Sacræ*. Nota autem, Episcoporũ munus esse, iuxta Decretum Concilij Trident. *sess.* 22. curare, vt tollantur in celebratione Missæ ea, quæ vel auaritia, vel irreuerentia, vel superstitio induxit. Sed specialiter etiam, vt in eodem Decreto habetur, sic monentur circa rituum, & cæremoniarum Missæ obseruantiam tuendam. *Edicto, & pœnis propositis caueant, ne Sacerdotes alijs quam debitis horis celebrent, neve ritus alios, aut alias cæremonias, & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Ecclesijs probatæ, ac frequenti, & laudabili vsu receptæ fuerint. Quarumdam verò Missarum, & candelarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à vera Religione inuentus est, omnino ab Ecclesia remoueant.*

4 Generaliter etiam circa ritus obseruandos in administratione Sacramentorum sic habetur ex eodem Concilio *sess.* 7. *canone* 13. *Si quis dixerit receptos, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut sine peccato à Ministris prolibito omitti, aut in nouos alios per quemcunque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit.* Idem etiam ferme dicitur de cæremonijs Sacramenti Ordinis *sess.* 23. *can.* 5. & Sacramenti Matrimonij *sess.* 24. *can.* 11. In professione etiam fidei à Pio 4. instituta pro promouendis ad Doctoratus, Beneficia &c. sic habetur. *Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione, recipio, & admitto.* Vnde illos negare cum contumacia hæresis est, & id faciens hæreticorum pœnas incurrit. Thesaurus *in Praxi par.* 2. *ver. Ritus cap.* 1. ex Maiolo.

5 Maximè etiam de ritibus, & cæremonijs Officij recitandi latè dixi *to.* 1. *cap.* 12. *& to.* 3. verbo *Breuiarium*, ac *supra* verbo *Officium diuinum*. Quia tamen multi in praxi dubitare solent an de Sancto Beatificato, qualis in Ordine nostro est Beata Maria Magdalena de Pazzis, dici possit Missa, vel Officium, notandum est id, quod dixi *dicto cap.* 12. *num.* 37. quòd de Sancto Beatificato, nec ab alijs personis, nec alio die, aut loco quam designantur in Bulla Beatificationis, potest dici Officium, aut Missa. Quia cultus Sancti Beatificati omnibus est prohibitus, nisi ijs, quibus expressè concessus, & eo modo, quo concessus. Quod adeo verum est, vt neque deuotionis gratia, aut priuatim id liceat alicui. Granadus *in* 2. 2. *Controuers.* 1. *tract.* 7. *disp.* 4. *sect.* 2. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *Resolut.* 231. Qui addunt

nec

nec licere commemorationem in Missa facere de prædictis Beatificatis alijs diebus, præterquam in concessis, neque alijs Ecclesijs. Præcipuè tamen quòd Missa, & Officium concessa pro Sancto Beatificato non possint dici ab alijs, nisi illis, quibus concessa sunt, colligitur ex Alexandro 3. *in cap.* 1. *de Reliquijs, & venerat. Sanctorum* vbi prohibuit aliquem colere cultu publico (qualis est Missa, & Officium) sine Apostolicæ Sedis facultate, quem non habent nisi solùm ij, quibus conceditur; cum inclusio vnius sit exclusio alterius. *l. cum prater ff. de Iudic. & l. maritus C. de procurat.* Cui etiam consonat, quoad Regulares spectat, decretum S. Congregationis Rituum, quod retuli *to.* 1. *cap.* 21. *num.* 32. ex Gauanto, & Barbosa, vbi habetur quòd Missæ certis Regularibus concessæ non possunt ab alijs dici, etiã in ipsorum Regularium Ecclesijs. Castellinus *tractatu de Canonizatione Sanctorum cap.* 2. *puncto* 1. §. 6. *num.* 6. *&* 7. Diana *par.* 2. *tractatu* 15. *resolut.* 55. *& in additionibus resolut.* 2. ex alijs, meritò reprehendens oppositum dicentes.

6 De alijs quoque Ecclesiæ cæremonijs, & ritibus, certum est reprobari non posse sine nota hæresis, vel erroris, aut saltim temeritatis. Certum etiam est aliquas illarum, & non principales, omittere, secluso contemptu, & scandalo, non esse peccatum mortale, iuxta dicta *supra* verbo *Missa nu.* 58. Vnde relinquere cæremonias ab Ecclesia institutas in absolutione à censuris non esse peccatum mortale, secluso contemptu, & scandalo tenent Tannerus, Turrianus, Auila, & Villalobos, quos refert, & sequitur Diana 5. *p. tract.* 9. *resolut.* 23. Ex quo etiam patet quid dicendum sit de obligatione, obseruandi Cæremoniale Episcoporum à Clemente 8. *Bulla* 69 & Rituale Romanum à Paulo 5. *Bulla* 85. instituta. De obligatione autem obseruandi cæremonialia, seu ritualia Religionum dixi *tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 32.

7 Vide dicenda infra verbo *Sanctorum cultus*, verbo *Vasa Sacra*, & verbo *Vestes Sacræ*.

SACRAMENTORVM ADMINISTRATIO.

DE Sacramentis, prout specialiter ad Religiosos spectant, plura dixi per totam hanc Summam. Etenim de Baptismo, an possit à Regularibus ministrari, dixi *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 31. & maximè 3. *to.* verbo *Baptismus*. De Sacramento Pœnitentiæ eodem *primo to. cap.* 19. *&* 3. *to.* verbo *Confessarius Regularis*, & verbo *Confessio*. De Sacramento Eucharistiæ eo *num.* 31. *& cap.* 21. *num.* 8. maximè

mè verò *to.*3. verbo *Eucharistia*. De Sacramento extremæ vnctionis *eo num.* 31. *& dicto cap.* 21. *num.* 10. *ac* 3. *to.* verbo *Extrema vnctio*. De Sacramento Ordinis dicto *primo to. cap.* 14. *& to.* 3. verbo *Dimissoria*, & supra verbo *Ordines Sacri*. De Sacramento Matrimonij dicto *num.* 31. *& eo cap.* 21. *num.* 9. Plura etiam de hac materia Portellus *in Dub. Regularium verbo Sacramentorum administratio*.

SACRILEGIVM.

SVMMARIVM.

Sacrilegium quid sit. num. 1.
Tria genera rerum Sacrarum. num. 2.
Quando committatur sacrilegium circa personas sacras. num. 3.
Quando circa loca Sacra. num. 4.
De sacrilegio furti in loco Sacro. num. 5.
De Sacrilegio circa res Sacras. num. 6.
Committitur ipsas prophanando. num. 7.
De Sacrilegij pœnis. num. 8.

1 CVm Sacrilegium sit rei Sacræ violatio, seu irreuerentia contra rem Sacram, prout ex S. Thoma 2.2. *q.*99. *ar.* 1. & 2. colligunt communiter DD. Sitque speciale peccatum Religioni oppositum, prout etiam cum eodem S. Thoma *eo art.* 2. communiter tenent DD. ideo specialiùs videtur ad Religiosos hæc materia pertinere, & idcirco de ipsa agendum in præsenti.

2 Et in primis, tria genera rerum Sacrarum sunt, quarum violatione, seu irreuerentia committitur Sacrilegium, scilicet primò, personæ Sacræ, videlicet Clerici, siue Religiosi. Secundò, loca Sacra, scilicet Templa, Monasteria, Hospitalia, Oratoria &c. Tertiò, res specialiter vocatæ Sacræ, videlicet Sacramenta, Vasa Sacra, Vestes Sacræ, vel illa, quæ res Sacras significant, vt sunt Imagines, vel Verba Sacra. S. Thomas *supra art.* 3. Caietanus, & Expositores ibidem, Summistæ *verbo Sacrilegium*. Azor *to.* 1. *Institut. moral. l.* 9. *ca.* 27. *q.* 2. De his ergo specialiter dicendum. Notando tamen, rem Sacram propriè eam tantùm censeri, quæ publico ritu, aut institutione ad cultum Dei deputata est. *l. in tantam. l. Sacra ff. de rerum diuisione*. Petrus Greg. *lib.* 33. *syntag. cap.* 14. & Suarez *to.* 1. *de Relig. tract.*

Digitized by Google

tract. 3. *l.* 3. *de sacrilegio cap.* 2. *num.* 1. Vbi rectè monet, non quolibet priuato proposito, aut voto, rem, aut personam sacram effici, sed necesse esse, vt publicam ex iure consecrationem, vel deputationem ad Dei cultum habeat. Layman. *l.* 4. *Tract.* 10. *cap.* 7. *num.* 2. Nota etiam quoad forum externum, sacrilegium esse delictum mixti fori, ita vt tam à Iudice laico, quam Ecclesiastico possit puniri. Barbosa *in Collectan. to.* 2. *l.* 5. *tit.* 23. *cap.* 2. *num.* 9. Diana *par.* 5. *Tract.* 2. *resolut.* 82. Thesaur. *in Praxi par.* 2. *verbo Sacrilegium cap.* 1. ex alijs. Quoad forum verò conscientiæ nota, illud ex genere suo esse peccatum mortale, cum sit grauis offensa Dei, licet ratione inaduertentiæ, vel paruitatis materiæ possit esse solùm veniale. Vnde quando mortale fuerit, necessariò confitendum est peccatum talem circunstantiam habens. Reginaldus *l.* 19. *num.* 58. Bonacina *in tractatu de Legib. disp.* 3. *q.* 6. *punct. vnico num.* 19. *&* 20. ex alijs communiter. Specialiter quoad Regulares, an teneantur confiteri circunstantias voti castitatis, & voti annexi Sacris Ordinibus, & an in casu quo Confessarij eos agnoscunt, & quid de illis, qui vltra votum solemne votum etiam simplex emiserunt, habes ex dictis *to.* 1. *cap.* 5. *n.* 8. *&* 9. De quo etiam Diana *par.* 1. *tract.* 7. *Resolut.* 3. *&* 4. *&* *par.* 3. *Tract.* 4. *Resolut.* 67.

3 Committitur sacrilegium contra personas Sacras, scilicet Ecclesiasticas, per iniurioſam ipsarum percussionem. De qua, & de excommunicatione latæ sententiæ, quæ propterea incurritur, dixi *to.* 3. verbo *Clericus à nu.* 2. Secundò, personas Ecclesiasticas subijciendo fori secularis iudicio aduersus priuilegium exemptionis illarum, iuxta dicta eodem loco *à num.* 19. Tertiò, ab eisdem tributum exigendo aduersus Ecclesiasticam immunitatem, siue exemptionem à talibus oneribus, sicuti constat ex eis, quæ dixi eodem *to.* 3. verbo *Gabella quoad Regulares*. Quartò, luxuriosè violando corpus personæ Deo Sacratæ per votum castitatis. Quod intelligetam de persona, quæ aduersus proprium votum peccat, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. 5. *&* 6. de Religiosis contra castitatem peccantibus, quàm de altera, quæ illam violat, seu talis peccati est complex. S. Tho. *supr. art.* 3. Summistæ *verbo Sacrilegium*. Azor *supr. q.* 3. Lessius *de Iust. & iure l.* 2. *cap.* 45. *dub.* 3. Layman. *supr. nu.* 3. Fagundez *in* 6. *præceptum Decalogi l.* 6. *cap.* 8.

4 Sacrilegium aduersus locum Sacrum accidit primò, violando illius immunitatem, extrahendo videlicet reos ex eo, nisi in casibus permissis. De quo dixi 3. *to.* verbo *Immunitas Ecclesiarum*. Secundò, polluendo illum semine, vel sanguine humano. De quo etiam eodem 3. *to.* verbo *Cœmeterium*, & verbo *Ecclesia, seu Templum*.

Ter-

Tertiò, exercendo in illo iudicia sæcularia, iuxta dicta eo verbo *Cœmeterium num.* 2. Dixi iudicia sæcularia, quia causæ Ecclesiasticæ non sunt prohibitæ in loco Sacro. Imò etiam nec actus voluntariæ Iurisdictionis, quales sunt dispensationes, pupillorum prouisiones, graduum collationes, & similes, si ad pietatem, vel Ecclesiæ honorem spectent, in loco Sacro sunt prohibitæ. Quartò, exercendo ibi negotiationes, iuxta dicta eo *num.* 2. vbi etiam alia ad intentum. Quintò, habendo ibi conuiuia, iuxta dicta etiam eodem loco. Sextò, spoliando illum, vel furando aliquid ex ipso, maximè cum effractione, vel incendio, iuxta dicta eodem *to.* 3. verbo *Furtum num.* 4. *&* 5. Azor *supr. quæst.* 4. Lessius *supra*. Suarez *supr. cap.* 4. Layman. *supr. à num.* 8. Bonacina *supr. à num.* 9. Thesaur. *supr. cap.* 2. 3. *&* 5.

5 Nota tamen circa sacrilegium furti, quòd, iuxta probabiliorem sententiam, illud committitur furando aliquid in Ecclesia, siue illud sit res Sacra, siue non, siue ibi posita sit sub custodia, siue non, prout ex Nauarro, Valentia, Suarez, Vasquez, Nuño, & alijs sequuntur Bonacina *supr. num.* 17. Layman. etiam *supr. num.* 18. & alij. Ratio sumitur ex Iuris dispositione *in ca. quisquis inuentus* 17. *q.* 4. in quo dicitur, sacrilegium committitur auferendo *Sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro.* Vbi notanda est illa clausula *non sacrum de sacro,* quæ cum absolutè loquatur, & sine distinctione, nõ est cur à nobis distinguatur, & intelligatur solùm de re Sacra, vel de re posita sub custodia in loco Sacro; præsertim, cum id vertat in reuerentiam Ecclesiarum, & fauorem immunitatis Ecclesiæ. Non desunt tamen DD. probabiliter asserentes non committi sacrilegiũ accipiendo rem non Sacram de loco Sacro, modò res non sit tradita Ecclesiæ in custodiam, vel pignus, vel alio modo. Ita Azor. *supr. q.* 6. Lessius *supr.* Henrriquez, Victoria, & alij, quos sequuntur Naldus *in Summ. verbo Furtum. num.* 1. *& verbo Sacrilegium num.* 6. *&* 12. & Diana *par.* 1. *Tract.* 7. *Resolut.* 27. Sed, vt dixi, oppositum est probabilius, & communius receptum. Nota etiam circa sacrilegium, quod dixi committi ob Ecclesiæ pollutionem, id intelligi, etiam quãdo est pollutio occulta, quia etiam talis actus est contra sanctitatem, & reuerentiam debitam Ecclesiæ. Suarez *supr. dicto l.* 3. *cap.* 7. *n.* 4. Sanchez *de Matrim. l.* 9. *disp.* 15. *nu.* 11. Raphael de Torre *in* 2. 2. *q.* 99. *ar.* 2. *disp.* 7. Licet Diana *supra Resolut.* 26. cum Vasquez oppositum probabile existimet. Idem dicendum de tactibus impudicis in Ecclesia factis, propter idem fundamentum. Suarez *supr. num.* 11. Torre *supr. ar.* 4. *disp.* 7. Licet etiam idem Diana *par.* 2. *tract.* 17. *Resolut.* 23. oppositum sentiat cum Sanchez, Valentia, Vasquez, & alijs.

Secus videtur dicendum de similibus actibus, etiam fornicatione, factis in cubilibus, refectorijs, vel alijs officinis Religiosorum, quia illa non censentur loca Sacra quantùm ad hoc. Diana *par. 3 tract. 4. Resolut. 166.* ex Azorio, quem refert. Quamuis autem idem dicat de Sacristijs, animaduertendum tamen, an illæ sint benedictæ, vel consecratæ, vt partes Ecclesiæ, si enim tales fuerint, sacrilegium committetur per tales actus, sicut in alijs Ecclesiæ partibus. Zerola *in Praxi pœnit. cap. 12. q. 27.* & alij.

6 Sacrilegia autem circa res Sacras sunt. Primò, omnis abusio Sacramentorum. Secundò, perceptio, & administratio eorumdem in statu peccati mortalis. Et, quia inter Sacramenta supremum locum tenet Eucharistia, quæ non solum sanctitatem efficit, sed etiam ipsum fontem sanctitatis realiter continet, ideo violatio huius est grauissimum sacrilegium. Tertiò, abusio, & violatio vasorum Sacrorum, vt si quis vtatur Calice consecrato ad potãdum, sicut Balthasar vasis Templi, vel, si ex vestibus Sacris conficiat sibi caligas, vel thoraces. Quartò, rerum huiusmodi surreptio. Quintò, abusio sententiarum Scripturæ ad superstitiones, & facetias, ad amatoria, seu ad stabiliendas hæreses. Sextò, irreuerentia omnis, quæ committitur in recitando, vel cantando Officio diuino, Sacrisque cæremonijs obeundis. Ad quod etiam pertinet musica lasciua, vel prophana rebus diuinis adhibita. Septimò, mala tractatio, vel confractio Imaginum Sacrarum, si id fiat, vt Sancti per eas non colantur, vel ex comtemptu illorum, sicut fit ab hæreticis. Item, si indecorè pingantur, vel sculpantur, vt cum D. Virgo instar fœminæ mundanæ exprimitur. Octauò, si Reliquiæ Sanctorũm indecorè habeantur, aut dissipentur eo animo ne colantur. Nonò, si dies Sacri operibus seruilibus, vel alijs prohibitis violentur. Omissio autem Sacri non tam videtur esse sacrilegium, quam cultus debiti neglectus. Decimò, inuasio bonorum, vel Iurium Ecclesiasticorum, retentio Ecclesiæ legatorum &c. seu oblationum, iuxta dicta supra verbo *Oblatio facta Regularibus n. 9.* Hæc enim sæpe in Iure Sacrilegia vocantur, vt patet ex multis canonibus 17. *quæst. 4.* Etsi enim hæc bona nullam in se sanctitatem habeant, tamen Iure naturæ, & Canonico ob reuerentiam, quæ cultui diuino debetur, debent esse ab occupatione sæcularium immunia. Azor. *supr. q. 8. & 9.* Lessius *supr.* Reginaldus *supr. nu. 57.*

7 Adde, sacrilegium etiam committi circa res Sacras eas prophanando. Azor. *supr. q. 8.* Naldus *in Summa verbo Sacrilegium n. 2.* Pariter etiã dici potest committi sacrilegium circa res Sacras, seu bona Ecclesiastica, illa alienando, eo enim ipso quòd sunt res Ecclesiasticę specialiter sunt dicatæ cultui diuino. Thesaur. *supr. c. 1. §. Sacrilegiũ.*

Circa

8 Circa ſacrilegij pœnas, præter excommunicationem, & alias, quas de ipſis ſacrilegijs in particulari ſuis locis dixi, notat Theſaurus *ſupra* Sacrilegij criminis damnatum Iuris infamię pœnam incurrere, ac per conſequens eſſe irregularem, licet Epiſcopus poſſit in tali infamia, & irregularitate diſpenſare, pœnitentia, vel eius parte peracta, & ceſſante ſcandalo. Pro quo tamen vide dicta *to.* 3. verbo *Infamia*, & Garziam *de Beneficijs par.* 11. *cap.* 10. *à num.* 173. Nota etiam, quòd ex Bulla Sixti quarti *Cum prouida*, ſtatuta eſt excommunicatio latæ ſententiæ Papæ reſeruata contra quoſcumque, qui de lapidibus, porphireticis, marmoreis, alijs ve diuerſorum generum, ſeu colorum ad Eccleſiarum Vrbis Romæ decorem, & ornatum deputatis, ſiue, de alijs earumdem Eccleſiarum ornamẽtis, auſu ſacrilego, abſtulerint, ſeu auferent in futurum, aut per ſe, vel per alios ad diuerſa loca aſportari præſumpſerint, aut talia habuerint, aut in furripiendo, ſeruando, & retinendo auxilium præſtiterint, vel fauorem, & contra ſcientes, & non reuelantes Papæ. Item ſtatutum eſt ibidem Interdictum latæ ſententiæ contra Eccleſias, & loca, quorum vſui taliter oblata deputata fuerint, ſeu deputabuntur, quod tandiu duret, quamdiu ad loca, vnde prius ablata fuere, abſque diminutione aliqua fuerint reportata. In ſuo robore etiam permanentibus Conſtitutionibus ab alijs Summis Pontificibus promulgatis, quibus excommunicati declarantur auferentes lapides, ſeu ornamenta de Eccleſijs, ſeu Sacris locis. Ita refert hanc Conſtitutionem (quam tamen videre non potui) Theſaurus *ſupr. cap.* 4. notans illam etiam durare pro tempore futuro, licet fortè non quoad obligationem denunciandi. De ea etiam Filiucius *Tractatu* 15. *num.* 126. Bonacina *de Cenſuris in particulari diſp.* 2. *q.* 3. *punct.* 13.

SACRISTA, ET SACRISTIA.

SVMMARIVM.

De Sacriſtæ officio. num. 1.
Sacriſtia an contineatur ſub clauſura. num. 2.
Alia remiſſiuè. ibid.

1 DE Sacriſtæ officio, & alijs ad ipſum ſpectantibus dixi *to.* 2. *cap.* 13. *num.* 45. vbi etiam *num.* 46. an Sacriſtæ Conuerſi habeant facultatem tãgendi Calices, Patenas, & Purificatoria. De quo etiam eodem *to.* 2. *ca.* 8. *à n.* 33.

Non poſſe aliquid exigere pro benedictione ſponſi, & ſponſæ, habetur ex declaratione Sacræ Congregationis apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Sacriſta*. Præter dicta autem eo loco notandum vlteriùs, munia Sacriſtæ incumbentia eſſe, cuſtodire vtenſilia Eccleſiæ, ſigna dare ad Horas Canonicas recitãdas, luminaria Eccleſiæ accendere, ignem vigilanter cuſtodire ne extinguatur, vinum, Hoſtias, incenſum, & alia ad Altaris Sacrificium neceſſaria præparata habere. Hæc enim omnia conformia ſunt Iuri canonico *de offic. Sacriſtæ cap. 1. & de offic. cuſtodis cap. 1. & 2.* Azor *to. 2. Inſtit. moral. li. 6. ſ. cap. 16. quæſt. 7* Barboſa *de Iure Eccleſiaſtic. l. 1. cap. 27. à n. 8.* Sacriſtæ quoque munus conferri poſſe illegitimis conſtat ex dictis *to. 2. cap. 13 & to. 1. cap. 18. nu. 62.*

2 Sacriſtiam Choro contiguam Monaſterij Religioſorum eſſe ſub clauſura comprehenſam, ita vt in illam ingredi non poſſint mulieres conſtat ex declaratione S. Congregationis, quam refert Barboſa loco relato *ex Collectaneis*, & Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Sacriſtia num. 1.* Similiter, & Sacriſtiam, ad quam non patet aditus niſi per clauſtra Monaſterij ſubijci clauſuræ, ac proinde mulieres nullo modo illuc ingredi poſſe, tenent Sanchez *l. 6. in Decalog. cap. 17. num. 17.* Coriolanus *de Caſibus reſeruatis cap. 3. num. 31. verſ. quæritur quartò.* & Bonacina *de Clauſura q. 5. punct. 1. num. 4.* Idem dico ſi ſacriſtia habeat duas portas, vnam in Eccleſia exiſtentem, alteram in clauſtro Religioſorum. Bonacina *ſupr. §. ſi vero.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat. 102. num. 85.* Ea verò Sacriſtia, ad quam ſolùm eſt aditus per Eccleſiam, non eſt ſubiecta clauſuræ, iuxta dicta *to. 1. cap. 10. n. 11.* ex Bonac. loco relato. Pro quibus etiam videndus Candidus *to. 4. diſquiſ diſquiſ. 5. art. 2. dubit. 14.* An Sacriſtia poſſit aliquando pro choro deſeruire, habes ex dictis *ſup.* verbo *Officium diuinum num. 10.*

SANCTORVM CVLTVS.

SVMMARIVM.

Sancti quomodo colendi. num. 1.
Sancti Canonizati quo cultu colendi. num. 2.
Beatificati quomodo coli poſſint. num. 3.
An eligi in Protectores Ciuitatum. ibid.
An poſſint publicè dici Sancti. num. 4.
Quid de illis qui cum opinione Sanctitatis deceſſerunt. num. 5.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo tales coli, aut non coli possint. num. 6.
Quid de Imaginibus non Canonizatorum, aut Beatificatorum. num. 7.
Gesta, miracula, reuelationes ipsorum quomodo non imprimenda. num. 8.
Protestatio Authoris in principio libri imprimendi. num. 9.
Protestatio in fine libri. num. 10.
Notanda circa istas protestationes. num. 11.
Tabellæ, aut Imagines, vel lampades, ad eorum sepulcra non ponenda. num. 12.
Decretum S. Congregationis. num. 13.
De habitu Sacrarum Imaginum. num. 14.
Alia remissiuè. num. 15.

1 SAnctos Angelos, ac homines in cælo regnantes adoratione duliæ colendos, & adorandos esse, constat ex Concilijs Nicæno 2. *act. 6.* Grangen. *ca.* 20. & Trident. *sess. 25. in princip.* & ex eo quòd illi sunt filij, amici Dei, & consortes gloriæ ipsius. Saytus *in Claui Regia. l. 4. cap. 3. num. 10.* Bellarminus *l. 1. de Sanct. Beatitud. ca. 13.* Cum autem, iuxta dicta *to. 1. c. 12. n. 40. & supr.* verbo *Reliquiæ*, duplex sit cultus Sanctorum; vnus qui dicitur priuatus, quia non exhibetur tanquam institutus ab Ecclesia, neque nomine Ecclesiæ, sed ex peculiari deuotione colentis priuatim, aut publicè; alter qui dicitur publicus, & solemnis; qui non ideo dicitur talis quòd coram alijs exhibeatur, sed quia defertur tanquam institutus ab Ecclesia, & nomine Ecclesiæ, vt aiunt Bellarminus *supr.* Sanchez *in Decalog. l. 2. cap. 43. nu. 3.* Laymanus *l. 4. tract. 7. cap. 5. nu. 14.* & alij; similiter Sancti alij sint Canonizati, alij solùm Beatificati, alij verò nec Canonizati, nec Beatificati, sed solùm, qui piè creduntur in cælis cum Christo regnare, eò quòd piè vixerunt, & ita decesserunt; ideo de illis & de tali cultu sigillatim dicendum.

2 Et quidem Sancti Canonizati coli possunt, & debent ab Ecclesia, etiam publico, & solemni cultu. Ita enim colligitur ex *cap. 1. & 2. de Reliq. & venerat. Sanct.* Bullis, quibus canonizantur, & praxi Ecclesiæ. Qui verò sint censendi Canonizati, constat ex dictis *supr.* verbo *Reliquiæ Sanctorum nu. 7.* Honores autem ab Ecclesia Canonizatis exhibiti præcipuè sunt septem. Primus, quòd scribuntur in Catalogo Sanctorum, idest, statuitur, ac iubetur, vt ab omnibus publicè habeantur, & dicantur Sancti. Secundus, inuocantur in publicis Ecclesiæ precibus. Tertius, Templa, & Aræ in eorum memoriam dicantur Deo. Quartus, Sacrificia tam Eucharistiæ, quam laudum,

& precum, quod vulgò **Officium, siue Horæ canonicæ nuncupantur**, in honorem eorum Deo publicè offeruntur. Quintus, dies festi in eorum memoriam celebrantur. Sextus, pinguntur eorum Imagines addito certo quodam lumine in signum gloriæ, quam habent in cœlis. Septimus, horum Reliquiæ speciosis thecis includuntur, & publicè honorantur. Bellarminus *supr. ca.7.* Azor. *to.2. instit. moral. l.5. cap.6. q.8.* Fagundez *in 1. præcept. Eccles. l.1. cap.3. nu. 13.*

3 Sancti quoque Beatificati coli possunt, & debent ab Ecclesia **cultu etiam publico, & solemni**. Ita enim constat ex vsu ipsius Ecclesiæ, & Bullis Pontificijs, quibus Beatificantur, ac supponunt Authores relati. Differt autem cultus exhibendus Canonizatis ab eo, qui exhiberi potest, vel debet **Beatificatis**, quòd ille est generalis, & solemnis, iste autem solùm est particularis, non omnium honorum debitorum Canonizatis, sed aliquorum dūtaxat, & non in omni loco, sed alicubi tãtum. Peirinis *to.1. Priuilegiorum Minimorum in Constitutione 16. Leonis decimi num.* 1. Vnde ex septem illis honoribus Sanctis Canonizatis exhibẽdis, primus de inscriptione in Catalogis Sanctorum, si per eum intelligatur Martyrologium, ipsis tribuitur, cum constet nostram Magdalenam de Pazzis in nouissimo Martyrologio Romano anni 1632. inscriptam fuisse pro 25. Maij. Secundus etiam de inuocatione in publicis Ecclesiæ precibus; si per illas intelligantur solùm illæ, quæ in Missa, & Officio Canonico ipsorum dicuntur, non autẽ si per illas intelligantur Litaniæ, quia in illis Beatificati non inferuntur, cum in ipsis sub titulo Sanctitatis ab Ecclesia serui Dei inuocentur. Fortunatus Scachus *de Cultu, & veneratione seru. Dei l.1. sect.10. cap.3. §. verum non licere*. Quoad tertium verò de Templis, & Aris ipsis dicatis, quamuis Templa ipsis non concedantur, saltim ex vsu Ecclesiæ, cum nullum (quod sciam) Sancto Beatificato dicatum sit; bene tamen Aræ, cum ipsis plura Altaria etiam in Vrbe dicata conspiciantur. Addit Fagundez *supr. num.15.* etiam Eremitoria illis dicata esse, quæ tamen non vidi. Quartus de Sacrificio, & Officio Canonico, ipsis conceditur, limitatus tamen, & coarctatus ad personas, loca, & tempus, iuxta dicta supra verbo *Ritus Sacri num.5.* De quinto, scilicet, an dies festi in eorum memoriam celebrari possint, dixi *to.3.* verbo *Festi dies quoad Regulares num.7.* probabiliorem esse partem negatiuam. Licet aliqui, videlicet Suarez *to.1. de Relig. l.2. cap.11. num.4. & 5.* & Fagundez *supr. num.14. & 15.* probabiliter oppositum tueantur. De sexto, qui est pingere eorum Imagines cum laureolis &c. dicendum ipsis conuenire, prout colligitur ex Decreto Sac. Congregationis, quod retuli *to.1. cap.12. num.39.* & de quo infra. De septimo autem, cum, iuxta dicta supra verbo *Reliquiæ Sanctorum*

rum nam. 3. non poſſint Reliquiæ Sanctorum non Canonizatorum publicè adorandæ proponi, niſi à Papa approbentur; ideo viderut non poſſe id competere Sanctis ſolùm Beatificatis. Nihilominus, quia Sanctis Beatificatis, Miſſa, Officium, Altaria, & Imagines cum laureolis, vt dixi, etiam publicè conceduntur, quæ maiorem, & magis publicum cultum important, quam veneratio etiam publica ipſorum Reliquiarum; ideo is honor illis competere poteſt. Quod ſupponunt Portellus *in Dub. Regular. verbo Reliquiæ Sanctorum nu.* 10. Fagundez *d. num.* 15. *& cap.* 4. *num.* 3. Vnde ad *cap. cum ex eo* ibi relatum, in quo negatur publica veneratio Reliquiarum niſi à Papa approbentur, dicendum, ſufficienter approbatas cenſeri Reliquias Sancti Beatificati, eo ipſo quòd Beatificatur, & Miſſa, Officium, ac cætera, quæ dixi, illi à Papa conceduntur. Quòd verò Beatificati eligi non poſſint in Protectores alicuius Ciuitatis, & caſu quo ſint electi præcedere debeant Canonizatum poſtea electũ, reſoluit Paſqualigus *Deciſ.* 507. ex declarationibus S. Congregat. Video etiam S. Congregationem die 23. Martij 1630. annuente SS. D. N. Vrbano, *ſuper electione Sanctorum in Patronos* hæc decreuiſſe. *Primò, Quòd eligi poſſint in Patronos ij ſolùm, qui ab Eccleſia vniuerſali titulo Sanctorum colũtur, non autem Beatificati dumtaxat. Secundò, quod de Patrono Ciuitatis electio fieri debeat per ſecreta ſuffragia à populo, mediante Concilio generali illius Ciuitatis, vel loci, non autem ab Officialibus ſolùm. Et quòd accedere debeat conſenſus Epiſcopi, & Cleri illius loci. Idemque ſeruari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per ſecreta ſuffragia à populo ſingularum Ciuitatum Prouinciæ. Et quòd repræſentantibus Regnum, Ciuitatem, Prouinciam, nulla competat facultas eligendi Patronos, niſi adhoc habeant ſpeciale mandatum, & vlteriùs interueniat cõſenſus Epiſcopi, & Cleri dictarum Ciuitatum. Tertiò, quòd cauſa electionis nouorum Patronorum debeant in Sac. Congregatione deduci, & ab ea examinari; ac demum cauſa cognita, ab eadem Congregatione approbari, & confirmari. Et ne præmiſſorum ignorantia vllo vnquam tempore poſſit allegari, eadem Sacra Rituum Congregatio ſupradictum Decretum imprimi, & publicari mandauit.* Vide Peirinis 3. *to. Priuilegior. Minimor. cap.* 12. *in Conſtitut.* 21. *aliàs* 31. *Vrbani* 8. De quo etiam Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Patronus.*

4 An verò poſſint Beatificati dici ſimpliciter, & publicè Sancti. Aliqui affirmare videntur. Tum quia eo ipſo quòd ſunt Beati etiam ſunt Sancti, tum quia ex vſu Eccleſiæ Beati, & Sancti ſæpius confunduntur, vt patet in Confeſſione generali, vbi Sanctiſſima Virgo Maria, & S. Michael, & Ioannes Baptiſta appellantur Beati, & Apoſtoli

Petrus, & Paulus vocantur Sancti. Cæterum ex vſu, & praxi Curiæ *Sancti* nomen ſolùm tribuitur Canonizato, licet etiam appelletur Beatus; Beatificato autem ſolùm conceditur nomen *Beati*. Et ita obſeruandum. Fortunatus Scachus *ſupr. ex ca. ſi quis hominem* 11. *q.* 3.

5 Loquendo autem de hominibus non Canonizatis, nec Beatificatis, qui tamen cum opinione Sanctitatis vixerunt, & deceſſerunt, dicendum, quòd licet publico cultu coli non poſſint, bene tamen priuato. Prima pars conſtat ex *cap.* 1. *& fin. de Reliq. & venerat. Sanctor.* Secunda verò conſtat etiam ex dictis *ſupr.* verbo *Reliquiæ Sanctorum num.* 9. & ex cod. *cap. fin.* Cum enim in eo prohibitus ſolùm ſit cultus publicus Sancti non approbati ab Eccleſia, videtur permiſſus cultus priuatus. Siluester *in Summa ver. Reliquiæ q.* 1. Bellarminus *ſupr. cap.* 10. Sanchez *ſupr. n.* 4. Layman. *ſupr. q.* 3. Bonacina *de Legibus diſp.* 3. *q.* 1. *punct.* 2. Portell. *ſupr.*

6 Vnde licet tales non poſſint in Miſſa, Officio diuino, Litanijs, aut precibus communibus, etiam priuatè recitatis, aut publicis concionibus, Sancti, aut Beati appellari, aut inuocari, aut illis Templa, Eremitoria, Oratoria, aut Altaria erigi, vel Feſta, Vota, aut ieiunia publica in ipſorum honorem inſtitui, aut eorum Imagines cum laureolis, aut ſignis Sanctitatis depingi, quia hæc omnia ad cultùm publicum ſpectant; poſſunt tamen, ſcandalo ceſſante, etiam alijs ſcientibus, in priuatis colloquijs, aut precibus, Sancti, & Beati nominari, & inuocari, ſicut geſſiſſe conſtat S. Gregorium Nazianzenum *in Oratione de S. Athanaſio*, & altera *de S. Baſilio*, & S. Hieronymum *in vita Paulæ*, pro tempore, quo Athanaſius, Baſilius, aut Paula ab vniuerſali Eccleſia inter Sanctos recenſiti non erant. Item poſſumus in eorum natalibus peculiarius lætari, ab operibus ſeruilibus abſtinere, Deo vacare, ieiunare, votum in ipſorum cultum offerre, ipſorum Imagines ſine laureolis, aut ſignis ſanctitatis tenere, venerari, vt dixi, etiam alijs ſcientibus, modò ſcandalum abſit. Hæc enim omnia ad cultum particularem ſpectant. Bellarminus *ſupr. num.* 11. *&* 12. Sanchez *ſupr. à num.* 5. Layman, & Bonacina *ſupr.* Portellus *ſupr. num.* 11. *&* 12.

7 Specialiter tamen circa Imagines iſtorum non Canonizatorum, nec Beatificatorum notandum: quòd illæ, nullo modo, aut nullibi, etiam in priuatis locis, depingi, aut teneri poſſunt, cum laureolis, & ſignis Sanctitatis, prout dixi, & conſtat ex Decreto SS. D. N. Vrbani cum S. Inquiſitionis Congregatione, quod retuli *tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 39. vbi graues pœnæ contra tranſgreſſores deſignantur. Quod etiam confirmatum eſt ab eodem SS. Breui dato die 5. Iulij 1634. quod habetur cum alijs nouiſſimis Decretis ad Canonizationem, &

Bea-

Beatificationem Sanctorum ſpectantibus Romæ editum ann. 1642. Imagines autem prædictorum non habentes tales laureolas, aut ſigna Sanctitatis, licet poni poſſint in Eccleſijs, Templis, aut Oratorijs pro ipſorum ornatu, & ſeparatæ ab Imaginibus Sanctorum, ſicut poni poſſunt Imagines Imperatorum, Regum, Patronorum &c. (Bellarminus, Sanchez, Layman, Portellus *ſupr.* ac Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minim. in Conſtit.* 3. *Leonis* 10. *num.* 4.) non tamen in Altari aliquo publico, vel priuato. Ita enim habetur in prædictis Decretis de anno 1642. editis. Quamuis autem Sanchez *ſupr. num.* 7. & Peirinis *ſupr.* limitare id videantur, vt ſolum id ſit verum quando tales Imagines ſolæ ponuntur in Altaribus, Decreta tamen vniuerſaliter loquuntur. Probabilior apparet limitatio alia, quam conformiter ad doctrinam eiuſdem Sanchez affert Fagundez *ſupr. cap.* 4. *num.* 15. vt ſolùm id ſit verum quando prædictæ Imagines ponerentur in Altari ipſo, non quando adlatus ad ornatum ipſius. Illud certiùs, prædictas Imagines nullatenus cum lampade aliqua haberi poſſe. Prout ex Decretis relatis eo *num.* 39. colligitur, & ex Philiarco *de Offic. Sacerdot. to.* 1. *p.* 2. *l.* 3. *ca.* 9. tenent Sanchez, & Layman *ſupr.* & fauet Fagundez etiam *ſupr. n.* 16. Quale autem ſanctitatis argumentum ſumatur ex Imaginibus habet Scachus *ſupr. ſect.* 9. *cap.* 6.

8 Conſtat etiam ex dictis *num.* 39. relato, propter Decreta ibi adducta, non licere imprimere libros continentes horum, qui cum ſanctitatis fama deceſſerunt, geſta, miracula, reuelationes &c. ſine approbatione Ordinarij, & reſponſione circa id negotium Sedis Apoſtolicæ. Vnde prædicta neque per modum hiſtoriæ referri licere, tenere videtur Peirinis *tertio to. priuileg. Minim. cap.* 4. *nu.* 1. ex Caſtellino. Illud etiam omnino obſeruandum, quòd circa prædicta præcipitur in nouiſſimis Decretis anni 1642. videlicet. *Reſponſum, quod à Sede Apoſtolica in vim prædictorum Decretorum expectare debent Ordinarij locorum, vt imprimi poſſint libri continentes geſta, miracula, ſeu reuelationes eorum, qui cum prædicta fama ſanctitatis, ſeu Martyrij deceſſerunt, non detur niſi cum infraſcriptis proteſtationibus in dictis libris, & hiſtorijs inſerendis. Declarando etiam expreſsè, quòd tales libri, ſeu hiſtoriæ, licet ab Ordinarijs reuiſæ, & poſt Sedis Apoſtolicæ reſponſum approbatæ, non faciant maiorem gradum probationis in ordine ad Canonizationem, ſeu Beatificationem, quam quæ aliàs abſque tali approbatione de iure fecisſent, non obſtante quocunque longiſſimi temporis curſu.* Proteſtationes verò ſunt iſtæ.

Pro-

Protestatio Auctoris in principio libri imprimenda.

9 *Cum Sanctiss. D.N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in Sac. Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, seu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcunque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus sine ea impressa sunt nullo modo vult conferi approbata. Idem autem Sanctissimus die 5. Iunij 1631. ita explicuerit, vt nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati absolutè, & quæ cadunt super personam, bene tamen ea quæ cadunt supra mores, & opinionem, cum protestatione in principio, quòd ijs nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Auctorem. Huic Decreto, eiusque confirmationi, & declarationi obseruantia, & reuerentia, quæ par est, insistendo, profiteor me haud alio sensu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab vllo velle, quam quo ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Cathalogo ascriptis.*

Sequens verò in fine libri.

10 *Lector aduerte in Elogijs virorum Illustrium, quos hoc libro complexus sum, nonnulla me obiter attingere, quæ sanctitatem ipsis videantur adscribere: perstringo nonnunquam aliqua ab ijs gesta, quæ cum vires humanas superent miracula videri possunt, præsagia futurorum, arcanorum manifestationes, reuelationes, illustrationes, & si quæ sunt alia huiusmodi; beneficia item in miseros mortales eorum intercessione diuinitus. Demum nonnullis Sanctimoniæ, vel Martyrij videor appellationem tribuere. Verùm hæc omnia ita meis lectoribus propono, vt nollim ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata, sed tanquam, quæ à sola suorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter quam humanam historiam. Proinde Apostolicum S. Congregationis S. R. & vniuersalis Inquisitionis Decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum,*

Digitized by Google

tum, integrè, atque inuiolatè, iuxta declarationem eiusdem Decreti à SS. D. N. Vrbano Papa 8. anno 1631. factam, seruari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam, & opinionem Sanctitatis, aut Martyrij inducere, seu augere, nec quicquam eius existimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinqui, quàm seclusa hac mea lucubratione obtinerent, non obstante quocunque longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor, quam decet eum, qui Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptione, & actione dirigi. Ego N. N.

11 Circa prædictas autem protestationes nota primò, quòd illæ per se solæ non sufficiunt ad hoc quòd reuelationes, miracula, gesta &c. præfatorum hominum, qui cum opinione Sanctitatis decesserunt, imprimi possint, nisi accedentibus etiam Ordinarij approbatione, & responso Sedis Apostolicæ, prout colligitur ex verbis relatis. Nota secundò, quòd in præfatis libris non potest tribui nomen Sancti, aut Beati illis, qui cum opinione sanctitatis decesserunt. Tum quia est contra stylum Curiæ, qui solùm ipsis tribuit nomen Serui Dei, Ancillæ Dei &c. Tum quia, vt sæpe expertus sum in Sacra Congregatione Indicis, quando de correctione librorum agitur, similes tituli non permittuntur.

12 Ad prædictorum etiam sepulchra appendi, aut affigi non posse tabellas, imagines, aut lampades sine recognitione Ordinarij, ac approbatione Sedis Apostolicæ, constat ex Decretis relatis *eo num. 39. cap. 12. primi tomi Summæ*, & ex eo quòd id pertinere videatur ad publicum cultum. D. Contelorus *in Addit. ad Iacob. Castellan. quæst. 9. art. 1. num. 29.* Barbosa *de Offic. & potest. Episcopi Allegat. 97. nu. 14.* Similiter nec occultè licere lampadem ibi accendere, propter eamdem rationem, & declarationem S. Congregationis, tenent Castellinus *de Canonizat. Sanct. cap. 2. par. 8. §. 3.* & Peirinis *loco relato*. Quamuis autem in prædictis Decretis præcipiatur quòd si prædictæ tabellæ, imagines &c. deferantur, custodiri debere in secreto aliquo seorsim ab Ecclesia loco; nihilominus in nouissimis Decretis de anno 1642. permittuntur custodiri in Sacrario, secretò tamen, & eo modo, quo cultum, & venerationem non præseferant.

13 Plura alia circa modum procedendi in Canonizatione, vel Beatificatione Sanctorum, iuramentum præstandum per DD. Cardinales, formam commissionis, & litteratum remissorialium, seu compulsorialium, & pro Nuncijs, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac

alia

alia concernentia habes in prædictis nouissimis Decretis, quæ omitto, quia parum ad noſtrum intentum. Præſens autem Decretum Sac. Congregationis Rituum à Sanctiſſimo approbatum, & vbique, vt ipſe præcipit, publicandum, quod etiam habetur inter præfata nouiſſima Decreta, quia vtile valde Regularibus eſt, hic apponendum cenſeo. *Cum in tota Eccleſiæ gubernatione nihil maius, nihil ſit auguſtius Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum, vtpote homines iam demortuos, etiam cum fama ſanctitatis, ac miraculorum, declarare pro Sanctis, eoſque vti tales colendos, & venerandos decernere. Sacra Rituum Congregatio, vt res hæc planè ampliſſima, atque grauiſſima ritè, ſanctèque conficiatur, probibet omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quam Regularibus, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Societatis Ieſu, vel aliorum quantumuis ſpeciali nota dignorum, ne audeant ipſi per ſe, aut per alios capere informationes ſuper ſanctitate, aut miraculis alicuius defuncti, neque vllo modo exquirere, aut obtinere ad hunc effectum extraiudiciales teſtificationes, aut ſubſcriptiones ſub pœnis arbitrio S. Congregationis infligendis. Quòd ſi Superiori, Sacriſtæ, ſeu alteri Officiali illius Eccleſiæ, in qua requieſcit corpus ipſius met defuncti, vel alterius etiam Eccleſiæ, fuerint reuelata aliqua miracula, ſeu prophetiæ dona, poſſint ea recipere ſub ſigillo ſecreti ab ipſis tantùm relatoribus, in quorum gratiam contigiſſe narrabitur, teneantur tamen quamprimùm commodè poterunt, eadem deferre, vel obſignata tranſmittere Epiſcopo loci, cum expreſſa declaratione, quòd reuelationes ſic, vt ſupra, receptæ, non faciant aliquem probationis gradum, etiam quiuſuis longiſſimi temporis curſu.*

14 Pertinent etiam ad Sanctorum cultum ea, quæ idem Sanctiſſimus Vrbanus motu proprio circa formam, & habitum Sacrarum Imaginum die 15. Martij currentis anni 1642. his verbis præcipit. *Ne quis cuiuſcunque gradus, qualitatis, Ordinis, ſtatus, vel conditionis, ac dignitatis, & præeminentiæ, etiam Eccleſiaſticæ, etiam indiuidua, ac ſpeciali expreſſione dignæ, exiſtat, Imagines Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apoſtolorum, Euangeliſtarum, aliorumque Sanctorum, & ſanctarum quorumcunque ſculpere, aut pingere, vel ſculpi, aut pingi facere, aut ante hac ſculptas, aut pictas, & aliàs quomodolibet effictas tenere, ſeu publico aſpectui exponere, aut veſtire cum alio habitu, & forma quam in Catholica, & Apoſtolica Eccleſia ab antiquo tempore conſueuit, nec etiam cum habitu peculiari alicuius Ordinis Regularis, tenore præſentium probibemus; ac, vt Imagines aliter pictæ, vel ſculptæ ab Eccleſijs, & alijs locis quibuſlibet amoueantur, & deleantur, vel reducantur, & reformentur ad habitum, & formam in Eccleſia Catholica, & Apoſtolica*

lica ab antiquo tempore conſuetam, vt veneratio, & cultus ſic dictis Imaginibus augeatur, & quæ oculis fidelium ſubijciuntur non inordinata, nec inſolita appareant, ſed deuotionem pariant, & pietatem; & ne exponantur in Eccleſijs quibuſlibet, ac quomodolibet qualificatis, ac earum frontiſpicijs, & atrijs, imagines prophanæ, vel alias indecentiam, & inhoneſtatem præſeferentes; cum domum Dei deceat Sanctitudo, præcipimus. Inſeruis autem omnibus Ordinarijs & Nuncijs, ſeu Legatis, vt prædicta inuiolabiliter obſeruent, præcipit, ac omnibus, & quibuſcunque Regularibus, ſiue ſæcularibus, vt præmiſſa etiam obſeruent, & obſeruari faciant. Statuit etiam, quòd ſi Regulares, ſeu Moniales prædictis parere neglexerint, poſſint, & debeant Epiſcopi, & locorum Ordinarij, Metropolitani, Primates, Patriarchæ, Nuncij, & Legati Apoſtolici de latere miſſi, tanquam in hoc à Sede Apoſtolica ſpecialiter delegati, contra omnes, & ſingulos prædictos, & quoſcunque alios quomodolibet inobedientes, & tranſgreſſores procedere, & quacunque appellatione, recurſu, reclamatione, alijſque Iuris, & facti remedijs ordinarijs penitus, & omnino remotis, ad omnimodam obſeruantiam illos, præuia vnica monitione, cenſuris Eccleſiaſticis, & alijs eorum arbitrio, & præſertim quoad loci Superiores, etiam priuationis Officij, & vocis actiuæ, & paſſiuæ, pœnis, compellere.

15 Alia, quæ ſpectant ad Officium Canonicum Sanctorum dicendum habes *to.* 1. *cap.* 12. & 21. Quid circa ipſarum Reliquias venerandas *ſupr.* verbo ***Reliquiæ Sanctorum.***

SEMINARIVM.

SVMMARIVM.

Seminarium quid ſit. num. 1.
Non inſtituendum ex Collegijs, & Monaſterijs Mendicantium. num. 2.
An ex redditibus Beneficiorum illorum Monaſterijs annexorum. num. 3.
De quadam declaratione Sac. Congregationis. num. 4.
De priuilegio Pij 5. ***num.*** 5.
Quid de Regularibus fruentibus priuilegijs Mendicantium. num. 6.
Quid de Monialibus. num. 7.
Quid de Regularibus non Mendicantibus. num. 8.
Ex quibus bonis contribuendum pro ſeminario. num. 9.

Quid

Quid de Confraternitatibus, Capellis, seu scholis. num.10.
De alijs ad hanc materiam spectantibus. num.11.

1 NOta primò, quòd seminarium est quoddam Collegium pro puerorum educatione, instituendum ab Ecclesijs Cathedralibus, Metropolitanis, atque his maioribus, ex fructibus mensæ Episcopalis, & quarumcunque Dignitatum &c. Abbatiarum, Prioratuum, etiam Regularium, & Beneficiorum quorumcunq; etiam Regularium, ac ex fabricis Ecclesiarum, & Monasteriorum. Ita enim habetur ex Concil. Trident. *sess.23. de Reformat.c.18.* De quo Rodriguez *to.2 quæst. regul.q.66.ar.3.* Zerola *in Praxi Episcopali par.1. verbo Seminarium.* Gonzales *ad Regulam octauam Cancellariæ. glossa 5. §.7. à num.68.* Riccius *in Praxi decis. 489. in prima editione, & resolut.380. in secunda.* Barbosa *de Offic.& potest. Episcopi Allegat.77.à nu.1.*

2 Nota tamen secundò, quòd licet eo loco Concilium etiam asserat seminarium instituì debere ex quibuscunque quoque Ecclesiasticis redditibus, seu prouentibus Collegiorum, seu Monasteriorum, quia tamen ibi addit *Non tamen Mendicantium*, ideo Collegia, & Monasteria Mendicantium ab hoc onere exempta sunt. Barbosa *supra n.14.* Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Seminarium n.2.* Qui autem sint Mendicantes dixi *to.2. cap.1. nu.1.*

3 Mendicantes autem ex redditibus Beneficiorum illorum Monasterijs annexorum seminario contribuere debere, nec obesse, quòd prætendant se exemptos, quia videlicet in illis lectiones Grammaticæ, & conscientiæ casuum pro audiendis confessionibus quotidiè habeantur; quia non sunt ob id exempta, sed tantùm eius impensæ habendam esse rationem, quæ ante Concilium fieri solebat pro salarijs horum lectorum, & ea tanquam æs alienum detrahenda: teneri tamen ex reliquo ad contributionem seminarij, declaratum esse à S. Congregatione referunt Sellius *in Select.canon. cap.10. nu.19.* Barbosa *in declarationibus Concilij Tridentini super cap.18. sess.23. §. fratres Mendicantes, & in Collectan. Bullar. verbo Mendicantes Religiosi*, ac Nouarius *supr. num.2.* Quia tamen hæc declaratio non benè refertur ab ijs Auctoribus, ea enim, vt habetur in Collectione manu scripta harum declarationum, quæ extat in nostra Bibliotheca Monasterij S. Mariæ Transpontinæ de Vrbe, solùm loquitur de Regularibus non Mendicantibus, ideo ex ea nihil colligi potest ad intentum.

4 Quia etiam idem Barbosa loco relato *ex declarationibus super Concilium* §. *Congregatio censuit*, & Petrus de Marzilla *in Decretis, & de-*

declarationibus Concilij Trident. Venetijs anno 1620. impreſſis, & Collectio declarationum, quæ in dicta Tranſpontina Bibliotheca reſeruatur habent, S. Congregationem hæc declaraſſe: *Portionem ... quam ſeminario legitimè contribuere tenebatur id Beneficium, quod vnitum poſtea fuit Monaſterijs, vel Mendicantium, vel eorum qui ijſdem ac Mendicantes gaudent priuilegijs non poſſe amplius exigi, propterea quòd Beneficij ſtatus mutatus ſit adeptione eorũ, quos ex Pij. 5. Sanctæ mem. priuilegio ab huiuſmodi onere ſeminarij exemptos eſſe perſpicuum eſt*. Ideo dicendum, Mendicantes Regulares à contributione ſeminarij exemptos eſſe.

5 Quod ita eſſe non ſolùm colligitur ex prædicta declaratione, ſed etiam ex Pij 5. priuilegio in eadem declaratione relato. Etenim in Bulla *Etſi Mendicantium*, quæ habetur *in 2.to. Bullarij* inter Bullas huius Pontificis *num.* 41. & de qua latè dixi *to.* 2. *cap.* 1. *à nu.* 12. inter alia priuilegia Mendicantibus conceſſa, de ipſis dicit: *Illos, illorumque loca, etiam ſi curam animarum habeant, ac quæcunque Beneficia illis vnita ad contributionem pro ſeminario minimè teneri*. Quod etiam habet idem Pontifex in alia Conſtitutione *Ad hoc nos*, quam ad intentum hoc refert Peirinis *to.* 2. *priuileg. Minimorum in Conſtitutione* 7. *Pij* 5. *n.* 16. Nec obſtat ſi dicatur prædictas Conſtitutiones Pij 5. reuocatas eſſe à Gregorio 13. in Conſtitutione *In tanta*. Quia, iuxta dicta eo *cap.* 1. *num.* 16. ex Rodriguez, Miranda, Sorbo, Molfeſſio, & Peirinis, ſolùm prædictæ Conſtitutiones cenſentur reuocatæ à Gregorio quatenus per ipſas conceditur aliquid contrarium ipſis Decretis Concilij Trident. non tamen quatenus conceditur aliquid non contrarium ipſis Decretis, nec etiam quantùm ad ea, quæ Pius in dictis Conſtitutionibus dixit non aliquid de nouo concedendo, ſed Concilium Tridentinum explicando, quale eſt iſtud priuilegium de exẽptione Mendicantium à contributione ſeminarij.

6 Idem quoque dicendum de Regularibus fruentibus priuilegijs Mendicantium conſtat ex declaratione relata, & ex Conſtitutionibus Pij 5. Vnde declaratio S. Congregationis, quam refert Sellius *ſupr. nu.* 18. & Barboſa *verbo Mendicantes, & verbo Seminario contribuere qui teneantur*, vbi dixit, ſub die 21. Iulij 1629. declaraſſe S. Congregationem, portionem debitam ſeminario ratione Beneficiorum exigi poſſe poſt vnionem eiuſdẽ Beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium priuilegijs gaudent, fideliter non refertur, vt video in declaratione authentica eodem die facta ab eadem Sacra Congregatione, & ſubſcripta per Eminentiſs. Cardinalem de Torres, & per Illuſtriſs. D. Paulucium S. Congregationis Secretarium. In ea namque, ad Inſtantiam Patrum Presbyterorum Sanctæ Mariæ in Cam-

Campitello, respondit, seruandam esse in hoc declarationem iussu felicis recordationis Gregorij 13. editam. Hæc autem declaratio Gregorij 13. iussu edita est ea, quã pro parte nostra adduximus *supr. n.* 4. & in qua dicit non posse exigi à Mendicantibus, vel ijs qui gaudent ipsorum priuilegijs portionem pro seminario ratione Beneficij illi, vniti, propterea quòd status Beneficij mutatus sit, & ipsi exempti sint ex Pij 5. priuilegio.

7 Idem quoque videtur dicendum de Monialibus Mendicantium, & eorum, qui gaudent ipsarum priuilegijs, propterea quòd Pius 5. in dictis Constitutionibus eas eximit ab hoc onere soluendi pro seminario, etiam pro Beneficijs eisdem vnitis. Vnde quod decisum referunt de Monialibus in contrarium Sellius *supr. n.* 19. & Nouarius *supr. nu.* 6. intelligi debet de Monialibus non Mendicantium, nec gaudentium priuilegijs ipsorum.

8 Reliqui autem Regulares, siue Monachi non Mendicantes, nec potientes Mendicantium priuilegijs omnino soluere tenentur pro seminario, quia non eximuntur à Concilio, & declaratum est à S. Congregatione, testibus Zerola *supr.* & Barbosa *supr. verbo Seminario contribuere qui teneantur*, quòd à contributione seminarij nullus sit exemptus, nisi qui nominatim à Concilio excipiuntur. Id etiam supponunt aliæ declarationes, quas referunt Zerola *supr.* Barbosa etiam *supr.* & loco relato *super Concilium*, ac Nouarius *supr. num.* 9. & 10. Excipiuntur tamen fratres Sancti Ioannis Ierosolymitani, tum ex vigore Concilij, in quo expressè nominantur, tum ex Bulla Gregorij 13. *Quo magis.* Gonzales *supr. Glossa* 8. *n.* 53. Sellius *supr. n.* 20. Barbosa *locis relatis*, & Nouarius *supr. nu.* 7. & 8.

9 Nota tamen Regulares obligatos ad contribuendum pro seminario non teneri id facere ex emolumentis, prouentibus, & legatis ipsis relictis pro celebratione Missarum, prout ex declaratione Sac. Congregationis refert decisum Barbosa *dicto verbo Seminario qui contribuere &c.* Neque ex ijs, quæ in incerto, & in eleemosynis piorum, & similibus consistunt. Ex declaratione etiam Sac. Congregationis, quam referunt Piasecus *in Praxi Episcop. par.* 2. *cap.* 2. *num* 5. & Barbosa *supra*.

10 Confraternitates autem, Capellæ, seu scholæ habentes reddituꝰ Ecclesiasticos, etiam si intra Ecclesias Regularium existant, tenentur contribuere pro seminario. Ita declarante S. Congregatione apud Zerolam *supr.* & Barbosam *locis relatis*.

11 Alia, quæ ad hanc materiam spectant omitto, quia parum necessaria pro Regularibus. De illis tamen Authores relati.

SEN-

Digitized by Google

SENTENTIA IVDICIALIS.

SVMMARIVM.

De ipſa remiſſiuè. num. 1.
An debeat dari in ſcriptis. num. 2.
An abſolutus per ſententiam iterum conueniri poſsit. num. 3.
In ſententia an cauſa ipſius exprimenda. num. 4.
An Prælati Regulares ſententiam proferre poſsint extra propria territoria. num. 5.
Praxis Regularium circa ſententias cenſurarum ferendas. num. 6.

1 DE ſententia Iudiciali, prout ſpecialiter ad Iudicia Regularium ſpectat, plura dixi non ſolùm *to.* 1. *cap.* 27. *n.* 13. 15. 16. & 18. ſed etiam *to.* 3. verbo *Iudex*, & *Iudicium Regular. num.* 10. Alia etiam *ſupra* verbo *Recuſatio*, & verbo *Reus Regularis*. Nihilominus alia in præſenti addenda ſunt inter ipſos Regulares magis practicabilia.

2 Primò, ea, quæ dixi *dicto cap.* 27. *num.* 18. ex Alderete *lib.* 1. *de Diſciplina religioſa cap.* 18. *n.* 5. Scilicet, Superiorem poſſe ſententiam ferre, vel in ſcriptis, vel viua voce, ita eſt intelligendum, quòd ſcilicet, in rebus grauis momenti ſententia ſemper debeat in ſcriptis ferri, aliàs nulla erit. *cap. etſi ſententia de ſent. & re iudic.* Scaccia *de ſentent. cap* 1. *gloſſ.* 12. & *ſequentibus*. Peirinis *in Formulario littera S. cap.* 3. *num.* 4. In rebus autem minoris momenti, & quando cauſæ ſunt breues, & perſonarum exiguæ exſtimationis, poteſt ſententia ferri ſolum viua voce. *C. de ſent. experi. re. aut.* Angelus *in Summa verbo Sententia num* 5. Siluester *quæſt.* 4. *dicto.* 4. Sanchez *l.* 6. *Conſiliorum moralium cap.* 3. *dub.* 9. *num* 4. Ideni dico quotieſcunque, Iudex procedit de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij. Siluester, & Sanchez *ſupr.* Addit Angelus *ſupr.* ex dicto *cap. etſi ſententia*, quòd ipſe qui dat ſententiam debet legere, ſeu recitare illam, quando videlicet intimatur reo. Sed quòd hæc cæremonia in deſuetudinem abierit, tenet Alderete *ſupr.* ex Maranta, & Claro.

3 Secundò, circa illam quæſtionem, an ſcilicet reus abſolutus per ſententiam poſſit iterum conueniri, ſeu contra illum pro illo delicto procedi. Nota, quòd tripliciter reus Regularis abſolui poteſt per ſententiam definitiuam, ſiue fuerit acculatus, denunciatus, vel inquiſitus. Primò, quia eſt repertus innocens ab ipſo Iudice, qui certò co-

Digitized by Google

gnouit eius innocentiam per semetipsum absque facto prætensi rei, ex eo quòd nulla aderant indicia, quibus posset citari, vocari, vel examinari. Secundò, quia reus prætensus suam innocentiam manifestè probauit. Tertiò, quia dictam innocentiam probauit purgando indicia, sed non clarè, aut manifestè. Quando ergo quis est absolutus ex causa innocentiæ primo, vel secundo modo, non potest contra eum amplius procedi pro illo delicto; neque ex officio, neque ad instantiam partis, neque per viam accusationis, neque per viam denunciationis, quibuscunque superuenientibus indicijs. *cap. de his de accus. & in l. si cui* §. *ijsdem ff. de accusat.* Alderete *supr. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. Spartharius *de modo corrigendi Regulares. Tract.* 10. *cap.* 11. Peirinis *supr. cap.* 1. *num.* 2. post alios. Et ratio est, quia illa absolutio transit in iudicatum, & de re iam iudicata amplius iudicari non potest. *l. res iudicata ff. de reg. iur. Clem.* 1. *de except.* Contra absolutum autem tertio modo, licet in rigore iuris possit iterum procedi, si nouæ probationes superueniant, prout communis opinio Doctorum tenet. Inter Regulares tamen, inter quos, quantùm fieri potest, à litibus abstinendum est, semel absolutus, etiam cum clausula *rebus sic stantibus*, non debet iterum accusari, aut contra illum procedi, etiam superuenientibus magnis indicijs, ad truncandas diffidiorum, & malignitatum occasiones. Spartharius *supr. num.* 4. *& cap.* 13. *num.* 6. Peirinis *supr. num.* 3.

4 Nota tertiò, necessarium nõ esse quòd in ferenda sententia Superior causam exprimat, propter quam eo modo iudicet. *cap. sicut de sentent. & re iudic.* Thomas de Iesu *de Visitat. Regular. tract.* 3. *cap.* 15. Alderete *supr. l.* 1. *cap.* 18. *num.* 6. Imò consultius existimatur à doctis, non expedire, quòd eam declaret, ne fortè ineptam, vel iniustam exprimat. Alderete *supr.* Expedit tamen, vt in ea dicat Iudex in genere, iustis de causis animum suum mouentibus talem sententiam proferre. Peirinis *supr. cap.* 3. *num.* 1. ex Farinacio, Claro, Miranda, & Alderete.

5 Nota quartò, quòd licet, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 4. *num.* 37. Prælati Regulares procedere possint contra subditos quamuis existant extra eorum Monasteria, seu Prouincias, quia Prælati Religiosorum non habent territoria diuisa, sicuti Episcopi, sed eorum iurisdictio est in ordine ad personas subditas secundùm se, & vbicunque fuerint. Nihilominus ad proferendum sententias contra illos in foro contentioso requiritur quòd existant Prælati in proprio Monasterio, vel Prouincia. Nam quoad contentiosam iurisdictionem non potest quis ponere sedem in alieno territorio. *cap. cum Episcopus de Officio Ordinarij in* 6. Angelus *supra num.* 6. Silu. *supr. quæst.* 7. ex Car-

dina-

Digitized by Google

dinali. Quoad voluntariam autem iurisdictionem, & in casu quo Prælatus non procedit seruata forma Iudicij, potest sententiam ferre contra subditos, etiam si in proprio territorio non sit. Angelus, & Silu. *supr.* Imò etiam quoad contentiosam iurisdictionem, & seruata forma Iudicij Prælatus existens in Prouincia, vel Monasterio suo potest sententiam ferre contra subditum absentem, seruatis tamen citatione, & alijs seruandis. Ratio est, quia, vt dicit Pan. *in cap. cum contingat de foro compet.* Monachus vbicunque est, semper est de iurisdictione Abbatis, quem vice Dei super caput suum imposuit 19. q. 3. *ca. statuimus, & cap. si Religiosus de elect. in 6.* Et quia fictione Iuris semper est in Claustro, vt notant Innoc. & Abb. antiquus *in cap. cum illorum de sent. excomm.* & Archi *in cap. vt periculosa ne Cler. vel Mon. in 6.* Angelus *supra*.

6 Maximè quintò, circa praxim Religiosorum, & quoad sententias censuratum v. g. excommunicationis, aliqua notanda sunt. Primò, quòd nulliter excommunicatus, suspensus &c. non tenetur abstinere à communione fidelium, & alijs prohibitis. Etenim censura nulliter data nullum habet effectum. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *nu.* 3. Diana *par.* 5. *tract.* 9. *resolut* 26. ex Mexia, Gutierrez, Turriano, & alijs. Idem dico de sententia iniusta ob defectum aliquem substantialem, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Iudex. & Iudicium Regularium n.* 10. De quo etiam Diana *supr. resolut.* 27. ex Hurtado, Suarez, & alijs. Idem etiam dicendum quando sententia lata est ex causa apparente vera secundùm allegata, & probata; sed in re falsa. Thesaurus *in Praxi par.* 1. *cap.* 22. § *quinta differentia*, ex Nauarro, Sayro, Suarez, & Sanchez. Quid verò dicendum in casu quo aliquis probabiliter iudicet sententiam contra illum latam esse inualidam, habes ex dictis *to.* 1. *c.* 4. *n.* 26. quod etiam tenent Vasquez *de Excommunic. dub.* 11. *n.* 23. & Diana *supra resol.* 29. ex alijs. Quid autem in casu quo quis dubitet an talis sententia fuerit valida dixi, *to.* 3. verbo *Dubia Regularium n.* 7. De quibus nouissimè Eminentiss. Card. Lugo *de Contract. disp.* 37. *sect.* 15. *à num.* 185. Nota tamen, quòd in his, & similibus casibus ligatus tali sententia tenetur pro foro externo obseruare illam, vel petere absolutionem, seu dispensationem ratione scandali vitandi, prout communiter docent Authores relati. Quod autem (magis ad praxim Regularium) declaratus per *cedulones*, vt dicitur, incurrisse in excommunicationem, si intra terminum legitimum appellauit, possit communicare cum alijs, constat ex dictis eodem *to.* 3. verbo *Appellare, & Appellatio nu.* 11. De quo etiam idem Diana *supra resolut.* 30.

SEPVLTVRA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

Sepultura ſimpliciter ſumpta. num. 1.
*De ſepultura pro iure ſepeliendi. num.*2.
De ſepultura pro loco in quo quis ſepelitur. num. 3.
*Sepultura apud Mendicantes libera. num.*4.
*Non poſſunt Parrochi maiorem eleemoſynam petere pro illis, qui apud Regulares ſepeliuntur. num.*5.
Statutum Bonifacij 8. *pro libertate ſepulturæ. num.*6.
Notanda circa illud. num. 7.
*Quid pro praxi Regularium. num.*8.
Eccleſia, in qua quis de iure ſepeliri debet, quæ ſit. num. 9.
Alia pro libertate ſepulturæ. num. 10.
Electio ſepulturæ quomodo probetur. num. 11.
Priuilegium Clementis 4. *pro libertate ſepulturæ. num.*12.
*Sepultura non impedienda, aut retardanda. num.*13.
*An ſeputura ſit materia ſimoniæ. num.*14.
*Quid de Capellis pro vſu ſepulturæ concedi ſolitis. num.*15.
An arma, ſeu inſignia fundatorum inde tolli poſſint. Ibidem.
An alij ibi ſepeliri. Ibidem.
*De Religioſorum ſepultura. num.*16.
*De ijs qui habitu Religionum induti ſepeliri volunt. num.*17.
*Quomodo defuncti deferendi ad Eccleſias Regularium. num.*18.
De conceſsione Leonis 10. *&* *Adriani* 6. *num.* 19.
*De modo ſepulturæ. num.*20.
*Defuncti an poſsint exhumari, aut transferri. num.*21.
*De ſepulchrorum violatoribus. num.*22.
Quibus negetur ſepultura. num. 23.
*Pœnæ ſepelientium illos. num.*24.
Quando prædictis negetur ſepultura. num. 25.
*Quid de Religioſis proprietarijs. num.*26.
*Quid de ſepultura damnatorum ad mortem. num.*27.

1 TRipliciter ſumitur ſepultura. Primò, pro iure ſepeliendi, ſiue ſepulchri. Secundò, pro ipſo officio, quod impenditur corporibus funerandis. Tertiò, pro loco, in quo aliquis eſt ſepultus, vel ſepeliendus, ſiue ſit terra, ſiue ar-

ca

calapidea, siue aliud. Angelus, Siluester, & alij Summistæ *verbo Sepultura*.

2 Et primò, loquendo de sepultura primo modo, dicendum, quòd ius sepeliendi mortuos, licet de iure ciuili competat omnibus, quibus inest ius illos inferendi. *ff. de mort. infer. per totum*. iure tamen Canonico hoc nō competit nisi Ecclesijs Parrochialibus, vel habentibus populum, vel quibus ex priuilegio est concessum. Angelus *supr. num.* 3. Siluestr. *supr. quæst.* 3. Quia ergo Innocentius Quartus, Clem. 4. Martinus 4. Bonifacius 8. & 9. Sixtus 4. Leo. 10. & alij Summi Pontifices, prout videre licet in Casarub. *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Sepelitio, & Sepultura*, & in Compendijs particularium Religionum, ius sepeliendi mortuos Regularibus concesserunt, vel approbarunt, ideo illis licitum est in proprijs Ecclesijs mortuos sepelire. Quomodo autem se debeant gerere Regulares circa cadauera sæcularium in Ecclesijs suis sepelienda, vel ea associanda, habes ex dictis *to.* 3. verb. *Defunctus*, vbi etiam de Officio impendendo pro dictis defunctis, quod est sepultura secundo modo.

3 Loquendo autem de sepultura tertio modo, scilicet de loco, in quo mortui sepeliuntur, ille debet esse Ecclesia, vel circa Ecclesiam positus. Angelus *supr. num.* 2. Siluest. *supr. q.* 1. Vnde quoad Regulares spectat, Claustrum, Sacristia, & Capitulum ipsorum potest esse locus sepulturæ etiam pro sæcularibus. Pasqualigus *in Decis. mor. decis.* 381. Non tamen est necessarium, quòd sit consecratus, sed sufficit quòd sit benedictus. Siluest. *ibid.* contra Angelum, & Innocentium. Hic porrò locus sepulturæ deputatus religiosus est, etiam si nullus sit ibi sepultus. *ca. quæsta est. & ca. postquam, & ca. præcipiendum.* 13. *q.* 2. Si verò non est sic deputatus, secundum Canones non est religiosus, etiam si sit ibi aliquis sepultus. Innocent. *in cap. Abolend. de sepult.* Siluest. *supr. in princip.* Licet olim de iure ciuili per solam illationem mortui locus efficeretur religiosus. *l. in tantum in fine ff. de rerum diuis.* Rodriguez *to.* 3. *quæst. Regular. q.* 58. *art.* 3. Genuensis *in Praxi Archiepiscop. Neapolit. cap.* 33. *n.* 21. Thesaur. *in Praxi p.* 2. *verbo Sepulchr. cap.* 1.

4 Porrò sepulturam in Ecclesijs Mendicantium liberam esse debere, constat ex dictis *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 31. ex priuilegijs Summorum Pontificum, præsertim Sixti 4. & Pij 5. Quibus adde Innocentium 4. Clementem 4. Bonifacium Octauum, & Clem. 5. apud Casarub. *in Compend. priuileg. Mendic. verbo Sepelitio, & Sepultura num.* 1. 3. & 8. & Benedictum 11. pro Seruitis *in Annalib. huius Ordinis l.* 6. *cap.* 3. De quo etiam loco relato ex 3. *to. nu.* 1. Hæc autem libertas sepulturæ, iuxta antiquorum Pontificum, præsertim Sixti 4. in Mari ma-

gno pro Carmelitis, in hoc cõsistebat, vt Fratres ipsi, nullius super hoc petita licentia, Parrochias, in quibus corpora prædicta forent, cum Cruce processionaliter ingredi, & corpora ipsa leuare, & ad eorum Ecclesias sepelienda deferre, possent, vbi hoc fieri consuetum esset, vel Presbyteri de leuatione requisiti id facere recusarent. Cæterum Leo 10. in Bulla *Dum intra* in Concilio Lateranensi edita hæc sic moderatus est. *Parrochias autem cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias domorum, & locorum eorumdem suam elegerint sepulturam, intrare non possint, nisi prius prænonito, & requisito, ac recusante Parrochiano Presbytero, & tunc sine eius, ac Ordinarij præiudicio. Nisi eisdem fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione suffragetur.* Cui decreto Concilij consonat aliud S. Congregationis Regularium relatum eo *num.* 31. vbi etiam alia declaratio ad intentum. Consonant etiam aliæ declarationes S. Congregationis, quas refert Barbosa non solùm *in Collectan. Bullarij verbo Sepultura*, sed etiam *de Iure Ecclesiastico l. 2. cap.* 10. *num.* 22. & 23. Illud ergo certum est libertatem sepulturæ in Ecclesijs Regularium in eo saltem consistere, vt ipsius electio in dictis Ecclesijs à Parrochis impediri non possit. Riccius *in Praxi par. 4. resol.* 293. Hieronymus Rodriguez *in Compend. Quæst. Regular. resolut.* 128. Barbosa *supr. num.* 21. Imò etiam declaratum video à Sac. Congreg. Regularium, licere parentibus in quacumque Ecclesia voluerint etiam Regularium eorum filijs minoribus, qui ad annos puberratis non dum venerunt eligere sepulturam, nec à Parochis locorum impediri posse, aut debere, præsertim verò, si in dictis Regularium Ecclesijs sepeliri consueuerint, vel in eis habeant sepulchrum maiorum. Peirinis *in Additament. decret.* 17.

5 Pertinet etiam ad libertatem sepulturæ in Ecclesijs Regularium, quòd Parrochi non possunt maiorem eleemosynam petere pro illis, qui apud Regulares sepeliuntur, quàm pro illis, qui in Parrochijs. Hoc enim esset quædam virtualis coactio ad eligendũ sepulturam in Parrochijs, quæ est omnino prohibita, vt infra dicetur. Vnde Clem. 8. in Bulla *Expositum* apud Rodriguez *in Bullario in Clem. 8. Bulla* 2. præcipit sub excommunicationis latæ sententiæ pœna Papæ reseruata, ne Parochi Indiarũ Occidentalium maiorem eleemosynã exigant ab ijs, qui sepeliuntur in Ecclesijs Minorum, quam ab ijs, qui in Parrochijs. Quam concessionẽ putat Portellus *in Dub. Reg. verb. Sepultura in addit. n.* 2. communicari omnibus Conuentibus Ordinis. Ex quo etiam dici potest communicari etiam omnibus Religionibus habentibus communicationem priuilegiorum cum Minoribus. Similiter SS. D. N. Vrbanus litteris datis in forma Breuis 11. Martij 1638. apud

Pei-

Peirinis *in additamentis Constitut.* 20. Ordinarijs locorum commisit, vt prouiderent, & decernerent, *ne Parochi plus percipere possint in sepulturis, quæ fiunt in Ecclesijs Regularium, quàm in eis, quæ fiunt in proprijs, seu aliorum Clericorum.*

6 Pertinet quoque ad libertatem sepulturæ id, quod *cap.* 1. *de sepultur. in 6.* à Bonifacio 8. his verbis statuitur. *Vniuersis Religiosis, & sæcularibus Clericis cuiuscunque status, vel conditionis existant, in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ, districtissimè prohibemus, ne aliquis ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu aliàs promittendum inducant, vt apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, vel iam electam vlteriùs non immutent. Nos enim si secus actum fuerit, electionem talem decernimus nullius penitus existere firmitatis. Statuentes, vt hi, qui sic elegerint, nec apud sic electas Ecclesias vllatenus sepeliri, nec alibi, ne contra votum, iuramentum, aut promissum huiusmodi à se factum materiam habeant vmiendi, possint eligere sepulturam. Sed contradictione quacunque cessante, sepeliantur omnino apud illas Ecclesias, apud quas sepeliendi de iure fuissent, si aliàs, sepultura non electa, forsitan decessissent. Si verò ijdem Religiosi, vel Clerici, prædictos in suis Ecclesijs, vel Cœmeterijs, præsumpserint sepelire, ad restitutionem tam sepultorum corporum, si petantur, quàm etiam omnium, quæ occasione sepulturæ illorum peruenerint quomodolibet ad eosdem, intra decendium integraliter faciendam, ipsos obligatos esse censemus. Quam nisi fecerint Ecclesiæ ipsæ, apud quas sepulti fuerint, nec non, & Cœmeteria eadem, ex tunc eo ipso sint, & tandiu maneant Ecclesiastico supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plena omnium prædictorum.*

7 Circa quam Constitutionem nota primò, eam confirmatam fuisse in Clement. *Cupientes de pœnis*, & additam esse contra temerarios violatores ipsius sententiam excommunicationis Papæ reseruatam. De qua dixi *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 25. Rodriguez *to.* 3. *quæst. Regul. q.* 58. *art.* 7. Suarez *to.* 5. *in* 3. *disp.* 22. *sect.* 4. *num.* 25. Bonacina *de Censuris extra Bullam disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 4. Barbosa *supr. num.* 25. & Pasqualigus *decis.* 373. Nota secundò, quòd, iuxta ibidem dicta, simpliciter ad prædicta inducentes non incurrunt prædictas pœnas, quia Constitutio solùm loquitur de inducentibus ad *vouendum, iurandum*, seu *promittendum* &c. Suarez *supr.* Rodriguez *in* 4. *to. Summæ cap.* 103. *concluf.* 10. Portellus *sup. dicto verbo Sepultura n.* 3. & Pasqualigus *supr.* Nec qui inducunt ad eligendam sepulturam in testamento, seu codicillo, quia hoc non est votum, aut iuramentum. Thesaur. *in Praxi par.* 2. *verb. Sepultura cap.* 3. ex alijs. Idem dicit Pasqualigus *supra* de inducentibus ad electionem sepulturæ cum

obligatione non irreuocabili. Nec qui inducunt, etiam medio voto, aut iuramento, ad eligendum ſepulturam in Eccleſijs alienis, quia Pōtifex ſolùm loquitur de proprijs. Rodriguez *ſupr. con. 6.* Portellus *n.* 5. Bonacina *ſupr.* Paſqualigus *ſupr.* Incurrunt autem illas inducentes prædicto modo, etiam non ſecuto effectu ſepulturæ, ſecuto tamen voto, iuramento, vel promiſſione. Rodriguez *dicto ar.* 7. Portellus *ſup. n.* 4. Barboſa *ſupr. n.* 26. Theſaur. *ſupr.* Alia verò circa hanc Conſtitutionem apud relatos Authores, & Filiucium *Tract.* 15. *cap.* 7. *q.* 3. Maximè verò præfatum Paſqualigum *Deciſ.* 374. 375. *& ſequentib.*

8 Præcipuè tamen nota pro praxi Regularium, quòd ſi vnus Religioſus nomine ſuo inducat aliquem dicto modo ad eligendum ſepulturam in ſua Eccleſia, quamuis ipſe peccauerit, tamen non propterea alij Religioſi, aut totus Conuentus incidet in prædictas pœnas, niſi ipſe ſit Prælatus, aut alius nomine Communitatis, quia ſolùm iſti poſſunt alijs, aut Communitati præiudicare. Rodriguez *dicto art.* 7. Portellus *ſupr. nu.* 4. Licet oppoſitum tueatur Paſqualigus *ſupr. deciſ.* 380. Vide Angelum *ſupr. n.* 33. & Silueſtrum *ſupr. q.* 11. Alia apud prædictum Rodriguez *ibid.*

9 Nota etiam, Eccleſiam, in qua de iure quis ſepeliri debet, & de qua fit mentio in dicto *cap.* 1. *de ſepultur.* eſſe illam, apud quam ſunt maiorum ſuorum ſepulchra. *ca. Hebron. ca. placuit* 13. *q.* 2. *cap fraternitatem de ſepult. cap. ÿ qui eodem tit. in* 6. Gloſſa *in dicto cap.* 1. *ver. apud quas.* Vgolinus *de Officio, & poteſtate Epiſcopi cap.* 17. *n.* 3. *in fine.* Barboſa *ſupr. num.* 31. Et habetur ex declaratione S. Congregat. quam refert idem Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Sepulcura.* Qui verò ſint iſti maiores, aut quid ſi contingat illos in diuerſis locis ſepultos eſſe, agunt Lauorius *in varijs lucubrat. tit.* 2. *ca.* 11. Villalobos *in Summ. to.* 2. *tract.* 31. *diff.* 2. & ex illis Diana 5. *p. Tract.* 3. *reſolut.* 108. Quòd ſi nullam ſepulturam maiores ſui habebant, ſepultura, quæ illi competit, eſt in Parrochia. *cap. ex parte. cap. in noſtra de ſepultur.* Layman. *l.* 3. *ſect.* 5. *Tract.* 5. *cap.* 12. *nu.* 8. Barboſa *ſup. num.* 33. & 34. ex alijs.

10 Generaliter etiam liberam eſſe debere electionem ſepulturæ clarè habetur ex *cap. ex parte*, & *ex cap. cum liberum de ſepultur.* Riccius *in Praxi. Reſolut.* 563. *in* 2. *edit.* Belletus *Diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de Cleric. debitore.* §. 3. Vnde ſi Parrochus, dum vadit ad infirmum communicandum, ipſum interrogat non in genere, in qua Eccleſia vult ſepeliri, ſed in ſpecie, dicendo vis ſepeliri in Parrochia, vel in alia Eccleſia, ipſam ſpecialiter nominando, non valet hæc electio tanquam facta ad ſugeſtionem; debet enim in genere interrogare. Genuenſis *ſupr. cap.* 61. *num.* 3. Barboſa *ſupr. nu.* 38. ex Riccio, & alijs.

Simi-

Similiter Parrochus violenter rapiens, vel ſpolians funus antequam veniat ad manus eorum, quibus debetur, perdit ius quod habet, & quartam canonicam, teneturque reſtituere cum corpore quidquid accepit. Portellus *ſupr. verbo Canonica portio num. 6.* Barboſa *ſupr. num.* 27. ex vtroque Rodriguez. De quo etiam Angelus, & Siluester *ſupr.* ex alijs.

11 Electio autem ſepulturæ probatur per teſtamentum, vel aliam ſcripturam manu propria ſubſcriptam, vel per duos teſtes, qui in qualibet cauſa probant. Diana *ſupr. reſolut.* 106. Peirinis *to.* 3. *priuilegiorum Minimorum cap.* 4. *nu.* 52. ex Barboſa. Electio etiam ſepulturæ probatur per teſtes ſingulares. Lauorius *ſupr.* Genuenſis *ſupr. cap.* 61. *num.* 8. Addens, quòd Neapoli ſtatur dicto Confeſſarij. Molfeſſius *in Summa to.* 2. *Tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 32. Paſqualigus *ſupr. Deciſ.* 404. & 406. Quid verò agendum quando teſtes ſunt diuerſi, agunt Lauorius *ſupr. num.* 20. & Peirinis *etiam ſupra*. Apud quem etiam *ibid. nu.* 53. declaratio S. Congregationis circa ſepulturam in domibus Regularium, eorum, quos ſolùm per teſtes conſtat ibi ſepulturam elegiſſe,

12 Pertinet etiam ad libertatem ſepulturæ in Eccleſijs Regularium, quod conceſſit Minoribus Clem. 4. videlicet, vt nulli Religioſi, vel ſæculares præſumant ſine aſſenſu, & voluntate fratrum Minorum aliquorum defunctorũ corpora in ſuis Cœmeterijs ſepelire, nec etiam in Eccleſijs prædictorum Fratrum (ipſis inuitis) audeant Miſſarum ſolemnia, vel exequias pro animabus eorum, qui ad huiuſmodi loca tumulandi deferuntur, celebrare. Caſſarubius *ſupr. nu.* 4. Rodriguez *ſupr. art.* 4. Quod maximè confirmatur ex Decreto authentico Sac. Congreg. apud Peirinis *in Additamentis decreto* 9. Cum enim quæſitum fuiſſet ab ipſa, an Rectores Parrochialium Eccleſiarum loci de Baraxas habeant, aut prætendere poſſint ius ſepeliendi cadauera defunctorum in Eccleſijs Conuentus Conceptionis dicti loci abſque vlla deſuper licentia Superioris Conuentus, Reſpondit Sac. Congregatio. *Non licere Curatis ſepelire cadauera Defunctorum, nec Officia facere in Eccleſijs Regularium abſque expreſſa licentia Guardiani, aut Superioris Eccleſiarum ipſorum Regularium, non obſtante contraria conſuetudine*.

13 Pertinet quoque ad libertatem ſepulturæ, quòd, vt conſtat ex declaratione S. Congregat. apud Barboſam *ſupr. in Collectan.* ea retardari, aut impediri non debet ſub quouis prætextu compoſitionis quartæ funeralis. Item, quòd Parochi non poſſint cadauer exhumatum retinere, propter ius ſepulturæ non ſolutum. Ex declarat. etiam S. Congregat. apud eumdem Barboſam loco relato *de Iure Eccleſiaſtic.*

Romanus Pontifex, qui Apostolicæ Sedis Nuncium ad eas mittit, aut quem de Apostolicæ sedis mandato Patriarcha aut episcopus pro regulari aliquo eorum ordine designavit, ad quem ipsi recurrere debeant. Quod declarat, nequam ista verba propria & stricta significare, sed quemvis Prælatum, qui ab Apostolica Sede Nuncium petat, ut in Bull. Cœn. Dr. Quæ verba Bullæ non habent hanc vim, quam illis Fr. Marcus tribuit. Bullarium Romanum Benedicti, quod à Cocquelinio Romæ impressum est, T. 13. fol. 8. Nec videtur Bullæ Benedictinæ Innocentii 12. mens, ut Fr. Marcus existimat,

Miſſis celebrandis. Portellus *ſupr. num.* 10. ex Rodriguez, Barboſa *ſupr. num.* 16. ex Suarez, Villalobos, & alijs. Tertiò dico, quòd licitum eſt accipere pretium pro loco honoratiori ſepulturæ. Ratio eſt, quia venditur quid temporale, ſcilicet honor, vt pendet ex hominum æſtimatione, & per accidens rei ſpirituali coniungitur. Sanchez *ſupr. num.* 3. Naldus *in Summ. verbo Sepultura num.* 8. Ioannes de Cruce *ſupr.* Diana *par.* 2. *Tract.* 15. *Reſolut.* 57. Barboſa *ſupr. num.* 16. ex alijs contra Suarez, Reginaldum, Filiucium, & alios. Limitant id ſatis probabiliter Bonacina *ſupr. num.* 4. & Barboſa *num.* 18. vt ſolum ſit verum, quando locus eſt honoratior ob reſpectum aliquem temporalem, non verò ſi eſt propter reſpectum ſpiritualem, v g. quia eſt propinquior Altari, Sanctiſſimo Sacramento &c. Licet Sanchez, Diana, & alij nihil in hoc diſtinguant. Item licitum eſt pretium recipere pro perpetuo iure ſepulchri, ideſt pro obligatione, vt in tali loco nullus præter emptorem, & ſucceſſores ſepeliantur. Quia hæc obligatio eſt quid temporale, & per accidens adiungitur rei ſpirituali. Sanchez *ſupr.* Suarez *to.* 1. *de Relig. l.* 4. *de Simonia cap.* 14. Ioannes de Cruce *ſupr.* Licet aliqui oppoſitum tenent. Vltimo dico, quòd laicus nequit habere ſepulturæ dominium, quia loca religioſa nequeunt eſſe in alicuius dominio *l. quæ de tota ff. de rei vendit.* Lambertinus *de Iure patronatus l.* 3. *q.* 9. *art.* 9. At poteſt habere tale ius quoad vſum pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, ita vt nullus poſſit eis inuitis ibi ſepeliri; licet eo mortuo, & familia illius, poſſit alijs concedi vſus illius ſepulturæ, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 11. *nu.* 26. Quia mortuo habente vſum, vſus redit ad proprietarium. Sanchez *ſupr. num.* 4. Addit Barboſa ſupra ex Suarez, quòd ſi quis habeat ſepulchrum proprium ſuis ſumptibus emptum, vel ædificatum pro ſe, aut ſuis, non eſt materia ſimoniæ ſi vendatur quoad proprietatem iuxta valorem fundi, & reſpectu habito ad ſolas expenſas in eo ædificando factas, quia ibi non venditur benedictio, nec proprium ius ſepulturæ, ſed materiale illud ad quod alia ſequuntur. Vnde ſimilia loca iure hæreditario tranſerri ſolent à parentibus ad filios ratione temporalitatis, quæ in eis eſt.

25 Circa Capellas autem, quæ in Eccleſijs, præſertim Regularium, dari ſolent ſæcularibus pro vſu ſepulturę, idem proportionaliter dicendum, ac de ſepulturis, vt notat Sanchez *ſupr. num.* 4. Adde, quòd caſu, quo illæ vendi poſſent, id non fit ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 19. *num.* 56. quia ſunt bona immobilia Eccleſiaſtica. Non poſſe inſignia fundatoris, vel Patroni in ea poſita auferri, conſtat ex dictis eo 2. *to. cap.* 11. *num.* 23. Nec etiam in caſu quo illi, vt proditores è Ciuitate fuerint expulſi ex *l. qui liberalitate. & l. opus nouum ff. de oper. public.* tenent Romanus *ſingular.* 480. & 673. &

Pei-

Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minim. in conſtit.* 26. *Leo. X. num.* 24. Alia etiam circa huiuſmodi arma non auferenda, & qui ex hæredibus in dictis Capellis, ſeu ſepulchris ſepeliri poſſint, habes apud Lambertinum *ſupr. q.* 5. *art.* 4. *& l.* 1. *par.* 1. *q.* 11. *ar.* 13 & Lauorium *Variarum to.* 1. *tit.* 2. *cap.* 10. Non poſſe alios ibi ſepeliri niſi poſtquam tota ipſorum progenies eſt extincta, dixi eodem *num.* 23. De quo etiam Lambertinus *ſupra dicto art.* 4. Peirinis *loco relato ex to.* 3. *priuileg. Minim. num.* 49. & Portellus *in Reſponſionibus moralibus par.* 2. *caſu* 20. *nu.* 1. de Capella vni conceſſa an alij poſtea dari poſſit loquens. Addunt alij, etiam poſſe alios ibi ſepeliri, ſi iuſta aliqua adſit cauſa, puta, ſi ſepeliendus non haberet propriam ſepulturam, vel non eſſet in Eccleſia, vel Cœmeterio ſepultura communis, quia hoc eſt facere eleemoſynam extremè indigenti, quæ poteſt fieri de bonis alterius inuito domino. Ita Archidiac. *in cap. præcipiendum* 13. *q.* 2. Romanus *ſingul.* 692. Panor. *in cap. abolendæ de ſepul. nu.* 5. Peirin. *to.* 1. *priuileg. Minim. in Conſtit.* 26. *Leon.* 10. *nu.* 22. & indicat Sanchez *ſupr.* Nota etiam, quòd ad conſtruendam ſepulturam, vel Capellam in Eccleſia patronata, ſeu quæ fundatorem habet, nō requiritur conſenſus fundatoris, imò eo inuito conſtrui poteſt, quia Patrono nullum ex hoc infertur præiudicium, & Eccleſiæ beneficium affertur. Vnde Patronus, qui Eccleſiæ beneficium procurare tenetur eſt irrationabiliter inuitus. Quare eius contradictio nihil obſtat. Lambertinus *ſup. l.* 1. *p.* 1. *q.* 3. *art.* 17. Lauorius *loco citato cap.* 9. *num.* 83. Peirinis *loco relato ex* 3. *to. num.* 50. Pro quo maximè notandum, mortale peccatum eſſe, ſi quis fidelium corpora ſepelire negligat, cum nullus alius adeſt qui id officium præſtet, quia opera charitatis, ac miſericordiæ in caſu eiuſmodi neceſſitatis obligatoria fiunt. Layman. loco relato *ex l.* 3. *dicto. cap.* 12. *num* 2. poſt Bañez, Valentiam, & Sa. Nota præterea, quòd conceſſa Capella non intelligitur ius funerandi, niſi expreſsè fuerit conceſſum. Archid. *in cap.* 1. *de pactis in* 6. Bonif. *in Clem. Dudum* §. *huiuſmodi nu.* 11. *de ſepult.* Genuenſis *dicto cap.* 33. *num.* 17. *& cap.* 61. *num.* 7.

16 Circa Religioſorum ſepulturam dixi *to.* 1. *cap.* 9. *nu.* 10. eos non poſſe ſibi eligere ſepulturas, niſi à proprijs Monaſterijs adeo ſint remoti, quòd ad ea cum moriuntur non poſſint commodè portari. Vbi etiam quid de Prælatis dicendum. De quo etiam Layman. *d. ca.* 12. *num.* 7. Paſqualigus *ſupr. deciſ.* 382. Quòd ſi moriantur remoti à Monaſterio non electa ſepultura, ſepeliendi ſunt in Eccleſia Parochiali, in qua deceſſerunt, inſtar ſæcularium in itinere morientium. Sanchez *lib.* 6. *in Decal. cap.* 14. *nu.* 4. Diana 5. *par. Tract.* 3. *reſolut.* 110. ex alijs. Quod intellige, niſi in eo loco ſit Monaſterium ſui Ordinis.

San-

Sanchez *supra*. Layman. *supr. num.6.* Pasqualigus *supr. Decis.383.* Tenetur autem Monasterium expensas factas pro Religiosorum sepultura soluere. *l. si quis sepulchrum ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.* Rodriguez *to.3. quæst. Regular. q.60. art.3.* Sanchez *supr. n.5.* Quod intelligunt, nisi Religiosi habeant beneficium, etiam manuale, quia tunc expensis illius sunt sepeliendi. Regulariter autem loquendo Religiosi sepeliendi sunt in proprijs Monasterijs. *cap. vlt. de sepult. in 6.* Rodrig. *supr. ar. 1. & 2.* Riccius *in Praxi rerum fori Eccles. p.4. resolut.293. nu.39.* Etiam si extra claustra decedant, quia tunc, etiam Parrochis inconsultis, ad eorum Ecclesias deferri debent, vt censuit S. Congregatio, iuxta dicta *to.1. cap.12. num.41.* De quo etiam Diana *supr.* & Archangelus Romanus *de Priuileg. l.3. verbo Sepelitio.* De Nouitiorum sepultura dixi supra verbo *Nouitij nu.* 41. De Tertiariorum sepultura dixi *to.2. cap.14. nu.* 33. Pro quo vide declarationem S. Congregationis apud Peirinis loco relato *ex 3.to. Priuileg. nu.53.* De Oblatorum sepultura supra verbo *Oblati nu.10.* De familiarium, seu famulorum Religiosorum sepultura dixi *to.* 2. *cap.* 16. *nu.* 32. De Confratrum verò sepultura agit Genuensis *supr. cap.61. n.6.*

17 Pro ijs verò, qui habitu Religionũ induti sepeliri volunt, & Indulgentijs, quas lucrantur, plura dixi *to.3.* verbo *Habitus Regularis.* Nota tamen declarationem Sac. Congregationis circa hoc apud Barbosam *supr. nu.73.* truncatè referri. Fideliter autem à Peirinis *d. n.53.* Cum enim à S. Congregatione postularetur à fratribus Minoribus, an in eorum Ecclesijs sepelienda sint cadauera eorum, qui dicti Ordinis habitu induti ex hac vita migrarunt. Respondit id fieri debere, si tamen *à Guardiano domus loci, in quo tales decedere contigerit, aut ab alio Superiori, vel altero, cui id Superior committendum duxerit, habitum receperint, ac prædicti Guardianus, vel alius Superior habitum huiusmodi suscipientes præmonuerit, eorum cadauera propter habitus concessionem, ac receptionem penes ipsos Fratres quorum habitum gestant esse sepelienda.*

18 Qualiter etiam defunctorum corpora cum in Ecclesijs Regularium sepeliuntur ad eas recto tramite deferri debeant, constat ex dictis *to.3.* verbo *Defunctus num. 3. & 7.* ex Constitutione Pij 5. *Romanus Pontifex* apud Rodriguez *in Bullario in Pio 5. nu.2.* & ex declaratione S. Congregationis apud Peirinis *supr. d. num.53.* Refert etiam *ibid. nu.51.* aliam declarationem S. Congregationis, ex qua habetur, quòd quando cadauera sepeliuntur apud Regulares, ad ipsos spectet declarare, an per Ciuitatem, an per aliam viam sint asportanda. Cuius contrarium habetur ex alijs declarationibus, quas retuli dicto verbo *Defunctus num.4.* Propterea ergo consuetudini legitimæ,

vel

vel authenticæ declarationi ejuſdem Sacræ Congregationis ſtandum eſt. Alia ſpectantia ad Parochos Regulares circa cadauerum ſepulturam habet Barboſa *ſupr. num.76. & 77.* Quia tamen nouiſſimè vidi aliquas declarationes authenticas S. Congregationis in vna Camerinenſi, eas placuit hic adiungere. Quæſitum autem eſt, Primò An poſſint hæredes defunctorum vocare numerum Religioſorum ſibi bene viſum in deferendis cadaueribus ad Eccleſias. Secundò. An cadauera efferri, ſeu tolli poſſint ab alijs etiam Regularibus, & quibuſcumque, non vocato, nec expectato Parocho, niſi ipſe Parochus aliud permiſerit, vel adeſſe recuſauerit. Tertiò. An cadauera quotieſcunq; ad Eccleſias Fratrum Mendicantium, aliorumq; Regularium deferuntur, Officia mortuorũ, & reliqua munia, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, fieri debeant à Canonicis, & Clero, vel ab ipſiſmet Regularibus ipſius Eccleſiæ vbi cadauer ſepelitur. Quartò. An Crux Parochialis deferri etiam debeat quando cadauer deferetur ad Eccleſiam Regularem, attenta conſuetudine, qua ſemper delata fuit tantum vna Crux illius Eccleſiæ, ad quam corpora fuerint delata. Ad quæ ſic reſpondit. Ad primum. *Poſſe hæredes defunctorum vocare numerum Religioſorum ſibi bene viſum.* Ad ſecundum. *Negatiuè.* Ad tertium, *Non à Canonicis, nec alijs, ſed ab ipſiſmet Regularibus in propryis eorum Eccleſijs Officia ſuper cadaueribus peragi debere.* Ad quartum, *Vnicam tantum Crucem in cadaueribus efferendis eſſe deferendam, & illam eſſe debere illius Eccleſiæ, ad quam corpus defuncti defertur.*

19 Valde etiam notandum, Leonem 10. & Adrianum 6. conceſſiſſe omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus in Regnis Caſtellæ, Legionis, & Granatæ exiſtentibus, qui deuotionis feruore ducti in habitu Sanctiſſimæ Trinitatis deceſſerunt, aut eorum corpora, ſeu cadauera dum ab hoc ſæculo migrauerint in Eccleſijs Monaſteriorum Ordinis prædicti ſepeliri ordinauerint, omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones Fratribus prædicti Ordinis conceſſas. Cæſarubius *ſupr. num.* 21. Hanc vero gratiam communicari alijs Religioſis habentibus generalem communicationem priuilegiorum aliorum Ordinum, quales ſunt Carmelitæ, dixi *to.* 3. verbo *Habitus Regularis n.9.* Non verò eſſe reuocatam conſtat ex dictis eodem 3. *to* verbo *Indulgentia quoad Regulares n.* 12.

20 Quoad modum ſepulturæ attendendum eſt ad Conſtitutionem Pij 5. *Cum primum*, in qua decernitur, vt cadauera defunctorum non ponantur ſuper terram, ſed infra ipſam in tumbis profundis. Naldus *in Summ. verbo Sepultura num.* 12. Item declaratum eſt à Sac. Congregat. neminem ſepeliendum eſſe prope Altare, ſeu ſub bradellis, & quòd ſi contra huiuſmodi prohibitionem ſepulturę ibi reperian-

cur

tur conſtructæ, non deberi in eo Altari celebrari, donec corpora alibi transferantur. Naldus *ſupr. & verbo Miſſa. num.* 33. Barboſa *ſupr. num.* 10. Vide dicta *to.* 3. verbo *Altare num.* 17. & circa ſepulchra eorum, qui cum opinione ſanctitatis vixerunt, & è vita deceſſerunt, dicta *to.* 1. *cap.* 12. *n.* 39. & *ſupr.* verbo *Sanctorum cultus n.* 11.

21 Corpora defunctorum non poſſunt exhumari, aut transferri de loco in locum ſine Epiſcopi licentia. *ca. corpora Sanctorum de conſecrat. diſt.* 1. *l. nemo humanum C. de Relig. & ſumptibus funer.* Diana *par.* 2. *Tract.* 2. *Reſolut.* 120. Theſaurus *ſupr. cap.* 2. *in fine*. Intelligendum id eſt de corporibus perpetuæ ſepulturæ traditis, non de ijs, quæ per modum depoſiti in aliqua Eccleſia, vel Cappella poſita ſunt. Hieronymus Rodrig. *in Compend. Queſt. Regular reſolut.* 127. *num.* 25. Villalobos *in Summ. to.* 2. *tract.* 31. *diff.* 6. *num.* 4. Rurſus intelligendum quando non adeſt neceſſitas, vt puta Eccleſiæ, vel Capellæ renouatio. Theſaurus *ſupr.* Refertur etiam priuilegium Leonis 10. pro Minoribus, quo illis conceſſit quòd Prælati ipſorum poſſint in ſuis Eccleſijs, & Capellis exhumare corpora defunctorum, & ad alias ſepulturas in eiſdem Eccleſijs ſuis transferre, de conſenſu tamen illorum, quorum intereſt. Caſſarub. *in Compend. ſupr. num.* 20. Villalobos *ſupr. num.* 5. Portellus *loco relato de Dub. Regular. in addition. num.* 1. Nota tamen hoc priuilegium niſi de nouo confirmatum fuerit, nihil valere, cum ſit viuæ vocis oraculum. Vide dicta *ſupr.* verbo *Oracula viuæ vocis num.* 6. 7. & 8. Notat etiam Diana *ſupr.* quòd quando corpus defuncti fuit Regularibus datum, vt ponerent illud vbicunque voluerint, poſſunt illud ſine vllo priuilegio, aut licentia Epiſcopi, vel conſanguinei, exhumare, & ad alium locum eiuſdem Eccleſiæ transferre. Sed hoc non facilè admittendum, propter iura relata, niſi ex rationabili cauſa. De quo Peirinis *loco relato ex* 3. *to. Priuileg. Minim. num.* 49. Nota etiam quòd exemerantes, concidentes, aut eliuantes cadauera defunctorum, vt ea ad alium locum transferantur, incidunt in excommunicationem Papæ reſeruatam, & cadauer ſic inhumaniter tractatum Eccleſiaſtica ſepultura carere debet. Ita enim habetur in Extrauag. 1. *de ſepultur.* De quo Toletus *lib.* 2. *cap.* 36. 9. *ſeptima*. Suarez *de Cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 5. Theſaurus *dicto cap.* 2.

22 Sepulchra violantes, ſcilicet frangentes illa, ſine deformantes, aut mortuos ſpoliantes, infamiam incurrunt, & conſequenter irregularitatem. *ca. infames* 6. *q.* 1. & *ff. de ſepulchr. violat.* De quo Turrecremata *in d. ca. infames*. Silueſter *ſupr. q.* 13. Theſaur. *ſupr. cap.* 1. poſt Sayrum, Vgolinum, & alios. Quid verò dicendum de violatoribus ſepulchrorum, vbi Sancti requieſcunt, habes ex dictis *tom.* 3.

ver-

verbo *Furtum num.*4. & 5. & *supr.* verbo *Reliquiæ Sanctorum* . *num.* 5. & 6.

23 Valde quoque notandum, plura esse geneta personarum, quibus in loco Sacro, Ecclesia videlicet, vel Cœmeterio, sepultura dari nõ potest. Primò, omnis non baptizatus, Paganus, vel Iudæus. *ca. Ecclesiam de consecrat. dist.* 1. Idem etiam dicendum, de pueris non baptizatis, etiam filijs fidelium, iuxta dicta *to.*3. verbo *Ecclesia num.* 12. Secus dicendum de infantibus mortuis in vtero matris defunctæ, & ibi existentibus, quia tales non censentur moraliter personæ à matre defuncta distinctæ. Secus etiam dicendum de pueris, de quibus dubitatur an sint, vel non, baptizati, eò quod baptismo dubio in forma, vel materia baptizati fuerunt. Homobonus *volum.* 2. *par.*7. *respons* 67. Diana 4. *par. tract.*3. *resol.*69. Secus similiter dicendum de Catechumenis, illi enim pro fidelibus habentur, & sunt baptizati in voto. Secundò, omnis hæreticus, etiam si post mortem appareat de hæresi 24. *q.* 2. *ca. sane.* Idem dico de credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus hæreticorum. *ex cap. excommunicamus de hæretic.* §. *sane.* & *cap.* 2. *de hæretic. in* 6. Vbi variæ pœnæ imponuntur contra dantes ipsis Ecclesiasticam sepulturam. Tertiò, moriens in torneamento. *cap.* 1. & 2. *de torneamentis.* Idem dicendum de morientibus in duello, iuxta dicta *to.*3. verbo *Duellum num.* 14. Quartò, raptores, seu violatores Ecclesiarum, iuxta *cap.*2. *de raptoribus*. Quintò, ij, qui se occidunt ex industria. *ca. placuit* 23. *q.* 5. Sextò, qui semel in anno proprio Sacerdoti confiteri, & Eucharistiæ Sacramentum in Paschate sumere notoriè, & absque probabili excusatione intermittunt. *ca. omnis de pœnit. & remiss.* Septimò, vsurarij manifesti. *cap. quia de vsuris. cap. quamquam eod. tit. in* 6. Octauò, blasphemi, iuxta *cap.*2. *de maledicis*. Nonò, non restituentes Ecclesiæ decimas. *cap. prohibemus de decimis*. Decimò, Religiosi inuenti proprietarij in morte. *cap. super quodam de stat. Monach.* Vndecimò, omnis peccator mortalis, ac notorius, si absque pœnitentia præsumitur decessisse. *ca. quibus, & sequentibus* 13. *q.*2. Inter quos recensetur Clericus notoriè concubinarius, sic perseuerans vsque ad mortem. Peccatores autem, seu illi, qui existimantur in peccato mortali decessisse, dummodò non constet impœnitentes mortuos esse, quales sunt, qui moriuntur in cornibus taurorum, & adulteri deprehensi in adulterio, & idcirco interfecti à marito, quamuis nulla signa contritionis dederint, in loco Sacro sepeliri debent. Ioannes Sanctius *in Selectis disp.* 36. *num.*3. & 4. Duodecimò, quòd excommunicati priuentur sepultura Ecclesiastica, habes ex dictis *to.* 3. verbo *Excommunicatio quoad Regulares nu.* 53. Decimo tertiò, quod etiam Interdicti sepultura

pri-

Digitized by Google

priuentur, habes etiam ex dictis eodem *to.*3. verbo *Interdictam quoad Regulares num.*33. 34. & 36. De his omnibus Summiſtæ *verbo Sepultura*, ſpecialiter Angelus *nu.*29. Siluester *q.*9. Vgolinus *de Officio Epiſcopi cap.*17. Layman. *d. cap.*12. *num.*10. 11. & 12. Barboſa *ſupra n.*40. & *ſeq.* Theſaur. *ſupr. verb. Sepultura.* & ſpecialiter loquens de pœnis prædictorum delictorum.

24 Circa prædicta autem notà, quod Parochi, vel Religioſi ſepelientes aliquos iure ſepulturę priuatos peccant mortaliter, quia faciunt in re graui contra Eccleſiæ prohibitionem. Silueſt. *ſupr. quæſt.* 11. Incurrunt etiam pœnas impoſitas contra ſic facientes in Iuribus relatis. Imò etiam tenentur reſtituere corpus, & quidquid ratione illius perceperunt. Angelus *ſupr. num.*32. Siluester *ſupr.* Barboſa *ſupr. num.*53. *per text. in cap. cum liberum de ſepultur.* referens Suarez., & vtrumque Rodriguez. Similiter ſi quis prædictorum de facto in loco Sacro contra Sacros Canones fuerit ſepultus, ſi diſcerni poſſit ab alijs fidelibus exhumandus eſt, aliàs non, iuxta *cap. Sacris de ſepultur. & cap. Eccleſiam* 1. & 2. *diſt.* 4. *de Conſecrat.* & Eccleſia, vel Cœmeterium reconcilianda, ſi in eis fuerit ſepultus excommunicatus vitandus, iuxta dicta *to.*3. verbo *Eccleſia num.*12. Imò ſi talis ſepultus fuerit infidelis, debent etiam ligna, & parietes radi, iuxta *ibid.* dicta. Summiſtæ *ſupra.* Layman. *ſupr.* §. *Porrò*. Si tamen de cadauere dubitatetur, vtrum ſit fidelis, vel infidelis, in meliorem partem interpretandum erit, niſi aliqua probabilitas appareat de oppoſito. Silueſter *ſupr. quæſt.* 9.

25 Notandum etiam, quòd ſi illi, qui ſe ipſos occiderunt, aut non confeſſi, vel communicati in Paſcha fuerunt, aut peccatores notorij, ſunt ante mortem Eccleſiæ conciliati, vel eos ſignum pœnitentiæ dediſſe ex vnius ſaltem teſtimonio probari poteſt, ſepulturæ tradi debent. Silueſter *ſupr.* Nauarrus *l.*3. *conſil. tit. de ſepultur. conſ.*6. Portellus *ſupr. num. primo*. Layman. *ſupr. nu.* 11. Naldus *in Summa verbo Sepultura num.*6. & 7. Publicè autem vſurarij non ante ſepeliendi ſunt, quam vſurarum reſtitutio facta ſit, vel de facienda cautio detur. *cap. quamquam de vſur. in* 6. Layman. *ſupr.* Theſaur. *ſupr. verbo Vſurariorum pœna cap.*1. Imò etiam qui in torneamentis moriuntur, etiam ſi pœniteant, Eccleſiaſtica ſepultura carere debent. *c.*1. *de torneamentis*, Silueſter *ſupr. q.*9. Naldus *ſupr. num.*7. De raptoribus autem, ſeu violatoribus Eccleſiarum, qui in morte pœnitent, ſed ſatisfacere non poſſunt, ſtatuitur *in cap.*2. *de Raptoribus* quòd Clerici non interſint eorum ſepulturæ. Gloſſa *ibid. verbo Sepulturæ*, Nald. *ſupr. n.*7 Ex quo inferunt Cœmeterium non eis denegari.

26 Specialiter circa id, quod dixi de Religioſis proprietarijs, quòd

sunt priuandi sepultura Sacra, nota id esse intelligendum quando admoniti sunt à suo Prælato, ne essent proprietarij. Etenim *cap. super quadam de stat. Monach.* relatum solùm loquitur de Religioso commonito à suo Priore. Portellus *supr. num.* 11. Villalobos *in Summ. to.2. tract.* 31. *diff.* 3. *num.6.* Diana 4. *par. Tract.*4. *Resolut.*23. Id etiam intelligendum est quando certò constat de proprietate Religiosi, non verò quando habere potuit aliquam probabilem excusationem, vt puta, quòd pecunia non esset sua, quòd haberet licentiam à Superiori ad illam tenendam &c. Portellus, Villalobos, & Diana *supr.* ex vtroque Rodriguez. Addit Portellus id etiam esse intelligendum, quando casus est publicus, non quando est occultus.

27 Nota tandem cadauera suspensorum, seu ad mortem damnatorum, si pœnitẽtes decesserunt, non priuari Ecclesiastica sepultura. Abbas *in cap. ex parte n.*4. *de sepultur.* Layman. *supr. n.*10. Interdum tamen in criminis pœnam, & aliorum exemplum, ipsa priuantur. Quo casu non videtur mortale si ad vitandam talem infamiam consanguinei ipsorum eos sepeliri clam faciant. Portellus *supr. num.*12. ex Rodriguez.

SIMONIA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

*De simonia remissiuè. num.*1.
*Simonia deffinitio. num.*2.
*Diuisio. num.*3.
*Alia iure diuino; alia solùm iure Ecclesiastico prohibita. num.*4.
*Qualiter dare, vel accipere aliquid pro receptione ad Religionem sit simonia. num.*5.
*Pro Sacramentis, & ipsorum administratione. num.*6.
*Pro Sacramentalibus, & similibus. num.*7.
*Pro rebus Sacris permanentibus. num.*8.
*Quid pro sepultura. num.*9.
*Quid pro actibus, seu exercitijs scientiarum. num.*10.
*Quid pro licentia docendi, aut pro gradibus. num.*11.
*Pro licentia audiendi confessiones, prædicandi, absoluendi &c. num.*12.
*Quid de Beneficijs, & Prælatijs Regularium. num.*13.
*An in commutatione ipsorum. num.*14.
*An in renunciatione, seu resignatione. num.*15.
*Quid de alijs officijs Religiosum, num.*16.

De

De interceſſoribus, ſeu mediatoribus ad ipſa. num. 17.
De Iure patronatus. num. 18.
De ſimonia confidentiali. num. 19.
De ea, quam committere poſſunt Regulares in electionibus. num. 20.
In quibus caſibus eam committant. num. 21.
De pœnis ſimoniacorum. num. 22.
Propter quam ſimoniam incurrantur pœnæ. num. 23.
De dantibus, ſeu recipientibus aliquid pro ingreſſu in Religionem. num. 24.
De pœna ſuſpenſionis, quæ propterea incurritur. num. 25.
Qualiter puniendus tam recipiens, quam receptus ſimoniacè. nu. 26.
Simoniaci ſunt infames. num. 27.
De pœnis ſimoniacorum in Ordine. num. 28.
Simoniacorum in Beneficijs. num. 29.
De abſolutione, & diſpenſatione prædictarum pœnarum, num. 30.
Pro quiete Religioſorum quid notandum. num. 31.

1 QVamuis hæc materia latiſsima ſit, reſtringenda tamen in præſenti eſt ad ea, quæ magis communiter inter Regulares contingere poſſunt, præſuppoſitis tamen aliquibus principijs ipſius.

2 Primò ergo quoad nominis ethimologiam, ſimonia à Simone Mago originem traxit, qui Act. 8. Dei donum emere volebat. S. Tho. 2. 2. *q.* 100. *art.* 1. & alibi. Summiſtæ communiter *verbo Simonia in principio*. Definitur autem ſic. *Eſt Sacrilegium conſiſtens in ſtudioſa voluntate emendi, vendendi, ſeu commutandi rem Sacram, ſeu ſpiritualem, vel ſpirituali annexam pro temporali, vt pretio*. Ita fere S. Tho. *ſupr.* & communiter Doctores, ſpecialiter ex noſtris Ioannes Beetz *de decem præcept. Decalog. circ.* 7. *præcept. expoſit.* 2. *cap.* 6. Dicitur *Sacrilegium* tum loco generis, tum, vt indicetur virtus cui ſimoniæ vitium aduerſatur. Hæc autem virtus eſt Religio, cui opponitur Simonia æſtimando res Sacras tanquam prophanas, illaſque in contractum deducendo. Leſſius *de Iuſtitia, & iure l.* 2. *cap.* 35. *dubitat.* 1. *num.* 2. Bonacina *de Simonia num.* 2. Dicitur *in ſtudioſa voluntate*, tum quia ſimonia, ſicut & alia omnia peccata, voluntatis deliberationem exigit, tum quia ad eſſentialem malitiam huius peccati non requiritur vt pactum, mutuo conſenſu, vel re ipſa perficiatur, ſed ſufficit affectio vnius ſimoniaca cum opere ſubſecuto. Suarez *to.* 1. *de Relig. l.* 4. *cap.* 1. Reginaldus *l.* 23. *cap.* 11. *q.* 1. Layman. *l.* 4. *Tract.* 10. *cap.* 8. §. 1. *num.* 1. Dicitur *emendi, aut vendendi, aut commutandi &c.* ad denotandum, quòd ſimonia committitur per contractum

quemcunque oneroſum, ſeu non gratuitum, ſiue ſit emptio, ſiue venditio, ſiue locatio, ſiue permutatio, ſeu alius quicunque. Siluester *in Summ. verbo Simonia q.*1. Azor. *3.to. Inſtit. moral. l.*12. *cap.*1. *q.*1. Toletus *in Summa l.*5. *cap.*84. *num.* 1. Circa illud *rem Sacram, ſeu ſpiritualem &c.* nota, quòd nomine rei ſpiritualis, quæ eſt obiectum ſimoniæ, intelliguntur ea, quæ à Deo, vt eſt Author ſupernaturalis, id eſt, vt eſt hominum, & Angelorum Saluator, & glorificator procedunt, vel ad illum vt ſic ordinantur. Et eſt quadruplex genus ſpiritualium. Quoddam eſt ſpirituale per eſſentiam, vt virtutes ſupernaturales, & dona ſupernaturalia, & gratiæ gratis datæ. Quædam verò cauſaliter, quia ſcilicet ſunt cauſæ rerum prædictarum, vt Sacramenta, ad quæ reducuntur Sacramentalia, vt aqua benedicta, Cathechiſmus, Exorciſmus, Chriſmatis confectio &c. Aliæ ſunt res ſpirituales effectualiter, quia ſcilicet ſunt operationes ex aliqua poteſtate ſpirituali procedentes, vel operationes ad Deum ordinatæ, vt diſpenſare in voto, Matrimonio, abſoluere ab excommunicatione, communicari, cantare in choro, ſepelire mortuos. Tandem, quædam ſunt res ſpirituales ex annexione, quæ ſunt in duplici differentia, quædam, quæ ad officium ſpirituale ordinantur, vel ex ſpirituali Ordine pendent, vt ſunt omnia Beneficia Eccleſiaſtica. Ius enim percipiendi fructus Beneficij eſt annexum Ordini Clericali, & ad Officium diuinum ordinatur. Quædam, quæ præparatoriæ ſunt ad ſpiritualia, vt vaſa Sacra, veſtes Sacræ, candelæ benedictæ, campanæ benedictæ, templa, ius patronatus, quod ordinatur ad præſentãdum Clericos ad Beneficia &c. Et hæc omnia intelliguntur nomine rei ſpiritualis. De quibus omnibus latiùs Doctores in materia de ſimonia, ſpecialiter noſter Michael de Bononia *in* 4. *diſt.* 24. *q. vnic.* Siluest. *ſupra* ex Sancto Thoma, Ricardo, & Panormitano, Ioannes Beetz *ſup.* Toletus *ſupr. n.*2. Sanchez *l.*2. *Conſilior. moral. cap.*3. *dub.*1. *num.*2. Dicitur *pro re temporali*, vt oſtendatur ſimoniam regulariter non committi dum res ſpiritualis commutatur cum alia re ſpirituali, ſed dum res ſpiritualis commutatur cum re temporali pretio æſtimabili, vt equo, veſte, & ſimilibus. Leſſius *ſupra nu.*3. Bonacina *ſupr. nu.*6. Dicitur, *vt pretio*, quia malitia ſimoniæ in eo conſiſtit, vt res vilis, qualis eſt temporalis, tradatur vt pretium rei tantæ, qualis eſt ſpiritualis. Vnde quamuis aliquis det, vel accipiat aliquid pro re ſpirituali niſi id ſit vt pretium, non committitur ſimonia. Nauarrus *in Man. cap.*23. *n.*102. Toletus, & Bonacina *ſupr.* Quod clarè, & pro multis caſibus conſcientiæ valde vtiliter explicat Sanchez *ſupr. dub.*11. *nu* 9. has duas regulas ſtatuendo. Prima eſt. *Quòd cum multis titulis poſſit temporale dari, dum ſpirituale recipitur, ſcilicet per modum ſuſtentationis,*

vel.

ad Ecclesiæ statuta, quæ ordinant, vt omnes fideles confiteantur saltem semel in anno proprio sacerdoti, nisi de consilio eiusdem, de aliquo iusto impedimento alias confiteri velint. Et hoc debet fieri tempore paschali, nisi de licentia sacerdotis, propter aliquam rationabilem causam, ad tempus alium dilatetur. Et hoc statutum est bonum, & de iure naturali, quia ad hoc tenetur quilibet, quando non habet copiam confessoris idonei, vel necessitatem, vel alias causas, quæ ius dant, & dare consueuerunt Ordines iuris, vt patet in c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. Nisi ergo aliqua talia causa præcedat, ad quam excusetur, tenetur quilibet confiteri proprio sacerdoti, & non alteri, vt patet in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de pœnit. & remiss. in 6. & in c. omnis vtriusque sexus, & in c. Sacro, & in c. sequenti. Nec potuerunt statuta Ecclesiæ, vel consuetudo, quæ contra hoc fuerunt, præscribere, vt patet in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de pœnit. & remiss. in 6. & in c. Sacro, & in c. sequenti. Et ratio est, quia ius naturale non potest tolli per statutum Ecclesiæ, nec per consuetudinem, vt patet in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de pœnit. & remiss. in 6.

Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minim. in conſtit.* 26. *Leo. X. num.* 24. Alia etiam circa huiuſmodi arma non auferenda, & qui ex hæredibus in dictis Capellis, ſeu ſepulchris ſepeliri poſſint, habes apud Lambertinum *ſupr. q.* 5. *art.* 4. *& l.* 1. *par.* 1. *q.* 11. *ar.* 13. & Lauorium *Variarum to.* 1. *tit.* 2. *cap.* 10. Non poſſe alios ibi ſepeliri niſi poſtquam tota ipſorum progenies eſt extincta, dixi eodem *num.* 23. De quo etiam Lambertinus *ſupra dicto art.* 4. Peirinis *loco relato ex to.* 3. *priuileg. Minim. num.* 49. & Portellus *in Reſponſionibus moralibus par.* 2. *caſu* 20. *nu.* 1. de Capella vni conceſſa an alij poſtea dari poſſit loquens. Addunt alij, etiam poſſe alios ibi ſepeliri, ſi iuſta aliqua ádſit cauſa, puta, ſi ſepeliendus non haberet propriam ſepulturam, vel non eſſet in Eccleſia, vel Cœmeterio ſepultura communis, quia hoc eſt facere eleemoſynam extremè indigenti, quæ poteſt fieri de bonis alterius inuito domino. Ita Archidiac. *in cap. præcipiendum* 13. *q.* 2. Romanus *ſingul.* 692. Panor. *in cap. abolendæ de ſepul. nu.* 5. Peirin. *to.* 1. *priuileg. Minim. in Conſtit.* 26. *Leon.* 10. *nu.* 22. & indicat Sanchez *ſupr.* Nota etiam, quòd ad conſtruendam ſepulturam, vel Capellam in Eccleſia patronata, ſeu quæ fundatorem habet, nō requiritur conſenſus fundatoris, imò eo inuito conſtrui poteſt, quia Patrono nullum ex hoc infertur præiudicium, & Eccleſiæ beneficium affertur. Vnde Patronus, qui Eccleſiæ beneficium procurare tenetur eſt irrationabiliter inuitus. Quare eius contradictio nihil obſtat. Lambertinus *ſup. l.* 1. *p.* 1. *q.* 3. *art.* 17. Lauorius *loco citato cap.* 9. *num.* 83. Peirinis *loco relato ex* 3. *to. num.* 50. Pro quo maximè notandum, mortale peccatum eſſe, ſi quis fidelium corpora ſepelire negligat, cum nullus alius adeſt qui id officium præſtet, quia opera charitatis, ac miſericordiæ in caſu eiuſmodi neceſſitatis obligatoria fiunt. Layman. loco relato *ex l.* 3. *dicto. cap.* 12. *num* 2. poſt Bañez, Valentiam, & Sa. Nota præterea, quòd conceſſa Capella non intelligitur ius funerandi, niſi expreſsè fuerit conceſſum. Archid. *in cap.* 1. *de pactis in* 6. Bonif. *in Clem. Dudum* §. *huiuſmodi nu.* 11. *de ſepult.* Genuenſis *dicto cap.* 33. *num.* 17. *& cap.* 61. *num.* 7.

16 Circa Religioſorum ſepulturam dixi *to.* 1. *cap.* 9. *nu.* 10. eos non poſſe ſibi eligere ſepulturas, niſi à proprijs Monaſterijs adeo ſint remoti, quòd ad ea cum moriuntur non poſſint commodè portari. Vbi etiam quid de Prælatis dicendum. De quo etiam Layman. *d. ca.* 12. *num.* 7. Paſqualigus *ſupr. deciſ.* 382. Quòd ſi moriantur remoti à Monaſterio non electa ſepultura, ſepeliendi ſunt in Eccleſia Parochiali, in qua deceſſerunt, inſtar ſæcularium in itinere morientium. Sanchez *lib* 6. *in Decal. cap.* 14. *nu.* 4. Diana 5. *par. Tract.* 3. *reſolut.* 110. ex alijs. Quod intellige, niſi in eo loco ſit Monaſterium ſui Ordinis.

San-

Sanchez *ſupra*. Layman. *ſupr. num.6.* Paſqualigus *ſupr. Deciſ.383.* Tenetur autem Monaſterium expẽſas factas pro Religioſorum ſepultura ſoluere. *l. ſi quis ſepulchrum ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Rodriguez *to.3. quæſt. Regular. q.60. art.3.* Sanchez *ſupr. n.5.* Quod intelligunt, niſi Religioſi habeant beneficium, etiam manuale, quia tunc expenſis illius ſunt ſepeliendi. Regulariter autem loquendo Religioſi ſepeliendi ſunt in proprijs Monaſterijs. *cap. vlt. de ſepult. in 6.* Rodrig. *ſupr. ar.1. & 2.* Riccius *in Praxi rerum fori Eccleſ. p.4. reſolut.293. nu.39.* Etiam ſi extra clauſtra decedant, quia tunc, etiam Parrochis inconſultis, ad eorum Eccleſias deferri debent, vt cenſuit S. Congregatio, iuxta dicta *to.1. cap.12. num.41.* De quo etiam Diana *ſupr.* & Archangelus Romanus *de Priuileg. l.3. verbo Sepelitio.* De Nouitiorum ſepultura dixi ſupra verbo *Nouitij nu.* 41. De Tertiariorum ſepultura dixi *to.2. cap.14. nu.* 33. Pro quo vide declarationem S. Congregationis apud Peirinis loco relato *ex 3.to. Priuileg. nu.53.* De Oblatorum ſepultura ſupra verbo *Oblati nu.10.* De familiarium, ſeu famulorum Religioſorum ſepultura dixi *to.* 2. *cap.* 16. *nu.* 32. De Confratrum verò ſepultura agit Genuenſis *ſupr. cap.61. n.6.*

17 Pro ijs verò, qui habitu Religionũ induti ſepeliri volunt, & Indulgentijs, quas lucrantur, plura dixi *to.3.* verbo *Habitus Regularis.* Nota tamen declarationem Sac. Congregationis circa hoc apud Barboſam *ſupr. nu.73.* truncatè referri. Fideliter autem à Peirinis *d. n.53.* Cum enim à S. Congregatione poſtularetur à fratribus Minoribus, an in eorum Eccleſijs ſepelienda ſint cadauera eorum, qui dicti Ordinis habitu induti ex hac vita migrarunt. Reſpondit id fieri debere, ſi tamen *à Guardiano domus loci, in quo tales decedere contigerit, aut ab alio Superiori, vel altero, cui id Superior committendum duxerit, habitum receperint, ac prædicti Guardianus, vel alius Superior habitum huiuſmodi ſuſcipientes præmonuerit, eorum cadauera propter habitus conceſſionem, ac receptionem penes ipſos Fratres quorum habitum geſtant eſſe ſepelienda.*

18 Qualiter etiam defunctorum corpora cum in Eccleſijs Regularium ſepeliuntur ad eas recto tramite deferri debeant, conſtat ex dictis *to.3.* verbo *Defunctus num.* 3. & 7. ex Conſtitutione Pij 5. *Romanus Pontifex* apud Rodriguez *in Bullario in Pio 5. nu.2.* & ex declaratione S. Congregationis apud Peirinis *ſupr. d. num.* 53. Refert etiam *ibid. nu.51.* aliam declarationem S. Congregationis, ex qua habetur, quòd quando cadauera ſepeliuntur apud Regulares, ad ipſos ſpectet declarare, an per Ciuitatem, an per aliam viam ſint aſportanda. Cuius contrarium habetur ex alijs declarationibus, quas retuli dicto verbo *Defunctus num.4.* Propterea ergo conſuetudini legitimæ,

vel

vel authenticæ declarationi ejuſdem Sacræ Congregationis ſtandum eſt. Alia ſpectantia ad Parochos Regulares circa cadauerum ſepulturam habet Barboſa *ſupr. num.* 76. & 77. Quia tamen nouiſſimè vidi aliquas declarationes authenticas S. Congregationis in vna Camerinenſi, eas placuit hic adiungere. Quæritur autem eſt, Primò An poſſint hæredes defunctorum vocare numerum Religioſorum ſibi bene viſum in deferendis cadaueribus ad Eccleſias. Secundò. An cadauera efferri, ſeu tolli poſſint ab alijs etiam Regularibus, & quibuſcumque, non vocato, nec expectato Parocho, niſi ipſe Parochus aliud permiſerit, vel adeſſe recuſauerit. Tertiò. An cadauera quotieſcunque ad Eccleſias Fratrum Mendicantium, aliorumq; Regularium deferuntur, Officia mortuorũ, & reliqua munia, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, fieri debeant à Canonicis, & Clero, vel ab ipſiſmet Regularibus ipſius Eccleſiæ vbi cadauer ſepelitur. Quartò. An Crux Parochialis deferri etiam debeat quando cadauer defertur ad Eccleſiam Regularem, attenta conſuetudine, qua ſemper delata fuit tantum vna Crux illius Eccleſiæ, ad quam corpora fuerint delata. Ad quæ ſic reſpondit. Ad primum. *Poſſe hæredes defunctorum vocare numerum Religioſorum ſibi beneuiſum.* Ad ſecundum. *Negatiuè.* Ad tertium. *Non à Canonicis, nec alijs, ſed ab ipſiſmet Regularibus in proprijs eorum Eccleſijs Officia ſuper cadaueribus peragi debere.* Ad quartum. *Vnicam tantum Crucem in cadaueribus efferendis eſſe deferendam, & illam eſſe debere illius Eccleſiæ, ad quam corpus defuncti defertur.*

19 Valde etiam notandum, Leonem 10. & Adrianum 6. conceſſiſſe omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus in Regnis Caſtellæ, Legionis, & Granatæ exiſtentibus, qui deuotionis feruore ducti in habitu Sanctiſſimæ Trinitatis deceſſerunt, aut eorum corpora, ſeu cadauera dum ab hoc ſæculo migrauerint in Eccleſijs Monaſteriorum Ordinis prædicti ſepeliri ordinauerint, omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones Fratribus prædicti Ordinis conceſſas. Caſaregubius *ſupr. num.* 21. Hanc vero gratiam communicari alijs Religioſis habentibus generalem communicationem priuilegiorum aliorum Ordinum, quales ſunt Carmelitæ, dixi *to.* 3. verbo *Habitus Regularis n.* 9. Non verò eſſe reuocatam conſtat ex dictis eodem 3. *to* verbo *Indulgentia quoad Regulares n.* 12.

20 Quoad modum ſepulturæ attendendum eſt ad Conſtitutionem Pij 5. *Cum primum*, in qua decernitur, vt cadauera defunctorum non ponantur ſuper terram, ſed infra ipſam in tumbis profundis. Naldus *in Summ. verbo Sepultura num.* 12. Item declaratum eſt à Sac. Congregat. neminem ſepeliendum eſſe prope Altare, ſeu ſub bradellis, & quòd ſi contra huiuſmodi prohibitionem ſepultura ibi reperian-

tur

tur conſtructæ, non deberi in eo Altari celebrari, donec corpora aliò transferantur. Naldus *ſupr. & verbo Miſſa. num.* 33. Barboſa *ſupr. num.* 10. Vide dicta *to.* 3. verbo *Altare num.* 17. & circa ſepulchra eorum, qui cum opinione ſanctitatis vixerunt, & è vita deceſſerunt, dicta *to.* 1. *cap.* 12. *n.* 39. & *ſupr.* verbo *Sanctorum cultus n.* 11.

21 Corpora defunctorum non poſſunt exhumari, aut transferri de loco in locum ſine Epiſcopi licentia. *ca. corpora Sanctorum de conſecrat. diſt.* 1. *l. nemo humanum C. de Relig. & ſumptibus funer.* Diana *par.* 2. *Tract.* 2. *Reſolut.* 120. Theſaurus *ſupr. cap.* 2. *in fine*. Intelligendum id eſt de corporibus perpetuæ ſepulturæ traditis, non de ijs, quæ per modum depoſiti in aliqua Eccleſia, vel Cappella poſita ſunt. Hieronymus Rodrig. *in Compend. Quæſt. Regular. reſolut.* 127. *num.* 25. Villalobos *in Summ. to.* 2. *tract.* 31. *diff.* 6. *num.* 4. Rurſus intelligendum quando non adeſt neceſſitas, vt puta Eccleſiæ, vel Capellæ renouatio. Theſaurus *ſupr.* Refertur etiam priuilegium Leonis 10. pro Minoribus, quo illis conceſſit quòd Prælati ipſorum poſſint in ſuis Eccleſijs, & Capellis exhumare corpora defunctorum, & ad alias ſepulturas in eiſdem Eccleſijs ſuis transferre, de conſenſu tamen illorum, quorum intereſt. Caſſarub. *in Compend. ſupr. num.* 20. Villalobos *ſupr. num.* 5. Portellus *loco relato de Dub. Regular. in addition. num.* 1. Nota tamen hoc priuilegium niſi de nouo confirmatum fuerit, nihil valere, cum ſit viuæ vocis oraculum. Vide dicta *ſupr.* verbo *Oraculo viuæ vocis num.* 6. 7. & 8. Notat etiam Diana *ſupr.* quòd quando corpus defuncti fuit Regularibus datum, vt ponerent illud vbicunque voluerint, poſſunt illud ſine vllo priuilegio, aut licentia Epiſcopi, vel conſanguinei, exhumare, & ad alium locum eiuſdem Eccleſiæ transferre. Sed hoc non facilè admittendum, propter iura relata, niſi ex rationabili cauſa. De quo Peirinis *loco relato ex* 3. *to. Priuileg. Minim. num.* 49. Nota etiam quòd exenterantes, concidentes, aut eliuantes cadauera defunctorum, vt ea ad alium locum transferantur, incidunt in excommunicationem Papæ reſeruatam, & cadauer ſic inhumaniter tractatum Eccleſiaſtica ſepultura carere debet. Ita enim habetur in Extrauag. 1. *de ſepulturis*. De quo Toletus *lib.* 1. *cap.* 36. §. *ſeptima*. Suarez *de Cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 5. Theſaurus *dicto cap.* 2.

22 Sepulchra violantes, ſcilicet frangentes illa, ſiue deformantes, aut mortuos ſpoliantes, infamiam incurrunt, & conſequenter irregularitatem. *ca. infames* 6. *q.* 1. *& ff. de ſepulchr. violat.* De quo Turrecremata *in d. ca. infames*. Silueſter *ſupr. q.* 13. Theſaur. *ſupr. cap.* 1. poſt Sayrum, Vgolinum, & alios. Quid verò dicendum de violatoribus ſepulchrorum, vbi Sancti requieſcunt, habes ex dictis *tom.* 3.

ver-

verbo *Furtum num.*4. & 5. & *supr.* verbo *Reliquiæ Sanctorum n.* *num.* 5. & 6.

23 Valde quoque notandum, plura esse genera personarum, quibus in loco Sacro, Ecclesia videlicet, vel Cœmeterio, sepultura dari nõ potest. Primò, omnis non baptizatus, Paganus, vel Judæus. *ca. Ecclesiam de consecrat. dist.* 1. Idem etiam dicendum, de pueris non baptizatis, etiam filijs fidelium, iuxta dicta *to.*3. verbo *Ecclesia num.* 12. Secus dicendum de infantibus mortuis in vtero matris defunctæ, & ibi existentibus, quia tales non censentur moraliter personæ à matre defuncta distinctæ. Secus etiam dicendum de pueris, de quibus dubitatur an sint, vel non, baptizati, eò quod baptismo dubio in forma, vel materia baptizati fuerunt. Homobonus *volum.* 2. *par.*7. *respons* 67. Diana 4. *par. tract.*3. *resol.*69. Secus similiter dicendum de Catechumenis, illi enim pro fidelibus habentur, & sunt baptizati in voto. Secundò, omnis hæreticus, etiam si post mortem appareat de hæresi, 24. *q.* 2. *ca. sane.* Idem dico de credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus hæreticorum. *ex cap. excommunicamus de hæretic.* §. *sane. & cap.* 2. *de hæretic. in* 6. Vbi variæ pœnæ imponuntur contra dantes ipsis Ecclesiasticam sepulturam. Tertiò, moriens in torneamento. *cap.* 1. & 2. *de torneamentis.* Idem dicendum de morientibus in duello, iuxta dicta *to.*3. verbo *Duellum num.* 14. Quartò, raptores, seu violatores Ecclesiarum, iuxta *cap.*2. *de raptoribus*. Quintò, ij, qui se occidunt ex industria. *ca. placuit* 23. *q.* 5. Sextò, qui semel in anno proprio Sacerdoti confiteri, & Eucharistiæ Sacramentum in Paschate sumere notoriè, & absque probabili excusatione intermittunt. *ca. omnis de pœnit. & remiss.* Septimò, vsurarij manifesti. *cap. quia de vsuris. cap. quamquam eod. tit. in* 6. Octauò, blasphemi, iuxta *cap.*2. *de maledicis*. Nonò, non restituentes Ecclesiæ decimas. *cap. prohibemus de decimis*. Decimò, Religiosi inuenti proprietarij in morte. *cap. super quodam de stat. Monach.* Vndecimò, omnis peccator mortalis, ac notorius, si absque pœnitentia præsumitur decessisse. *ca. quibus, & sequentibus* 13. *q.*2. Inter quos recensetur Clericus notoriè concubinarius, sic perseuerans vsque ad mortem. Peccatores autem, seu illi, qui existimantur in peccato mortali decessisse, dummodò non constet impœnitentes mortuos esse, quales sunt, qui moriuntur in cornibus taurorum, & adulteri deprehensi in adulterio, & idcirco interfecti à marito, quamuis nulla signa contritionis dederint, in loco Sacro sepeliri debent. Ioannes Sanctius *in Sanctis disp.* 36. *num.*3. & 4. Duodecimò, quòd excommunicati priuentur sepultura Ecclesiastica, habes ex dictis *to.* 3. verbo *Excommunicatio quoad Regulares nu.* 53. Decimo tertiò, quod etiam Interdicti sepultura

pri-

priuentur, habes etiam ex dictis eodem *to.*3. verbo *Interdictam quoad Regulares num.*33. 34. & 36. De his omnibus Summiſtæ *verbo Sepultura*, ſpecialiter Angelus *nu.*29. Siluester *q.*9. Vgolinus *de Officio Epiſcopi cap.*17. Layman. *d. cap.*12. *num.*10. 11. & 12. Barboſa *ſupra n.*40. & *ſeq.* Theſaur. *ſupr. verb. Sepultura.* & ſpecialiter loquens de pœnis prædictorum delictorum.

24 Circa prædicta autem notà, quod Parochi, vel Religioſi ſepelientes aliquos iure ſepulturæ priuatos peccant mortaliter, quia faciunt in re graui contra Eccleſiæ prohibitionem. Silueſt. *ſupr. quæſt.* 11. Incurrunt etiam pœnas impoſitas contra ſic facientes in Iuribus relatis. Imò etiam tenentur reſtituere corpus, & quidquid ratione illius perceperunt. Angelus *ſupr. num.*32. Siluester *ſupr.* Barboſa *ſupr. num.*53. *per text. in cap. cum liberum de ſepultur.* referens Suarez, & vtrumque Rodriguez. Similiter ſi quis prædictorum de facto in loco Sacro contra Sacros Canones fuerit ſepultus, ſi diſcerni poſſit ab alijs fidelibus exhumandus eſt, aliàs non, iuxta *cap. Sacris de ſepultur. & cap. Eccleſiam* 1. & 2. *diſt.* 4. *de Conſecrat.* & Eccleſia, vel Cœmeterium reconcilianda, ſi in eis fuerit ſepultus excommunicatus vitandus, iuxta dicta *to.*3. verbo *Eccleſia num.*12. Imò ſi talis ſepultus fuerit infidelis, debent etiam tigna, & parietes radi, iuxta *ibid.* dicta. Summiſtæ *ſupra.* Layman. *ſupr.* 5. *Porrò.* Si tamen de cadauere dubitaretur, vtrum ſit fidelis, vel infidelis, in meliorem partem interpretandum erit, niſi aliqua probabilitas appareat de oppoſito. Siluester *ſupr. quæſt.* 9.

25 Notandum etiam, quòd ſi illi, qui ſe ipſos occiderunt, aut non confeſſi, vel communicati in Paſcha fuerunt, aut peccatores notorij, ſunt ante mortem Eccleſiæ conciliati, vel eos ſignum pœnitentiæ dediſſe ex vnius ſaltem teſtimonio probari poteſt, ſepulturæ tradi debent. Silueſter *ſupr.* Nauarrus *l.*3. *conſil. tit. de ſepultur. conſ.*6. Portellus *ſupr. num. primo.* Layman. *ſupr. nu.* 11. Naldus *in Summa verbo Sepultura num.*6. & 7. Publicè autem vſurarij non ante ſepeliendi ſunt, quam vſurarum reſtitutio facta ſit, vel de facienda cautio detur. *cap. quamquam de vſur. in* 6. Layman. *ſupr.* Theſaur. *ſupr. verbo Vſuriorum pœna cap.*1. Imò etiam qui in torneamentis moriuntur, etiam ſi pœniteant, Eccleſiaſtica ſepultura carere debent. *c.*1. *de torneamentis*, Siluester *ſupr. q.*9. Naldus *ſupr. num.*7. De raptoribus autem, ſeu violatoribus Eccleſiarum, qui in morte pœnitent, ſed ſatisfacere non poſſunt, ſtatuitur *in cap.*2. *de Raptoribus* quòd Clerici non interſint eorum ſepulturæ. Gloſſa *ibid. verbo Sepulturæ*, Nald. *ſupr. n.*7 Ex quo inferunt Cœmeterium non eis denegari.

26 Specialiter circa id, quod dixi de Religioſis proprietarijs, quòd

ſint priuandi ſepultura Sacra, nota id eſſe intelligendum quando ſic moniti ſunt à ſuo Prælato, ne eſſent proprietarij. Etenim *cap. ſuper quadam de ſtat. Monach.* relatum ſolùm loquitur de Religioſo commonito à ſuo Priore. Portellus *ſupr. num.* 11. Villalobos *in Summ. to.2. tract.* 31. *diff.* 3. *num.6.* Diana 4. *par. Tract.*4. *Reſolut.*23. Id etiam intelligendum eſt quando certò conſtat de proprietate Religioſi, non verò quando habere potuit aliquam probabilem excuſationem, vt puta, quòd pecunia non eſſet ſua, quòd haberet licentiam à Superiori ad illam tenendam &c. Portellus, Villalobos, & Diana *ſupr.* ex vtroque Rodriguez. Addit Portellus id etiam eſſe intelligendum, quando caſus eſt publicus, non quando eſt occultus.

27 Nota tandem cadauera ſuſpenſorum, ſeu ad mortem damnatorum, ſi pœnitẽtes deceſſerunt, non priuari Eccleſiaſtica ſepultura. Abbas *in cap. ex parte n.*4. *de ſepultur.* Layman. *ſupr. n.*10. Interdum tamen in criminis pœnam, & aliorum exemplum, ipſa priuantur. Quo caſu non videtur mortale ſi ad vitandam talem infamiam conſanguinei ipſorum eos ſepeliri clam faciant. Portellus *ſupr. num.*12. ex Rodriguez.

SIMONIA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

*De ſimonia reuiſſiuè. num.*1.
*Simonia deffinitio. num.*2.
*Diuiſio. num.*3.
*Alia iure diuino; alia ſolùm iure Eccleſiaſtico prohibita. num.*4.
*Qualiter dare, vel accipere aliquid pro receptione ad Religionem ſit ſimonia. num.*5.
*Pro Sacramentis, & ipſorum adminiſtratione. num.*6.
*Pro Sacramentalibus, & ſimilibus. num.*7.
*Pro rebus Sacris permanentibus. num.*8.
*Quid pro ſepultura. num.*9.
*Quid pro actibus, ſeu exercitijs ſcientiarum. num.*10.
*Quid pro licentia docendi, aut prò gradibus. num.*11.
*Pro licentia audiendi confeſſiones, prædicandi, abſoluendi &c. num.*12.
*Quid de Beneficijs, & Prælatijs Regularium. num.*13.
*An in commutatione ipſorum. num.*14.
*An in renunciatione, ſeu reſignatione. num.*15.
*Quid de alijs officijs Religionum, num.*16.

De

De interceſſoribus, ſeu mediatoribus ad ipſa. num. 17.
De Iure patronatus. num. 18.
De ſimonia confidentiali. num. 19.
De ea, quam committere poſſunt Regulares in electionibus. num. 20.
In quibus caſibus eam committant. num. 21.
De pœnis ſimoniacorum. num. 22.
Propter quam ſimoniam incurrantur pœnæ. num. 23.
De dantibus, ſeu recipientibus aliquid pro ingreſſu in Religionem. num. 24.
De pœna ſuſpenſionis, quæ propterea incurritur. num. 25.
Qualiter puniendus tam recipiens, quam receptus ſimoniacè. nu. 26.
Simoniaci ſunt infames. num. 27.
De pœnis ſimoniacorum in Ordine. num. 28.
Simoniacorum in Beneficijs. num. 29.
De abſolutione, & diſpenſatione prædictarum pœnarum, num. 30.
Pro quiete Religioſorum quid notandum. num. 31.

1 QVamuis hæc materia latiſsima ſit, reſtringenda tamen in præſenti eſt ad ea, quæ magis communiter inter Regulares contingere poſſunt, præſuppoſitis tamen aliquibus principijs ipſius.

2 Primò ergo quoad nominis ethimologiam, ſimonia à Simone Mago originem traxit, qui Act. 8. Dei donum emere volebat. S. Tho. 2. 2. *q.* 100. *art.* 1. & alibi. Summiſtæ communiter *verbo Simonia in principio*. Definitur autem ſic. ***Eſt Sacrilegium conſiſtens in ſtudioſa voluntate emendi, vendendi, ſeu commutandi rem Sacram, ſeu ſpiritualem, vel ſpirituali annexam pro temporali, vt pretio.*** Ita fere S. Tho. *ſupr.* & communiter Doctores, ſpecialiter ex noſtris Ioannes Beetz *de decem præcept. Decalog. circ.* 7. *præcpt. expoſit.* 2. *cap.* 6. Dicitur *Sacrilegium* tum loco generis, tum, vt indicetur virtus cui ſimoniæ vitium aduerſatur. Hæc autem virtus eſt Religio, cui opponitur Simonia æſtimando res Sacras tanquam prophanas, illaſque in contractum deducendo. Leſſius *de Iuſtitia, & iure l.* 2. *cap.* 35. *dubitat.* 11. *num.* 2. Bonacina *de Simonia num.* 2. Dicitur ***in ſtudioſa voluntate***, tum quia ſimonia, ſicut & alia omnia peccata, voluntatis deliberationem exigit, tum quia ad eſſentialem malitiam huius peccati non requiritur vt pactum, mutuo conſenſu, vel re ipſa perficiatur, ſed ſufficit affectio vnius ſimoniaca cum opere ſubſecuto. Suarez *to.* 1. *de Relig. l.* 4. *cap.* 1. Reginaldus *l.* 23. *cap.* 11. *q.* 1. Layman. *l.* 4. *Tract.* 10. *cap.* 8. §. 1. *num.* 1. Dicitur ***emendi, aut vendendi, aut commutandi &c.*** ad denotandum, quòd ſimonia committitur per contractum

sed illicitus dicit ad prælatum referendum, sed intendendum est ad ea, quæ ad ipsum pertinent, & ad quæ ipse tenetur. Et ideo dicendum est, quod secundum Augustinum, quæ pertinent ad dispensationem temporalium, non debent fieri, nisi ex mandato prælati, quia ipse tenetur rationem reddere de temporalibus, quæ dispensantur in domo sua. Sed quæ pertinent ad ordinationem divini officii, non debent fieri ex mandato prælati, quia ipse non tenetur de hoc rationem reddere, sed unusquisque de seipso. Et ideo dicit Augustinus, quod non committitur Officium nisi cum Capitulo, & ideo dicit Regula, quod nihil fiat sine licentia Abbatis, quia ipse tenetur, & quando potest, & debet, ordinare de his, quæ pertinent ad officium divinum. Et ideo dicit Regula, quod nihil fiat sine licentia Abbatis, quia ipse tenetur, & quando potest, & debet, ordinare de his, quæ pertinent ad officium divinum. Sed quia non semper potest, & debet,

sint Sacræ ex natura sua, vt Sacramenta &c. siue ex benedictione Ecclesiæ, vt Ara, Calix &c. Posterioris verò est illa, quæ versatur circa permutationem, vel resignationem Beneficiorum, aut circa emptionem, vel venditionem aliquorum officiorum temporalium Ecclesiæ, v.g. Oeconomi, Sacristæ, Procuratoris &c. quæ ab Ecclesia prohibita est *ca. Saluator.* 1. *q.*3. Ioannes Beetz *supr. d. cap.*6. Navarrus *supr. num.* 100. Azor *supr. q.* 2. Suarez *supr. cap.* 2. Sanchez *supr. dub.* 2.

5 Hæc ergo Regularibus applicando, primò dicendum, quòd, iuxta dicta *to.*1. *cap.*24. *num.*30. 31. 32. *& cap.*25. *nu.* 5. simoniacum est aliquid dare, vel accipere, vt pretium pro receptione alicuius, siue viri, siue fœminæ ad Religionem, quia est vendere rem spiritualem pro temporali. Non tamen erit simonia aliquid accipere ad sustentanda onera temporalia, quæ Religio suscipit cum aliqua persona, neque pro sustentatione, aut dote ipsius, iuxta ibidem dicta, & *tertio tomo* verbo *Dos Monialium*, ac supra verbo *Moniales nu.*7. De quo etiam Suarez *cap.*54. *nu.*4. Portellus *in Dub. Regular. verbo Simonia num.*3. *&* 4. & Candidus *to.*4. *disquis. disquis.*4. *art.*19. *dubit.*31. *&* 32. Licet autem simonia sit dare aliquid alicui, vt fiat Religiosus, vel Religiosa, vel illud accipere, vt pretium, quia fieri Religiosam aliquam personam est aliquid Sacrum, & spirituale, ac per consequens dandũ gratis sine vllo pretio (Suarez *supr.* Filiucius *tract.*25. *ca.*12. *quæst.* 8. *num.*16.) licitum tamen erit, & absque labe simoniæ, si aliquid detur tali personę alliciendo ipsam ad Religionem, & cum spe quòd Religionem ingrediatur, etiã si talis spes manifestetur, cum adhuc tunc non detur res illa tanquam pretium. Bonacina *supr. q.*4. *punct.*7. *in fine*. Nota autem quòd in casibus, in quibus simonia committitur dando aliquid, vel recipiendo pro ingressu in Religionem, committitur etiam à cooperantibus. v.g. dantibus suffragium pro receptione talium &c. Suarez *supr. q.*5. *num.*7. De pœnis autem huius simoniæ infra dicetur. An verò possit aliquis dare aliquid gratis Prælatis Religionum ad facilius impetrandum suam receptionem in illis, agit Diana 3. *p. Tract.*2. *Resolut.*64. ex Vechio, & alijs.

6 Simoniam etiam committunt Religiosi aliquid dando, vel accipiendo vt pretium, pro Sacramentis, aut administratione illorum, iuxta dicta de Sacramento Pœnitentiæ *to.*1. *cap.*19. *n.*40. Sunt enim illa res valde Sacræ, & ita decernitur *cap. cum in Ecclesia de simon.* Toletus *supra cap.*88. Sanchez *supr. dub.*7. Idem dico de labore intrinseco, seu concomitante ipsorum administrationem, quia talis labor est pars necessaria ipsius, & nullo modo separabilis ab ipsa. Toletus *supr.* Sanchez *supr. Dub.*10. Possunt tamen pro Sacramentorum ad-

materialiter, & formaliter, & ideo non tenetur restituere illud, quod accepit, nisi ad id teneatur ex alio capite, ut ex damno, quod intulit, vel ex alia causa. Ita Sanchez, Navarrus, Lessius, Molina, Reginaldus, & Bonacina, qui addit, quod hæc sententia videtur satis probabilis, quia Religiosus, qui dat hæreditatem, non intendit dare pretium, sed solum intendit dare, ut ingrediatur Religionem, & ideo non videtur dare pretium, sed solum occasionem, ut ingrediatur Religionem. Idem Cardinalis Lugo, ex quo Filliucius, Tamburinus, & alii. Quod tamen non videtur probabile, quia Religiosus, qui dat hæreditatem, non intendit dare pretium, sed solum intendit dare, ut ingrediatur Religionem, & ideo non videtur dare pretium, sed solum occasionem

re Euangelium, vel Epiſtolam, ſeruire Miſſæ, aut exercere munus Acolythi, Exorciſtæ &c. Propter eamdem rationem. Suarez *ſupr. cap.*13. Filiucius *ſupr. cap.* 4. Bonacina *ſupr.* §. 4. Idem, & propter eamdem rationem dicendum de diuinis Officijs, qualia ſunt celebratio Miſſæ, Horæ canonicæ, Exequiæ, Proceſſiones, Orationes publicæ &c. Michael de Bononia *ſupr.* Silueſter *ſupr. q.*9. *dicto* 3. Suarez *ſupr. cap.*15. Bonacina *ſupr.* §.5. Idem quoque dicendum de orationibus priuatis, quia etiam quatenus impetratoriæ, ſatisfactoriæ, vel meritoriæ de congruo, ſunt res ſpirituales, & ad finem ſpiritualem ordinatæ. Suarez *d. cap.*15. *num.*9. Bonacina *ſupr.* Layman. *ſupr.* §.4. *num.*38. Idem ſimiliter dicendum, & propter eamdem rationem, de actibus iuriſdictionis ſpiritualis, quales ſunt non ſolùm abſolutiones à cenſuris, diſpenſationes &c, ſed viſitationes, correctiones &c. ſed, &, iuxta dicta *to.*3. verbo *Concionator num.*3. ipſæ Conciones. Vbi etiam *num.* 12. quid dicendum de mercede, aut ſalario, quod Concionatoribus dari ſolet. Sanchez *ſupra dub.* 17. Ioannes de Cruce, *ſupr. dub.6.* Layman. *ſupr.*§.4.*num.*40. An verò idem dici debeat de omiſſione actus ſpiritualis, qualis eſt non abſoluere, non dicere Miſſam, non excommunicare, non eligere &c. tractant Leſſius *ſup.dub.* 11. Layman. *ſupr. n.*43. Bonacina *ſupr.* §. 9. ex alijs. De quo etiam aliqua ad intentum Regularium dixi *to.*1. *cap.*15. *n.*30. & 31.

8 Simoniacum etiam eſt dare, vel accipere aliquid vt pretium pro rebus Sacris permanentibus, puta veſtibus, vaſis, & ornamentis Sacris, & ſimilibus. Etſi enim iſta ratione materiæ, quæ quid temporale eſt, vendi poſſint, non tamen ratione conſecrationis, aut plus ratione ipſius, quia, etſi illarum conſecratio ab Eccleſia dependeat, ea tamen poſita, ſunt res Sacræ, & ad finem ſpiritualem animæ ordinatæ. Toletus *ſupr. cap.*89. Suarez *ſupr. cap.*14. *num.* 6. Sanchez *ſupr. dub.*15. Vbi etiam §. *Tertio dico* idem dicit de Oleo Sacro, & Chriſmate, quod tamen negant Angelus *in Summa verbo Simonia* 2.*n.*24. & Silueſter *ſupr.* 8. *dicto* ex Panormitano. De Reliquijs Sanctorum iam dixi *ſup.* verbo *Reliquiæ Sanctorum n* 3. eas vendere, aut emere eſſe ſimoniam. Quid de Agnis Dei ſentiendū dixi 3.*to.* verbo *Agnus Dei cerei num.*3. & 4. De quo etiam Suarez *ſupra cap.* 14 *num.* 10. Quid verò dicendum de ſepultura habes ex dictis ſupra verbo *Sepultura quoad Regulares nu.*14.

9 Circa quæſtionem autem illam, an liceat aliquid dare, vel accipere pro faciendo aliquo bono opere, v. g. ieiunando, audiendo Sacrum, intrando in Religionem, ſuſcipienda fide Catholica, vel deſiſtendo ab aliquo peccato, v. g. fornicatione, furto &c. certum eſt licere gratis offerre aliquid alicui per viam diſpoſitionis ad reddēdum,

eum

eum benevolum, vt hæc velit facere. Silvester *supr. q.*8. *dicto.*3. Lessius *supr. dub.*12. Sanchez *supr. dub.*16. Bonacina *supr.* §.7. *vers. ex dictis.* Nota autem, quòd donatio hæc simplex est, nec onus, nec obligationem faciendi inducens. Quare si alter non faciat non tenetur restituere. Sicut licitum est munera offerre alicui ad habendum ipsum benevolum, vt mihi mutuet, alter tamen acceptis muneribus licitè potest id nolle. Similiter, si aliàs quis affectus sit ad talia opera, & impediatur paupertatis timore, vt si renuit baptizari, quia cogetur restituere vsuras; vel non ingreditur Religionem, quia astrictus est ære alieno, fas est pecunias offerre ad auferendum obstaculum illud, quia hoc non est emere spiritualia, sed impedimenta removere. Angelus *verbo Simonia* 2. *num.*13. Silvester, & Sanchez *supr.* Licet autem valde dubium sit an liceat offerre munera ex pacto hæc faciendi, ita vt alter accepto munere ad id maneat obligatus; inter varias tamen Theologorum opiniones, & distinctiones, de quibus Suarez *supr. cap.*16. & Bonacina *supr.* §.7. verius est absolutè, & generaliter, licere, etiam si detur ex pacto, & cùm obligatione faciendi, modò non detur in pretium, vt dare munera, vel nubere infideli hac lege, vt fiat Christiana, & donare vitam infideli damnato ad mortem, aut illi concedere libertatem, si convertatur, & filijs vestes, & equos, si frequenter confiteantur, aut se communicent, vel legare alicui, aut dare ipsi munera, si fiat Religiosus; si ista omnia non offerantur in pretium. Ita Sanchez *supr.* cui favet Lessius *supr.* Illud certius, quòd quando promittitur, vel datur aliquid alteri non sub obligatione faciendi prædicta, sed sub conditione illa faciendi, non committitur simonia, tum quia id non datur, aut promittitur vt pretium, tum quia adhuc ille cui res datur, vel promittitur, manet liber ad faciendum, vel non faciendum ea. Suarez, & Bonacina relati, & alij. Idem proportionaliter dici debet de recipientibus, si id non recipiant vt pretium.

10 Licitum etiam est Religiosis, & absque labe simoniæ, aliquid dare, vel accipere, etiam vt pretium, pro actibus, seu exercitijs scientiarum, vel artium naturalium, quæ humano labore comparantur, videlicet Logicæ, Philosophiæ, Iuris prudentiæ, Theologiæ &c. Ratio est, quia quamuis ista sint spiritualia, tamen quia non sunt Sacra, aut supernaturalia, sed naturalia, ideo illa vendere, aut emere, non opponitur Religionis virtuti, ac per consequens nec sunt materia simoniæ, quæ, vt dixi, est Sacrilegium contra virtutem Religionis. S. Tho. *supr. art.*3. Expositores *ibid.* Navarrus *supr. num.*110. §. *ex qua definitione.* Toletus *supr. cap.*88. Vnde possunt docere dictas artes, vel scientias, respondere ad casus conscientiæ, vel dare, aut scribere consilia de ipsis, etiam propter pretium. Navarrus *supr.* Sanchez *supr. dub.*5.

dicit, Lucius Titius, cum ex duodecim annis, quos ei Aulus Mævius ex testamento suo dare jussus est, octo annos jam percepisset, priusquam ei reliqua quatuor solverentur, decessit, quæritur, an ea quatuor, quæ ei ex testamento debebantur, ad eum, qui ea solvere debuit, pertineant? Respondi, ea ad eum pertinere. Lucius Titius, inquit, ex quatuor annis, quos ei Aulus Mævius dare jussus est, octo percepit. Ergo ex duodecim annis, quos ei dare jussus est, octo percepit. Ergo quatuor ei ex testamento debentur. Quæ quatuor ad eum, qui solvere debuit, pertinent. Nam si Lucius Titius decessisset, priusquam octo annos percipere posset, ea, quæ ei ex testamento debebantur, ad heredem ejus pertinerent. Ergo cum ea, quæ ei ex testamento debebantur, ad eum, qui solvere debuit, pertineant, si Lucius Titius vivit, ea ad eum pertinere non dubium est.

11. Ex duobus testibus Lucretius decessit quorum unus dixit, se Titium, alter, se Mævium audisse. Quæritur, an ex his testimoniis, quæ in diversa tendunt, res Titio vel Mævio quæsita videatur? Respondi, ex his testimoniis, quæ in diversa tendunt, res neutri quæsita videtur. Nam si Titius vivit, ea, quæ ei ex testamento debentur, ad eum pertinent. Si vero Mævius vivit, ea, quæ ei ex testamento debentur, ad eum pertinent. Ergo cum ea, quæ ei ex testamento debentur, ad eum, qui solvere debuit, pertineant, si Lucius Titius vivit, ea ad eum pertinere non dubium est.

12. Lucius Titius ante Kalendas Januarias, quæ fuerunt post consulatum Lucii Titii & Caii Seii, mortuus est. Quæritur, an ea, quæ ei ex testamento debebantur, ad eum, qui solvere debuit, pertineant? Respondi, ea ad eum pertinere. Nam si Lucius Titius vivit, ea, quæ ei ex testamento debentur, ad eum pertinent. Ergo cum ea, quæ ei ex testamento debentur, ad eum, qui solvere debuit, pertineant, si Lucius Titius vivit, ea ad eum pertinere non dubium est.

13. Lucius Titius ante Kalendas Januarias, quæ fuerunt post consulatum Lucii Titii & Caii Seii, mortuus est. Quæritur, an ea, quæ ei ex testamento debebantur, ad eum, qui solvere debuit, pertineant? Respondi, ea ad eum pertinere. Nam si Lucius Titius vivit, ea, quæ ei ex testamento debentur, ad eum pertinent. Ergo cum ea, quæ ei ex testamento debentur, ad eum, qui solvere debuit, pertineant, si Lucius Titius vivit, ea ad eum pertinere non dubium est.

13 Maximè notandum etiam pro Regularibus, quòd, cum, iuxta dicta *supr. num.* 2 in definitione simoniæ, materia ipsius non solùm sit quid spirituale, sed etiam id quod est annexum rei spirituali, ideo Beneficia Ecclesiastica, cum sint annexa rebus spiritualibus, nam sunt annexa Ordini Sacro, & ordinãtur ad Officia diuina peragenda, sunt materia simoniæ, ac proinde pro ipsis pretium dari, aut accipi non potest sine labe simoniæ, prout communiter Doctores supponunt. Quod non solùm intelligendum est de Beneficijs Regularibus, quæ important curam animarum sæcularium, de quibus dixi *tom.* 2. *cap.* 18. *& to.* 3. verbo *Beneficium, & Beneficiati*, sed etiam de Prælatijs Regularium, quæ important solùm curam animarum ipsorum; Generalatu videlicet, Prouincialatu, Prioratu &c. Ratio est, quia licet illa, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 15. *num.* 22. & loco relato ex *tertio to. n.* 3. non sint propriè Beneficia quoad vtilitatem temporalem percipiendi fructus, seu redditus; sunt tamen Beneficia quoad iurisdictionem spiritualem, & curam animarum quam important, ac proinde proportionaliter dicendum de illis est, ac de alijs Beneficijs. Suarez *supr. cap.* 34. *nu.* 3. *ad finem*. Filiucius *supr. cap.* 12. *quæsito.* 8. Sanchez *supr. dub.* 104. *num.* 5. *&* 11. Peirinis *supr.* Layman. *supr.* §. 7. *num.* 72. Bonacina *supr. q.* 5. *num.* 7. Nouarius *in Lucern. Regular. verbo Simonia n.* 9. An verò propterea incurrantur pœnæ simoniacorum in Beneficio dicetur infra *nu.* 29.

14 Quemadmodum ergo simonia iure Ecclesiastico introducta committitur permutando, seu commutando Beneficia Ecclesiastica, si priuata authoritate, & non Superioris fiat, ex varijs textibus relatis *to.* 1. *cap.* 15. *nu.* 32. de quo non solùm Suarez ibi relatus, sed etiam Sotus *d. l.* 9 *q.* 7. *art.* 2. Azor. *supr. cap.* 12. Toletus *supr. cap.* 91. & alij. Sic etiam dicendum de prædictis Prælatijs Religionum, iuxta ibidem dicta. Nota autem primò, huiusmodi commutationem solùm esse simoniacam in Beneficijs propter textus relatos. Vnde commutare aliàs res spirituales inter se, nec est simonia, cum simonia solùm sit commutare spirituale pro temporali, non spirituale pro spirituali, nec vllo modo prohibitum, cum quotidiana experientia constet etiã inter timoratos, quòd vnus cum alio commutet Missas, spirituales functiones, aut exercitia circa animarum curam. Sotus *supr. q.* 5. *art.* 2. Suarez *supr. cap.* 30. *nu.* 5. Bonacina *supr.* §. 12. Diana 4. *p. Tract.* 4. *Resolut.* 150. Nota secundò, Superiorem illum, cuius authoritate potest fieri hæc commutatio, esse illum, qui Beneficium ipsum potest conferre. Toletus *sup.* Vnde ad propositum Prælatorum Religionum, erit Generalis, vel Prouincialis, aut Superior, ad quem spectat illa conferre. Sanchez *supr. dub.* 38. *nu.* 4. Nota tertiò, quòd si, vel mini-

Digitized by Google

ultimum præd. dict. constituti ministerium vel ad complendum tem-
pus, seu functionem, quo non expirante non possint ad aliud mi-
nisterium transferri. Navarr. Manual. c. 25. n. 74.

17. Quemadmodum enim ministerium, seu officium Beneficii
Curati, ut dictum est, est quoddam spirituale, ita & ipsum Be-
neficium, non tantum ratione officii, sed & ratione ipsius Bene-
ficii in essentialibus, ita temporalibus participat de spirituali-
tate, ut patet ex Concil. Trident. sess. 24. c. 13. de reform. Bene-
ficiorum, ubi dicitur: Beneficia Curata, quæ ex sui natura sunt
spiritualia, non nisi spiritualibus viris, qui ea per se ipsos exer-
cere possint, & debeant, quæ primo modo ab ultimo Concilio
Lateran. sess. 28. c. 4. &c.

18. Ex quibus omnibus, & aliis, quæ ex Canonistis, & Theo-
logis ad rationem ejus Beneficii, quod Curatum dicitur, requi-
runtur, Doctores non Curatos, Sæculares, & Regulares, non tantum
ex Concilio Trident. sess. 24. c. 18. de reform. & Bulla Pii V. Ro-
mani Pontif. cap. 14. quæ incipit: Super gregem Dominicum, sed
& ex Concilio Lateran. sess. 28. c. 4. & Clement. 1. de Privilegiis,
& Jacobo Gutierrez, Canonicarum Quæstionum Tom. 1. lib. 1. c.
12. n. 6. & 7. colligunt, Curatum officium, quæ non inhærent ex
natura sua Beneficio Curato, non esse de substantia ejus, ut
Curatum officium, quod exercetur per Vicarium, Coadjutorem,
vel Substitutum, non tantum non sit Beneficium Curatum, sed
& ipsum Beneficium Curatum, quod ita regitur, non sit Curatum
Beneficium, quia ad rationem Beneficii Curati requiritur, ut
Curatus officium Curatum per se ipsum exerceat, & ut Curatus
per se ipsum exercere possit, & debeat, ut dictum est ex Concil.
Trident. sess. 24. c. 13. de reform. Beneficiorum, & Bulla Pii V.
Romani Pontif. cap. 14. quæ incipit: Super gregem Dominicum.
Quod ita intelligendum est, ut Curatus, qui Beneficium Curatum
habet, non teneatur per se ipsum officium Curatum exercere,
quando ob aliquam causam legitimam, vel ob aliquam causam
rationabilem, & necessariam, ut infirmitatem, vel aliquam aliam
causam, quæ ipsum excusat, ut per se ipsum officium Curatum
exercere non possit, & debeat, illud per Vicarium, Coadjutorem,
vel Substitutum exercere facit, ut ex Concilio Trident. sess. 24.
c. 18. de reform. & Bulla Pii V. Romani Pontif. cap. 14. quæ in-
cipit: Super gregem Dominicum, & Navarro Manual. c. 25. n. 74.
& Gutierrez Canonicarum Quæstionum Tom. 1. lib. 1. c. 12. n. 6.
& 7. colligitur, & ex Concilio Lateran. sess. 28. c. 4. & Clement.
1. de Privilegiis, & Jacobo Gutierrez, Canonicarum Quæstionum
Tom. 1. lib. 1. c. 12. n. 6. & 7. colligunt, Curatum officium, quæ
non inhærent ex natura sua Beneficio Curato, non esse de sub-
stantia ejus, ut Curatum officium, quod exercetur per Vicarium,
Coadjutorem, vel Substitutum, non tantum non sit Beneficium
Curatum, sed & ipsum Beneficium Curatum, quod ita regitur,
non sit Curatum Beneficium, quia ad rationem Beneficii Curati
requiritur, ut Curatus officium Curatum per se ipsum exerceat,
& ut Curatus per se ipsum exercere possit, & debeat, ut dictum
est ex Concil. Trident. sess. 24. c. 13. de reform. Beneficiorum, &
Bulla Pii V. Romani Pontif. cap. 14. quæ incipit: Super gregem
Dominicum. Quod ita intelligendum est, ut Curatus, qui Bene-
ficium Curatum habet, non teneatur per se ipsum officium Cu-
ratum exercere, quando ob aliquam causam legitimam, vel ob
aliquam causam rationabilem, & necessariam, ut infirmitatem,
vel aliquam aliam causam, quæ ipsum excusat, ut per se ipsum
officium Curatum exercere non possit, & debeat, illud per Vi-
carium, Coadjutorem, vel Substitutum exercere facit, ut ex Con-
cilio Trident. sess. 24. c. 18. de reform. & Bulla Pii V. Romani
Pontif. cap. 14. quæ incipit: Super gregem Dominicum, & Na-
varro Manual. c. 25. n. 74. & Gutierrez Canonicarum Quæstio-
num Tom. 1. lib. 1. c. 12. n. 6. & 7. colligitur, & ex Concilio
Lateran. sess. 28. c. 4. & Clement. 1. de Privilegiis, & Jacobo
Gutierrez, Canonicarum Quæstionum Tom. 1. lib. 1. c. 12. n. 6.
& 7. colligunt, Curatum officium, quæ non inhærent ex natura
sua Beneficio Curato, non esse de substantia ejus, ut Curatum
officium, quod exercetur per Vicarium, Coadjutorem, vel Sub-
stitutum, non tantum non sit Beneficium Curatum, sed & ipsum
Beneficium Curatum, quod ita regitur, non sit Curatum Bene-
ficium, quia ad rationem Beneficii Curati requiritur, ut Curatus
officium Curatum per se ipsum exerceat, & ut Curatus per se
ipsum exercere possit, & debeat, ut dictum est ex Concil. Tri-
dent. sess. 24. c. 13. de reform. Beneficiorum, & Bulla Pii V.
Romani Pontif. cap. 14. quæ incipit: Super gregem Dominicum.
Quod ita intelligendum est, ut Curatus, qui Beneficium Cura-
tum habet, non teneatur per se ipsum officium Curatum exer-
cere, quando ob aliquam causam legitimam, vel ob aliquam
causam rationabilem, & necessariam, ut infirmitatem, vel ali-
quam aliam causam, quæ ipsum excusat, ut per se ipsum offi-
cium Curatum exercere non possit, & debeat, illud per Vicarium,
Coadjutorem, vel Substitutum exercere facit, ut ex Concilio
Trident. sess. 24. c. 18. de reform. & Bulla Pii V. Romani Pon-
tif. cap. 14. quæ incipit: Super gregem Dominicum, & Navarro
Manual. c. 25. n. 74. & Gutierrez Canonicarum Quæstionum
Tom. 1. lib. 1. c. 12. n. 6. & 7. colligitur, & ex Concilio Late-
ran. sess. 28. c. 4. & Clement. 1. de Privilegiis, & Jacobo Gu-
tierrez, Canonicarum Quæstionum Tom. 1. lib. 1. c. 12. n. 6. &
7. colligunt, Curatum officium, quæ non inhærent ex natura sua
Beneficio Curato, non esse de substantia ejus, ut Curatum offi-
cium, quod exercetur per Vicarium, Coadjutorem, vel Substi-
t

to.1. cap.19. num.15. prohibentur Confeſſarij Regulares per vniuerſam Italiam extra Vrbem abſoluere virtute ſuorum priuilegiorum, vnus eſt iſte; ideo ſolùmmodo dicendum huiuſmodi ſimoniam confidentialem conſiſtere in reſignatione, collatione, electione, vel præſentatione Beneficiorum hoc animo, vt ipſa, vel fructus ipſorum, vel in partem reſtituantur, vel reſeruentur ipſi reſignanti, conferenti, eligenti, vel præſentanti, aut alteri iuxta ipſius electionem. De qua Nauarrus *ſupr. num.* 110. *& l.1. conſil. tit. de renunciat. conſil.* 5. *& lib.5. tit.3. de Simonia conſil.*48. *&* 76. Quaranta *in Summ. Bullar. verbo Simonia*, Rodriguez 2.*to. Summ. cap.*56. Sanchez *ſupr. dub.*34. & Bonacina *ſupr. q.*7. §.1. Stratius noſter *in Inſtruct.pro Carmelitis cap.*7. De ea, quæ committitur in penſionibus, quia inter Regulares rariùs contingere ſolet, pro nunc nihil agendum. De ea tamen communiter Authores.

20 De ſimonia, quam committere poſſunt Regulares in electionibus dixi dicto *cap.*15. *num.*28. *& ſequentibus*. Maximè verò, licet, iuxta dicta eo loco *num.* 29. committant ſimoniam Religioſi in electionibus ſi conuentionem, vel pactum faciant, quòd vnus ſuffragetur vni in vna electione, & alter ſuffragetur in alia. Vt ſi dicant: Si dederis mihi, vel alijs tuum votum, ego dabo tibi meum, vel amico tuo (De quo præter Authores ibi relatos Tamburinus *de Iure Abbatum to.*1. *diſp.* 10. *quæſit.*3. *nu.* 3. & Paſqualigus infra referendus.) Excuſare tamen illos videtur à ſimonia Portellus *ſupr. num.*1. ex Rodriguez, & conſonat idem Paſqualigus, ſi in hoc non fiat pactum, & conuentio clara, ſed ſolùm detur demonſtratio ſpei futuræ. Vt ſi dicatur: Da tu ſuffragium, & de tuo honore curabitur, ſicut congruum fuerit, vel quid ſimile. Tunc enim ſi amore amicitiæ detur tale promiſſum, abſque animo ſe colligandi per contractum, non videtur interuenire pactum. Secus ſi dicatur clarè: Si dederis pro me ſuffragium, ego etiam dabo, aliàs non dabo. Hìc enim clarè interuenit pactum, & contractus ſimoniacus. Vnde immeritò Sanchez *ſupr; dub.*44. *num.*4. dicit, excuſari à ſimonia Monachos ſic conuenientes inter ſe. Elige me in Prouincialem, & te eligam in Priorem, quia inquit, licet hæc officia ſint ſpiritualia, at non ſunt beneficia. Quod probabile eſſe docet Diana 4. *p. Tract.* 4. *Reſolut.* 150. Nam ipſe Sanchez *ibidem dub.*104. *n.*11. & *dub.*107. *n.*3. & idem Diana eadem 4.*par Tract.*4. *Reſolut.*156. prædictas Prælatias Religionum vocant Beneficia. Eſto autem probabile ſit Beneficia non eſſe quantum ad pœnalia quando non habent aliquam præbendam, vel commodi atē redditiuum adiunctam, iuxta dicenda infra *nu* 29. nihilominus valde damnabilia ſunt, & ſimoniaca in Religionibus talia pacta, non ſo-

lùm

sint priuandi sepultura Sacra, nota id esse intelligendum quando admoniti sunt à suo Prælato, ne essent proprietarij. Etenim *cap. super quadam de stat. Monach.* relatum solùm loquitur de Religioso commonito à suo Priore. Portellus *supr. num.* 11. Villalobos *in Summ. to.2. tract.* 31. *diff.* 3. *num.6.* Diana 4. *par. Tract.*4. *Resolut.*23. Id etiam intelligendum est quando certò constat de proprietate Religiosi, non verò quando habere potuit aliquam probabilem excusationem, vt puta, quòd pecunia non esset sua, quòd haberet licentiam à Superiori ad illam tenendam &c. Portellus, Villalobos, & Diana *supr.* ex vtroque Rodriguez. Addit Portellus id etiam esse intelligendum, quando casus est publicus, non quando est occultus.

27 Nota tandem cadauera suspensorum, seu ad mortem damnatorum, si pœnitẽtes decesserunt, non priuari Ecclesiastica sepultura. Abbas *in cap. ex parte n.*4. *de sepultur.* Layman. *supr. n.*10. Interdum tamen in criminis pœnam, & aliorum exemplum, ipsa priuantur. Quo casu non videtur mortale si ad vitandam talem infamiam consanguinei ipsorum eos sepeliri clam faciant. Portellus *supr. num.*12. ex Rodriguez.

SIMONIA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

*De simonia remissiuè. num.*1.
*Simonia deffinitio. num.*2.
*Diuisio. num.*3.
*Alia iure diuino; alia solùm iure Ecclesiastico prohibita. num.*4.
*Qualiter dare, vel accipere aliquid pro receptione ad Religionem sit simonia. num.*5.
*Pro Sacramentis, & ipsorum administratione. num.*6.
*Pro Sacramentalibus, & similibus. num.*7.
*Pro rebus Sacris permanentibus. num.*8.
*Quid pro sepultura. num.*9.
*Quid pro actibus, seu exercitijs scientiarum. num.*10.
*Quid pro licentia docendi, aut prò gradibus. num.*11.
*Pro licentia audiendi confessiones, prædicandi, absoluendi &c. num.*12.
*Quid de Beneficijs, & Prælatijs Regularium. num.*13.
*An in commutatione ipsorum. num.*14.
*An in renunciatione, seu resignatione. num.*15.
*Quid de alijs officijs Religiosorum, num.*16.

De

De interceſſoribus, ſeu mediatoribus ad ipſa. num. 17.
De Iure patronatus. num. 18.
De ſimonia confidentiali. num. 19.
De ea, quam committere poſſunt Regulares in electionibus. num. 20.
In quibus caſibus eam committant. num. 21.
De pœnis ſimoniacorum. num. 22.
Propter quam ſimoniam incurrantur pœnæ. num. 23.
De dantibus, ſeu recipientibus aliquid pro ingreſſu in Religionem. num. 24.
De pœna ſuſpenſionis, quæ propterea incurritur. num. 25.
Qualiter puniendus tam recipiens, quam receptus ſimoniacè. nu. 26.
Simoniaci ſunt infames. num. 27.
De pœnis ſimoniacorum in Ordine. num. 28.
Simoniacorum in Beneficijs. num. 29.
De abſolutione, & diſpenſatione prædictarum pœnarum, num. 30.
Pro quiete Religioſorum quid notandum. num. 31.

1 QVamuis hæc materia latiſsima ſit, reſtringenda tamen in præſenti eſt ad ea, quæ magis communiter inter Regulares contingere poſſunt, præſuppoſitis tamen aliquibus principijs ipſius.

2 Primò ergo quoad nominis ethimologiam, ſimonia à Simone Mago originem traxit, qui Act. 8. Dei donum emere volebat. S. Tho. 2. 2. *q.* 100. *art.* 1. & alibi. Summiſtæ communiter *verbo Simonia in principio*. Definitur autem ſic. ***Eſt Sacrilegium conſiſtens in ſtudioſa voluntate emendi, vendendi, ſeu commutandi rem Sacram, ſeu ſpiritualem, vel ſpirituali annexam pro temporali, vt pretio.*** Ita fere S. Tho. *ſupr.* & communiter Doctores, ſpecialiter ex noſtris Joannes Beetz *de decem præcept. Decalog. circ.* 7. *præcept. expoſit.* 2. *cap.* 6. Dicitur *Sacrilegium* tum loco generis, tum vt indicetur virtus cui ſimoniæ vitium aduerſatur. Hæc autem virtus eſt Religio, cui opponitur Simonia æſtimando res Sacras tanquam prophanas, illaſque in contractum deducendo. Leſſius *de Iuſtitia, & iure l.* 2. *cap.* 35. *dubitat.* 1. *num.* 2. Bonacina *de Simonia num.* 2. Dicitur *in ſtudioſa voluntate*, tum quia ſimonia, ſicut & alia omnia peccata, voluntatis deliberationem exigit, tum quia ad eſſentialem malitiam huius peccati non requiritur vt pactum, mutuo conſenſu, vel re ipſa perficiatur, ſed ſufficit affectio vnius ſimoniaca cum opere ſubſecuto. Suarez *to.* 1. *de Relig. l.* 4. *cap.* 1. Reginaldus *l.* 23. *cap.* 11. *q.* 1. Layman. *l.* 4. *Tract.* 10. *cap.* 8. §. 1. *num.* 1. Dicitur *emendi, aut vendendi, aut commutandi &c.* ad denotandum, quòd ſimonia committitur per contractum

ad Ecclesiæ statum pertinentia, quæ ad Ecclesiæ statum pertinent, quæ ad Ecclesiæ statum non pertinent, quæ ad Ecclesiæ statum non pertinent, quæ ad Ecclesiæ statum non

sint Sacræ ex natura sua, vt Sacramenta &c. siue ex benedictione Ecclesiæ, vt Ara, Calix &c. Posterioris verò est illa, quæ versatur circa permutationem, vel resignationem Beneficiorum, aut circa emptionem, vel venditionem aliquorum officiorum temporalium Ecclesiæ, v.g. Oeconomi, Sacristæ, Procuratoris &c. quæ ab Ecclesia prohibita est *ea. Saluator.* 1. *q.*3. Ioannes Beetz *supr. d. cap.*6. Nauarrus *supr. num.* 100. Azor *supr. q.* 2. Suarez *supr. cap.* 2. Sanchez *supr. dub.* 2.

5 Hæc ergo Regularibus applicando, primò dicendum, quòd, iuxta dicta *to.*1. *cap.*24. *num.*30. 31. 32. *& cap.*25. *nu.* 5. simoniacum est aliquid dare, vel accipere, vt pretium pro receptione alicuius, siue viri, siue fœminæ ad Religionem, quia est vendere rem spiritualem pro temporali. Non tamen erit simonia aliquid accipere ad sustentanda onera temporalia, quæ Religio suscipit cum aliqua persona, neque pro sustentatione, aut dote ipsius, iuxta ibidem dicta, & *tertio tomo* verbo *Dos Monialium*, ac supra verbo *Moniales nu.*7. De quo etiam Suarez *cap.*54. *nu.*4. Portellus *in Dub. Regular. verbo Simonia num.*3. *&* 4. & Candidus *to*4. *disquis. disquis.*4. *art.*19. *dubit.*31. *&* 32. Licet autem simonia sit dare aliquid alicui, vt fiat Religiosus, vel Religiosa, vel illud accipere, vt pretium, quia fieri Religiosa aliquam personam est aliquid Sacrum, & spirituale, ac per consequens dandũ gratis sine vllo pretio (Suarez *supr.* Filiucius *tract.*45. *ca.*12. *quæst.* 3. *num.*16.) licitum tamen erit, & absque labe simoniæ, si aliquid detur tali personę alliciendo ipsam ad Religionem, & cum spe quòd Religionem ingrediatur, etiã si talis spes manifesteturcum adhuc tunc non detur res illa tanquam pretium. Bonacina *supr. q.*4. *punct.*7. *in fine*. Nota autem quòd in casibus, in quibus simonia committitur dando aliquid, vel recipiendo pro ingressu in Religionem, committitur etiam à cooperantibus. v.g. dantibus suffragium pro receptione talium &c. Suarez *supr. q.*5. *num.*7. De pœnis autem huius simoniæ infra dicetur. An verò possit aliquis dare aliquid gratis Prælatis Religionum ad facilius impetrandum suam receptionem in illis, agit Diana 3. *p. Tract.*2. *Resolut.*64. ex Vechio, & alijs.

6 Simoniam etiam committunt Religiosi aliquid dando, vel accipiendo vt pretium, pro Sacramentis, aut administratione illorum, iuxta dicta de Sacramento Pœnitentiæ *to.*1. *cap.*19. *n.*40. Sunt enim illa res valde Sacræ, & ita decernitur *cap. cum in Ecclesia de simon.* Toletus *supra cap.*88. Sanchez *supr. dub.*7. Idem dico de labore intrinseco, seu concomitante ipsorum administrationem, quia talis labor est pars necessaria ipsius, & nullo modo separabilis ab ipsa. Toletus *supr.* Sanchez *supr. Dub.*10. Possunt tamen pro Sacramentorum ad-

re Euangelium, vel Epiſtolam, ſeruire Miſſæ, aut exercere munus Acolythi, Exorciſtæ &c. Propter eamdem rationem. Suarez *ſupr. cap.*13. Filiucius *ſupr. cap.* 4. Bonacina *ſupr.* §. 4. Idem, & propter eamdem rationem dicendum de diuinis Officijs, qualia ſunt celebratio Miſſæ, Horæ canonicæ, Exequiæ, Proceſſiones, Orationes publicæ &c. Michael de Bononia *ſupr.* Silueſter *ſupr. q.9. dicto* 3. Suarez *ſupr. cap.*15. Bonacina *ſupr.* §.5. Idem quoque dicendum de orationibus priuatis, quia etiam quatenus impetratoriæ, ſatisfactoriæ, vel meritoriæ de congruo, ſunt res ſpirituales, & ad finem ſpiritualem ordinatæ. Suarez *d.cap.*15. *num.*9. Bonacina *ſupr.* Layman. *ſupr.* §.4. *num.*38. Idem ſimiliter dicendum, & propter eamdem rationem, de actibus iuriſdictionis ſpiritualis, quales ſunt non ſolùm abſolutiones à cenſuris, diſpenſationes &c, ſed viſitationes, correctiones &c. ſed, &, iuxta dicta *to.*3. verbo *Concionator num.*3. ipſæ Conciones. Vbi etiam *num.* 12. quid dicendum de mercede, aut ſalario, quod Concionatoribus dari ſolet. Sanchez *ſupra dub.* 17. Ioannes de Cruce, *ſupr. dub.6.* Layman. *ſupr.*§.4.*num.*40. An verò idem dici debeat de omiſſione actus ſpiritualis, qualis eſt non abſoluere, non dicere Miſſam, non excommunicare, non eligere &c. tractant Leſſius *ſup.dub.* 11. Layman. *ſupr. n.*43. Bonacina *ſupr.* §. 9. ex alijs. De quo etiam aliqua ad intentum Regularium dixi *to.*1. *cap.*15. *n.*30. *&* 31.

8 Simoniacum etiam eſt dare, vel accipere aliquid vt pretium pro rebus Sacris permanentibus, puta veſtibus, vaſis, & ornamentis Sacris, & ſimilibus. Etſi enim iſta ratione materiæ, quæ quid temporale eſt, vendi poſſint, non tamen ratione conſecrationis, aut plus ratione ipſius, quia, etſi illlarum conſecratio ab Eccleſia dependeat, ea tamen poſita, ſunt res Sacræ, & ad finem ſpiritualem animæ ordinatæ. Toletus *ſupr. cap.*89. Suarez *ſupr. cap.*14. *num.* 6. Sanchez *ſupr. dub.*15. Vbi etiam §. *Tertio dico* idem dicit de Oleo Sacro, & Chriſmate, quod tamen negant Angelus *in Summa verbo Simonia* 2.*n.*24. & Silueſter *ſupr.* 8. *dicto* ex Panormitano. De Reliquijs Sanctorum iam dixi *ſup.* verbo *Reliquiæ Sanctorum n* 3. eas vendere, aut emere eſſe ſimoniam. Quid de Agnis Dei ſentiendũ dixi 3.*to.* verbo *Agnus Dei cerei num.*3. *&* 4. De quo etiam Suarez *ſupra cap.* 14 *num.* 10. Quid verò dicendum de ſepultura habes ex dictis ſupra verbo *Sepultura quoad Regulares nu.*14.

9 Circa quæſtionem autem illam, an liceat aliquid dare, vel accipere pro faciendo aliquo bono opere, v. g. ieiunando, audiendo Sacrum, intrando in Religionem, ſuſcipienda fide Catholica, vel deſiſtendo ab aliquo peccato, v. g. fornicatione, furto &c. certum eſt licere gratis offerre aliquid alicui per viam diſpoſitionis ad reddẽdum eum

Digitized by Google

eum benevolum, vt hæc velit facere. Silueſter *ſupr. q.*8. *dicto.*3. Leſſius *ſupr. dub.*12. Sanchez *ſupr. dub.*16. Bonacina *ſupr.* §.7. *verſ. ex dictis*. Nota autem, quòd donatio hæc ſimplex eſt, nec onus, nec obligationem faciendi inducens. Quare ſi alter non faciat non tenetur reſtituere. Sicut licitum eſt munera offerre alicui ad habendum ipſum benevolum, vt mihi mutuet, alter tamen acceptis muneribus licitè poteſt id nolle. Similiter, ſi aliàs quis affectus ſit ad talia opera, & impediatur paupertatis timore, vt ſi renuit baptizari, quia cogetur reſtituere vſuras; vel non ingreditur Religionem, quia aſtrictus eſt ære alieno, fas eſt pecunias offerre ad auferendum obſtaculum illud, quia hoc non eſt emere ſpiritualia, ſed impedimenta remouere. Angelus *verbo Simonia* 2. *num.*13. Silueſter, & Sanchez *ſupr.* Licet autem valde dubium ſit an liceat offerre munera ex pacto hæc faciendi, ita vt alter accepto munere ad id maneat obligatus; inter varias tamen Theologorum opiniones, & diſtinctiones, de quibus Suarez *ſupr. cap.*16. & Bonacina *ſupr.* §.7. verius eſt abſolutè, & generaliter, licere, etiam ſi detur ex pacto, & cùm obligatione faciendi, modò non detur in pretium, vt dare munera, vel nubere infideli hac lege, vt fiat Chriſtiana, & donare vitam infideli damnato ad mortem, aut illi concedere libertatem, ſi conuertatur, & filijs veſtes, & equos, ſi frequenter confiteantur, aut ſe communicent, vel legare alicui, aut dare ipſi munera, ſi fiat Religioſus; ſi iſta omnia non offerantur in pretium. Ita Sanchez *ſupr.* cui fauet Leſſius *ſupr.* Illud certius, quòd quando promittitur, vel datur aliquid alteri non ſub obligatione faciendi prædicta, ſed ſub conditione illa faciendi, non committitur ſimonia, tum quia id non datur, aut promittitur vt pretium, tum quia adhuc ille cui res datur, vel promittitur, manet liber ad faciendum, vel non faciendum ea. Suarez, & Bonacina relati, & alij. Idem proportionaliter dici debet de recipientibus, ſi id non recipiant vt pretium.

10 Licitum etiam eſt Religioſis, & abſque labe ſimoniæ, aliquid dare, vel accipere, etiam vt pretium, pro actibus, ſeu exercitijs ſcientiarum, vel artium naturalium, quæ humano labore comparantur, videlicet Logicæ, Philoſophiæ, Iuris prudentiæ, Theologiæ &c. Ratio eſt, quia quamuis iſta ſint ſpiritualia, tamen quia non ſunt Sacra, aut ſupernaturalia, ſed naturalia, ideo illa vendere, aut emere, non opponitur Religionis virtuti, ac per conſequens nec ſunt materia ſimoniæ, quæ, vt dixi, eſt Sacrilegium contra virtutem Religionis. S. Tho. *ſupr. art.*3. Expoſitores *ibid.* Nauarrus *ſupr. num.*110. §. *ex qua definitione.* Toletus *ſupr. cap.*88. Vnde poſſunt docere dictas artes, vel ſcientias, reſpondere ad caſus conſcientiæ, vel dare, aut ſcribere conſilia de ipſis, etiam propter pretium. Nauarrus *ſupr.* Sanchez *ſupr. dub.*5.

13 Maximè notandum etiam pro Regularibus, quòd, cum, iuxta dicta *supr. num.* 2 in definitione simoniæ, materia ipsius non solùm sit quid spirituale, sed etiam id quod est annexum rei spirituali, ideo Beneficia Ecclesiastica, cum sint annexa rebus spiritualibus, nam sunt annexa Ordini Sacro, & ordinãtur ad Officia diuina peragenda, sunt materia simoniæ, ac proinde pro ipsis pretium dari, aut accipi non potest sine labe simoniæ, prout communiter Doctores supponunt. Quod non solùm intelligendum est de Beneficijs Regularibus, quæ important curam animarum sæcularium, de quibus dixi *tom.* 2. *cap.* 18. *& to.* 3. verbo *Beneficium, & Beneficiati*, sed etiam de Prælatijs Regularium, quæ important solùm curam animarum ipsorum; Generalatu videlicet, Prouincialatu, Prioratu &c. Ratio est, quia licet illa, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 15. *num.* 22. & loco relato ex *tertio to. n.* 3. non sint propriè Beneficia quoad vtilitatem temporalem percipiendi fructus, seu redditus; sunt tamen Beneficia quoad iurisdictionem spiritualem, & curam animarum quam important, ac proinde proportionaliter dicendum de illis est, ac de alijs Beneficijs. Suarez *supr. cap.* 3 '. *nu.* 3. *ad finem*. Filiucius *supr. cap.* 12. *quæsito.* 8. Sanchez *supr. dub.* 24. *num.* 5. *&* 11. Peirinis *supr.* Layman. *supr.* §. 7. *num.* 72. Bonacina *supr. q.* 5. *num.* 7. Nouarius *in Lucern. Regular. verbo Simonia n.* 9. An verò propterea incurrantur pœnæ simoniacorum in Beneficio dicetur infra *nu.* 29.

14 Quemadmodum ergo simonia iure Ecclesiastico introducta committitur permutando, seu commutando Beneficia Ecclesiastica, si priuata authoritate, & non Superioris fiat, ex varijs textibus relatis *to.* 1. *cap.* 15. *nu.* 32. de quo non solùm Suarez ibi relatus, sed etiam Sotus *d. l.* 9 *q.* 7. *art.* 2. Azor. *supr. cap.* 12. Toletus *supr. cap.* 91. & alij. Sic etiam dicendum de prædictis Prælatijs Religionum, iuxta ibidem dicta. Nota autem primò, huiusmodi commutationem solùm esse simoniacam in Beneficijs propter textus relatos. Vnde commutare aliàs res spirituales inter se, nec est simonia, cum simonia solùm sit commutare spirituale pro temporali, non spirituale pro spirituali, nec vllo modo prohibitum, cum quotidiana experientia constet etiã inter timoratos, quòd vnus cum alio commutet Missas, spirituales functiones, aut exercitia circa animarum curam. Sotus *supr. q.* 5. *art.* 2. Suarez *supr. cap.* 30. *nu.* 5. Bonacina *supr.* §. 12. Diana 4. *p. Tract.* 4. *Resolut.* 150. Nota secundò, Superiorem illum, cuius authoritate potest fieri hæc commutatio, esse illum, qui Beneficium ipsum potest conferre. Toletus *sup.* Vnde ad propositum Prælatorum Religionum, erit Generalis, vel Prouincialis, aut Superior, ad quem spectat illa conferre. Sanchez *supr. dub.* 38. *nu.* 4. Nota tertiò, quòd si, vel mini-

ni-

to.1. cap.19. num.15. prohibentur Confeſſarij Regulares per vniuerſam Italiam extra Vrbem abſoluere virtute ſuorum priuilegiorum, vnus eſt iſte; ideo ſolùmmodo dicendum huiuſmodi ſimoniam confidentialem conſiſtere in reſignatione, collatione, electione, vel præſentatione Beneficiorum hoc animo, vt ipſa, vel fructus ipſorum, vel in partem reſtituantur, vel reſeruentur ipſi reſignanti, conferenti, eligenti, vel præſentanti, aut alteri iuxta ipſius electionem. De qua Nauarrus *ſupr. num.* 110. *& l.1. conſil. tit. de renunciat. conſil.* 5. *& lib.5. tit.3. de Simonia conſil.*48. *&* 76. Quaranta *in Summ. Bullar. verbo Simonia*, Rodriguez 2.*to. Summ. cap.*56. Sanchez *ſupr. dub.*34. & Bonacina *ſupr. q.*7. §.1. Stratius noſter *in Inſtruct.pro Carmelitis cap.*7. De ea, quæ committitur in penſionibus, quia inter Regulares rarius contingere ſolet, pro nunc nihil agendum. De ea tamen communiter Authores.

20 De ſimonia, quam committere poſſunt Regulares in electionibus dixi dicto *cap.*15. *num.*28. *& ſequentibus*. Maximè verò, licet, iuxta dicta eo loco *num.* 29. committant ſimoniam Religioſi in electionibus ſi conuentionem, vel pactum faciant, quòd vnus ſuffragetur vni in vna electione, & alter ſuffragetur in alia. Vt ſi dicant: Si dederis mihi, vel alijs tuum votum, ego dabo tibi meum, vel amico tuo (De quo præter Authores ibi relatos Tamburinus *de Iure Abbatum to.1. diſp.* 10. *quæſit.3. nu.* 3. & Paſqualigus infra referendus.) Excuſare tamen illos videtur à ſimonia Portellus *ſupr. num.*1. ex Rodriguez, & conſonat idem Paſqualigus, ſi in hoc non fiat pactum, & conuentio clara, ſed ſolùm detur demonſtratio ſpei futuræ. Vt ſi dicatur: Da tu ſuffragium, & de tuo honore curabitur, ſicut congruum fuerit, vel quid ſimile. Tunc enim ſi amore amicitiæ detur tale promiſſum, abſque animo ſe colligandi per contractum, non videtur interuenire pactum. Secus ſi dicatur clarè: Si dederis pro me ſuffragium, ego etiam dabo, aliàs non dabo. Hìc enim clarè interuenit pactum, & contractus ſimoniacus. Vnde immeritò Sanchez *ſupr; dub.*44. *num.*4. dicit, excuſari à ſimonia Monachos ſic conuenientes inter ſe. Elige me in Prouincialem, & te eligam in Priorem, quia, inquit, licet hæc officia ſint ſpiritualia, at non ſunt beneficia. Quod probabile eſſe docet Diana 4. *p. Tract.* 4. *Reſolut.* 150. Nam ipſe, Sanchez *ibidem dub.*104. *n.*11. & *dub.*107. *n.*3. & idem Diana eadem 4.*par Tract.*4. *Reſolut.*156. prædictas Prælatias Religionum vocant Beneficia. Eſto autem probabile ſit Beneficia non eſſe quantum ad pœnalia quando non habent aliquam præbendam, vel commodi tatē reddituum adiunctam, iuxta dicenda infra *nu* 29. nihilominus valde damnabilia ſunt, & ſimoniaca in Religionibus talia pacta, non ſo-

lùm

tum propter iura adducta eo *num.* 29. & quia talia officia ſunt ſpiritualia, ſed etiam quia tales conuentiones ſunt virtuales quædam ſubornationes omni iure prohibitæ in electionibus . Villalobos *in Summa to.* 1. *tract.* 27. *diff.* 24. *nu.* 1. Hieronymus Rodrig. *in Compend. Quæſt. Regular. Reſolut.* 129. *nu.* 3. & Diana *tum dicta Reſolut.* 150. *tum* 3. *p. Tract.* 2. *Reſolut.* 125. Paſqualigus *in Deciſ. moral. deciſ.* 224. Addit tamen *deciſ.* 226. excuſari proferentes talia verba, ſi ea dicantur non paciſcendo, ſed declarando mentem ſuam.

21 Adde etiam, ſimoniam committi in electionibus Regularium, ſi aliquis pecunia, vel aliquo dono temporali conueniat cum aliquo, ne concurrat cum ipſo ad electionem alicuius Prælatiæ . Ita enim aliquo modo colligitur ex *cap. Matheus de Simonia*, & etiam quia talis ſic faciendo ſibi parat electionem media illa pecunia, aut dono temporali, quod eſt virtualis quædam emptio Prælatiæ, aut electionis ad ipſam . Maiolus *l.* 5. *de Irregularitate cap.* 45. *num.* 3. Proſper de Auguſtino *in Additionib. ad Quarantam verb. Simonia* . Vgolinus *de Officio Epiſcop. cap.* 50. §. 9. *num.* 1. & ex illis Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 60. *nu.* 54. Idem refert ex Sanchez, Palao, Leſſio, & Baſilio Pontio Paſqualigus *ſupr. deciſ.* 248. Licet ipſe in partem contrariam inclinet. Similiter ſimoniam committent Regulares ſi in electionibus vnus faciat hoc pactum cum alio, ſcilicet, *non concurras metum in hac electione, & ego non concurram tecum in alia* . Tum propter dicta ; tum etiam, quia obligatio non concurrendi in electione ſequenti eſt res pretio æſtimabilis, & per illam parat ſibi ille viam ad electionem, ſeu Prælatiam, quæ eſt res ſpiritualis . Sanchez *ſupra dicto l.* 2. *cap.* 3. *dub.* 30. Licet præfatus Paſqualigus in hoc non conueniat *deciſ.* 249. Conſequenter etiam ad dicta *to.* 1. *eo cap.* 15. *n.* 30. ſimoniam committerent Regulares, qui in electionibus darent, vel promitterent pecuniam, vel quid ſimile, alijs ne opponerent contra ipſos defectus quos patiũtur, & propter quos excludi deberent ab electionibus, prout tenent non ſolùm Graſſius, & Peirinis eo loco relati, ſed etiam Vgolinus, Nauarrus, Palaus, Barboſa, & Sanchez, quos refert Paſqualigus *ſupra deciſ.* 247. Etiam ſi ipſe ſimiliter diſſentiat. Idem quoque dicendum, ſi aliquis det pecuniam, vel quid ſimile alicui, vt metum incutiat competitori, vt deſiſtat à concurſu ad electionem . Ita enim colligitur ex fundamentis adductis , & tenent Barboſa *ſupr. num.* 56. ex Vgolino , contradicente quoque Paſqualigo *deciſ.* 250.

22 Circa pœnas ſimoniæ, præter dicta eo *cap.* 15. *num.* 33. ſpecialiter dicendum primò , nullam ſimoniam inducere pœnas iuris ipſo facto, niſi in ingreſſu Religionis, Ordine, & Beneficijs . Leſſius *ſupra dub.*

dub.23. num.1. Layman. *supr. §.7. num. 69.* Diana *4. par. Tract.4. Resolut.157.* post Siluestrum, Caietanum, & Nauarrum. Vnde si quis in alijs Sacramentis conferendis, vel accipiendis, in Consecrationibus, Benedictionibus, dispensationibus, vel similibus, simoniam committat, etsi peccet, non tamen contrahet Iuris pœnas. Lessius *supr.*

23 Secundò, nullam pœnam Iuris incurri propter simoniam mentalem, etiam illam, quæ in actum externum profluit. Sic enim colligitur ex *cap. vlt. de Simon.* Toletus *supr. cap. 93.* ex Panormitano, Siluestro, & Caietano. Lessius *supr. dubit.23. num.130.* Suarez *supr. cap.55. num.10.* Imò aliqui arbitrantur non posse puniri, quia licet à simonia mentali tale opus externum imperetur, tamen in eo simoniaca labes non satis proditur, vt de illa Ecclesia iudicare queat. Layman. *supr. num. 68.* Tertiò dicendum, propter simoniam purè conuentionalem, quæ in sola conuentione sistit, nullam quoque pœnam, & censuram Iuris incurri. Cum enim Canones simoniacis censuras inferunt, non meram conuentionem, sed dationem, acceptionem, ordinationem, aliamue realem executionem exprimunt, sicuti videre est in Extrauag. 1. & 2. *de Simon.* alijsque iuribus. Nauarrus *d. cap.23. num.104.* Lessius *supr. dubit.27. num.149.* Suarez *supr. nu.12.* Sanchez *supr. dub.106.* Excipitur simonia confidentialis, ea enim subiecta est pœnis, licet non sit completa. Sanchez *eo dub.106. num.5.* Layman. *supr.* Tannerus *2.2. disp.5. q.8. num.99.* Quartò, non subiacere dictis pœnis eam simoniam, quæ tantùm est completa traditione rei temporalis. Toletus *supr.* ex Caietano, & Soto. De altera verò, quæ completa est traditione rei spiritualis, quamuis nondum soluto pretio, quòd per eam omnes pœnæ Iuris incurrantur, perinde ac si vtrinque completa esset, satis probabiliter existimant Sotus *supr. q.8. à 1.* Toletus *supr.* & Garcias *p.8. de Benefic. cap.1. nu.20.* afferens *à n.32.* plures Rotæ decisiones ad intentum. Nihilominus probabilis etiam est sententia contraria, quam defendunt Nauarrus *c. fin. de Simon. & in Man. cap.23. à num.103.* Lessius *supr. dub.27.* Sanchez *d. dub.106. num.4.* Ioannes de Cruce *de Simonia dub.17. concl.4.* Nam, quidquid sit de rigore iuris, talis videtur esse stylus Curiæ, & cum fundamento, quia pœnæ, præsertim tam graues, strictæ interpretationis esse debent, vt cum decernuntur propter aliquem actum peccaminosum intelligantur de actu omnino completo. Layman. *supr.* Vnde quintò notandum, prædictas pœnas certò incurri per simoniam realem, & completam, quæ contingit in traditione rei spiritualis, & temporalis pro ipsa. Suarez *supr. num.17.* Sanchez *supr.* & alij communiter. Apud quos etiam, an quando simonia conuentionalis fit realis retrotrahatur ad tempus pactionis. Nota sextò, quòd

pre-

pretium, ſeu res temporalis data ſimoniacè in Ordine, Beneficio, & ingreſſu Religionis, reſtitui debet *cap. de hoc de Simon.* Extrauag. 2. *de Simon. cap. veniens de Simon.* S. Tho. *d. q.* 100. *art.* 6. Expoſitores *ibid.* Etiam ante iudicis ſententiam, & in foro conſcientiæ, ſaltem quando id datum fuit pro Beneficio. Suarez *ſupr. cap.* 60. *n.* 3. Theſaur. *in Praxi p.* 2. *verbo Simonia cap.* 2. *n.* 4. Tannerus *ſupr.* Quamuis autem plures idem dicant de pretio recepto pro quacunque alia re ſpirituali, probabilius tamen eſſe contrarium, cum nullo iure id habeatur, tenet Sanchez *ſupr. dub* 113. referens Sotum, Enrriquez, Rodriguez, & alios. Addit tamen, in venditione Iuris patronatus pretium eſſe reſtituendum. Pretium porrò iſtud ſimoniacé datum reſtitui debet, iuxta varias opiniones Doctorum, vel danti illud, vel pauperibus, vel (quod probabilius eſt, ſaltem inter Regulares, ſi talis ſimonia inter eos contingat) Eccleſiæ, vel Monaſterio. *cap. de hoc, & cap. audiuimus de Simonia.* Suarez *ſupr. nu.* 8. poſt Silueſtrum, Nauarrum; & alios. Quando autem res ipſa ſpiritualis pro pretio recepta reſtitui debeat, agunt relati Authores, & Layman. *ſupr.* §. 9. *n.* 85. & aliquo modo conſtabit ex dicendis.

24 Secundò dicendum, quòd dantes aliqnid, ſiue recipientes pro ingreſſu in Religionem, ſiue virorum, ſiue mulierum, ſunt excommunicati excommunicatione Papæ reſeruata in Extrauag. *de Simonia cap.* 1. Nota autem primò, huiuſmodi excommunicationem ſolùm incurri contra præſumentes id facere, quia id colligitur ex textu. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *nu.* 106. Sanchez *ſupr. dub.* 104. *nu.* 50. Bonacina *ſupr. q.* 7. §. 4. *num.* 2. Nota ſecundò, non incurri ab his, qui ſponte aliquid tribuunt. Suarez *ſupr. cap.* 57. *num.* 56. *nu.* 7. & Bonacina *ſupr.* Tertiò, neque incurri quando ingrediens aliquid exigit à Monaſterio vt ingrediatur, etiam ſi in hoc ſimoniam committi cõtingat, quia de hoc modo ſimoniæ nulla ibi mentio fit, & lex pœnalis non extenditur vltra caſum expreſſum. Suarez *ſupr.* Nota quartò, cenſuram hanc incurri non ſolùm ſi tempore profeſſionis ſimonia committitur, ſed etiam in ipſo ingreſſu, & receptione ad habitum, quia textus abſolutè loquitur de volẽtibus ingredi. Filiucius *d. Tract.* 45. *cap.* 13. *nu.* 11. Theſaur. *in Praxi p.* 2. *verbo Simonia cap.* 10. Probabile autem eſt, quòd licet culpa ſimonię in receptione ad habitum pro pretio committatur, nihilominus, quia receptio ad Religioſum ſtatum, & traditio rei ſpiritualis, quæ ibi præcipuè emitur, non conſummatur vſque ad profeſſionẽ, non incurri hanc cenſuram vſque ad ipſam profeſſionem. Ita vt licet receptio ad habitum fuerit ſimoniaca, ſi poſtea factum retractetur, & pecunia vel non accipiatur, vel reddatur, & profeſſio merè gratis admittatur, non incurratur hæc excom-

mu-

municatio. Suarez *supr.* Layman *supr. num.* 70. Bonacina *supr. nu.* 11. E conuerso autem, licet receptio ad habitum gratis facta fuerit, si tamē tempore professionis simonia committatur, illud sufficiet pro hac censura incurrenda, quia ibi actus plenè consummatur. Suarez *supr.* Indicant etiam aliqui cum Lessi *supr. nu.* 131. hanc Extrauagantem non esse vsu receptam, sed contrarium supponunt communiter Doctores. Vide alia ad intentum *tertio tom.* verbo *Dos Monialium*, & supra verb. *Moniales*, & verbo *Nouitij*, & *Nouitiæ*, & circa legatum relictum Monialibus sub onere recipiendi aliquam in Monialem dicta supra verbo *Legata Regularibus relicta nu.* 22.

25 Statuitur etiam in eadem Extrauaganti pœna suspensionis contra Conuentum, seu Capitulum aliquid dans, vel recipiens pro dicto ingressu in Religionem. Hæc verò suspensio, licet, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Capitulum num.* 10. sit totalis, ideſt ab Officio, & Beneficio probabiliter tamen limitatur solùm quoad actus Capitulares pertinentes ad iurisdictionem, vel administrationem Ecclesiasticam. Lessius *supr. num.* 131. Suarez *supr. num.* 8. Thesau. *supr.* §. *limita tertio* ex Alterio, Filiuccio, & Barbosa. Vide pro hac suspensione, quæ dixi eo *num.* 10.

26 Similiter, si quis simoniacè receptus fuerit ad professionem, quāuis eius professio valida fuerit, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 2. *num.* 15, vt supponunt Athores infra referendi, nihilominus, si professionem emisit, simonia scienter contracta, tam recipiens, quam receptus de Monasterio sine spe restitutionis expellendus est, & in locum arctioris Regulæ ad pœnitentiam perpetuam detrudendus. *cap. quoniam de Simon.* Siluester *supr. dub.* 15. *dicto* 8. Sanchez *supr. dub.* 104. *num.* 51. Thesaur. *supr.* §. 2. Si autem ignorante ipso recepto, seu professo, simonia sit contracta cum recipiente, debet receptus renunciare illi loco, & postea poterit de nouo recipi ibidem, si absque scandalo ibi possit permanere, aliàs ponendus in alio loco eiusdem Ordinis. *cap. de Regularib. de simonia.* Siluester, Sanchez, & Thesaur. relati, ac Sotus *supr. q.* 8. *ar.* 1. *ad* 3. Quamuis autem aliqui dicant hanc pœnam esse latæ sententiæ, & procedere etiam in casu occulto, etiam pro foro cōscientiæ; prout putat Siluester, & alij; sed contrarium est verum, scilicet esse pœnam sententiæ ferendæ, neque obligare ante sententiam, maximè cum pœna sit grauissima. Lessius *supr. num.* 132. Sanchez, & Thesaurus relati, ac Layman. *supr.* §. 7. *num.* 70. Talem verò professum simoniacè non adquirere ius ad sustentationem ex redditibus Monasterij, neque ad vocem actiuam, aut passiuam tenent Nauarrus *Comment.* 4. *de Regular. nu.* 25. & Lessius *supr.* Sed melius Layman. *supr.* post Suarez oppositum tenet.

27 Tales etiam ſimoniaci ſunt infames, prout colligitur ex Extrauag. 1. *de ſimonia* §. *Caterum*. Licet videatur requiri adhoc notorietas, iuxta dicta *to.*3. verbo *Infamia nu.*3. Theſaur. *ſupr.*§.3. Conſequenter etiam erunt irregulares, iuxta dicta *ibid. num.*15.

28 De pœnis autem ſimoniacorum in Ordine recipiendo, ſeu cõferendo, iam dixi *to.*1.*cap.*14.*num.*23. eſſe ſuſpenſionem, depoſitionem, & excommunicationem. De quibus, præter Authores ibi relatos, agunt Sanchez *dicto dub.* 104. *à nu.*19. Bonacina *ſupr.q.*7.§.6.& 7. Cornexo *to.*2.*in* 3.*p.Tract.*5.*de ſuſpenſ.diſp.*4.*Dub.*1.*caſ.*2. Laymon. *ſupr.num.*71. Ioannes de Cruce *ſupr. dub.* 16. Theſaur. *ſupr. cap.*9. Adde, tales eſſe etiam infames. Sanchez *ſupr.* poſt alios. Quod intellige, dum fuerint notorij, iuxta dicta loco relato ex 3.*to.* eo *nu.*3. Vnde conſequenter erunt irregulares, iuxta dicta *eo num.* 15. Quo ſenſu accipiendi Silueſter, Sotus, & alij, qui prædictos vocant irregulares. Enriquez *lib.*14.*de Irregularit.cap.*6.*nu.*7.& *in comment. littera V.* Sanchez *ſupr.à num.* 25. Nota autem, probabilius eſſe ordinatum ſimoniacè ignoranter, v.g. quia alius eo neſciente contulit pecunias ordinanti, niſi forſan talis ignorantia ſit craſſa, vel ſupina, non incurrere dictas cenſuras. Ita enim colligitur ex *cap.*2. *de Conſtitut. in* 6. Nauarrus *in Man.cap.*25. *num.*68. Enrriquez *de Excommunicat.lib.* 13.*cap.*37. *num.*4. & *lib.* 14. *de Iaregularit. cap.*6. *num.*7. Sanchez *ſupr.mun.*33. Layman. *ſupr.* De quo etiam Cornexo *ſupr.* Incurrunt tamen illas dantes, ſeu recipientes aliquid pro litteris dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, aut pro ſigillo Ordinum, & non tantum Collatores Ordinum, ſed etiam eorum miniſtri, licet ſponte oblatum recipiant. Quia Trident. *ſeſſ.*21.*cap.*1. *de Reform. in fine* decernit quòd hi omnes incurrant ipſo facto pœnas à iure inflictas. Rodrig. 2.*to. Summæ cap.*56.*num.*6. Sanchez *ſupr. nu.*21.

29 De pœnis autem ſimoniacorum in Beneficijs iam dixi *tom.* 1. *cap.*15.*num.*32.& 33. eſſe irritationem talis prouiſionis, ita vt Beneficium ſic receptum teneatur ſtatim renunciari, excommunicationem Papæ reſeruatam, priuationem dignitatum, quas quis obtinet, inhabilitatem ad ipſas, & alias, & infamiam. De quo etiam Sorbus *in Addit. ad Compend. priuil. Mendicant. verbo Simonia*. Maximè tamen notandum, quòd licet, iuxta ibidem dicta, prædictæ pœnæ etiã incurrantur propter ſimoniam, quæ incurritur circa officia Religionum, quæ ſunt ſunt Beneficia, vel quaſi Beneficia, qualia ſunt Prælatiæ &c. prout tenet non ſolum Rodriguez, & Suarez eo loco relati, ſed etiam Caietanus *in Summ.verb. Excommunicatio cap.* 72. Reginald. *in Praxi lib.*23. *nu.*182. Sorbus *ſupr.* Sanchez *dicto dub.* 104. *num.*11.& *dub.*107.*nu.*3. & Theſaur. *ſup.cap.*2.§. *Amplia prædictas*

pœnas

Digitized by Google

pœnas ex decisione Rotæ. Nihilominus oppositum videtur probabile, tum quia licet prædicta officia sint aliquo modo Beneficia Regularia, & officia Ecclesiastica, quia tamen ea non sunt propriè, aut simpliciter Beneficia, cum non sint perpetua, nec habeant reditus Ecclesiasticos, & quia sumus in materia odiosa, & pœnali, ideo prædictæ pœnæ non videntur extendendæ ad illa. Tum etiam, quia non satis exprimuntur in Extrauaganti *Cum detestabile secunda de Simon.* nec in Constitutione Pij V. eo loco relata. Etsi enim in ea Extrauaganti sit sermo de dignitatibus, personatibus, officijs, & Beneficijs Ecclesiasticis in Ecclesijs, & Monasterijs, & in d. Constitut. Pij V. generaliter sit sermo de omnibus dignitatibus, officijs, seu Beneficijs Ecclesiasticis, quæ etiam comprehendunt dictas Prælatias, videtur tamen id limitandum ad ea solùm, quæ habent aliquos reditus; seu præbendam, vt contingit inter Monachales, prout colligi videtur ex dicta Extrauaganti. Nauar. & Azor eo loco relati. Filiucius *d. Tract.* 45. *cap.* 13. *num.* 23. Lessius *supr. num.* 127. Peirinis *to.* 1. *de Subdito q.* 1. *cap.* 31 §. 9. *concluſ.* 21. Bonacina *dicta quæſt.* 7. §. 2. *nu.* 4. & Bordonus *Resolut.* 26. *num.* 33. & 34.

30 Circa absolutionem tamen à prædictis pœnis, vel dispensationem in .iis, vide dicta non solùm eo *num.* 33. sed etiam eodem *to.* 1. *cap.* 18. *nu.* 39. De quo etiam Suarez *supr. cap.* 61. Peirinis *supr. concl.* 25. & 26. Qui etiam refert Scortiam, Sigismundum, & Vechium.

31 Pro quiete tandem Religiosorum nota, quòd si forsan in eorum Religionibus per vsum, vel potius abusum, aliquando contigerit ipsos dare, vel accipere aliquod munus in prouisione officiorum Ordinis, etsi propterea peccent, vel contra Constitutionem Clementis VIII. *de Largitione numerum*, de qua egi *to.* 3. verbo *Dare, seu Donare*, vel contra constitutiones particulares Religionum, non tamen idcirco censeri debent simoniam commisisse, si tale munus non dãt, aut accipiunt in pretium talium officiorum, quia iuxta dicta *supr. num.* 2. multi tituli honesti, etiam gratitudinis, assignari possunt, propter quos tradens, vel accipiens temporale pro spirituali à labe simoniæ liberetur. De quibus Caietanus *verbo Simonia*, Suarez *supr. c.* 45. & 46. Lessius *supr. dub.* 8. Filiucius *supr. cap.* 10. Bonacina *supr. q.* 6. Diana 2. *par. Tract.* 16. *Resolut.* 37. & alij.

SOLLICITANTES IN CONFESSIONE.

DE hac materia sufficienter dixi *to.* 1. *c.* 19. *d. n.* 33. & *to.* 3. verbo *Denunciatio, & Denunciare nu.* 5. *& sequentib.* Ideo pro nunc ab ea suspendendum.

SPOLIA REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

Spolia Regularium, quæ ſint. num. 1.
Bona Religioſi ex illicita negotiatione, aut contra ſacros Canones adquiſita, ſpolia ſunt. num. 2.
Quid de bonis Beneficiati Regularis. *num.* 3.
Quæ bona ſpoliorum nomine veniant. num. 4.

1 SPolia Regularium, ſeu quod idem eſt ea bona, quæ ipſis poſt mortem ſuperſunt (Filiucius *Tract.* 43. *de Spoliÿs cap.* 1. *q.* 1. ex Rodoano, Azorio, & Nauarro) de iure communi ad Monaſteria ipſorum ſpectant, cum ipſi nihil habeant proprij, & omnia, quæ ipſorum ſunt, ad Monaſteria eorumdem pertineãt, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 6. *&* *to.* 2. *cap.* 19 De quo Azorius *tom.* 2. *Inſtit. Moral. lib.* 8. *cap.* 3. *q.* 10. Nihilominus de Iure Pontificio, ſi ipſi extra Clauſtra ſuorum Monaſteriorum decedant, eorum bona ad Cameram Apoſtolicam ſpectant, propter Conſtitutionem Gregorij 13. in Bulla *Officij noſtri*, quam retuli *to.* 1. *cap.* 16. *num.* 20. *&* 31. vbi etiam ſpecialiter *num.* 21. quòd bona apoſtatarum, ſeu fugitiuorum etiam pertineãt ad Cameram Apoſtolicam, ſi in apoſtaſia, vel fuga deceſſerint. Ibi etiam dixi, quòd ſi in vita illa Religioni dederunt, non videri pertinere ad dictam Cameram, niſi ipſa petat. Ad quæ etiam deſeruiũt, quæ ex priuilegio Pij V. pro Mendicantibus dixi *to.* 2. *cap.* 1. *num* 40. Nota autem, quòd ſi prædicti in Romana Curia, vel eius diſtrictu intra decem milliaria, non tamen extra debitam reſidentiam, deceſſerint, ipſorum bona ad eorum hæredes, ſcilicet Monaſteria, pertineãt. Propter Conſtitutionem Pauli V. *In eminenti in* 3. *to. Bullar. nu.* 18. Filiucius *ſupr. cap.* 6 *q.* 6.

2 Qualiter etiam bona Religioſi ex illicita negotiatione, aut contra ſacros Canones adquiſita, pertineant ad Cameram Apoſtolicam, tanquam ſpolia ipſius, conſtat ex dictis *to.* 1. *cap.* 10. *nu.* 5. *&* *cap.* 16. *num.* 21. *&* 22. & *in hoc* 4. *tom.* verbo *Negotiatio quoad* Regulares *num.* 10. Vbi etiam alia ad intentum, præſertim, quæ ſint talia bona ex illicita negotiatione acquiſita, & an debeant dari in conſcientiæ foro prædictæ Cameræ ante quamcunque ſententiam. Quæ verò ſint contra Canones adquiſita, habent Azorius *ſupr. cap.* 2. *quæſt.* 6. & Filiucius *ſupr. cap.* 8. *q.* 10.

Spe-

3 Specialiter etiam, licet, iuxta dicta *to.2. cap. 18. num.* 15. bona Beneficiarij Regularis quando acquisita sunt intuitu Religionis, ad illam pertineant, & iure antiquo ad Monasterium pertinerent post mortem. *cap. cum olim 2. de priuilegijs, Authentic. ingressi de Sacrosanct. Eccles.* nihilominus ex Constit. Pij 4. *Decens* in Bullar. *num.*19. pertinent ad Cameram Apostolicam. Filiucius *supr. cap.6. q.*1. Nota autem primò, id intelligi solùm de Beneficiarijs Regularibus, qui viuunt separati ab obedientia Superiorum Religionis, habentes liberam administrationem bonorum, non de illis qui sub eorum obedientia viuunt, non habentes illam. Nauarrus *in Comment. de spolijs* §. 5. *num.*3. Filiucius *supr.* Bonacina *de Clausura q.2. punct.*9. §.4. *difficult.2. num.*17. Lugo *de Iust. & iure to.*1. *disp.*3. *sect.*10. *num.* 234. Nota etiam videri excipiendos esse Beneficiarios Regulares decedentes in Curia, iuxta dicta *supr. num.*1. ex Constitutione Pauli quinti. Filiucius *supr.*

4 Quæ verò sint bona, quæ nomine spoliorum veniunt, habetur ex Constit. Pij 5. quæ incipit *Romani Pontificis* in Bullar. *num.* 42. & ex Constit. Sixti 5. *In conferendis* in Bullar. *num.*100. vbi colliguntur fere omnia ad hanc materiam spectantia, quæ omitto, quia illa magna ex parte ad forum contentiosum spectant, & de illis relati Authores, & Quaranta, cum eius Additionatore Prospero Augustino *in Summ. Bullar. verbo Spolia Clericor.* ac Tamburinus *de Iure Abbat. to.3. disp.*16. *per totam.* Pro pœnis autem occupantium, vel detinentium dicta spolia, præter relatos Authores vide Thesaur. *in Praxi p.2. verbo Vacantia.*

STATVTA.

SVMMARIVM.

Quid illa importent apud Regulares. num. 1.
De statutis Religionum. num. 2.
*An obligentur Regulares ad statuta laicalia. num.*3.
*Ad quæ ex ipsis obligari possint. num.*4.
*De alijs statutis laicalibus. num.*5.
*Sacræ Congregationis declaratio. num.*6.
*Quid in dubio an sint contra immunitatem Ecclesiasticam. num.*7.
De pœnis contra facientes statuta contraria libertati Ecclesiastica, num. 8.

1 HÆc materia, prout ſpecialiter ad Regulares ſpectat, duo præcipuè importat, alterum de obligatione ipſorum ad obſeruantiam ſtatutorum Religionis, alterum verò de obligatione ab obſeruandum ſtatuta laicalia.

2 Et quoad primum, ex dictis *to.1. cap.*8. conſtat quæ, quanta, & qualis ſit obligatio Regularium ad Conſtitutiones, ſeu Statuta Religionum, an obligent in conſcientia, de quibus rebus eſſe debeant, & à quibus fieri poſſint. Item ſupra verbo *Leges Regularium* plura dicta de eadem materia, præſertim circa promulgationem, obligationem, interpretationem, & ceſſationem ipſorum. Alia quoque ſparſim per totam hanc Summam.

3 Circa ſecundum verò de obligatione Regularium ad obſeruanda ſtatuta laicalia, ſeu leges ciuiles, conſtat ex dictis *tom.1. cap.* 11. *num.*16. quòd quamuis Religioſi immunes, & exempti non ſint à legibus ciuilibus, ſeu ſtatutis laicalibus, quæ non ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed pro bona Reipublicæ adminiſtratione inſtituta, immunes tamen, & exempti ſint ab illis legibus ciuilibus, ſeu ſtatutis laicalibus, quæ Eccleſiaſticæ libertati ipſorum contrariantur. Conſtat etiam ex dictis eodem loco generaliter loquendo eas leges ciuiles, ſeu ſtatuta laicalia dici contraria libertati Eccleſiaſticæ, quæ Eccleſiaſticis, ſiue Regularibus tollunt ea, quæ iure naturali, diuino, canonico, aut imperiali maiori, fuerit illis conceſſa. Pro quibus vide Victoriam, Molinam, Sotum, & Rodriguez eo loco relatos, & Doctores communiter *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtit. cap. cum terra de elect. & cap. fin. de immunit. Eccleſ. in 6.* ac plures Rotæ deciſiones apud Dianam 5. *par. Tract.*1. *Reſolut.*8. Similiter generaliter loquendo ea ſtatuta laicalia ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, per quæ Regulares, ſeu Eccleſiaſticæ perſonæ efficiuntur deterioris conditionis, quam laici, aut timidiores in ſuis priuilegijs, prout probant Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico l.*2. *cap.*3. *num.* 193. Diana 4. *par. Tract.* 1. *Reſolut.*55. & Bonacina *de Cenſur. in Bulla Cœnæ contentis diſp.*1. *q.*16. *ſect.*2. *punct.*2. *nu.*4. & 6. Item ea, quibus eorum priuilegia reſtringuntur. Bonacina, & Barboſa *ſupr.* ex alijs.

4 Specialiter autem, quæ ſint in particulari materia huiuſmodi leges ciuiles, aut ſtatuta laicalia, quæ Religioſis, aut Eccleſiaſticis tollunt ea, quæ iure naturali, diuino, canonico, aut imperiali ſuperiori ipſis competunt, quia res eſt longiſſima, & multis difficultatibus implicata, ſolum tangam, quæ propriora ſunt ipſis Regularibus, & magis communiter à Doctoribus ſuſtinentur, non tam pro nunc reſoluendo, quàm eorum ſententias ſolum referendo, copioſiorem diſputationem de ipſis ad alium locum remittens.

Inter

5 Inter hæc ergo primum locum tenere videtur ſtatutũ, quo Principes prohiberent laicis ne vendant aliquid Eccleſijs, aut Regularibus, aut ne molant, aut coquant panem, vel ne exhibeant ipſis aliqua obſequia, & ſeruitia neceſſaria. Ita enim habetur ex *cap. eos de immunit. Eccleſ. in 6.* Suarez *de Cenſupr. diſp. 21. ſect. 2. num. 93.* Filiucius *Tract. 16. cap. 10. num. 271.* Bonacina *ſupr. num. 4.* & Diana ex ipſis, & alijs *par. 1. tract. 2. reſol. 54.* contra Caietan. Nauarrum, & alios. Secundò, ſtatutum, quo prohiberentur ſæculares contractus inire, cum Regularibus, vel Eccleſiaſticis. Barboſa *ſupr. nu. 194. & 195.* Duardus *in Bull. Cœnæ caſ. 15. q. 19.* Bonacina *ſupr. num. 5.* Tertiò, ſtatutum excludens Religioſos à Collegio Doctorum. Bonacina *ſup.* ex alijs. Quartò, ſtatutum, quo prohiberetur alienatio bonorum immobilium in Regulares, quia tale ſtatutum prohiberet Regularibus non ſolùm id quod iure naturali permiſſum eſt, ſed etiam quod iure humano eſt conceſſum *l. generali, & l. iubemus de Sacroſanct. Eccleſ. & cap. eos* relato, ac deciſione Pauli 5. circa hanc rem. Filiucius *dicto cap. 10. num. 272.* Reginaldus *in Praxi to. 1. l. 9. cap. 23. nu. 359.* noſter Epiſcopus Bouius *in Reſponſ. par. 8.* quos, & alios refert, & ſequitur Diana loco relato ex 1 *p. reſolut. 58. & 4. par. Tract. 1. Reſolut. 13. & 70.* maximè verò 6. *par. Tract. 3. Apolog. de hac re.* Iunge Barboſam *ſupr. num. 216.* contra Molinam, Anguianum, Graſſium, & alios. Quintò, ſtatutum, quo decerneretur, quòd Regulares non fruantur priuilegijs aliorum ciuium, quia etiam tale ſtatutum tolleret Regularibus id, quod iure communi ipſis competit. *cap. conſtitut. de reſtitut. in integrum.* Suarez *contra Regem Angliæ l. 4. cap. 22. nu. 19.* Diana *loco relato ex 1. par. reſolut. 61. & 4. par. Tract. 1. Reſolut. 15.* contra alios. Qui etiam eo loco ex 1. *par. reſolut. 64. & 6. p. Tract. 3. Reſolut. 10.* ex Hoſtienſi, Archidiacono, & alijs, idem refert de ſtatuto mandante, vt bona Eccleſiæ relicta intra certum tempus vendantur, quod etiam tenet Bonacina *ſupr. num. 18.* Idem dicens *num. 19.* de ſtatuto, quo decerneretur, vt de re ad pias cauſas relicta aliquid ſoluatur fiſco. Idem dicit Diana *Reſolut. 69. & 6. p. tract. 8. Reſolut. 4.* de ſtatuto prohibente Regularibus extractionem, vel introductionem annonæ, videlicet vini, frumenti &c. Quamuis in hoc varietas magna ſit inter Doctores. Sextò, ſtatutum quo decerneretur ne aliqui cum Monialibus loquantur. Bonacina *ſupr. num 27.* Septimò, ſtatutum diſponens ingredientem Monaſterium non ſuccedere in hereditatem, prout ex Rotæ deciſione, & varijs Doctoribus habet idem Diana 6. *p. Tract. 3. Reſolut. 8.* & ſpecialiter Sanchez *l. 7. in Decalog. cap. 12. num. 18.* Barboſa *ſupr. num. 198.* Octauò, ſtatutum, quo decerneretur, quòd pecora, ſeu animalia etiam Regularium dam-

na agris, vel fructibus inferentia, capiantur. Hoc enim ſtatutum videtur eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam pluribus iuribus introductam. Barboſa *in Collectan. to. 1. l. 1. tit. 2. cap. 10. num. 6.* Diana *ſupr. reſolut.* 101. Notans tamen multos docere contrariam ſententiam. Nonò, ſtatutum, ſiue lex inualidans donationem bonorum factam Regularibus, ſaltem ſi id non fuit in fraudem tributorum Principum, propter idem fundamentum. Diana *par. 3. tract. 1. Reſolut. 3.* contra Vaſquez, & alios oppoſitum tenentes. Decimò, ſtatutum, quo punirentur pœna aliqua propterea quod tranſgreſſi fuerint pretia taxata. Et ſi enim, iuxta dicta eo *cap. 11. num. 17.* ſtare debeant Religioſi legibus taxantibus pretia rerum, cum ſint membra Reipublicæ ſicut alij ciues, non tamen propterea puniri debent pœnis contra tranſgreſſores à laicis inflictis, ſed à ſuis Prælatis iuxta grauitatem tranſgreſſionis, & ſcandali inde ſequuti, iuxta dicta eodem loco. De quo etiam, præter Authores relatos, Villalobos *in Summa to. 1. tract. 2. difficult. 31.* Squillante *de priuileg. Clericor. cap. 8. nu. 89.* & Salas *de Legibus diſput. 14. ſect. 8. nu. 104.* De ſtatuto laicorum prohibente impreſſionem librorum ſine ipſorum licentia, dixi ſupra verbo *Libri nu. 10.* De ſtatuto etiam laicorum, quo prohiberetur conſtructio Monaſteriorum ſine ipſorum licentia dixi etiam *ſupra* verbo *Monaſteria Regularium n. 29.* De ſtatuto quoq; eorumdem laicorum, quo prohiberetur immunitas Eccleſiarum quoad reorum receptionem, dixi eodem verbo *nu. 25. & 26.*

6 Specialiter etiam quòd ſtatuta laicorum non comprehendant Regulares, aut alios Eccleſiaſticos (intellige quando ſunt contra immunitatem Eccleſiaſticam) conſtat ex declaratione S. Congregationis Immunitatis, quam refert relatus Diana 5. *par. inter Declarationes Sacrarum Congregationum num. 42. & 48.* vbi habetur laicos publicantes Edicta generalia cogi poſſe ad declarandum ſub ipſis non comprehendi Eccleſiam, neque Clericos. Vnde etiam ibidem declaratur Eccleſiæ molendina non comprehendi ſub prohibitione facta à laicis ne aſportetur frumentum ad molendina.

7 Maximè etiam circa huiuſmodi ſtatuta ſecularia notandum, quòd in dubio an ſint contra immunitatem Eccleſiaſticam debemus fauere opinioni affirmatiuæ. Et ratio eſt, quia in dubio tenenda eſt opinio, quæ fauet Eccleſiæ, vt patet ex *cap. fin. de ſent. & re iudicata, & ex l. ſunt perſonæ ff. de Relig. & ſumpt. funer.* Idem docet Diana dicto *Tract. 2. ex prima parte Reſolut 66.* ex Felino, Iaſone, Deciano, Belletto, & alijs. Nota etiam ſtatutum dici contra immunitatem Eccleſiaſticam, ſiue indirectè, ſiue directè id habeat, ex *cap. ſtatutum de hæreticis in 6.* ſiue expreſsè, ſiue tacitè, ex *cap. Clericis §. Nos igitur*

tur de immunitate Eccleſi in 6. Etiam ſi non loquatur de ipſis perſonis Eccleſiaſticis. Duardus *ſupr.* Bonacina *ſupr. nu.* 32. Diana 4. *p. dicto Tract.* 1. *Reſolut.* 52. ex alijs.

8 Nota tandem contra facientes ſtatuta, quibus Eccleſiaſtica libertas tollitur, læditur, reprimitur, vel reſtringitur, eſſe inflictam excommunicationem latæ ſententiæ in Bulla Cœnæ verbis relatis *tertio to.* verbo *Bulla Cœnæ num.* 40. De qua Suarez 5. *to. in* 3. *par. diſp.* 21. *ſect.* 2. *à num.* 79. Toletus *in Summa l.* 1. *cap.* 37. Filiucius, Duardus, & Bonacina relati. De alijs etiam pœnis contra illos, Barboſa *ſupr. num.* 192.

SVFFRAGIA.

SVMMARIVM.

Suffragium quot modis ſumatur. num. 1.
Suffragium pro adiutorio ſpirituali tribus modis contingit. num. 2.
Suffragium ex opere operantis duobus modis. num. 3.
Fideles in hac vita poſſunt ſe inuicem adiuuare. num. 4.
Item defunctos in Purgatorio exiſtentes. num. 5.
Qualiter Regulares teneantur ſuffragia offerre pro benefactoribus. num. 6.
An perdant ipſorum opera de ſuo valore ſi alijs applicentur. num. 7.
Qui fructus applicatur à Summis Pontificibus aliquando. num. 8.
De ſuffragijs ſumptis pro votis, ſeu vocibus Capitularium. num. 9.
An ſemper dignioribus dari debeant. num. 10.
An poſſit aliquis duo ſuffragia in electione aliqua habere. num. 11.

1 CVm ſuffragium à ſuffragando, ſeu auxiliando dicatur, prout ex S. Thoma *in* 4. *diſt.* 45. habet Siluester *in Summ. verbo Suffragium nu.* 1. ideo id, quo aliquis aliquo modo adiuuatur, ſuffragium dici poteſt. Ad rem autem noſtram, ſuffragium duo importare poteſt: primò, auxilium, ſeu adiutorium ſpirituale, quo vnus fidelis alterum adiuuat ad obtinendum à Deo remiſſionẽ pœnæ temporalis, vel aliud ſimile. Secundò, votum, ſeu vocem in electionibus. De quibus ſigillatim agendum, quatenus propriùs ad Regulares ſpectat.

2 Et quidem ſuffragium priori modo tribus modis poteſt contingere; ſcilicet primò, ex opere operato per Sacramenta, & Sacrificium Miſſæ. Secundò, per Indulgentias. Tertiò, ex opere operantis. Suarez.

rez *in 3.p.to.4. diſp.48. in princ.* De ſuffragio primo modo plura dixi ſupra verbo *Miſſa*. De ſuffragio ſecundo modo *to.3.* verbo *Indulgentia quoad Regulares*. Solum ergo eſt modo loquendum de ſuffragio tertio modo.

3 Pro quo ſuppono, huiuſmodi ſuffragium ex opere operantis duobus modis contingere poſſe, ſcilicet per modum ſatisfactionis, quatenus ſcilicet vnus offert pro alio valorem ſatisfactionis, qui eſt in operibus bonis ad ſatisfaciendum pro pœna temporali. Secundò, per modum impetrationis, aut meriti de congruo, quatenus ſcilicet vnus ſuis precibus, aut orationibus impetrat à Deo, vt alteri concedat auxilium ad faciendum bonum opus, per quod remittatur illi culpa, aut pœna temporalis, cuius eſt debitor. S. Tho. *in 4. diſt. 45. q.2. art.1.* Silueſt. *ſupr. verbo Participatio.* Sorbus *in Additionibus ad Compend. priuileg. Mendicant. verbo Indulgentia quoad Seculares.* 4. Peirinis *to.2. de Prælato. q.3. cap.6.* Apud quos etiam de ijs, in quibus conueniunt, & in quibus differunt hi duo modi ſuffragij.

4 His poſitis, certum eſt omnes fideles in hac vita degentes poſſe ſe inuicem adiuuare prædictis duobus modis. Colligitur ex *Communione Sanctorum*, quæ eſt articulus fidei in Symbolo poſitus. Ea enim non ſolum denotatur omnes fideles communicare in vno capite Chriſto, vno Baptiſmate, & alijs Sacramentis, ſed etiam quòd mutuò ſe poſſunt adiuuare per ſatisfactiones, & merita de congruo ad remiſſionem pœnæ temporalis, vel alterius boni ſpiritualis conſecutionem. Colligitur etiam ex S. Scriptura pſal.118. *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.* Et ad *Rom.15. Obſecro vos etc. vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deũ.* S.Tho. *in 4. diſt.20.q.1.* Suarez *ſupr. ſect.1.& 2.* Bonacina *de Sacrament. diſp.6. q.2. punct.1.*

5 Certum etiam eſt, poſſe fideles viuentes eodem modo adiuuare defunctos in Purgatorio exiſtentes, tum ex illo 2. *Machab.12. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.* Tum ex pluribus Concilijs, Eccleſiæ traditione, & conſuetudine. Vualdenſis noſter *to.3. tit.11. cap.107.* noſter Hieronymus Gratianus *de Iubileo p.1. cap.15.* Sotus *in 4. diſt.19. q.3. ar.1.& diſt.45. q.2. ar.2.* Suarez *ſupr. ſect.4.* Lugo *de Sacram. Pœnit. diſp.26. ſect.2. num.17.* poſt alios.

6 His poſitis, ad Regulares deueniendo, certum eſt illos, qui ex eleemoſynis fidelium, vel etiam ex redditibus ab illis relictis viuunt, teneri ipſorum bona ſatisfactoria, ſeu impetratoria pro ipſis applicare. Ratio eſt, quia tales eleemoſynæ, ſeu redditus conceduntur ipſis à fidelibus ſpe participandi eorum bona opera, & illorum intuitu, iuxta di-

dicta *to.1. cap.6. num.43.* Vnde hoc fine, & ſpe defraudant illos, ſi talia opera pro ipſis non applicent. Sanchez *l.7. in Decalog. cap.24. num.8.* poſt D. Thom. Caietanum, Ledeſmam, Angles, & Valentiam, quos refert. Hoc autem peccatum regulariter eſt contra virtutem gratitudinis, quia accipere debent prædictas eleemoſynas animo gratificandi benefactoribus, ſaltem in ſpiritualibus, faciendo ſcilicet illos bonorum ſuorum operum participes. Licet autem regulariter ſolùm ſit veniale, poterit tamen eſſe mortale quando Religioſus fere nunquam benefactorum Ordinis memor eſſet, & notabiliter negligens in operibus bonis pro illis applicandis. Valentia 2.2. *diſp.10. q.5. puncto 3.* Licet Sanchez *ſupr. num.9.* ſolùm venialem culpam in hac ingratitudine agnoſcat. Adde, quòd ſi Religioſus à prædictis actibus deſiſtat ex formali beneficij eleemoſynarum contemptu, vel in actibus ad mortale obligantibus, peccatum mortale erit talis ingratitudo. Caietanus 2.2. *q.187. art.4. dub.2.* Corduba *in Regulam Diui Franciſci cap.6. q.13.* Valentia *ſupr.* Quando autem ex pacto, vel promiſſione tenentur Religioſi ad prædicta opera pro benefactoribus facienda, tunc peccabunt contra iuſtitiam non ſic faciendo. Ratio eſt, quia ex pacto, & promiſſione acceptata oritur obligatio iuſtitiæ, prout ſupponunt Sanchez *num.10.* ex Caietano, Valentia, & Angles. Imò tale peccatum erit mortale, quando materia grauis fuerit, & obligans ad reſtitutionem, iuxta communes regulas materiæ de iuſtitia. Vide dicta *ſupr.* verbo *Legata Regularibus*, & verbo *Miſſa*.

7 **Nec credant Regulares propter applicationem ſuorum bonorũ operum pro benefactoribus perdere ipſorum fructum. Licet enim ea, quatenus ſatisfactoria ſunt pro pœna temporali, & meritoria de congruo, ſeu impetratoria, ſolùm deſeruiant illis pro quibus applicantur, deſeruiunt tamen ipſis applicantibus, quatenus meritoria de condigno gratiæ, & gloriæ, cum iuxta dicta *to.3.* verbo *Bona Regularium num.3.* ſecundùm iſtam rationem ſint perſonalia, & inapplicabilia pro alijs. Imò, ſi ex motiuo charitatis pro prædictis applicentur, erunt magis meritoria de condigno, ſicut generaliter, iuxta doctrinam Theologorum in materia de merito, opera bona facta à iuſto ex motiuo charitatis ſunt magis meritoria quàm facta ex motiuo alterius virtutis.** Angelus *in Summa verbo Suffragia nu.2.* Silueſter. *ſupr. verb. Suffragia q.3. & 4.* Ludouicus à Cruce *de Expoſit. Bullæ Cruciatæ diſp.1. cap.8. dub.15. nu.10.*

8 **Is porrò fructus ſatisfactorius pro pœna temporali, & meriti de congruo, ſeu impetrationis bonorum ſpiritualium eſt, quem Summi Pontifices applicare ſolent ob ſpeciales rationes aliquibus fidelibus,**

vt

vt patet in Bulla Cruciatæ, iuxta dicta 3.*to.* verbo *Bulla Cruciatæ num.*17. & in Bulla Clementis 7. pro Confratribus Carmelitarum, quam explicat noster Reuerendissimus Stratius *in Instruction. pro Fratribus Carmelitis cap.*22. Hic quoque fructus est ille, quem Prælati regulares applicant de bonis spiritualibus suorum subditorum, cum benefactoribus suis litteras Confraternitatis concedunt. De quo latè dixi 3.*to.* verbo *Bona Regularium num.*2. & sequentibus. Quibus addendum, quòd licet tales litteræ solùm benefactoribus concedi soleant, possunt nihilominus etiam non benefactoribus concedi, ex charitate, aut speciali amicitia. Sorbus *supr.* 5.*quare dicitur.* Peirinis *dicto cap.*6. *num.*13. Ludouicus à Cruce *supra num.*17. ex Cotaduba, & Rodrig. Quando autem conceduntur alicui titulo benefactoris, si talis causa non subsistat, non valeret talis communicatio bonorum, quia deficiente causa, fine, seu conditione concessionis, deficit ipsa concessio. Sorbus *supr.* Ludouicus de Cruce *supr. num.*16. Peirinis *supr.* Addit idem Peirinis *in Formulario littera P. cap.*11 *num.*1. non debere concedi nisi verè benefactoribus, & quòd participationes factę à Superioribus non valeant postquam suum officium finierunt. Quod posterius non videtur admittendum, quia iuxta dicta *to.* 3. verbo *Gratia pro Regularibus nu.*8. gratia facta non cessat post mortem, vel cessationem officij illam concedentis.

9 Circa secundam acceptionem suffragij, scilicet pro votis, seu vocibus in electionibus, plura dixi in præcedentibus, quæ sufficient ad intentum, si solùm remissiuè referantur. Primò enim qualiter vota, seu suffragia inhabilium vitiant electiones, dixi *to.* 1. *cap.*15. *nu.* 6. & 7. & *to.*2. *cap.*12. *num.*29. & *to.*3. verbo *Excommunicatio n.* 31. Similiter, quòd suffragia in electionibus debeant esse absoluta, & non conditionata, certa, & non indeterminata, dixi eodem *cap.*15. *nu.* 16. Quod debeant esse secreta, ita vt nunquam publicentur dixi *ibidem num.* 17. & *tom.*3. verbo *Electio inter Regulares num.* 11. vbi etiam quid si vel vnum tantum votum publicetur, & quid de votis aliquo patenti signo denotatis, vt cognoscantur qui ea dederunt, & alia ad intentum. De quibus nouissimè Zacharias Pasqualigus *in Decis. moralib. decis.* 261. & *sequentib.* Maximè *ibi nu.* 7. an suffragia dari possint per Procuratores. Debere esse libera prædicta suffragia dixi *eo cap.*15. *num.*21. & loco relato ex 3.*to. num.*12. Suffragia semel data an reuocari possint, dixi eo *cap.* 15. & loco relato *ex* 3. *to. dicto. num.*12. Qualiter pro ipsis suffragijs fieri non possit pactum, seu conuentio *ibidem num.*29. 30. & 31. ac *supra* verbo *Simonia quoad Regulares*. Alia etiam ad intentum *supra* verbo *Prælatus Regularis*, & verbo *Præses Capitulorum*.

Maxi-

10 Maximè tamen, quòd ſuffragia in electionibus dari debeant dignioribus, conſtat ex dictis eo *cap.* 15. *nu.* 12. & *to.* 2. *cap.* 11. *nu.* 20. & *tom.* 3. verbo *Beneficium num.* 13. Quod etiam tenent, præter Anchores ibi relatos, Portellus *in Dub. Regular. verbo Electio num.* 6. Turrianus *to.* 2. *in* 2. 2. *diſp.* 22. *dub.* 4. *num.* 1. An verò in aliquo caſu liceat eligere dignum relicto digniori, conſule Reginaldum *to.* 2. *lib.* 3. *Tract.* 3. *num.* 199. ipſum Portellum *ſupr. num.* 20. *& in addit. ad dictum verbum Electio n.* 10. Ioannem Valerum *in different. vtriuſque fori verbo Electio different.* 1. *num.* 1. Dianam 2. *par. tract.* 15. *Reſolu.* 61. maximè verò 3. *par. Tract.* 5. *Reſolut.* 110. & Paſqualigum *deciſ.* 256. *& ſequent.* poſt alios, quos referunt. Vnde autem penſari debeat hæc maior dignitas, dixi dicto verbo *Beneficium num.* 13. De quo etiam Comitolus *lib.* 1. *Reſponſ. moral.* & Portellus *dicto verb. Electio num.* 21. *& in addit. num.* 10. Quo etiam ſenſu accipiendum eſt, quod in Decretis Clem. VIII. & SS. D.N. Vrbani, quæ retuli *eo c.* 15. *num.* 13. dicitur, *electores debere in electionibus iurare ſe electuros probiores, & magis idoneos.* De quo iuramento, & eius Decreti intelligentia, Sigiſmundus de Bononia *de elect. dub.* 26. Lauorius *de elect. cap.* 19. Peirinis *in Formulario littera E, cap.* 2. & Bordonus *Reſolut.* 26. *num.* 28.

11 Poſſe autem aliquem duo ſuffragia in electione aliqua habere, vnum ratione ſui, & alterũ vt procuratorem alterius abſentis, tenere videtur idem Portellus *ſupr. in addit. ad addit. nu.* 2. eo quòd ius commune illud permittat, nec Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. contradicat. Sed eſto ita ſit in iure communi ſtando, id tamen meritò ab vſu, & praxi Religionum relegatum eſt, propter ambitionem, & alia inconuenientia.

SVPERIOR REGVLARIS.

VIde dicta *ſupra* verbo *Prælatus Regularis*, & aliquas declarationes ad intentum apud Barboſam *in Collectan. Bullar. hoc eodem verbo.*

SVSPENSIO QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

Suſpenſio quid ſit. num. 1.

Quo-

Quotuplex ſit. num. 2.
De cauſis ipſius. num. 3.
De effectibus ipſius. num. 4.
De ſuſpenſione ab officio ſimpliciter. num. 5.
De ſuſpenſione ab officio in Religionibus. num. 6.
De ſuſpenſione ab Ordine. num. 7.
De ſuſpenſione à Beneficio. num. 8.
De ſuſpenſione à Iuriſdictione. num. 9.
De ſuſpenſione à diuinis. num. 10.
De ſuſpenſione à iuriſdictione temporali. num. 11.
De ſuſpenſione ab ingreſſu Eccleſiæ. num. 12.
De violante ſuſpenſionem. num. 13.
An actus prohibiti ſuſpenſo validi fiant. num. 14.
Suſpenſum an vitare teneamus. num. 15.
Suſpenſiones impoſitæ contra Regulares. num. 16.
Aliæ ſuſpenſiones. num. 17.
Suſpenſio quot modis tollatur. num. 18.

1 SVſpenſio eſt *Cenſura Eccleſiaſtica, qua Miniſter Eccleſiæ, ſeu Eccleſiaſtica perſona, impeditur ne functiones exerceat ſui Offi ÿ, Beneficÿ, vel Ordinis.* Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 151. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *p. diſp.* 25. *ſect.* 1. Sayrus *de Cenſur. lib.* 4. *cap.* 1. Ioannes de Cruce *in Director. Tract. de Cenſuris ar.* 3. Filiucius *Tract.* 17. *cap.* 1. *q.* 2. Cornexo *to.* 2. *in* 3. *par. Tract.* 5. *de Suſpenſ. diſp.* 1. *dub.* 1. & alij communiter, licet diuerſis verbis. Dicitur *Cenſura Eccleſiaſtica* loco generis. Hoc enim eſt commune ipſi cum excommunicatione, & interdicto, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.* 1. Toletus *in Summ. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 1. Bonacina *de Cenſuris diſp.* 3. *punct.* 1. *nu.* 1. Excluditur per dictam particulam peccatum mortale, quod, quamuis priuet vſu Ordinis Sacri, hoc tamen non eſt tantùm iure Eccleſiaſtico, ſed iure naturali, aut diuino, propterea quòd tale peccatum habens indignus redditur vſu talis Ordinis. Suarez, & Cornexo *ſupr.* Excluditur etiam per dictam particulam irregularitas, quia illa non eſt cenſura, ſed impedimentum quoddam, iuxta dicta loco relato *ex* 3. *to.* Suarez *ſupr.* Item prohibitio celebrandi impoſita à Confeſſario ſuo pœnitenti in foro pœnitentiali. Cum enim impoſita non ſit pro foro externo, non eſt cenſura, nec vera ſuſpenſio. Cornexo, & Bonacina *ſupr.* Idem ad intentum Regularium dicendum de ſuſpenſione facta Clerico ab Abbatiſſa, propter dicta *tom.* 3. verbo *Abbatiſſa num.* 16. Quod & notat Lay man. *lib.* 1. *Tract.* 5. *par.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. Scilicet, quòd Abbatiſſa,

cum

cum non ſit capax iuriſdictionis ſpiritualis, non poteſt ferre cenſuras. Excluduntur etiã generaliter loquendo omnes aliæ ſuſpenſiones impoſitæ vt pœnæ purè vindicatiuæ, ſeu punitiuæ peccati præteriti, non per modum pœnæ medicinalis præſeruatiuæ à peccato futuro, qualis eſt cenſura. Suarez, & Cornexo *ſupr.* Bonacina *ſupr. num.* 2. Dicitur *qua miniſter Eccleſiæ, ſeu Eccleſiaſtica perſona*, ad denotandum ſubiectum huius cenſuræ non eſſe laicos, ſed ſolùm Eccleſiaſticos. Nauarrus *ſupr. num.* 153. Bonacina *ſupr.* Dicitur etiam *ne functiones exerceat*, ad oſtendendum huius cenſuræ effectum, qui non eſt auferre Officium, aut Beneficium quoad titulum, quemadmodum auferetur per degradationem, aut depoſitionem, ſed ſolùm quoad vſum, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Depoſitio num.* 1. Toletus, & Cornexo *ſup. n.* 4.

2 Suſpenſio multiplex eſt, quædam enim eſt ſuſpenſio ab *Officio*, ſiue Officium ſit Ordinis, ſiue iuriſdictionis, & quædam *à Beneficio Eccleſiaſtico*, quædam etiam eſt *ab Officio, & Beneficio* ſimul. Secundò, ea quæ eſt ab *Officio* tãtùm aliquando eſt à toto Officio, aliquando à parte. A toto Officio, quando priuat vſu Ordinis cuiuſque, & ſimul vſu iuriſdictionis. A parte verò, quando ſolùm priuat alicuius Ordinis, ſeu iuriſdictionis vſu, non alijs, v. g. ab audiendo confeſſiones, celebrando &c. Tertiò ſimiliter, ea, quæ eſt à Beneficio, aliquando eſt etiam à toto, aliquando à parte ſola, vt à fructibus percipiendis, vel aliquo alio ad ipſum pertinente. Quartò, diuiditur ratione temporum, nam aliquando eſt ab Officio, vel Beneficio, vel vtroque ad aliquod tempus maius, vel minus, prout determinatum fuerit à iure, vel ab homine. Aliquando eſt à parte aliqua prædictorum, aut ad tempus aliquod, aut in perpetuum. Quintò, rurſus diuiditur, nam quædam eſt à iure, quædam eſt ab homine, ſicut de cenſuris in communi dixi *to.* 3. verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.* 1. De his diuiſionibus communiter Summiſtæ, & Doctores. Licet Suarez *ſupr. ſect.* 1. *num.* 3. & Cornexo *ſupr. dub.* 2. dicant ſuſpenſionem latam ad determinatum tempus non eſſe propriè cenſuram. Quod tamen non admittunt communiter Doctores, vt notat Tannerus *tom.* 4. *diſp.* 6. *q.* 10 *dub.* 7. *num.* 130. *& num.* 132. Alias autem diuiſiones ſuſpenſionis, quas antiquiores afferunt, reijciunt Suarez *ſupr. ſect.* 2. Sayrus *ſup.* Filiucius *ſupr q.* 3. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 31. & alij.

3 Quoad cauſas ſuſpenſionis, loquendo de finali, certum eſt, eam eſſe correctionem delinquentis. Toletus *ſupr. cap* 44. *in fine.* Quoad efficientem, regula generalis eſt, omnem, & ſolum illum, qui poteſt excommunicare poſſe etiam ſuſpendere, quia vtrumque pertinet ad vnam, & eamdem poteſtatem iuriſdictionis. Angelus, Silueſter, & alij Summiſtæ *verbo Suſpenſio.* Toletus *ſupr. cap.* 44. Sayrus *ſupr. c.* 2.

Vnde

Vnde id etiam competit Prælatis Regularibus, iuxta dicta *to.*1.*c.*18. *num.*22. *& to.* 3. verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.*2. Quomodo autem poni debeat, habes ex dictis eo *num.* 22. & eo verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.*6. De quo etiam Peirinis *in Formulario littera C. cap.*5. Cauſa verò materialis remota, ſeu is, qui ſuſpendi poteſt, iam dixi *ſupr.num.*1. eſſe ſolam perſonam Eccleſiaſticam, ſeu miniſtrum Eccleſiaſticum. Vnde ad propoſitum Regularium, Religioſus, qui non eſt adminus prima Tonſura initiatus, ſuſpendi non poteſt. Sayrus *ſupr. cap.*1. *num.* 17. Theſaurus *in Praxi par.* 2. *verbo Monialis cap.* 2. Vnde etiam ſuſpenſio, quam ponit Concilium Trid. *ſeſſ.*25. *cap.*17. contra Præfectam Monaſterij, quæ non monet Epiſcopum ante profeſſionem Nouitiæ, non eſt propriè cenſura, propter rationem aſſignatam. Theſaur. *in Praxi par.*2. *verbo Monialis cap.*2. Addens tamen, eſſe ſimilem ſuſpenſioni, quæ eſt cenſura, & ferri ad modum ipſius, ac per conſequens incurri in conſcientia ante omnem declarationem. Nomine autem perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ poteſt ſuſpendi, venit etiam Capitulum, iuxta dicta *to.*3. verbo *Capitulum*. Suarez *ſupr.diſp.*28. *ſect.*3. Cornexo *ſupr. dub.*1. Layman. *ſup.cap.*2. Pro cauſa verò materiali proxima, ſeu peccato, pro quo quis poteſt ſuſpendi, conſule dicta eo verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.* 10. Vbi habes debere eſſe peccatum mortale, externum, & conſummatum, imò & proprium. Quando autem ſuſpenſio non fertur directè in perſonam, ſed contra Communitatem, vel Capitulum, tunc poteſt contrahi propter peccatum alienum. Cornexo *ſupr. dub.* 2. poſt D. Thom. Siluestrum, & alios. Similiter ſuſpenſio leuis, qualis eſt ſuſpenſio ab vno actu eligendi, à diſtributionibus vnius horæ &c. poteſt incurri pro ſola culpa veniali. Caietanus *in Summ.verb.Suſpenſio.* Toletus, Cornexo, & Laymanus *ſupr.* & Diana 5.*par. Tract.* 10. *Reſol.* 19. Tale porrò peccatum, pro quo imponi poteſt cenſura ſuſpenſionis, debet eſſe aliquo modo futurum, iuxta dicta eo *num.* 10. Licet ſuſpenſio, quæ tantum eſt pœna, poſſit poni propter peccatum purè præteritum, iuxta dicta *ibidem* & *ſupr.num.*2. Formalis autem cauſa ſuſpenſionis, ſeu forma ipſius non eſt determinata in iure, ac proinde ſufficiet ea, qua ſufficienter ſignificetur modus, ſpecies, ſeu effectus illius. Nauarrus *ſupr. num.* 161. Toletus *ſupr.* Suarez *ſupr. ſect.*5. Alia, quæ pertinent ad ſuſpenſionem, habes ex dictis generaliter de cenſuris 3. *to.* eo verbo *Cenſura Eccleſiaſtica*.

4 Quod attinet autem ad effectus ſuſpenſionis, ea applicando ſpecialiter ad Regulares, dicendum primò, Religioſum ſuſpenſum ſuſpenſione abſolutè lata ſine vlla limitatione tacita, vel expreſſa, cenſeri ſuſpenſum ab omnibus, ſcilicet ab Ordine, Officio, Beneficio &c.

Quia

Quia verba accipienda ſunt, prout ſonant, & cum ſint generalia, generaliter accipi debent. Silueſter *verbo Suſpenſio q.*5. Toletus *ſupr. cap.* 43. *num.*5. Bonacina *ſupr. punct.* 2. *num.* 1. Diana 5. *p. Tract.* 10. *Reſolut.* 14. ex alijs.

5 Secundò, Religioſus ſuſpenſus ab officio generaliter, & ſine vlla reſtrictione, eſt priuatus omni vſu Ordinis, & iuriſdictionis, hæc enim omnia importat nomen officij in præſenti. Suarez *ſupr. diſp.* 26. *ſect.* 1. Cornexo *ſupr. diſp.* 2. *dub.* 1. Layman. *ſupr. cap.* 1. *num.* 2. §. *Suſpenſio totalis.* Qui verò ſint actus Ordinis, iuriſdictionis, & muneris Eccleſiaſtici, ex dicendis conſtabit. Similiter quid dicendum de ſuſpenſo non generaliter ab officio, ſed tantùm ab officio, ſeu officijs Religionis, infra dicetur. Non tamen propterea talis ſuſpenſus generaliter, & ſine reſtrictione ab officio, cenſetur ſuſpenſus à beneficio, ſeu fructibus ipſius. Quia cum aliquando imponatur ſuſpenſio ab officio, & beneficio ſub his terminis, cum id non ſit non debet nomen officij ad beneficium extendi in materia odioſa, qualis eſt cenſura; Nauarrus *ſupr. num.* 160. Suarez *ſupr. ſect.* 3. Sayrus *ſupr. cap.* 5. Cornexo *d. dub.* 1. Diana *ſupra Reſolut.* 1. Verum, ſuſpenſum ab officio debere per alium ſupplere onera ſui beneficij, quæ per ſe non poteſt exercere, alioquin non poſſe fructus beneficij percipere, cum illi deneatur propter officium, quod talis non poteſt exercere, tenet Bonacina *ſupr. punct.* 2. *num.* 10. ex Enrriquez, Reginaldo, Filiuccio, Suarez, & alijs. Taliter etiam ſuſpenſus ab officio non poteſt eligi ad aliquã Prælaturam Religionis. Propter regulam generalem *cap. fin. de Cleric. excom. miniſtr.* quòd quoties aliquis priuatur aliquo munere, vel actu, etiam eſt priuatus receptione eorum, quæ ad talem actum, vel munus ordinantur, ſuſpenſus autem ab officio priuatus manet actibus Ordinis, & iuriſdictionis, ad quos ordinantur dictæ Prælatiæ. Suarez *ſupr. ſect.* 3. *num.* 6. Cornexo *ſupr. d. dub.* 1. Qui addunt, talem promotionem non eſſe irritam, ſed potius irritandam. Oppoſitum tamen colligitur ex his, quæ dixi *to.*3. verbo *Beneficium, & Beneficiati num.*6. ac tenent Bonacina *ſupr. num.* 11. & Peirinis *to.*2. *de Prælato q.*2. *cap.*5. §.1. *nu.*29. poſt plures alios. Non poſſe etiam ſic ſuſpenſum ab officio habere votum in electionibus, dixi *to.*1. *c.*15. ex *cap. cum dilectus de conſuet*, & tenent Filiucius *ſupr. cap.*2. *nu.*25. & Peirinis *ſupr. num.*32. poſt alios. Poteſt nihilominus taliter ſuſpenſus ab officio ſacris Officijs intereſſe, Miſſæ deſeruire, in neceſſitate baptizare, Epiſtolam ſine veſtibus in Choro canere, & generaliter ea omnia facere, quæ alicuius Eccleſiaſtici officij exercitium non ſint. Filiucius *ſupra cap.* 2. *num.* 22. & 25. Auila *par.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 1. *concluſ.* 6. Coninch. *de Cenſur. diſp.*5. *dub.*2.

concl. 1. Cornexo *ſupra* poſt Nauarrum, Sotum, & alios.

6 Tertiò ſpecialiter, Religioſus ſuſpenſus non ab officio ſimpliciter, ſed ſolùm ab officio aliquo ſuæ Religionis. v. g. Prioratu, Prouincialatu, &c. ſolùm priuatur vſu, & exercitio talis officij pro tempore in lege deſtinato. Suſpenſio enim ab officio non eſt priuatio officij. Portell. *in Dub. Regularium verbo Suſpenſio num.* 2. Durante verò tempore ſuſpenſionis, peccat mortaliter, ſi ſe ingerat officio ſibi prohibito. Contrariatur enim per hoc tali legi directè id prohibenti, & in materia graui. Portellus *ſup.* Nota autem huiuſmodi ſuſpenſionem regulariter loquendo non eſſe propriè cenſuram in Religionibus, ſi quidem in ſtatutis ipſarum, vt patet in noſtra *par.* 5. *Conſtitut. cap.* 9. *num.* 4. non incurritur niſi poſt declarationem, quod eſt contra rationem cenſuræ, quæ ſemper incurritur ante declarationem, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 29. Solùm ergo erit pœna pure vindicatiua, & non præſeruatiua, præſertim, cum imponi ſoleat propter delictum præteritum, & ſine præmiſſa monitione, quod non competit cenſuræ propriæ. Suarez *ſupr. diſp.* 25. *ſect.* 1. *num.* 2. & 3. & *ſect.* 2. *nu.* 3. Cornexo *ſupra diſp.* 1. *dub.* 1. & 2. Bonacina *ſupr. n.* 2.

7 Quartò, Religioſus ſuſpenſus ſimpliciter ab Ordine priuatur omni actu Ordinis maioris, & minoris; quia nomen *Ordo* abſolutè prolatum dicitur de quolibet Ordine tam maiori quam minori. Cornexo *ſupr. diſp.* 2. *dub.* 2. Bonacina *d. punct.* 2. *num.* 8. Peirinis *ſupr. num.* 28. Qui verò ſint actus Ordinis maioris, ſeu minoris, habes ex dictis *to.* 3. verbo *Excommunicatio num.* 13. & verbo *Irregularitas nu.* 5. & 6. Qui ſuſpenſus eſt ab Ordine inferiori v.g. Diaconatu, priuatur etiam vſu Ordinis ſuperioris, ſcilicet Presbyteratus &c. niſi ſuſpenſio expreſſis verbis referatur ad inferiorem tantùm. Ratio eſt, quia cui non licet minus, nec ei licere debet quod eſt maius, *argument. cap. cum illorum de ſent. excommunicat. & l. relegatorum* 5. *vlt. ff. de interdicto*. Ioannes de Cruce *ſupr.* 5. *nota quod*, Naldus *in Summa verbo Suſpenſio num.* 6. Cornexo *ſupr.* Quod tamen probabiliter limitatur ſolùm ad actus inter ſe connexos, ita vt in exercitio Ordinis ſuperioris contineatur exercitium Ordinis inferioris, à quo quis eſt ſuſpenſus. Vt ſi v.g. Presbyter ſit ſuſpenſus ab exercitio Diaconatus, conſequenter etiam à Sacrificando, cum Sacrificium non fiat ſine Euangelio, non tamen ab alijs functionibus Sacerdotis, puta audire confeſſionem, ſolemniter baptizare, benedicere &c. cum iſta non contineant exercitium Diaconatus. Cornexo *ſupr.* 5. *limitari ſolent*, Layman. *ſupr. num.* 6. poſt Sayrum, Sa, Coninch, & alios. Illud certius, quòd ſuſpenſus ab Ordine ſuperiori v.g. Sacerdotio, non impediatur exercere inferiorem. Ioannes de Cruce, Naldus, Cornexo,

10, Layman. & alij communiter. Illud quoque certius, quòd ſuſpenſus ab Ordine non eſt priuatus actibus iuriſdictionis, qui non ſunt connexi cum exercitio Ordinis.

8 Quintò, Religioſus ſuſpenſus à beneficio non priuatur vſu officij, quia in rigore nomine beneficij non ſignificatur officium. Vnde poteſt, & debet officio ſuo ſatisfacere, & iuriſdictionem, vel adminiſtrationem ratione officij exercere. Solùm ergo priuatur perceptione fructuum, ac per conſequens aliquibus actionibus, quæ ad talem perceptionem ordinantur, vt ſunt locatio, venditio &c. Imò poteſt fructus aliquos recipere proportionatos arbitrio prudẽtis exercitio ſui officij, &, ſi fuerit pauper, neceſſarios ad ſui ſuſtentationem. De quibus Doctores communiter, ſpecialiter Sayrus *ſupr. cap.6.* Suarez *tota diſp.*27. Sanchez *to.*1. *Conſil. moral. l.*2. *cap.*2. *dub.*15. Cornexo *ſupr. dub.*4. Layman. *ſupr. num.*4. Bonacina *ſupr. nu.*12. poſt Vgolinum, Auilam, Enrriquez, Filiucium, & alios. Apud quos plura, quæ tamen omitto, quia rarò inter Regulares hæc ſuſpenſio locum habet, &, vt credo, probabile valde ſit quòd Prælaturæ Religionis quoad hæc odioſa nomine beneficij non veniant, iuxta dicta ſupra verbo *Simonia num.* 20. Licet oppoſitum tenere videatur Peitinis *ſupr.*

9 Sextò, Religioſus ſuſpenſus à iuriſdictione ſolùm priuatur actibus iuriſdictionis, quales ſunt imponere cenſuras, abſoluere ab illis, conferre beneficia, vel Prælatias iudicare &c. Imò, quando ſuſpenſio non fertur ſimpliciter, ſed cum determinatione certi actus, v.g. conferendi beneficia, ſolùm illo priuatur. Priuatur etiam actibus Ordinis, qui requirunt iuriſdictionem, qualis eſt adminiſtratio Pœnitentiæ. Alios autem actus Ordinis iuriſdictionem non importantes, vt ſunt dicere Miſſam, eſſe Hebdomadarium &c. exercere poteſt. Suarez *dicta ſect.*4. *à num.*16. Filiucius *Tract.*17. *cap.*1. Cornexo *ſupr. dub.*3. Layman. *ſupr. num.*5. poſt Caietanum, Nauarrum, Sayrum, Auilam, & alios.

10 Septimò, Religioſus ſuſpenſus à diuinis (quod genus ſuſpenſionis ſæpiùs cõtra Religioſos ponitur in Decretis Pontificijs, & Sacrarum Congregationum) non poteſt diuina Officia perſoluere ex officio, bene tamen, vt priuata perſona, ſeu tanquam laicus. Vnde, licet non poſſit officiũ Hebdomadarij exercere, nec canere in Choro tãquam Clericus, poteſt tamen, imò tenetur, dicere priuatim Officium Canonicum. Poteſt etiam in Choro cantare tanquam laicus. Similiter poteſt facere totum, quod laicus, nempe confiteri ſua peccata, audire Miſſam communicari &c. Naldus *ſupr. num.* 11. Filiucius *ſupr. à n.*33. Bonacina *ſupr. n.*16. Portellus *ſup. nu.*5. Priuatur etiam exerci-

tio Ordinum, etiam minorum, quos habet ita vt nec Miſſam, aut Euangelium dicere, vel Confeſſiones audire poſſit, licet poſſit cantare Epiſtolam abſque veſtibus in Choro, & ſine ſolẽnitate, ſicut faciunt non ordinati, & ſeruire Miſſis, prout faciunt ſæculares. Nauarrus *ſupr. n.* 163. & 244. Bonacina *ſupr.* Sorbus *in annotationib. ad Compend. priuileg. Mendicant. verbo Ingredi Monaſteria Monialium* §. 9. Non tamen priuatur iure eligendi, cum conſtet Moniales, quæ neque Ordinis, neque officij Eccleſiaſtici ſunt capaces, poſſe eligere, & ita declarauit S. Congr. apud Peirinis *ſupr. n.* 36. Barboſam *in Collectaneis Bullarij verbo Suſpenſus*.

11 Octauò, Religioſus ſuſpenſus à iuriſdictione temporali non poteſt temporalia bona adminiſtrare. Poteſt tamen iuriſdictionem ſpiritualem, & quodcunque aliud officium ſpirituale exercere, cum ab ijs non ſit ſuſpenſus. Peirinis *ſupr. n.* 37.

12 Quid prohibeatur ſi ſpenſo ab ingreſſu Eccleſiæ, conſtat ex dictis *to.* 3. verbo *Interdictum quoad Regulares. num.* 36. Parum enim, vel nihil, differt hæc cenſura ab interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ. Filiucius *ſupr. num.* 32. An verò gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, agit Diana 6. *p. Tract.* 1. *Reſolut.* 26. Quid etiam prohibeatur ſuſpenſo per ſuſpẽſiones partiales, quibus ſolùm exprimitur aliquis actus in particulari, conſtat ex dictis ſolùm eſſe illum actum particularem, prout ex communi Doctorum tenent Nauarrus *ſup. n.* 160. Bonacina *ſup. n.* 2. & Tannerus *ſupr. nu.* 133.

13 Circa quæ nota primò, Religioſum ſuſpenſum exercentem eos actus, à quibus eſt ſuſpenſus, peccare mortaliter ex ſuo genere. *argument. cap.* 2. *de maior.* Nauarrus *ſupr. num.* 163. Toletus *d. cap.* 45. *num.* 1. Cornexo *d. diſp.* 2. *dub.* 1. Diana *ſupr. Reſolut.* 9. & alij communiter. Dixi *ex ſuo genere*, quia aliquando tale peccatum erit ſolùm veniale, vel ex defectu plenæ aduertentiæ, vel propter leuitatem materiæ, præſertim in ſuſpenſione leui, iuxta dicta *ſupra n.* 3. Imò etiam aliquando nullum peccatum, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.* 11. Violans autem ſuſpenſionem exercendo aliquem actum peculiarem alicuius Ordinis, ſiue maioris, ſiue minoris, niſi excuſetur ratione neceſſitatis, vel ſcandali vitandi, ignorantiæ, inaduertentiæ, vel obliuionis, incurrit irregularitatem, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Irregularitas num.* 55. De quo etiam Nauarrus *dicto nu.* 163. Toletus *ſupra num.* 2. Cornexo *ſupra dicta diſp.* 2. *dub.* 1. & alij communiter. Notat autem Nauarrus, quòd illa dicuntur actus Ordinis, quorum faciendorum ſpecialis poteſtas traditur in ordinatione, vt in Presbyteratu poteſtas conſecrandi, baptizandi ſolemniter, dicendi Collectas in Choro, in Diaconatu poteſtas canendi Euangelium,

in

in Subdiaconatu canendi ſolemniter Epiſtolam, & in Acolytatu ferendi cereos &c. Vnde cum prædicare non ſit actus alicuius Ordinis, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Concionari, & Concionator num.* 4. & verbo *Excommunicatio quoad Regulares num.* 17. ideo Religioſus ſuſpenſus ab officio prædicandi non incurrit irregularitatem ſi prædicet, etiamſi grauiter peccet. Tannerus *ſupr. num.* 137. Diana *ſupr. Reſolut.* 10. poſt Silueſtrum, Armillam, Medinam, & Enrriquez. Licet Toletus *ſupr.* §. *quinto ſuſpenſus* dicat, ſecus eſſe ſi ſolemniter, ac ex ſuo officio prædicaret. Exercens autem actus iuriſdictionis, vel alterius miniſterij, in quibus eſt ſuſpenſus, ſi in eis non includatur exercitium alicuius Ordinis, nullam incurrit pœnam in iure poſitam, ſed ex ſolo Iudicis arbitrio puniendus erit. Cornexo *ſupr.* Diana 4. *p. Tract.* 2. *Reſolut.* 92.

14 Nota ſecundò, actus Ordinis prohibitos ſuſpenſo, excepta abſolutione Sacramentali, validos eſſe, at verò actus qui iuriſdictionem poſtulant (ad quos reducitur actus eligendi) per ſe inualidos eſſe, cum ſuſpenſus ſit priuatus actuali iuriſdictione, & iura non minus de ſuſpenſione quam de excommunicatione id ſtatuant. Nihilominus, ſi ſuſpenſus ſit occultus, & ab Eccleſia communiter toleratus, acta eius valent, quia Eccleſia ſupplet defectum. Imò, ſi ſuſpenſus non ſit ſpecialiter denunciatus, quamuis quoad ſe ſit prohibitus ne in officio miniſtret, ideoque peccet, ſi id ex ſe, ac ſua ſponte faciat, tamen quoad alios non eſt priuatus iuriſdictione, iuxta dicta à ſimili de excommunicatione *to.* 3. verbo *Excommunicatio quoad Regulares nu.* 33. 34. & 35. Suarez *diſp.* 26. *ſect.* 2. *num.* 2. Cornexo *d. diſp.* 2. *dub.* 1. Tannerus *ſup num.* 138. Diana *ſupr. Reſolut.* 11.

15 Nota tertiò, neminem teneri ex vi præcepti Eccleſiaſtici vitare ſuſpenſum, aut non communicare, aut loqui cum ipſo, quia nullibi reperitur tale præceptum prohibens communicare cum ſuſpenſis, ſicut datur præceptum prohibens communicare cum excommunicatis. Enrriquez *lib.* 13. *cap.* 5. §. 5. & *cap.* 33. §. 3. Auila *de Cenſur.* 3. *p. diſp.* 2. *dub.* 4. Suarez *dicta diſp.* 26. *ſect.* 2. *num.* 7. Cornexo *dub.* 1. Diana *ſupr. Reſolut.* 20. Vnde, ſecluſo ſcandalo, non erit peccatum, etiam veniale communicare cum ſuſpenſo, etiam in actibus à quibus ſuſpenſus eſt, niſi quando talis communicatio fuerit quædam cooperatio cum illo in delicto, & malo vſu miniſterij, nam tunc erit peccatum contra legem naturalem, & diuinam, ſiquidem cooperari peccato alterius intrinſecè malum eſt. Suarez, & Cornexo *ſupr.* Tannerus *ſupr. num.* 139. Tunc autem dicitur quis cooperari peccato ſuſpenſi, quando ſuſpenſum non tolleratum extra caſum neceſſitatis extremæ inducit ad vſum actus prohibiti, aut ſi tolleratus ſit, tamen ſine vlla

prorsus necessitate, aut vtilitate, cum aliàs non esset paratus, neque ex officio, aut dignitate obligatus, prouocat illum ad talem vsum, vel ei ad exercitium actus prohibiti inseruit. Vnde per solam assistentiam, quæ est quædam pura communicatio, non peccabit, atque ita si suspensus ab ingressu Ecclesiæ illam ingrediatur, vt diuina Officia audiat, non tenetur exire. Cornexo *supr.* Addens ex Sayro *sup. cap.* 11. quòd si suspensus ab Ordine licet denunciatus Missam celebraret, poterit illam alius audire licitè, modo Altari non ministret. Quod tamen negat Bonacina *supr. punct.* 4. *num.* 4. ex Nauarro *supr. nu.* 163. Sed ipsi contradicit Diana *supr. Resolut.* 20. Refertur etiam Suarez, & Auila. Illud certius, quòd quamuis quis cooperetur peccato suspensi, non propterea incurrit aliquam pœnam iure latam, nec vllam censuram excommunicationis, aut suspensionis minoris; quia nullo iure talis pœna exprimitur, sicut imponitur contra communicantes cum excommunicatis. Suarez *supr. num.* 8. Cornexo *supr.*

16 Nota quartò, plures suspensiones positas esse in Iure, & Constitutionibus Pontificijs contra Regulares. Prima est ex *cap. vltimo de Apostat.* contra Religiosos, qui in Apostasia perseuerantes Ordinem sacrum suscipiunt. De qua dixi *to.* 1. *cap.* 16. *num.* 12. Secunda ex *cap. non solum, & cap. Constitutionem de Regularibus in* 6. contra Mendicantes Religiosos admittentes aliquem ad professionem ante completum probationis annum. Tertia ex Clem. 1. *de reb. Eccles. non alienandis*, contra Præsidentes Monasteriorum, qui iura, redditus, aut possessiones alicui concedunt. De qua dixi *to.* 3. verbo *Alienatio, & alienare num.* 15. Quarta ex Clem. 1. *de Decimis* contra Religiosos sibi applicantes, vel defraudantes decimas. De quo aliqua dixi *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 23. Quinta ex Clem. 1. §. *si quis autem de stat. Monachor.* contra Monachos non vtentes habitu ad formam ibi præscriptam, vel venationibus, aut aucupationibus clamorosis &c. vacantes. Sexta ex Clem. 1. §. *quibus de priuileg.* contra Prælatos Religionum, qui occasione quorundam excessuum suorum Religiosorum ibi prohibitorum, Ecclesijs, aut personis læsis, intra mensem non satisfecerint. De qua dixi *supr.* verbo *Legata Regularibus relicta num.* 28. Septima ex Clem. *Cupientes de pœnis* contra Confessarios Religiosos, qui scienter omittunt conscientiam facere suis pœnitentibus de soluendis decimis. De qua dixi *tom.* 1. *cap* 9. *nu.* 26. & 3. *to.* verbo *Decima quoad Regulares num.* 12. Octaua ex Extrauag. *sane de simonia* contra Capitula, vel Conuentus aliquid accipientes pro receptione alicuius in Religionem. De qua dixi supra verbo *Simonia num.* 25. Nona, ex Pio V. contra Religiosos, qui ad Ordines sacros nondum facta professione promouentur, non seruato decreto Concilij. De qua dixi

to.1.cap.14.nu.20. & ſupra verbo *Ordines ſacri num.* 17. Decima ex eodem Pio V. contra Religioſos admittentes fœminas in ſua Monaſteria. De qua dixi eodem *to.1.cap.10.num* 13. Vndecima ex Conc. Trid. *ſeſſ.23.cap.10.* contra Abbates,& exemptos, qui litteras dimiſſorias,alijs, quam ſuis ſubditis Regularibus concedunt. De quo dixi *to.1.cap.14.num.13. & cap.18. num.64. & 65.* De his etiam præter Summiſtas verbo *Suſpenſio,* Rodriguez *to.3.quæſt.Regular.q.65.ar.2.* Sayrus *ſupr.cap.13.* Suarez *ſupr.diſp.31.ſect.6.* Filiucius *ſupr. cap. 9.* Portellus *ſupr.num.3.* Bonacina *ſupr.diſp.3.punct.5.§.4.*

17 Sunt etiam aliæ ſuſpenſiones (de quibus etiam Authores relati) impoſitæ in Iure,Concilijs,& Bullis Pontificijs contra diuerſas Communitates,& perſonas, ex quibus aliquæ immeritò inter irregularitates numerantur, cum tamen non ſint niſi ſuſpenſiones, quas omitto, quia non ſunt ſpecialiter poſitæ pro Religioſis. Idem dico de illis, quæ ſpecialiter impoſitæ ſunt pro Clericis. Circa quas nota id quod dixi *to.1.cap.11.num.21.* ex Suarez,& Cornexo,ſcilicet,quòd ſuſpenſio generaliter lata in Clericos comprehendat etiam Religioſos, niſi ex verbis,aut alijs circunſtantijs,oppoſitum colligatur. Adde tamen, quòd quando res fuerit dubia, ſatis probabile eſt nomine Clerici in huiuſmodi odioſis non venire Religioſos,iuxta dicta *to.3.* verbo *Clericus num.1.* Eò quòd odia reſtringenda ſint *cap. odia, & cap.in pœnis de Regul. iuris*, & ita in materia cenſuratum id tenent expreſsè Naldus *in Summa verbo Clericus nu.1.* Bonacina *ſupr.dict. §.4.n.1.* ex Vgolino, Sayro, & alijs.

18 Nota quintò, ſuſpenſionem multis modis tolli poſſe. Primò enim ſi fuerit ſuſpenſio, quæ eſt pura pœna vindicatiua, & non propriè cenſura,tollitur per diſpenſationem,aut relaxationem. De quo, prout attinet ad Prælatos Regulares,dixi *to.1.cap.18. num.46.* Pro quo vide etiam dicta ſupra verbo *Pœna Eccleſiaſtica*. Deinde, quæcunque ſuſpenſio ſolùm ad tempus determinatum lata, tollitur abſq; alia abſolutione, eo tempore lapſo, ſicut enim prohibitio non operatur vltra intentionem prohibentis, ita ſuſpenſio ex prohibentis intentione procedens ſolùm ad certum tempus, ceſſabit eo tempore lapſo. Deinde,ſuſpenſio,quæ eſt cenſura, tollitur per abſolutionem, iuxta dicta *to.3.* verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.* 12. Quis verò abſoluere poſſit ab illa,collige ex dictis eo *num.12.& 13.* & ſpecialiter, quòd attinet ad Prælatos Regulares,ex dictis *tom.1. cap.18. num.36.* De ijs autem Nauarrus *ſupr num.161.* Toletus *ſup.cap.46.* Sayrus *ſup. cap.17.* Henriquez *lib.3.cap.35.* Suarez *ſupr. diſp.29.* Filiucius *ſupr. t.4.q.6.7. & 8.* Cornexo *ſup. diſp.5.* Layman *ſup.c.4.* Diana *ſup.Reſol. 23.24. & 25.* Theſaurus *in Praxi par.1. cap.24.25.& 26.* & alij.

TERTIARII, ET TERTIARIÆ.

SVMMARIVM.

De illis remissiuè. num. 1.
*An potiantur priuilegijs Religionum. num.*2.
Quid circa sepulturam. num. 3.
*Eligere illam quomodo expediat. num.*4.
*An possint accipere Sacramenta à Regularibus suæ Religionis. num.*5.
*Quid circa reseruationem casuum. num.*6.
*Quid circa lucrandas Indulgentias. num.*7.
*Quid de priuilegio Bullæ Cruciatæ. num.*8.
*Exploranda ne sit voluntas Tertiariarum ab Episcopis. num.*9.
*Alia remissiuè. num.*10.

1 DE ijs ad sufficientiam, vt credo, dixi *to.*2. *cap.*14. per totum, quia tamen postea alij de eisdem scripserunt, aliqua addenda pro maiori materiæ notitia.

2 Et quidem constat ex dictis eo *cap.* 14. *num.*27. 28. *&* 29. propter Bullas Leonis X. & declarationes S. Congregationis, quas ibi retuli ex Sossa, Peirinis, Chochiero, & Barbosa, & postea retulerunt noster Reuerendiss. Theodorus Stratius *in Opusc. de Tertiarijs cap.* 9. ac Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Tertiarij*, Tertiarios viros potiri priuilegijs suarum Religionum, si collegialiter viuant, aut cum claustralibus habitent. Tertiarias verò fœminas, si virginalem, cælibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub habitu Religionum, vitam traduxerint, etiamsi in domibus consanguineorum, affinium, aut etiam proprijs morentur. Quamuis vt in Decreto eo *num.* 29. adducto habetur, præcipiatur ipsis ne cohabitent cum alijs viris, quàm cum consanguineis, & affinibus in primo tantùm gradu sibi coniunctis. Constat etiam ex dictis eo *num.* 29. ex declaratione S. Congregationis ibi relata, & postea ab Authoribus adductis, quòd decedentes sine electione sepulturæ, in Ecclesijs Ordinum sui habitus sepeliri possint, si communis sepultura pro ipsis in eis reperiatur, aliàs in Parrochia. Similiter dixi eo *cap. num.* 33. propter declarationem S. Congregationis ibi ex Barbosa *in Collect. Bullar.* relatam, posse Regulares in eorum Ecclesijs sepelire absque Parochi interuentu Tertiarios collegialiter viuentes, aut cum claustra-

ſtralibus habitantes, nec non mulieres virginalem, aut cælibem, aut caſtam vidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu, vitam ducentes.

3 Quia tamen his non obſtantibus diligentiſſimus Author Pater Diana 6. *par. Tract.* 8. *Reſolut.* 30. refert quamdam Epiſtolam Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ad Epiſcopum Modenæ (Mutinæ forſan) directam, in qua eadem Sac. Congregatio reprobat factum quorundam Religioſorum S. Auguſtini, qui Tertiariã quamdam ſui Ordinis poſt Euchariſtiam pro Viatico, & extremam Vnctionem illi adminiſtratam, ſepeliri curarunt ſine interuentu, vel licentia Parrochi, cum tamen hęc omnia fieri poſſe videretur à dictis Religioſis ex vi præfatarum declarationum. Ideo ſub eiuſdem Sac. Congregationis cenſura dicerem hanc Epiſtolam ad prædictum Epiſcopum ſcriptam fuiſſe, eò quòd præfatæ Tertiariæ deerant aliqua, vel aliquæ ex conditionibus ad potiendum priuilegijs ſuæ Religionis ex Bullis Leonis 10. & Decretis S. Congregationis adductis requiſitæ, videlicet, quia, vel non obſeruabat virginalem, cælibem, aut caſtam vitam, vel quia non ex voto expreſſo; & quoad ſepulturam, quia forſan in Conuentu dictorum Religioſorum non erat ſepultura communis pro Tertiarijs. Video enim eamdem S. Congregationem de anno 1615. declaratione, quæ videtur authentica (& de qua Peirinis *to.* 3. *priuileg. Minim. cap.* 4. *num.* 53.) ad dubium, quo quærebatur an cadauera Tertiariorum Ordinis Minorum de Obſeruãtia ſepelicẽda eſſent in eorum Eccleſijs, ſic reſpondiſſe. *Tertiarios huiuſmodi, ſi qualitatibus in Bulla fel. rec. Leonis Papæ* 10. *præſcriptis ſint præditi, videlicet, ſi viri collegialiter, aut clauſtraliter viuant, mulieres verò virginalem, aut cælibem, aut caſtam vidualem ſub expreſſo voto, & Tertiariorum habitu vitam ducant, poſſe, & debere, etiam inuito, ac minimè requiſito Parocho, in ſupradictis Fratrum Eccleſijs ſepeliri. Secus verò ſi ſupradictis qualitatibus careant.* Cui declarationi etiam conſonat Priuilegium Sixti 4. in Mari Magno Carmelitarum vbi conceditipſis, Pinzocheras, & mantellatas perſonas eorumdem Ordinis ſepeliri poſſe in Eccleſijs ipſorum, etiam ſine licentia Parrochorum. Stratius *ſupr.* §. 6. *quoad ſepulturam*. Pro hoc tamen, & alijs priuilegijs Tertiariarum perſonarum ſtandum eſt legitimæ conſuetudini, iuxta dicenda infra ex eodem Stratio.

4 Circa electionem tamen ſepulturæ prædictarum Tertiariarum, & ad omnem litis, & ſcandali materiam auferendam, notat idem Stratius *ſupr.* Fratres Superiores noſtri Ordinis procurare debere, vt perſonæ, quæ habitum noſtri tertij Ordinis ſuſcipere voluerint, aut per inſtrumentum publici notarij, aut coram duobus, vel tribus teſtibus, declarent ſe in Eccleſijs noſtris ſepulturam eligere, & in ipſis poſt

mor-

Digitized by Google

TERTIARII, ET TERTIARIÆ.

SVMMARIVM.

De illis remissiuè. num. 1.
*An potiantur priuilegijs Religionum. num.*2.
Quid circa sepulturam. num. 3.
*Eligere illam quomodo expediat. num.*4.
*An possint accipere Sacramenta à Regularibus suæ Religionis. num.*5.
*Quid circa reseruationem casuum. num.*6.
*Quid circa lucrandas Indulgentias. num.*7.
*Quid de priuilegio Bullæ Cruciatæ. num.*8.
*Exploranda ne sit voluntas Tertiariarum ab Episcopis. num.*9.
*Alia remissiuè. num.*10.

1 DE ijs ad sufficientiam, vt credo, dixi *to.*2. *cap.*14. per totum, quia tamen postea alij de eisdem scripserunt, aliqua addenda pro maiori materiæ notitia.

2 Et quidem constat ex dictis eo *cap.* 14. *num.*27. 28. & 29. propter Bullas Leonis X. & declarationes S. Congregationis, quas ibi retuli ex Sossa, Peirinis, Chochiero, & Barbosa, & postea retulerunt nostri Reuerendiss. Theodorus Stratius *in Opusc. de Tertiarijs cap.* 9. ac Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Tertiarij*, Tertiarios viros potiri priuilegijs suarum Religionum, si collegialiter viuant, aut cum claustralibus habitent. Tertiarias verò fœminas, si virginalem, cælibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub habitu Religionum, vitam traduxerint, etiamsi in domibus consanguineorum, affinium, aut etiam proprijs morentur. Quamuis vt in Decreto eo *num.* 29. adducto habetur, præcipiatur ipsis ne cohabitent cum alijs viris, quàm cum consanguineis, & affinibus in primo tantùm gradu sibi coniunctis. Constat etiam ex dictis eo *num.* 29. ex declaratione S. Congregationis ibi relata, & postea ab Authoribus adductis, quòd decedentes sine electione sepulturæ, in Ecclesijs Ordinum sui habitus sepeliri possint, si communis sepultura pro ipsis in eis reperiatur, aliàs in Parrochia. Similiter dixi eo *cap. num.* 33. propter declarationem S. Congregationis ibi ex Barbosa *in Collect. Bullar.* relatam, posse Regulares in eorum Ecclesijs sepelire absque Parochi interuentu Tertiarios collegialiter viuentes, aut cum claustra-

ſtralibus habitantes, nec non mulieres virginalem, aut cælibem, aut caſtam vidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu, vitam ducentes.

3 Quia tamen his non obſtantibus diligentiſſimus Author Pater Diana *6. par. Tract.* 8. *Reſolut.* 30. refert quamdam Epiſtolam Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ad Epiſcopum Modenæ (Mutinæ forſan) directam, in qua eadem Sac. Congregatio reprobat factum quorundam Religioſorum S. Auguſtini, qui Tertiariã quamdam ſui Ordinis poſt Euchariſtiam pro Viatico, & extremam Vnctionem illi adminiſtratam, ſepeliri curarunt ſine interuentu, vel licentia Parrochi, cum tamen hęc omnia fieri poſſe videretur à dictis Religioſis ex vi præfatarum declarationum. Ideo ſub eiuſdem Sac. Congregationis cenſura dicerem hanc Epiſtolam ad prædictum Epiſcopum ſcriptam fuiſſe, eò quòd præfatæ Tertiariæ deerant aliqua, vel aliquæ ex conditionibus ad potiendum priuilegijs ſuæ Religionis ex Bullis Leonis 10. & Decretis S. Congregationis adductis requiſitæ, videlicet, quia, vel non obſeruabat virginalem, cælibem, aut caſtam vitam, vel quia non ex voto expreſſo; & quoad ſepulturam, quia forſan in Conuentu dictorum Religioſorum non erat ſepultura communis pro Tertiarijs. Video enim eamdem S. Congregationem de anno 1615. declaratione, quæ videtur authentica (& de qua Peirinis *to. 3. priuileg. Minim. cap.* 4. *num.* 53.) ad dubium, quo quærebatur an cadauera Tertiariorum Ordinis Minorum de Obſeruãtia ſepeliẽda eſſent in eorum Eccleſijs, ſic reſpondiſſe. *Tertiarios huiuſmodi, ſi qualitatibus in Bulla fel. rec. Leonis Papæ* 10. *præſcriptis ſint prædi ti, videlicet, ſi viri collegialiter, aut clauſtraliter viuant, mulieres verò virginalem, aut cælibem, aut caſtam vidualem ſub expreſſo voto, & Tertiariorum habitu vitam ducant, poſſe, & debere, etiam inuito, ac minimè requiſito Parocho, in ſupradictis Fratrum Eccleſijs ſepeliri. Secus verò ſi ſupradictis qualitatibus careant.* Cui declarationi etiam conſonat Priuilegium Sixti 4. in Mari Magno Carmelitarum vbi conceditipſis, Pinzocheras, & mantellatas perſonas eorumdem Ordinis ſepeliri poſſe in Eccleſijs ipſorum, etiam ſine licentia Parrochorum. Stratius *ſupr.* §. 6. *quoad ſepulturam*. Pro hoc tamen, & alijs priuilegijs Tertiariarum perſonarum ſtandum eſt legitimæ conſuetudini, iuxta dicenda infra ex eodem Stratio.

4 Circa electionem tamen ſepulturæ prædictarum Tertiariarum, & ad omnem litis, & ſcandali materiam auferendam, notat idem Stratius *ſupr.* Fratres Superiores noſtri Ordinis procurare debere, vt perſonæ, quæ habitum noſtri tertij Ordinis ſuſcipere voluerint, aut per inſtrumentum publici notarij, aut coram duobus, vel tribus teſtibus, declarent ſe in Eccleſijs noſtris ſepulturam eligere, & in ipſis poſt

mor-

mortem sepeliri velle. An verò hoc sit contrarium statuto Bonifac. 8. *cap.* 1. *de sepultur. in* 6. consule dicta supra verbo *Sepultura quoad Regulares num.* 6. & 7. Vide etiam alias declarationes ad intentum sepulturæ Tertiariorum apud Lauorium *in suis Elucubrationibus tit.* 2. *cap.* 11. *nu.* 102. & 103.

5 An prædicti Tertiarij, & Tertiariæ habentes conditiones à Leone 10. & S. Congregatione requisitas, possint accipere Sacramenta à Regularibus suæ Religionis, dixi eo *cap.* 14. *num.* 34. & tenuit postea Reuerendissimus Stratius *dicto cap.* 9. An gaudeant priuilegio fori, dixi eo *cap.* 14. *num.* 35. Quod etiam sequitur idem Reuerendissimus loco relato. An gaudeant priuilegio Canonis dixi *ibidem num.* 39. & secutus est idem Stratius, nec reprobat Diana *supr.* Clariùs id tenet Bordonus *Resolut.* 28. *num.* 19. referens Bonacinam, Megalam, & alios.

6 Addit idem Reuerendiss. Stratius eodem *cap.* 9. (quod ex ipso refert, nec reprobat idem Diana *supra*) quòd cum prædictæ personæ Tertiariæ, habentes videlicet conditiones à Leone decimo, & Sac. Congregatione requisitas, subditæ sint Prælatis suarum Religionum, & exemptæ à iurisdictione Ordinariorum, posse Prælatos Religionum reseruare casus aliquos pro ipsis, nec astringi reseruationes casuum ab Ordinarijs facta. Posse etiam Prælatos Religionum ipsarum eas absoluere à casibus, in quibus possunt Fratres absoluere, & dispensare cum ipsis, sicut dispensant cum Fratribus, earumque vota commutare, & dispensare, sicut, & vota Fratrum. Notat tamen prudenter pro prædictis idem Stratius *d. cap.* 9. *in fine* ex declaratione S. Congregationis Concilij ea omnia intelligenda esse spectatis priuilegijs. Si enim Ordinarij, vel Parrochi maiorem supra Tertiarias iurisdictionem adquisiuerunt, consuetudini standum esse. Addo & ego, standum etiam esse declarationibus S. Congregationis authenticis, si circa id fuerint.

7 Posse etiam Tertiarias nostri Ordinis lucrari omnes Indulgentias, quas Fratres lucrantur, de quibus dixi *to.* 1. *cap.* 3. *nu.* 19. & *to.* 3. verbo *Indulgentia quoad Regulares num.* 9. ex Bulla Pauli 5. ibi relata tenent idem Stratius *supr.* eò quòd Sixtus 4. eisdem concessit frui Indulgentijs omnibus concessis, & concedendis Fratribus, vt patet ex verbis Bullæ, quæ retuli dicto *cap.* 14. *num.* 26. Quod etiam, vt ibidem dixi, concessum est Tertiarijs aliorum Ordinum, & id non est reuocatum, neque à Leone 10. nec à S. Congregatione. Pro quo vide dicta *to.* 3. eo verbo *Indulgentia quoad Regulares n.* 16.

8 Posse autem prædictas personas Tertiarias vti priuilegio Bullæ Cruciatæ quantum ad absolutionem à casibus reseruatis tenet Bordo-

nus

nus *reſolut.*34. *num.*44. & meritò ſane, quia licet Regularibus id ſit prohibitum, iuxta dicta *to.*3. verbo *Bulla Cruciatæ nu.*29. prædictæ autem perſonæ non communicant in huiuſmodi odioſis cum Fratribus, ſed ſolùm in fauorabilibus.

9 Pariter etiam quamuis exploratio voluntatis puellarum Deo dicandarum facienda ſit ab Epiſcopo &c. iuxta Decretũ Concilij Trid. *ſeſſ.*25. *cap.*17. de quo ſæpius dixi, id tamen non procedit circa Tertiarias in proprijs domibus degentes, etiam ſi votum cælibatus emittant, iuxta declarationem Sac. Congregationis, quam referunt Sellius *in Selectis canonicis cap.*35. *num.*20. & Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Exploratio n.*7. *& verbo Tertiarij n.*8.

10 Alia circa ipſas vide dicto *cap.*14. & Caſſarubium *in Compend. Priuileg. Mendicantium verbo Tertiarij*, Cordubam, & Sorbum ibi, Portellum *in Dub. Regular. eodem verbo Tertiarij*, Stratium noſtrum *in dicto Opuſculo de Tertiarijs*, ac Bordonum *in ſuis Reſolutionibus*.

TESTAMENTVM QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

*De hac materia remiſſiuè. num.*1.
*An poſſint Regulares teſtamentum à ſe factum ante profeſſionem interpretari. num.*2.
An illud reuocare. ibidem.
An donare cauſa mortis. ibid.
*An exercere munus executoris teſtamentarij. num.*3.
*Quid de fratribus Minoribus. num.*4.
*Non poſſunt cum adſunt confectionibus teſtamentorũ retrahere à reſtitutionibus, legatis &c. num.*5.
*Nec inducere ad vouendum, vel promittendum electionem ſepulturæ. num.*6.

1 CIrca hanc materiam iam dixi *to.*1. *cap.*9. *num.* 19. ac ſupra verbo *Legata Regularibus relicta num.*4. quòd, etſi Regulares poſſint facere aliquam ſchedulam, qua rogent Prælatum, vt aliqua, quæ ipſi habent ad vſum, alijs concedat, non propterea poſſunt teſtamentum facere, aut legare alijs. Quod etiam extenditur ad Prælatos ipſorum Regularium, iuxta dicta *to.*2. *cap.*3. *num.*54. An autem extendatur ad Regulares Militares, con-

conſule dicta eo *to.*2.*cap.*5.*nu.*33.*&* 34. De militibus autem Sancti Ioannis Hieroſolymitani id affirmat Rota apud Farinacium *deciſ.*76. *num.*1. *par.*2. *recent.* De quo etiam Sanchez *l.*7. *in Decalog. cap.* 8. *num.*36. Ricius *in Dec. ſ. Cur. Archiepiſcop.* 321 *p.*3. Porrò Regulares profeſſos teſtari non poſſe habetur etiam ex declarat. Sac. Congregat. vt refert Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Teſtamentum num.*1. ex alijs. Quod extenditur etiam pro caſu, quo Regularis tempore profeſſionis ſibi reſeruaſſet facultatem teſtandi de ſuo patrimonio. Sanchez *ſupr. num.*19. Nouarius *ſupr. num.*3. Etſi talem profeſſionem validam eſſe declarauerit Sacr. Congregatio, teſtibus Barboſa *de Iure Eccleſiaſtic. l.*1. *cap.*42. *num.* 207. & Nouario *ſupr. num.*3. Conſonantque dicta *to.*1.*cap.*2. *num.*26. *& cap.*6. *num.*29. Amplia, prædictam reſolutionem procedere, etiam ſi Regulares ad pias cauſas teſtari velint. Rodriguez *to.*3. *quæſt. regul. q.*69. *art.* 2. Sanchez *ſupr. num.*3. Barboſa *ſupr. num.*108. poſt alios. Amplia, etiam ſi Prælati cuiuſcunque Summo Pontifice inferioris accedat licentia. Rodrig. *ſupr.* Sanchez *ſupr. num.* 5. Lugo *de Iuſt. & iure to.*1. *diſp.*3. *ſect.*6. *num.*109. Poſſe autem id fieri ex licentia Summi Pontificis dixi eo *cap.*9. *nu.*19. Qualis autem debeat eſſe hæc licentia, & quomodo intelligenda, & quantùm duratura, ac de alijs conditionibus ipſius, conſule Sanchez *ſupr. num.*46. *& ſequentibus*. Hieronymum Rodriguez *in Compend. Quæſt. Regular. reſolut.* 135. & Barboſam *ſupr. num.*215. *& ſequentibus* poſt alios, quos referunt. An autem Religioſus factus Epiſcopus, Cardinalis &c. teſtari poſſit, dixi *to.* 1.*cap.*17. *num.*5. An Nouitij, dixi *eod. to.*1. *cap.*24. *num.*35. Quæ autem dicta ſunt de teſtamento etiam intelligenda de codicillo. *l. Diui* 6. §. *penult. fin. & l. ſi quis* 3. *& l. reg.* 6. *tit.*12. *p.*6. Nauarrus *Comment.*2. *de Regularib. n.*43. *&* 44. *& in Man. cap.*27. *n.*270. Sanchez *ſupr. num.*9. Bartholomæus à S. Fauſto *in Theſaur. Relig. lib.* 8. *q.*71.

2 Poſſe autem Regulares teſtamentum à ſe factum ante profeſſionem interpretari, & declarare, ſi declaratione, aut interpretatione egeat, quia hoc non eſt diſponere de aliquibus bonis, ſed declarare diſpoſitionem à ſe factam quando poterant illam facere, dixi eo *c.*9. *num.*19. quod latè perſequitur Nouarius *ſupr. à nu.*7. & tenent Portellus *in Dub. Regular. verbo Teſtamentum nu.* 2. Circa quæſtionem autem illam, an ſaltem Regulares poſſint teſtamentum à ſe factum ante profeſſionem, poſt illam reuocare, inter varias ſententias probabiles, quarum vna abſolutè affirmat, alia id ſolum concedit in fauorem filiorum, aut Monaſterij, non in fauorem extraneorum, & alia quæ abſolute id negat; hæc poſterior probabilior videtur. Primò quia

quia eadem poteſtas exigitur in actu diſſoluendo, quæ in ipſo conſtituendo. *l. ſi vt proponis 7. in fine C. de nuptijs*, atque ideo ad eum ſolum ſpectat reuocare teſtamentum, qui poteſt ipſum condere, ſed profeſſus nequit condere teſtamentum, ergo neque priùs conditum reuocare. Secundò, quia per profeſſionem ita moritur mundo, vt nihil proprium habere poſſit, nec deinceps de bonis ante habitis quidquam diſponere. Authent. *ingreſſi C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Ergo nequit teſtamentum reuocare. Ita Sanchez *ſupr. cap.* 11. *num.* 5. poſt Molinam, Azorium, Rodriguez, & plures alios DD. & Summiſtas. Quibus adde Portellum *ſupr.* Similiter teſtamentum profeſſi de rebus alienis non valere, etiam ex domini conſenſu, eò quòd teſtamẽtum ſit nomine proprio, & eſt proprium perſonæ teſtantis, tenet Nauarrus *dicto Commentario ſecundo de Regularibus num.* 57. & ſequitur Sanchez *dicto cap.* 8. *num.* 6. Qui *ibidem num.* 11. dicit poſſe Regularem ex Superioris licentia donare cauſa mortis aliquid moderatum, ſicut ex eadem licentia poteſt donare inter viuos, eò quòd iura ſolùm prohibeant Regularibus teſtari, non autem donare cauſa mortis. Licet oppoſitum teneant Nauarrus *lib.* 3. *Conſilior. in prima editione lit. de donationib. conſilio* 6. *num.* 3. *& in* 2. *edit. lib.* 2. *tit. de præſumptionib. conſilio* 2. *nu.* 3. *& dicto Commentar.* 2. *de Regularib. num.* 43. *&* 44. *& in Manuali cap.* 27. *num.* 270. Rodriguez *tom.* 2. *quæſt. Regular. quæſt.* 47. *art.* 7. Graſſius 1. *par. Deciſ. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 58. *&* 2. *par. lib.* 3. *cap.* 19. & Lugo *ſupra*. Poſſe autem Regularem, de his, quæ ipſi donata ſunt cum facultate diſponendi de ipſis, tempore mortis diſponere, dixi ſupra verbo *Legata Regularibus num.* 4. De quo etiam Lugo *ſupr. nu.* 111.

3 Regulares etiam non poſſe eſſe executores teſtamentorum, ſiue teſtamentarios, ſiue ad cauſas pias, ſiue prophanas, ſine licentia ſui Superioris, dixi *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 9. *& ſupr. verbo Legata Regularibus relicta num.* 39. & declaratum eſſe à Sac. Congregatione refert Nouarius *ſupr. verbo Teſtamenti executor. num.* 1. Qualis autem debeat eſſe hæc licentia, & à quo Superiori concedenda, dixi *eo num.* 9. De quo etiam Barboſa *ſupr. cap.* 43. *num.* 66. *& ſequentib.* Vbi etiam poſt Sanchez, & alios, non ſufficere licentiam obtineri poſt ſuſceptum executoris officium, ſed ad illud acceptandum prærequiri. Nota autem, ipſoſmet Ordinum Superiores executores teſtamentorum eſſe poſſe; ob generalem regulam, quod facultatibus, quas Prælatus Monaſterij ſubditis concedere poteſt, eiſdem ipſemet vti non prohibeatur, niſi à Superiori ipſi interdictum ſit, vel oppoſitum Statuto Ordinis decretum. Layman. *lib.* 3. *tract.* 5. *ſect.* 5. *cap.* 11. *nu.* 4. Quid etiam dicendum quoad hoc de Religioſis extra clauſtra degentibus, vt Be-

neſi-

neficijs deſeruiant, habet idem Barboſa *ibid. num. 69.* ex Rotæ deciſione, Sanchez, & alijs, ac Layman. *ſupr.*

4 Quomodo autem Fratres Minores, etiam obtenta ſuorum Superiorum licentia, non poſſint prædictum munus exercere, conſtat ex dictis eodem *num.* 9. De quo, & pluribus alijs ad Minoritas in hac materia ſpectantibus, Portellus *ſupr. num.* 5. *& ſequentibus*. An verò executio teſtamenti à Regularibus facta ſine prædicta licentia Superioris ſit omnino irrita, & inualida, an verò ſolùm illicita, & peccaminoſa, probabilius eſt hoc ſecundum; quia licet in textu eo *num.* 9. relato ſit verbum *non poteſt*, quod ſolet denotare actus irritationem, nihilominus, quia cum ponitur ſolùm ob honeſtatem perſonæ, & perfectionem ſtatus non inducit illam, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Clauſula num.* 47. ideo videtur dicendum in præſenti ſolùm importare, quòd actus ille fiat illicitè à Religioſo, eo quòd nec velle, nec nolle habeat. Azor. *to.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 12. *cap.* 11. *q.* 1. Sanchez *ſupr. cap.* 11. *num.* 44. Barboſa *ſupr. num.* 65. Layman. *ſupr. num.* 5. Quòd prædicti Regulares executores teſtamentorum teneantur reddere rationem Epiſcopis, dixi eodem *num.* 9. ex Concilio Tridentino ibidem relato, & habet Layman. *eod. nu.* 4. ex Clement. *vnic. de teſtam.*

5 Qualiter autem Religioſis prohibeatur ex Clem. 1. *de priuilegijs* dum adſunt confectionibus teſtamentorum retrahere teſtatores à reſtitutionibus debitis, aut legatis, vel ea ſibi applicare, habes ex dictis *ſup.* verbo *Legata Regularibus relicta nu.* 28.

6 Qualiter etiam in Clem. *cupientes de pœnis* prohibeantur ijdē Religioſi ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda, & Papæ reſeruata, aliquos, ad vouendum, ſeu aliàs promittendum, inducere, vt ſepulturas apud eorum Eccleſias eligant, vel iam electas non mutent, conſtat ex dictis *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 25. & ſupra verbo *Sepultura quoad Regulares num.* 6. *&* 7. Quæ ideo hic annotari volui, quia talis inductio ſæpiùs contingere ſolet, cum adſunt confectionibus teſtamentorum ſæcularium.

TESTIS REGVLARIS.

SVMMARIVM.

De hac materia remiſſiuè. num. 1.
Caſus, in quibus Religioſi tenentur eſſe teſtes. num. 2.
An teneantur manifeſtare ea quæ faciunt pro aduerſario. num. 3.
Teſtes falſarij ad quid teneantur. num. 4.

De

De numero teſtium. num.5.
De qualitate teſtium. num.6.
Regulares pro teſtibus à S.Officio examinati moleſtari non poſſunt à Prælatis. num.7.
Alia remiſſiui. num.8.

1 CIrca hanc materiam iam dixi *to.1.cap.9.num.16.* non eſſe prohibitum Regularibus teſtes eſſe tam iudiciales quàm cuiuſcunque inſtrumenti, vel teſtamenti, ſuppoſita tamen licentia Superioris, & quòd, etſi non adſit talis licentia, teſtimonium nihilominus eorum valeat, prout etiam determinatum à S. Congregatione refert Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Teſtis num.2.* Obiter tamen animaduertere, non facilè Prælatos Regulares debere hanc licentiam ſuis ſubditis concedere, niſi in cauſis alioquin pijs,& quæ ſic vni faueant, vt in alterius detrimentum non cedant, prout habent Sanchez *lib.6.in Decalog.cap.13. nu.104.* & Peirinis *3.tom. Priuil.Minim.cap.3.num.35.* Quòd autem Prælati, qui hanc licentiam concedere poſſunt, non ſolùm ſint ſupremi, videlicet Generales, aut Prouinciales, ſed etiam immediati, ſcilicet Priores, Guardiani &c. dixi *to.3.* verbo *Iuramentum quoad Regulares num.7.* vbi etiam alia ad intentum. Non poſſe etiam Regulares compelli ad teſtimonium ferendum in cauſis ciuilibus, niſi quando veritas aliter haberi non poteſt, dixi *eodem to.1. cap.11. nu.24.* Quod intellige, in cauſis grauibus, vel quando teſtificari neceſſarium ſit ad ſubueniendum proximo, iuxta dicta eo verbo *Iuramentum quoad Regulares num.8.* Vbi etiam *num.9.* quòd in talibus caſibus non debent fictè iurare. Et *num.10.* quòd à Iudicibus, vel Principibus ſæcularibus cogi non poſſint ad id faciendum. Adde, quòd ſi id faciant, incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ tenet Peirinis *in Formular.littera T.cap.1.num.5.* ex alijs. Maximè ſi id ſit in cauſa ſanguinis ad condemnandum, iuxta dicta eo *cap.11. nu.24.* & loco relato *ex 3.to.num.11.* Vbi etiam quomodo ſe debeant gerere caſu quo cogerentur iurare ad teſtificandum. An verò poſſint aliquando eſſe teſtes ad condemnandum in cauſa ſanguinis ſine periculo irregularitatis, dixi eodem *3.to.* verbo *Irregularitas num.30.* Quid verò ſi teſtificarent ad liberandum aliquem, ex quo ſequeretur mors accuſatoris, agit Peirinis *ſupr.* & Diana *4.p.Tract.2.Reſolut.96.* poſt alios. Teſtes Regulares in ipſorum cauſis quomodo interrogandi, dixi etiam dicto *to.1.cap.27.num.21.* Vbi etiam qualiter interrogari debeant veritatem dicere, dum tamen non eam ſciant per Sacramentalem confeſſionem, aut ſub ſecreto naturali, niſi in hoc caſu ſecreti

natu-

naturalis,quando id cedit in damnum aliorum ; nec posse vnquam mentiri,aut teneri dicere ea , quæ à non fide digno , aut apassionato audierunt,aut testificari cum suo notabili damno. Quinam verò sint testes oculares,aut contestes,aut omni exceptione maiores , aut singulares, vel non exceptione maiores,dixi eodem *cap.27.num.15.* An excommunicatus possit esse testis,dixi 3. *to.* verbo *Excommunicatio num.38.* Alia tamen in præsenti addenda, quæ etsi communia sint tam Regulatibus , quam alijs,sæpiùs tamen inter ipsos Regulares practicabilia sunt.

2 Primò,esse aliquos casus , in quibus Religiosi teneantur testificari,seu esse testes in causis Regularibus. Primus,quando id præcipitur ipsis à suis Prælatis,seu, quod idem est , quando interrogantur ab illis in iudicio. Quia tale præceptum est iustum,& per consequens subditi tenentur obedire. S.Thom.2.2.*q.70.ar.1.* Caietan & Expositores *ibid.* ac Sanchez *to.2.Consil.moral.lib.6.cap.5.dub.1.* Quod intellige,quando iuridicè interrogantur,idest ab habente potestatem , & præcedente infamia,semiplena probatione,seu notitia delicti,iuxta dicta *to.1.cap.27.num.11.* Secundus est, quando testimonium eorum est necessarium ad liberandum proximum ab iniusta lasione. Tunc enim,etiamsi à Superiori non interrogentur, tenentur se ad id offerre , quia ex lege charitatis tenetur quisque proximum ab iniusto damno liberare. S.Thom. Caietanus, Sanchez *supr.* Fagundez *in 3. præcept.decalog. lib.3. cap.42. num.6.* Tertius est , quando accusator non sponte,sed ex obligatione aliquem accusauit: tunc enim tenentur testes se offerre ad testificandum , si videant illum deficere in probatione. Propter eamdem rationem. Sanchez *supr.* post alios. In quibus casibus est talis obligatio sub mortali. In primo quidem, propter præceptum obedientiæ , & materiæ grauitatem ; in secundo autem, & tertio, quia sub mortali tenemur liberare proximum à periculo patiendi iniustè graue, & notabile damnum, quando id facere possumus sine dãno proprio,aut alterius. Sotus *lib.5.de Iust.q.7.ar.1. & lib.de Secret.membr.2.q.7.* Corduba *in Summ.quæst.157.punct.3.* Sanchez *supr.dub.2.* Religiosi autem vocati à suis Prælatis ad testificandum,si non testificantur, & exinde sequatur damnum alicui , tenentur eidem restituere illud damnum. Eò quòd sic facientes peccant contra iustitiam, cum ex illa tenerentur obedire Superiori. Sotus *sup.* Nauarrus *in Man.c.25.n.44.& c.inter verba corol.63.* Sanch, *sup.dub.3.* Portellus *in Dub.Regul.verb. Testis n.7.* Qui secus dicunt, quando nõ sunt vocati à Iudice. Vide Naldum *in Summ.verb.Testis n.2.* Spartarium *in Pract.Regul.Tract.7.c.11.n.7.* Fagund *sup.à n.9.* Dianam *p.3.Tract.5.Resol.101.* & Lugo *de Contract. disp.39.sect.1.*

Secun-

Mixed Bodies, and the Proportion of their Ingredients, by the Specific Gravity of the Mixed Body.

Suppose a Mixed Body, as Gold and Silver, or Gold and Copper, or Silver and Copper, or Gold, Silver and Copper, or any other Mixed Body, whose Specific Gravity is known, and the Proportion of the Ingredients is required; Let the Specific Gravity of the Mixed Body be found by the Rule of Specific Gravity, and let it be found to be 15 Ounces, and suppose the Specific Gravity of the Ingredients be known, as that of Gold 19 Ounces, and that of Silver 10 Ounces; Then by the Rule of Alligation, I find that the Proportion of the Ingredients is as 5 to 4, that is, 5 Parts of Gold, and 4 Parts of Silver; for 5 Parts of Gold, at 19 Ounces, and 4 Parts of Silver, at 10 Ounces, will make 9 Parts of the Mixed Body, which will weigh 135 Ounces, and 9 Parts of the Mixed Body will weigh 135 Ounces, if every Part weigh 15 Ounces.

6 Quintò, circa qualitates teſtium nota, quòd in cauſis criminalibus Regularium non ſunt teſtes legitimi ſæculares, vt conſtat ex *cap. de cætero de teſtib.* præſertim cum ipſi ſoleant eſſe Religioſis infeſti. Alderete *ſupr. num.* 14. ex Maſcardo, Farinacio, & alijs. Niſi quando crimen eſt occultum, vel aliter probari non poſſit. Alderete, & Layman. *ſupr.* Aliàs eorum depoſitio ſolùm facit indicium. Alderete *ibidem*.

7 Sextò nota, quòd Regulares examinati pro teſtibus à Sancto Officio non poſſunt à ſuis Prælatis per quinquennium continuum à die depoſitionis moleſtari, vel ex quacunque cauſa, aut prætextu præſenſo puniri, inconſultis DD. Cardinalibus. Ita enim habetur ex decreto Pij 5e in S. Congregatione, quod refert Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Teſtis nu.* 3.

8 Alia quæ ſpectant ad examen teſtium Regularium, præter dicta *to.* 1. *cap.* 27. habes apud noſtrum Thomam de Ieſu *de Viſitat. Regular. tract.* 3. *cap.* 7. Ghislerium *de Iudic. Regular. cap.* 17. Spatharium *de modo corrigendi Regular. Tract.* 7. *cap.* 6. & Peirinis *ſupr. cap.* 3. cum alijs, quos referunt. Plura etiam ad teſtes ſpectantia, præter relatos authores afferunt nouiſſimè Paſqualigus *in Deciſ. moral. deciſ.* 211. *& ſequentib.* & Eminentiſs. Lugo *de Contractib. diſp.* 37. *ſect.* 14. *& diſp.* 39. *per totam*.

TORTVRA REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

Quando aut quomodo torqueri poſſint Regulares. num. 1.
Qua indicia ſufficiant ad torturam. num. 2.
Non ſtatim applicanda eſt. num. 3.
Priuilegiati non torquendi. num. 4.
Quando tortura applicari non debet. num. 5.
Quid quando pœna delicti eſt æqualis, vel minor tortura. num. 6.
An reus ſemel tortus iterum torqueri poſſit. num. 7.

1 EX dictis *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 17. *& cap.* 27. *num.* 16. conſtat poſſe Prælatos Regulares ſubditos non plenè conuictos de aliquo crimine atrociori, & grauiori, cogere per torturam ad illud fatendum. Vbi etiam de modo talis torturæ. Eſſe autem mitiùs torquendum Religioſum quam ſæcularem dixi etiam *to.* 3. *verbo Iudex, & Iudicium Regularium nu.* 14. Vbi etiam de

Quæ ergo ex Algebra Veterum, ad Geometriam Veterum pertinent, ea omnia ad Geometriam Recentiorum pertinere, & ex Algebra Recentiorum demonstrari posse, ut ex fundamentis, manifestum est. Quæ vero ex Algebra Recentiorum ad Geometriam Recentiorum pertinent, ea ad Geometriam Veterum non pertinere, quia Veteres Geometræ Curvarum Quadraturas, Rectificationes, Centra Gravitatis, Solida Revolutionis, & alia hujusmodi, quæ Recentiorum Geometria tractat, ignorarunt. Quæ vero ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea ad Geometriam Recentiorum pertinere, quia Recentiores Geometræ Problemata Solida, Linearia, & Plana, quæ Veterum Geometria tractat, non ignorarunt. Quæ ergo ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea omnia ad Geometriam Recentiorum pertinere, & ex Algebra Recentiorum demonstrari posse, ut ex fundamentis, manifestum est. Quæ vero ex Algebra Recentiorum ad Geometriam Recentiorum pertinent, ea ad Geometriam Veterum non pertinere, quia Veteres Geometræ Curvarum Quadraturas, Rectificationes, Centra Gravitatis, Solida Revolutionis, & alia hujusmodi, quæ Recentiorum Geometria tractat, ignorarunt. Quæ vero ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea ad Geometriam Recentiorum pertinere, quia Recentiores Geometræ Problemata Solida, Linearia, & Plana, quæ Veterum Geometria tractat, non ignorarunt. Quæ ergo ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea omnia ad Geometriam Recentiorum pertinere, & ex Algebra Recentiorum demonstrari posse, ut ex fundamentis, manifestum est. Quæ vero ex Algebra Recentiorum ad Geometriam Recentiorum pertinent, ea ad Geometriam Veterum non pertinere, quia Veteres Geometræ Curvarum Quadraturas, Rectificationes, Centra Gravitatis, Solida Revolutionis, & alia hujusmodi, quæ Recentiorum Geometria tractat, ignorarunt. Quæ vero ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea ad Geometriam Recentiorum pertinere, quia Recentiores Geometræ Problemata Solida, Linearia, & Plana, quæ Veterum Geometria tractat, non ignorarunt. Quæ ergo ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea omnia ad Geometriam Recentiorum pertinere, & ex Algebra Recentiorum demonstrari posse, ut ex fundamentis, manifestum est. Quæ vero ex Algebra Recentiorum ad Geometriam Recentiorum pertinent, ea ad Geometriam Veterum non pertinere, quia Veteres Geometræ Curvarum Quadraturas, Rectificationes, Centra Gravitatis, Solida Revolutionis, & alia hujusmodi, quæ Recentiorum Geometria tractat, ignorarunt. Quæ vero ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea ad Geometriam Recentiorum pertinere, quia Recentiores Geometræ Problemata Solida, Linearia, & Plana, quæ Veterum Geometria tractat, non ignorarunt. Quæ ergo ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea omnia ad Geometriam Recentiorum pertinere, & ex Algebra Recentiorum demonstrari posse, ut ex fundamentis, manifestum est. Quæ vero ex Algebra Recentiorum ad Geometriam Recentiorum pertinent, ea ad Geometriam Veterum non pertinere, quia Veteres Geometræ Curvarum Quadraturas, Rectificationes, Centra Gravitatis, Solida Revolutionis, & alia hujusmodi, quæ Recentiorum Geometria tractat, ignorarunt. Quæ vero ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea ad Geometriam Recentiorum pertinere, quia Recentiores Geometræ Problemata Solida, Linearia, & Plana, quæ Veterum Geometria tractat, non ignorarunt. Quæ ergo ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea omnia ad Geometriam Recentiorum pertinere, & ex Algebra Recentiorum demonstrari posse, ut ex fundamentis, manifestum est. Quæ vero ex Algebra Recentiorum ad Geometriam Recentiorum pertinent, ea ad Geometriam Veterum non pertinere, quia Veteres Geometræ Curvarum Quadraturas, Rectificationes, Centra Gravitatis, Solida Revolutionis, & alia hujusmodi, quæ Recentiorum Geometria tractat, ignorarunt. Quæ vero ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea ad Geometriam Recentiorum pertinere, quia Recentiores Geometræ Problemata Solida, Linearia, & Plana, quæ Veterum Geometria tractat, non ignorarunt. Quæ ergo ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea omnia ad Geometriam Recentiorum pertinere, & ex Algebra Recentiorum demonstrari posse, ut ex fundamentis, manifestum est. Quæ vero ex Algebra Recentiorum ad Geometriam Recentiorum pertinent, ea ad Geometriam Veterum non pertinere, quia Veteres Geometræ Curvarum Quadraturas, Rectificationes, Centra Gravitatis, Solida Revolutionis, & alia hujusmodi, quæ Recentiorum Geometria tractat, ignorarunt. Quæ vero ex Algebra Veterum ad Geometriam Veterum pertinent, ea ad Geometriam Recentiorum pertinere, quia Recentiores Geometræ Problemata Solida, Linearia, & Plana, quæ Veterum Geometria tractat, non ignorarunt.

supr. num. 12. Fagundez *l.* 8. *in Decalog. cap.* 21. *num.* 14. Layman. *supr. num.* 12. Lugo *supr. à num.* 155. post Clarum, Gomez, & alios. & inter eos recenseantur etiam Doctores, & constituti in magna dignitate, ideo Magistri Religionum, cum sint Doctores; & Generales, aut Prouinciales, quia sunt constituti in magna dignitate, hoc priuilegio potiri possunt, præsertim in materia fauorabili. Portellus *supr. num.* 12.

5 Quartò, tortura applicari non debet quando crimen est plenè probatum, vel quando alia via veritas haberi potest, quamuis reus illud neget. Tortura enim solùm adinuenta est in subsidium veritatis cognoscendæ; quando ergo veritas est cognita non debet applicari tortura, maximè inter Regulares, cum apud illos rarissimus esse debeat illius vsus. Alderete *dicto cap.* 17. *num.* 8. Portellus *supr. num.* 4. Excipe duos casus, prior est, quando reus malitiosè appellat ad Superiorem, vt executionem iustæ sententiæ impediat, vel quando putatur habuisse socios, vel commisisse alia crimina. Lessius *supr. n.* 152. ex Nauarro, & Claro.

6 Quintò, tortura non est applicanda quando pœna imponenda pro delicto est æqualis, vel minor ipsa tortura, sed quando est maior. Iniustissimum namq; est, vt pro delicto pro quo Religioso imponenda esset pœna aliqua ieiunij, mortificationis &c, aut etiam priuatio officij &c. enormissima torturæ pœna ei applicetur. Alderete *d. cap.* 17. *nu.* 8. Portellus *supr. nu.* 2.

7 An reus semel tortus iterum torqueri possit, & quando, habent Lessius *d. dub.* 17. *num.* 168. & Layman. *supr. num.* 10. ex alijs. Nota tamen, quòd inter Religiosos hoc non est laudabile. Portellus *supr. nu.* 8. ex Rodriguez. Apud quos etiam alia ad intentum, maximè, prout ad Religiosos spectat, apud Alderete locis relatis. Vide etiam Dianam 4. *par. Tract.* 6. *per* totum dum loquitur de tortura in Sancto Officio.

TRANSEVNTES REGVLARES.

SVMMARIVM.

Quibus conditionibus permittatur transitus vnius Religionis ad aliã. num. 1.
Transitus non debet esse ex animi perturbatione, ira, odio &c. nu. 2.
Nec cum iactura Religionis, quæ deseritur. num. 3.
Nec sine licentia Superioris. num. 4.

Re-

Digitized by Google

Religio ad quam fit transitus debet esse perfectior. num.5.
Nomine perfectioris Religionis quæ intelligatur. num.6.
Quid attendendum ad iudicandum de tali perfectione. num.7.
Quid ad iudicandum, quæ Religio sit strictior, aut asperior. num.8.
Regulares transeuntes non debent à Sede Apostolica habere prohibitionem. num. 9.
Qui Religiosi interdicti sint transire ad alias Religiones. num.10.
Qui possint dare licentiã ad transeundũ de vna Religione ad aliã. n.11.
Per Regulares quibus permittitur transitus, qui intelligantur. n.12.
An transeuntes teneantur facere nouitiatum. num.13.
De loco, quem habent Religiosi translati. num.14.
An vota prioris Religionis obligent transeuntes. ibid.
Maximè propter Constitutionem Sanctissimi D.N.Vrbani. ibid.
De alijs ad ipsos spectantibus. ibid.
An Choristæ trãseant ad Conuersos, seu Conuersi ad Choristas. n.15

1 TRansitum Regularium ex vna Religione ad aliam licitum esse quibusdam conditionibus seruatis, dixi *tom.1. cap.22.* per totum. Nunc verò prædictæ conditiones expendendæ sunt, & materia ipsa amplianda.

2 Et primò, ex dictis eo *cap.22. num.3.* constat, quòd ad hoc quòd iste transitus sit licitus, requiritur primò, quòd non fiat temeritate, leuitate, odio, ira, contemptu, vel alia qualibet animi perturbatione, sed studio vitæ perfectioris. De quo etiam Bonacina *de Clausura q.1. punct.9.§.3. diff.2. num.1.* Portellus *in Dub. Regular. verb. Religionis transitus n.6.* Dixi etiam *ibid. num.7.* defectum huius conditionis non irritare transitum ex vna Religione ad aliam. Tum quia, vt ibi dixi, iura, quæ de huiusmodi transitu loquuntur, & talem conditionem apponunt, nullo modo asserunt propter ipsius defectum irritari. Tum etiam, quia malus finis professionis, si non est contra substantiam ipsius, eam non irritat, vt dixi eodem *to.1. cap.2. num.15.* Leuitas autem, odium, ira, contemptus, vel animi perturbatio non sunt contraria substantiæ professionis. Bonacina *supr. diff.1. nu.7.* Bordonus *Resol.29. num.47.* Licet oppositum teneat Thesaurus *in Praxi p.2. verb. Religiosus cap.4. nu.2.*

3 Requiritur secundò, quòd is transitus non fiat cum iactura, & detrimento Religionis à qua disceditur, iuxta dicta *eo num.7.* Vnde si volens transire sit persona insignis, valde doctus, aut in aliqua re magnæ æstimationis, non videtur posse licitè transire, quia talis transitus magnam afferret iacturam Religioni derelictæ. Portellus *supr.* Defectus etiam huius conditionis non irritat transitum, vt ibi etiam di-

dixi. Quod etiam tenent Bonacina *supr. diff.* 2. *num.* 4. & Bordonus *supr. num.* 48. Quo tamen non obstante, prior Religio habet ius repetendi Religiosum, qui cum notabili ipsius iactura ad aliam transijt. Tum quia id colligitur ex *cap. licet de Regularibus*. Tum quia Religioni competit ius petendæ restitutionis in integrum, cum læsa fuit. *cap.* 1. *de in integr. restit.* Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 7. *num.* 11. *&* 92. Bonacina *supr.* post D. Antonin. Angelum, Siluestrum, Tabienam, & alios. Quod tamen limitandum est, si forsan Religionis desertæ Religiosi fuerint peruersorum morum, vt propterea causa fuerint talis transitus, tunc enim tale damnum ipsis imputari debet. Sanchez *eo num.* 11. ex alijs.

4 Tertiò requiritur, iuxta dicta eo *cap.* 22. *num.* 4. petitio licentiæ à Superiori. Quibus fauet declaratio Sac. Congregationis, quam refert Barbosa *de Iure Ecclesiastic. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 43. Licet defectus huius conditionis non irritet transitum, vt dixi *ibid. nu.* 7. Quod tenent etiam Sanctarellus *de Apostasia cap.* 8. *dub. vnico num.* 6. Bonacina *supr. difficult.* 1. *num.* 7. contra Sanchez, & alios. Adde, ex declaratione Sac. Congregationis, quam referunt Rodriguez *tom.* 3. *quæst. Regular. q.* 52. *ar.* 20. Quaranta *in Summa Bullarij verbo Monasteria, & Conuentus verbo Quoad transitus*, & Barbosa *in Collectaneis Bullar. verbo Transitus Religiosus*, transitum ad parem, vel arctiorem Religionem, non fieri nisi causa cognita, & vitæ, ac morum ratione, idque ex approbatione Capituli Generalis. Oppositum tamen, vt credo, practicatur in Religionibus, quod attinet ad approbationem Capituli Generalis.

5 Quartò requiritur ad hoc vt transitus ab vna ad aliam Religionem fieri posset, quòd Religio, ad quam fit transitus sit perfectior, iuxta dicta eo *cap.* 22. *num.* 5. Dixi autem eo loco *num.* 7. defectum huius conditionis reddere nullum transitum, & irritare professionem factam in alia Religione. Excipe nisi adsit legitima dispensatio potentis illam concedere ad transeundum ad æquè strictam, aut laxiorem Religionem, iuxta dicta eo *cap.* 22. *à num.* 8. quia nullo iure trãsitus ad non perfectiorem Religionem permittitur, nec Religiosus sui iuris est, vt validè possit in prioris professionis, & iuris per illam priori Religioni comparati præiudicium, profiteri in altera Religione æquè stricta, aut laxiori. Sanchez *supr. num.* 23. Quæ autem Religio sit dicenda perfectior in præsenti, habes ex dictis *eo num.* 5. Nota tamen, quòd quamuis ibi dixerim in quæstione illa quid intelligatur nomine Religionis perfectioris probabiliter dicere aliquos eam esse perfectiorem non quæ fuerit arctior, asperior, & rigurosior, sed quæ habuerit perfectiorem finem, & media ad illum proportionata;

ni-

nihilominus video ſententiam aliam, quam ibi etiam ſatis probabilem dixi, ſcilicet eam dici perfectiorem, quæ fuerit arctior, durior, & aſperior, communiorem eſſe, vt patet ex multis Authoribus, quos Sanchez *ſupr. num.* 21. adducit. Quibus iunge Sanctarellum *ſupr. cap.* 8. *num.* 30. Bonacinam *ſupr. difficult.* 3. *num.* 2. Fagundez *in* 2. *Eccleſ. præcept. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 6. Tamburinum *de Iure Abbat. to.* 3. *diſp.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 18. & Bordonum *ſupr. num.* 21. Et ratio eſt, tum quia tranſitus ad aliam Religionem concedi videtur, vt ſalus Religioſi ad aliam Religionem tranſmigrantis in ſtatu magis tuto collocetur, in ſtatu autem magis tuto collocatur amplectendo Religionem arctiorem, & duriorem, quàm aliam perfectiorem, & fructuoſiorem per ordinem ad finem, & ſalutem animarum. Non leue enim periculum ſubit, qui curam aliorum gerit. Confirmatur, tum quia in *cap. licet* citato mentio fit arctioris, & aſperioris vitæ. Tum quia in omnibus priuilegijs, in quibus interdicitur tranſitus ab vna Religione ad aliã, excipitur Carthuſia, ſed hæc non eſt perfectior quoad finem (Carthuſiani enim aliorum ſaluti non vacant) eſt tamen arctior, & aſperior ratione abſtinentiæ à carnibus, ſilentij, perpetuæ clauſuræ, & aliarum perpetuarum pœnitentiarum. Ergo illa Religio perfectior in hac parte vocatur, quæ durior fuerit, & aſperior.

6 Etſi autem in hac parte nomine perfectioris Religionis intelligatur auſterior, abſolutè tamen loquendo aliud eſt Religionem eſſe perfectiorem, aliud verò eſſe ſtrictiorem, ſeu rigidiorem. Religionis enim perfectio ſumitur à meliori, ac perfectiori fine, contemplatiuæ ſcilicet vitæ, vel actiuæ, per exercitium virtutum perfectiorum. At Religionis ſtrictio, & aſperitas ſumitur ex aſperioribus, & ſtrictioribus actionibus vitæ, & corporis, in quibus Religioſi exercentur. Vt à maiori ieiunio, ſilentio, cilicijs &c. Vnde poterit contingere, vt vna Religio ſit ſtrictior, & aſperior altera, ſed altera minus ſtricta ſit nihilominus perfectior, quia habet meliorem, ac perfectiorem finem, & exercitium virtutum perfectiorum. Portellus *ſupra num.* 1. ex D. Bonauentura.

7 Dixi etiam eo *num.* 5. quòd ad iudicandum quæ Religio ſit perfectior (idem dico de ſtrictiori) non tam attendendum ſit ad primam Inſtitutionem, & Regulam, quàm ad præſentem obſeruantiam, & modum, quo in tali Religione viuitur. Quod non ſolùm tenent, Azor, & Leſſius eo loco relati, ſed & Sanchez *ſupr. num.* 24. poſt plures alios. Quibus iunguntur Bonacina *ſupr. num.* 3. Peirinis *to.* 1. *de Subdito q.* 1. *cap.* 24. §. *nota tamen*, & Bordonus *ſupr. n.* 15.

8 In iudicando etiam, quæ Religio ſit ſtrictior, aut aſperior, non ſolùm inſpicienda eſt externa corporis aſperitas, aut votorum multi-

tudo, verum etiam alia vitæ ratio, vt est exacta paupertas, stricta propriæ voluntatis abnegatio,& similia, quæ corporis austeritates valde superant. Vnde meritò Summi Pontifices aliquando interdixerunt quibusdam Religiosis ne Fratres Minores, aut alios strictiores Regulæ in suam Religionem admitterent prætextu quarti voti, quod in ea emittitur. Sanchez, & Bonacina *supr.* Vnde etiam cessant quæstiones aliquorum, qui propterea solùm aliquas Religiones strictiores appellant,& ad eas transire posse alios quoscunque, etiam Carthusianos,contendunt,quia in eis est quartum votum aliquod.

9 Quintò, iuxta dicta eo *cap.22. num.6.* requiritur, vt Religiosus possit ex vna Religione ad aliam transire, quòd illi non sit à Sede Apostolica talis transitus interdictus. Huiusmodi etiam conditionem aliquando irritare transitum, & professionem de nouo in alia Religione factam, quando scilicet in tali prohibitione Pontificia clausula irritans apponatur; secus verò quando non, dixi eo *cap.22. num.7.* Pro quo video notabile priuilegium Innocent. VI. pro Patribus Seruitis *in Annalibus huius Ordinis Centur.2. lib.2. cap.5.* Quomodo autem intelligenda sint similia priuilegia interdicentia talem transitum, & an illis non obstantibus permitti possit, agunt Sanchez *supr.num.10.* Vechius *in Praxi Nouit.disp.15.dub.3.*& Barbosa loco relato *de Iure Ecclesiast.num.51.*

10 Religiosi porrò, quibus interdictus est transitus ad aliam Religionem sunt primò,Mendicantes,nisi solùm ad Chartusiam, iuxta dicta *ibidem num.6.* Secundò, Cistercienses,iuxta dicta etiam *ibid.* Tertiò, Iesuitæ, & Carmelitæ nostri discalceati, prout ibidem dixi. Item Clerici Regulares Ministrantes infirmis,qui etiam ad Cartusianos transire non permittuntur,vt ibidem quoque dictum est. Deinde,prout habet Sorbus *in Additionibus ad Compendium priuilegiorum Mendicantium verbo Recipere*, Capuccinis prohibitum est à Pio V. Gregorio XIII. ac Sac. Congregat. transire ad Minimos Sancti Francisci de Paula,vbi etiam alia ad intentum. Discalceati etiam S.Augustini ad calciatos eiusdem Ordinis, siue ad quemcunque aliũ Ordinem laxiorem sine speciali Sedis Apostolicæ licentia transire prohibentur,ex Clemente VIII. Barbosa *in Collectan Bullar. verbo Transitus Religionis*. Similiter Trinitarij discalceati nequeunt transire ad aliam quamcunque Religionem, Carthusiana excepta,ex Sanctissimo D.N.Vrbano VIII. Peirinis *to.3.Priuilegior.Minimor.c.12. in Constitutione 11. vel 21.Vrbani VIII.* Insuper Fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede prohibentur transire ad Mendicantes ex Calixto tertio. Bordonus *supr.num.38.* Discalceati etiam huius Ordinis prohibentur à Sanctiis.D.N. Vrbano transire ad calciatos.Barbosa

bosa *supr.* De alijs, quibus similiter ideſt prohibitum, latè Barbosa loco relato *de Iure Eccleſiaſtico à n.* 52. Tamburinus *sup. quæſit.* 2. Theſaur. *sup. à n.* 4. Bordonus *sup. nu.* 27. & ſequentibus. Nouarius *in Lucerna Regular. verb. Translatio nu.* 9. *& ſeqq.*

11 Qui poſſint dare licentiam ad tranſitum ad Religionem æquè ſtrictam, ſeu ſtrictiorem, conſtat ex dictis eo *cap.* 22. *num.* 8. 9. *&* 10. Videtamen priuilegia particularia Religionum, ſpecialiter Benedictinorum, & Hieronymianorum apud Rodriguez *to.* 3. *quæſt. Regul. q.* 52. *art.* 10. & Portellum *ſupr. nu.* 10. *&* 11. Quomodo peccet Prælatus non concedens licentiam ſubdito ad tranſeundum ad ſtrictiorem Religionem dixi *ibid. nu.* 13. De quo etiam Vechius *d. diſp.* 15. *dub.* 2. & Barbosa *ſup. à n.* 69. Qui verò dent illā ad laxiorē, aut minus ſtrictam, dixi *ibid. num.* 11. Vbi primò notanda declaratio S. Congregationis, quam referunt Quaranta *ſupr.* & Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Clauſtrales*, ex qua habetur, Religioſis clauſtralibus non licere tranſire ad non clauſtrales, quales ſunt Militares, & Hoſpitalarij per licentias, quæ conceduntur clauſtralibus ingrediendi quamcunque Religionem. Maximè notandum ſecundò, quòd, cum iuxta dicta eo *num.* 11. probabile ſit apud multos Doctores poſſe Prælatos Papa inferiores, videlicet Regulares ſupremos, ex legitima cauſa diſpenſare cum ſuis Regularibus ad tranſeundum ad laxiorem Religionem, prout tenent Nauarrus, Sanchez, & Leſſius eo loco relati, Sanctarellus, Vechius, & Fauſtus, quos refert, & ſequitur Nouarius *ſupr. num.* 6. *&* 7. Fagundez *ſupr. num.* 10. Tamburinus *ſupr. quæſit.* 5. *num.* 7. & alij plures apud Sanchez *ſupr. à num.* 53. Barbosam *ſupr. à num.* 78. & Peirinis etiam loco relato ex *to.* 1. *de Subdito.* §. *dico ſexto*. Nihilominus probabilitas huius ſententiæ ſolùm videtur practicabilis quando adeſt certa, & indubitata cauſa talis diſpenſationis, & tantùm pro foro interno, non pro externo, propter decretum Concilij Trid. eo loco adductum, & alia quæ affert Peirinis *ſupr.* §. *dixi, &* §. *cæterum*. Pro foro ergo externo ſemper Sedes Apoſtolica conſulenda eſt, prout laudabiliter ſatis, etiam quando tranſitus eſt ad ſtrictiorem Religionem fieri ſolet. Vt teſtatur Eraſmus Cochier. *de Iuriſdictione Ordinarij in Exemptos p.* 4. *q.* 12. *in fine*. Addit Sanchez *ſupr. num.* 70. ad id quoque requiri conſenſum Conuentus, eò quòd cum agitur de maioribus negotijs Monaſterij talis conſenſus requiritur, & in præſenti talis ſit iſte caſus, quia in eo agitur de alienatione Religioſi. Attendendus tamen eſt, vt credo, quoad hoc vſus, & ſtylus Religionis. Quæ verò ſint cauſæ talis diſpenſationis dixi eo loco *num.* 12. ex Azorio, Suarez, Sanchez, & Diana. De illis etiam Barbosa *ſupr. num.* 82. Fagundez, & Nouarius *ſupr.* ex Sanctarello, Vechio

chio,& Fauſto. Quomodo autem non poſſit concedi licentia ad tranſitum,niſi concedenti illam conſtet,Religionem,ad quam fit tranſitus, paratam eſſe ad recipiendum talem Religioſum, conſtat ex dictis ex Decreto Sac. Congregationis eo *cap.* 22. *num.* 15. De quo etiam Vechius *ſupr. dub.* 2. *num.* 9. Bordonus *ſupra num.* 3.

12 Per Regulares autem, quibus permittitur tranſitus ad alias Religiones ſeruatis ſeruandis, intelliguntur etiam Epiſcopi Regulares, iuxta dicta *cap.*22. *num.*28. Item Militares. Adeo, vt tales in clauſtris vitam communem non degentes,etiam abſque licentia ſuorum Superiorum poſſint tranſire ad Clauſtrales,vt fuit reſolutum à Rota in vno Bononienſi *profeſſionis* 14. Maij 1622. coram Domino Merlino, quã citant Vecchius *ſupr. dub.*2. *num.*14.& Barboſa *ſupr. num.*64. Poſſunt etiam id facere Moniales,iuxta dicta *to.*1. *cap.*25. *nu.*41. & *to.*3. verbo *Clauſura num.*14. Quibus etiam locis plura dixi ad intentum. Pro foro tamen externo, vt credo, Sac. Congregatio non ſemel cenſuit ad eam in ſimilibus caſibus eſſe recurrendum, & ſignanter in quadam Nanneteñ, & Redoneñ. Ex quibus colligitur,illam, ſimiles licentias concedere non conſueuiſſe niſi quatuor conditionibus. Prima eſt, vt antequam à primo Monaſterio Monialis egrediatur, aliud ſit paratum, & quòd beneuolas habeat receptrices, quòdque in eo capitulariter per ſecreta ſuffragia recipiatur. Secunda eſt, vt dotem à cæteris Monialibus præſtari ſolitam, perſoluat. Tertia, vt ſpes illi auferatur ad primum Monaſterium redeundi. Quarta, vt translatio fiat comitantibus matronis conſanguineis grauibus ab vno ad aliud Monaſterium recta via abſque diuerticulo, ac nullibi pernoctetur, niſi cauſa hoſpitij, idque non niſi apud honeſtas perſonas. Barboſa *ſupr. num.*45. & 46. Pro huiuſmodi etiam tranſitu Monialium vide Portellum *ſup.n.*8.& 9. An verò tunc debeant ſecum ſuam dotem deferre,conſule dicta *to.*3.verbo *Dos Monialium n.*6.& Eminentiſs. Ioannem de Lugo *de Iuſt.& iure to* 1.*diſp.*3.*ſect.*11.*n.*229. Itẽ Tertiarij, ſeu Tertiariæ,cum illi non ſint veri Religioſi, ad quamcunque veram Religionem trãſire poſſunt. Item Oblati,ſeu Donati iuxta dicta *to.*2. *cap.*8. *n.*21. De quo etiam Bordonus *ſupr. n.*54 ex alijs. Idem dicendum de toto Conuentu,ſeu Monaſterio, iuxta dicta eo *cap.*22. *n.*27. De quo etiam Bordonus *ſupr. n.*79.

13 Tranlatos de vna Religione in alteram teneri facere nouitiatũ vnius anni,& de nouo profiteri, conſtat ex dictis eo *cap.*22. *nu.* 16. Vbi etiam dixi id eſſe neceſſarium, quando eſt tranſitus ab vna familia in aliam eiuſdem Ordinis, vt ſi à Diſcalceatis Carmelitarum ad Obſeruãtes eiuſdem Ordinis,vel à Conuentualibus ad Obſeruantes, vel Capuccinos in Ordine Minorum,vel è contra fiat tranſitus; quia,

vt

vt ibi dixi, istæ Religiones habent diuersas austeritates, diuersosque modos viuendi, & propterea necessaria est probatio Religiosorum in ipsis. Et ideo Rota apud Farin. *decis.* 115. *num.* 7. *p.* 2. *recent.* censuit quòd Monialis vnius Monasterij vbi ad aliud transfertur, si non emittit professionem in secundo Monasterio non fit Monialis illius. Et *num.* 8. tenet sufficere professionem emissam in primo Monasterio, quando fit translatio de vno Monasterio ad aliud eiusdem Regulæ. Barbosa *supr. num.* 85. Fratres tamen discalceati Sanctissimæ Trinitatis, ex declaratione S. Congregationis, quando transeunt ad calceatos non tenentur emittere nouam professionem, licet debeant facere annum probationis. Barbosa *supr. n.* 86. Nouarius *supr. n.* 25.

14 De loco, quem habent Religiosi translati ad aliam Religionem dixi eo *cap.* 22. *nu.* 17. De quo etiam, præter authores ibi relatos, Barbosa *supr. num.* 88. & 89. Similiter de obligationibus sic translatorum dixi eodem *cap.* 22. *num.* 19. De quo etiam Barbosa *supra n.* 90. ex alijs. Pro quo valde notanda Constitutio SS. D.N. Vrbani 8. data anno 1635. die 21. Maij; in qua statuitur, quòd Regulares, qui ex suo instituto votum habent, seu iuramentum de non procuranda, velacceptanda extra eorum Religionem dignitate, aut superioritate, transeuntes ad aliam Religionem, etiam cum licentia Papæ, aut dimissi, seu electi, remaneant astricti dicto voto, aut iuramento. Vnde esto, quòd prædicti, iuxta dicta eo *num.* 19. non tenerentur dicto voto, seu iuramento, quia illa, vel similia censentur annexa, & veluti accessoria priori professioni, hoc tamen nouo iure SS.D.N. Vrbani inducta est præsumptio iuris, quod ea censeantur principaliter facta in cultum Dei, & non, vt adnexa priori professioni. Thesaur. *supr. n* 13. Nota tamen, quòd quamuis ipse ex Lessio, & Sanchez, quos refert, putet hoc votum de iure communi Papæ reseruatum non esse; nihilominus ex nouissima Constitutione Sanctissimi D. N. Vrbani sub die 26. Februarij præsentis anni 1643. declaratum est ab eodem Sanctissimo Motu proprio prædictum votum dispensari, aut relaxari non posse, aut aduersus illud aliquam licentiam, indultum, vel præceptum concedi, nisi solùm à Romano Pontifice pro tempore existenti, sublata facultate id faciendi omnibus, & quibuscũque Superioribus, Nuncijs Apostolicis, Legatis, etiam de latere, sublatis quoquè quibuscumque priuilegijs, indultis, & facultatibus in contrarium. An translati volentes redire ante emissam professionem sint admittendi in prima Religione, dixi *ibid. num.* 18. De quo etiam Bordonus *supr. nu.* 57. *& sequentibus*. Vbi etiam de loco, quem talibus debet tribuere Religio, & an debeant facere nouum nouitiatum. De ijs, quibus priuantur transeuntes de vna ad aliam Religionem, dixi *ibidem n.* 20. & 21.

De

De bonis autem præfatorum translatorum ad quam Religionem pertineant, dixi *ibidem num.* 23. De quo Portellus *supr. verbo Bona transeuntium num.* 1. Barbosa *supr. à num.* 91. Bordon. *supr. à n.* 88. De egrediente Religionem animo transeundi ad aliam post aliquod tempus dixi *num.* 26. Similiter de pœnis transeuntium illegitimè ex vna Religione ad aliam dixi *ibidem num.* 22. & 24. De quo etiam Thesaur. *d. cap.* 4. De obligatione sic translatorum ad manendum in claustris propter decretum Concilij Trid. dixi *n.* 29. Nota autem Sac. Congregationem declarasse apud Armendariz *in Additionibus ad recopilat legum Nauarræ l.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.* 69. & Barbosam *supr. num.* 103. posse Prælatum prædictis translatis licentiam concedere standi ad modicum tempus extra Monasteria, causa prædicationis, vel audiendi confessiones.

15 Quomodo, & quando Religiosi Choristæ transferri possint ad statum laicorum, seu Conuersorum, dixi eo *ca.* 22. *n.* 25. Quomodo verò è contra non debeant Conuersi, seu laici permitti ad Ordines Sacros promoueri, habes ex dictis *to.* 2. *cap.* 8. *n.* 22.

TRIREMIVM POENA.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Hæc pœna an noua vel antiqua. num. 2.
An digna quòd imponatur Religiosis. num. 3.
Quando possit illis imponi. num. 4.
An damnati ad triremes habitu spoliari debeant. num. 5.
Quibus adquirant tales damnati. num. 6.
Propter quæ delicta S. Officium hanc pœnam imponere soleat. nu. 7.

1 HAc pœna mulctari posse Regulares propter grauia delicta ab ipsis commissa, & quæ aliter castigari non possunt, dixi *to.* 1. *cap.* 16. *num.* 32. Vbi etiam, qualiter triremium ministri non incidant in excommunicationem Canonis eos verberantes, nisi modum excedant. Insuper, vt *ibidem*, & *tom.* 3. verbo *Infamia num.* 7. dixi, illi qui fuerint ad triremes damnati, sunt irregulares, vt potè infames infamia Iuris. Quod intellige, iuxta dicta eo. *num.* 7. quando sunt damnati ad talem pœnam ob causam famosam. De quo Thesaurus *in Praxi par.* 1. *cap.* 33. §. *talis est, & par.* 2. *verbo Missa c.* 5. §. *item si esset.* Vbi quòd tales, etiam à triremibus li-

Ego Ioannes Dei gratia Ecclesie Sancti Petri Eboracensis archiepiscopus, Anglie primas et apostolice sedis legatus, compos mentis et memorie, licet infirmitate corporis gravatus, ne forte intestatus decedam, testamentum meum condo in hunc modum. Primo lego animam meam Deo omnipotenti, beate Marie virgini et omnibus sanctis, corpus meum sepulture ecclesiastice. Item lego Ecclesie Sancti Petri Eboracensis unum pannum de auro, unum pannum de serico, unum pannum de tartaryn, unum pannum de bokeram, unum pannum de cendal, unum pannum de lino, unum pannum de lana, unum pannum de tapetis, unum pannum de cuir bouly, unum pannum de cuir de Cordewan, unum pannum de cuir de Tarsy, unum pannum de cuir de Reme, unum pannum de cuir de Ruscy, unum pannum de cuir de Hungary, unum pannum de cuir de Prussy, unum pannum de cuir de Lettowe, unum pannum de cuir de Polonia, unum pannum de cuir de Russia, unum pannum de cuir de Gothia, unum pannum de cuir de Norwegia, unum pannum de cuir de Swecia, unum pannum de cuir de Dacia, unum pannum de cuir de Islandia, unum pannum de cuir de Grenlandia, unum pannum de cuir de Terra Nova, unum pannum de cuir de Terra Labrador, unum pannum de cuir de Terra Corterealis, unum pannum de cuir de Terra Baccalaos, unum pannum de cuir de Terra Bacalaos, unum pannum de cuir de Terra Bacalaos, unum pannum de cuir de Terra Bac

An possint susceipere tutelam honorariam. num.2.
An esse Tutores miserabilium personarum. num. 3.

1 RElegiosos suscipere non posse tutelam alicuius personæ, testamentariam videlicet, & datiuam, benè tamen legitimam, de licentia Prælatorum, constat ex dictis *tom. 1. cap.9. num.17.* De quo etiam Barbosa *de Iure Ecclesiastic. l. 1. cap.40. num.113.* ex multis alijs. Quamuis Molina *to.1. de Iustitia disp.221.* Sanchez *l.6. in Decal. cap.14. n.25.* Peirinis *to.2. de Prælato q.3. cap.5. num.26.* & alij id negent. Vnde pater professus fierà potest tutor, aut curator filij. Bordonus *Resolut.14. num.79.* ex Nauarro, Siluestro, & Graffio. In casu etiam quo Clerici (idem dico de Religiosis) de iure possint esse tutores, res pupillorum negotiari valent, non tamen turpis lucri gratia. Ex declaratione Sac. Congregationis apud Barbosam *supr. & cap.39. §.5. num.74.* Non posse autem Regulares cogi ad munus tutoris suscipiendum, & cogentes in excommunicationem incidere, dixi *to.3.* verbo *Immunitas Ecclesiastica Regularium nu.3.*

2 Videtur etiam Regulares suscipere posse tutelam honorariam aliquorum. Dicitur autem tutor honorarius, qui datur, vt pupillus sit magis honoratus eius auctoritate, & protectione, non autem, vt sæcularibus negotijs se immiscere debeat. Barbosa *supr. num. 76.* ex alijs.

3 An autem Religiosi possint esse tutores miserabilium personarum agunt Graffius *co num.17.* à me relatus, & Sanchez *supr. nu.26.* Barbosa *supr. cap.43. num.57.* Nouarius *in Tract. de priuileg. miserab. personarum priuileg.86.* & Peirinis etiam *supr. num.26.* ex alijs. Quæ verò spectent ad officium tutoris, & quid teneatur facere, vide Summistas *verbo Tutela*, specialiter Angelum *ibi à num.2.* & Siluestrum *à quæst.4.*

VASA SACRA.

SVMMARIVM.

Vasa Sacra, quæ dicantur. num.1.
De Calice, & Patena. num.2.
De Pixide, seu ciborio. num.3.
De lunula, quæ Sacram hostiam tangit. num.4.
De vasis, seu thecis Reliquiarum. num.5.

Va-

Digitized by Google

Vasorum Sacrorum conditiones, & qualitates. num. 6.
An alienari, confringi, vel conflari possint. ibid.

1 VAsa Sacra generaliter dici possunt quæcunque vasa ad ministerium Eucharistiæ, eiusque, & Sacrarum vnctionum, imò etiam Reliquiarum custodiam, deseruientia. Barbosa *de Iure Ecclesiastico l. 3. cap. 2. n. 1.* Specialiter autem hoc nomen tribuitur Calici, & Patenæ. Graffis *in Decis. aureis par. 2. lib. 2. cap. 14. num. 8.* Sanchez *to. 1. in Decalog. l. 2. cap. 43. num. 26.* Barbosa *supra*.

2 Potrò Calicem, & Patenam non debere esse de ligno, ære, auricalco, aut cupro, lapide, vitro, vel chrystallo, sed de auro, argento, vel ob magnam paupertatem, ex stanno dixi *to. 3.* verbo *Calix nu. 1.* Debere esse consecrata, ac chrysmate peructa, *ibid. nu. 2.* A quo debeant consecrari, *ibidem num. 3. & 4.* An reddantur consecrata eo solum quòd cum illis celebretur, *ibid. num. 8.* Quando execrentur, seu amittant consecrationem, *ibid. num. 5. 6. & 7.* Non posse tangi à laicis absque peccato, *ibid. num. 9.* Quod intellige, etiam si vacua sint, nec contineant Corpus, aut Sanguinem Christi. *ca. in Sancta dist. 1. de consecrat. ca. Sacratas, aliisque iuribus dist. 23.* Layman. *l. 5. Tract. 5. cap. 6. num. 19.* Quando autem Corpus, aut Sanguinem Christi continent, sine culpa graui tangi non possunt, nisi solum à Sacerdote, vel Diacono, iuxta dicta *to. 2. cap. 8. nu. 34.* ex *ca. non oportet. d. 23.* Paludano, & Suarez ibi relatis. Quibus iunge Siluestrum *in Summa verbo Eucharistia 3. q. 4.* & Layman. *supr. num. 18.* In casu autem vrgentis necessitatis, & causa rationabili suadente, nullum erit peccatum prædicta tangi, etiam à laicis, iuxta dicta eo *num. 34.* & à simili *to. 3.* verbo *Agnus Dei num. 7.* An verò prædicta quando non continent Corpus, aut Sanguinem Christi possint tangi sine peccato ab Acholithis, & inferioribus Clericis, etiam extra necessitatem, affirmare videtur Suarez *to. 3. in 3. p. disp. 8. sect. 8.* sed communior opinio, & conformior vsui Ecclesiæ Romanæ id negat. Azor. *to. 1. Instit. moral. l. 9. cap. 9. q. 6.* Layman. *supr. num. 19. §. dico tertio* post alios. Excipe, nisi adsit priuilegium Sedis Apostolicæ, iuxta dicta eo *cap. 8. n. 33.* De quo etiam Azor, & Layman. *supr.* ac Fagundez *de 1. Eccl. præcept. l. 3. cap. 21. nu. 27. & 29.*

3 De Pixide etiam, seu ciborio, quod est vas, in quo conseruatur Corpus Christi, idem proportionabiliter dicendum, ac de Calice, & Patena, prout supponunt Authores communiter, specialiter Layman. *d. num. 18.* An verò necesse sit quòd consecretur, vel lapsciat, quòd benedicatur, & à quo danda sit talis consecratio, seu benedictio,

habes

habes ex dictis *tom.* 3. verbo *Benedictio, & Benedicere num.* 11. De quo vide Cardin. Lugo *de Sacram. Eucharist. disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 96. & 97. Idem etiam videtur dicendum de vase, in quo Eucharistia ministratur fidelibus. Ioannes de Cruce *in Director. conscientiæ de Sacrificio Missæ q.* 3. *dub.* 3.

4 Cæterum de lunula illa, quæ Sacram Hostiam immediatè tangit, quamuis non videatur consuetudine receptum quòd consecretur, valde decens tamen est, vt saltem benedicatur. Durandus *l.* 1. *de ritibus Ecclesiæ cap.* 16. Suarez *supr. sect.* 7. Ioannes de Cruce *supr.* Potest nihilominus tangi si consecrata non est, etiam à laicis, non solùm antequam ad Corporis Christi contactum adhibeatur; sed etiam postquam illud contigit, & iam non continet Corpus Christi. Layman. *supr. num.* 22.

5 De vasis autem, seu thecis Reliquiarum, in quibus ipsæ conseruantur, cum nec consecrata, nec benedicta esse soleant, dicendum, quòd tangi possunt reuerentur etiam à laicis sine peccato. Sanchez *supr.* Ea tamen publicè in processionibus gestare, solùm ad Clericos spectare videtur. Layman. *supr. n.* 21. ex alijs.

6 Generaliter etiam Regularibus maximè notandum primò, vasa Sacra honesta esse debere, & proportionata ministerio, ad quod accomodantur. Angelus *in Summa verbo Vasa num.* 1. Secundò, nitida asseruari debere. *cap. relinqui de custodia Eucharistiæ*, iuxta dicta *supr.* verbo *Paramenta Sacra num.* 2. Barbosa *supr. num.* 41. Tertiò, ad vsus prophanos applicari non posse absque sacrilegio. *ca. quæ semel* 18. *q.* 3. *Regula semel de Regulis iuris in 6.* iuxta dicta etiam eo verbo *Paramenta Sacra num.* 3. Fagundez *supr. cap.* 21. *nu.* 18. Barbosa *supr. num.* 45. Quod intellige, etiam postquam formam, seu consecrationem amiserunt, propter idem fundamentum, & iuxta ibidem dicta. Licet Diana *6. par. Tract.* 13. *Resolut.* 76. id excuset à peccato mortali. Quartò vendi non posse, aut etiam pignorari absque sacrilegio, nisi propter necessitatem magnam Ecclesiæ, pauperum, captiuorum redemptionem &c. *ca. aurum.* 12. *q.* 2. & tunc non nisi alijs Ecclesijs, vel si laicis, non ad vsus prophanos, sed ad Sacros, & pios, iuxta dicta eo verbo *Paramenta Sacra d. num.* 3. Azor, Nauarrus, & Fagundez ibi relati, ac Sanchez *to.* 1. *Consil. moral. l.* 2. *cap.* 3. *dub.* 15. §. *quartò dico*, & §. *vltimò dico*. Vide etiam Couarrubiam *l.* 2. *variar. cap.* 16. Imò, iuxta dicta etiam eodem verbo *Paramenta Sacra eo num.* 3. ex alijs locis nostræ Summæ, si prædicta vasa Sacra fuerint pretiosa alienari non poterunt sine Sedis Apostolicæ licentia. Addit Sanchez *supr. eo* §. *Quartò dico*, posse pro prædicta necessitate vendi vasa Sacra etiam ad vsum prophanum, ita tamen, vt prius confringan-

tur,& conflentur, præmiſſa priùs oratione ad Deum. Sed quod attinet ad neceſſitatem ad id faciendum,ea debet eſſe non quælibet,etiã magna, ſed ſumma, vt idem Sanchez §. *ſequenti* ex Couarrubia approbare videtur. Quoad conflationem, licet ita fieri deberet in rigore iuris propter dictum *ea.aurum*,& ſic etiam teneat Barboſa *ſupr. num.*48. ex Galeto; iuxta dicta tamen *to.*3. verbo *Calix num.*10. ex Naldo,praxi obſeruatur, quòd ſufficiat frangi talia vaſa, ſic enim ſufficienter deperditur forma conſecrationis ipſius, qui eſt finis talis ceremoniæ. Fagundez *ſupr. num.*19. Illud autem de oratione præmittenda ſatis laudabile eſt. Nota quintò, quòd ſi prædicta vaſa Sacra à degradatis miniſtris, vel aliàs indignis in miniſterio contrectentur non ideo perdent benedictionem. *cap.à nobis de Sacrament. non iterand.* Barboſa *ſupr. n.*41. Caſu autem quo prædicta vendantur ratione materiæ,non incurri ſimoniam, conſtat ex dictis eo verbo *Paramenta Sacra*, & ſupra verbo *Simonia quoad Regulares*.

VELVM MONIALIVM.

SVMMARIVM.

*Velari fœminas vnde ſumpſit exordium. num.*1.
*Sex vela, ſeu velamina Monialium. num.*2.
*De velo probationis,& profeſſionis. num.*3.
*De velo conſecrationis. num.*4.
*De velo ordinationis. num.*5.
*De velo Prælationis. num.*6.
*De velo continentiæ. num.*7.

1 FOeminas velare caput ſuum,maximé in Eccleſia,ortum habere videtur ex illo Pauli *prim. Corinth.*11.*Omnis autem mulier orans,aut prophetans,non velato capite,deturpat caput ſuum.* Et ex eo quòd Linus Papa primus poſt S.Petrum ſanciuit ne qua mulier niſi velato capite in Eccleſiam introiret. Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico l.*1. *cap.*44. *nu.*14. ex varijs iutibus. Hinc etiam conſuetudo velandi, vel Deo conſecrandi Virgines,antiquiſſima eſt,etiam à tempore Apoſtolorum,cum conſtet Sanctum Petrum velaſſe Petronillam, S. Paulum Theclam, S. Mathæum Iphigeniam, S. Clementem Flauiam Domitillam, & Liberium Papam Marcellinam Sancti Ambroſij ſororem. De quo ex varijs hiſtorijs Tamburinus *de Iure Abbatiſ. diſp.*27. *quæſit.*1. & nos in noſtris Annalibus.

Sex

2 Sex autem sunt vela, seu velamina, quæ Religiosis fœminis, seu Monialibus ex vsu Ecclesiæ concedi sunt solita. Primum vocatur *probationis*, seu *receptionis*, quod datur nouitijs ante professionem, in ipsa receptione, seu prima tonsione, & communiter solet esse album. Secundum *professionis*, quod datur professionis tempore, & communiter solet esse nigrum, licet aliquando sit album, & antiquitus fuerit purpureum. Tertium *consecrationis*, quod scilicet aliquando, & aliquibus Monialibus datur à Prælato in pompa solemni descripta in Pontificali Romano. Quartũ vocatur *ordinationis*, quo scilicet olim Diaconissæ ordinabantur, sed hodie cum velo consecrationis confertur. Quintum *Prælationis*, quo Prælatissæ, vel Abbatissæ constituuntur. Sextum *continentiæ*, quod dari solet Monialibus viduis. De ijs ex varijs iuribus Miranda *de Sacris Monialib. q.7. art.8.* Portellus *in Dub. Regular. verbo Velum Monialium num.1.* Sanchez *lib.5. in Decalog. cap.5. num.22.* Suarez *de Relig. to.4. tract.9. lib.1. cap.11.* Barbosa *supr. à num.15.* Tamburinus *supr. quæsit.2.* Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Velamen, seu Velum*. Addit Maiolus *l.1. de Irregularit. cap.29.* septimum, velum scilicet *pœnitentiæ*, quod fœminis conuertitis dari solet. Quod tamen prætermittimus, quia parum conducens ad nostrum intentum.

3 Et quidem ex ijs velis, seu velaminibus, primum, scilicet *probationis*, seu *receptionis* datur ea ætate, in qua fœmina recipere potest habitum nouitiæ, de qua dixi *to.1. cap.25. nu.11.* Barbosa *supr. nu.15.* Secundum, scilicet *professionis*, datur omnibus Monialibus professionem emittentibus, postquam probationis tempus expleuerint, siue virgines sint, siue non, iuxta dicta *eo cap.25. nu.10.* post completum 16. annum, iuxta dicta ibidem *n.11.* & in ipsius susceptione capilli abscinduntur, iuxta ritum Ecclesiæ. Barbosa *supr.* Tamburinus *d. quæsit.2. §. ad tertium respondeo*.

4 Tertium, scilicet *consecrationis*, iuxta dicta eo *num.10.* solùm datur virginibus, non viduis, aut corruptis. Miranda, & Sanchez *sup.* ex S. Antonino, Paludano, & Nauarro. Et solùm ab Episcopo, iuxta ibidem dicta. Licet ex priuilegio id competere aliquibus Abbatibus, & Prelatis teneant Benedictus Bomactius, & Tamburinus à me relati *to.3.* verbo *Benedictio, & benedicere num.2.* Diebus tamen, & temporibus à Iure statutis. *ca. de vot. ca. virgines 20. q.1.* iuxta dicta cod. *num.10.* Barbosa *supr. nu.17.* Virgines autem hoc velum *consecrationis* recepturas debere esse in ætate 25. annorum dixi eodem *nu.10.* ex declaratione S. Congregationis, quam etiam, vel similem refert Armendariz *in Addit. ad recopilat. leg. Nauarræ l.1. de ætatibus num.2.* & constat ex Pontificali Romano. Barbosa *nu.19.* Tam-

burinus *supr.* §. *hodie ergo*. Nota tamen, quòd quamuis, iuxta dicta eo *num.* 10. ex declaratione S. Congregationis ibi adducta, tollenda sit huiusmodi consecratio Monialium, maximè inter Mendicantes, nihilominus, quia teste Piasecho *in Praxi Episcopor. par.* 1. *cap.* 2. & Barbosa *supr. num.* 21. eadem Sacra Congregatio respondit Patriarchæ Veneto obseruandam esse si alicubi adhuc vigeret, ideo sic faciendum. Quomodo autem se gerere debeat Monialis occultè corrupta, sed cum fama virginitatis, in casu, quo velum hoc consecrationis suscipere debeat, dixi eo *num.* 10. De quo etiam latè Tamburinus *supra quæsito* 4. & Portellus *supr. n.* 2. Pro conditionibus etiam Monialium sic consecrandarum Maiolus *supr.* Tamburinus *sup. quæsito.* 3. post Siluestrum, Tabienam, & alios Summistas *verbo Consecratio Virginis.*

5 Circa quartum velum, scilicet *ordinationis*, nota, per illud solùm concedi Monialibus facultatẽ Officium inchoandi in Choro, vel Homilias legendi. Quod quidem non est aliquis Ordo Ecclesiasticus, cũ fœminæ illius sint incapaces, sed genus quoddã nudi officij, quod per benedictionem, & Breuiarij traditionem ipsis confertur. Maiolus *sup.* Tamburinus *supr.* §. *ad quintum*.

6 De quinto autem velo, scilicet *Prælationis*, qua ætate Monialibus concedendum sit, & de alijs ad ipsum requisitis, lege dicta *to.* 1. *ca.* 26. *& 3. to.* verbo *Abbatissa, seu Priorissa*.

7 De vltimo velo, scilicet *continentiæ*, nota, quòd licet illud viduis concedatur. *ca. vidua* 27. *q.* 1. poterit tamen dari virginibus, licet non è contra velum virginum dari possit viduis. Suarez *supr.* Barbosa *supra num.* 20. Tamburinus *supr.* §. *ad Octauum* ex varijs iuribus. De hoc etiam velo, & alijs ad illum spectantibus Miranda *dicto art.* 8.

VENEFICIA.

SVMMARIVM.

Casus reseruabilis inter Regulares. num. 1.
Veneficia, incantationes, & sortilegia quomodo differant. num. 2.
Quando reseruata fuerint quomodo intelligenda. num. 3.
An illis comprehendantur omnes species superstitionum. num. 4.
Superstitio quid, & quotuplex. num. 5.
Quando Regulares in hunc casum incidant. num. 6.
Quando in incantationem. num. 7.

De

De ſignis, vel verbis, quæ per veneficia, vel incantationes applicantur. num. 8.
De ſortilegio, & ſortibus. num. 9.
Quando in hunc caſum incidant Regulares. num. 10.
Quid de illis, qui Enſalmadores, *ſeu* Salutatores *vocantur. num.* 11.
In huiuſmodi peccatis an detur paruitas materiæ. num. 12.

1 INter caſus, quos, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 20. *& tom.* 3. verbo *Caſus reſeruati Regularium num.* 32. Clemens VIII. permiſit Regularibus reſeruari poſſe, primum eſt *Veneficia, incantationes, & ſortilegia*, ideo operepretium erit aliquid in præſenti de ipſo dicere.

2 Et primò nota, *Veneficia, Incantationes, & Sortilegia* non differre ſpecie, ſed ſolùm ex parte materiæ, ſeu modi quo fiunt. Conueniunt enim in formali malitia, quæ eſt fieri inſtigante, vel paciſcente Diabolo, & ſolùm differunt, quia veneficium fit applicando res naturales inefficaces ad aliquem effectum non vtendo aliquibus verbis neque cæremonijs. Incantatio, dicendo verba inutilia, vel inefficacia ad talem effectum, non apponendo res naturales, ſed ſola verba. Sortilegium verò, mittendo ſortes, vel quid æquiualens, ad cognoſcendum ſecretum præteritum, vel futurum, ita vt ſemper in his tribus concurrat Diabolus. Portellus *in Dub. Regular. ver. Veneficia n.* 1. Graſſius *de Caſib. reſeruatis ſuper hunc caſum.* Bordonus *in ſuis Reſolutionibus Reſol.* 40. *n.* 11. 13. *&* 14.

3 Secundò nota, præſenti caſui, quando reſeruatus fuerit, applicari debere generalem doctrinam, quam pro caſibus reſeruatis aſſignaui *to.* 3. dicto verbo *Caſus reſeruati Regularium*. Primò, iuxta dicta eo loco *num.* 9. nullum peccatum merè internum cenſeri debere ſaltem de facto (quidquid ſit de poſſibili) reſeruatum. Secundò, iuxta dicta *ibidem num.* 10. peccata venialia de facto (quidquid etiam ſit de poſſibili) non debere cenſeri reſeruata. Tertiò, iuxta dicta *eod. nu.* 10. probabile eſſe, quòd peccatum, de quo dubitatur an ſit mortale, vel veniale, reſeruari ſaltem non debere. Quartò, prout etiam eo loco dixi, quòd quando actus externus non eſt peccatum mortale, etiam ſi internus mortale ſit, non cenſeri debeat reſeruatus. Quintò, iuxta dicta *ibid. nu.* 11. non cadere ſub reſeruatione mortalia aliàs confeſſa. Sextò, prout ibidem *num.* 12. nec peccata mortalia cenſeri debere reſeruata, niſi ſint completa, & conſummata, aut niſi ipſa attentatio criminis reſeruetur. Septimò tandem, iuxta dicta ibid. *n.* 13. *&* 14. quòd reſeruatio caſuum debeat reſtringi, & quòd in dubijs non debeat cenſeri aliquis in eos incurriſſe, exceptis aliquibus caſibus.

De Prælatis porrò, qui possunt casus reseruare, & qui, & quomodo ab illis absoluere, quando cesset ipsorum reseruatio, & qualiter pœnitens, qui illos habet se gerere debeat ad petẽdum absolutionem ab ipsis, ac de alijs concernentibus, latè eo verbo *Casus reseruati Regularium* dixi.

4 Specialiter tertiò, quòd in his tribus superstitionum speciebus includantur omnes aliæ superstitionum species, notant Graffius, Coriolanus, & Longus *in Tract. de casibus reseruatis super hunc casum*, Portellus *supr. nu.* 23. Molfessius *to.* 1. *Summæ tractatu* 7. *cap.* 20. *nu.* 25. & Peirinis *to* 2. *de Prælato q.* 3. *cap.* 2. §. 1. *num.* 38. Eo quòd, iuxta doctrinam Iasonis in *Authent. quas actiones num.* 25. *C. de Sacros. Eccles.* quando agitur de salute animæ, & de vitando peccato debet ius etiam pœnale extendi, adeo, vt potiùs dicatur inclusio similium peccatorum, quam extensio. Ego tamen probabilius censeo contrarium, quia, iuxta dicta 3. *to.* verbo *Casus reseruati Regularium nu.* 13. & 14. reseruatio casuum, cum sit odiosa, & pœnalis, restringenda est, & non extendenda ad alios casus, etiam similes, vel maiores, nisi illi exprimantur. Cum ergo in hoc casu solùm exprimat Clemens VIII. tres has species superstitionis, scilicet *veneficia, incantationes*, & *sortilegia*, non est admittenda extensio ad alias. Bordonus *supra num.* 1.

5 Pro quo etiam notandum quartò, quòd superstitio est vana, seu falsa Religio, aut cultus alicui indebitè concessus. Nauarrus *in Man. cap.* 11. *nu.* 22. Toletus *in Summ. l.* 4. *cap.* 14. *num.* 1. Lessius *de Iust. & iure l.* 2. *cap.* 43. *dubit.* 1. & alij communiter. Eius autem sunt quatuor species. Prima est, indebitus cultus Deo vero tributus. Secũda, idolatria. Tertia, diuinatio. Quarta, obseruatio vana. Nauarrus *sup. nu.* 23. Sayrus *in Claui regia l.* 4. *cap.* 4. Bordonus *supr. nu.* 2. Cum autẽ vana obseruatio sit procuratio alicuius effectus adhibitis medijs inutilibus, & à Deo minimè constitutis, ope Dæmonis tacitè, vel expressè inuocati, prout ex S. Tho. 2. 2. *q.* 96. *art.* 1. & 2. eliciunt communiter Doctores, specialiter Toletus *supr. cap.* 16. Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 40. ideo ex tribus prædictis veluti speciebus superstitionis, duæ, scilicet veneficium, & incantatio, solùm ad quartam speciem ipsius, quæ vana obseruatio nuncupatur reducuntur. Tertia verò, quæ est sortilegium, etiam ad tertiam speciem superstitionis, quæ est diuinatio, reduci potest. Bordonus *supr. n.* 11. 12. 13. & 14.

6 Ex quo patet quando Regulares in prædictum casum cum reseruatus fuerit incidisse censendi sint. Primò enim quoad veneficia, tunc Regulares censeri debent in hunc casum incidisse, cum maleficium aliquod fecerint, siue ad inferendum, siue ad tollendum morbum,

bum, vel aliàs damnificandum aliquem, vel aliquos, in perſonis, vel in rebus. Similiter quando, licet maleficium non fecerint, vel etiam neſciunt facere, eo tamen à maleficis fabricato ſiue ad ſoluendum, ſiue ad ligandum vtantur. Fagundez *in 2. præcept. Eccleſ. l.* 8. *cap.* 4. *n.* 7. & 8. Peirinis *ſupr.* Conſulentes autem veneficas, ſeu ſagas, aut conſulentes, vt conſulantur, ſi illarum remedijs non vtantur, non comprehenduntur caſu reſeruato. Portellus *ſupr. nu.* 30. Fagundez *ſupr. num.* 9. Peirinis *ſupr.* Qui duo etiam addunt, idem eſſe dicendum, etiam ſi ex conſilio ſagæ ad maleficia componẽda colligant oſſa mortuorum, aut alias res ſacras, vel prophanas, quia maleficium per hoc non faciunt, nec eo vtuntur, licet materiam præparent. Grauiſſimè autem in eo peccare non eſt dubium. Fagundez *ſupr.*

7 Similiter circa incantationem, ſi ea Regularibus ſit caſus reſeruatus, tunc in eum incidiſſe cenſendi ſunt, cum aliquibus verbis, vel ſignis inutilibus, vel inefficacibus ad aliquem effectum conſequendum vtantur, vt ſi v.g. ignotis litteris, figuris, ſignis, caracteribus, aut nominibus, etiam Angelorum, aut aliarum rerum prorſus intendant ſanitatem alicui dare, aut aliquam rem improportionatam efficere. Caietanus *in Summ. verbo Incantatio.* Nauarrus *ſupr. num.* 25. Portellus *ſupr. num* 10. Fagundez *ſupr. num.* 12. Idem eſt dicendum, etiam ſi talia verba ſint Sacra, v.g. ex Euangelijs, aut Sacra Scriptura deprompta, ſi cum illis adhibeatur aliqua vana, & inutilis circumſtantia, vt quòd proferantur tali die, tali hora, cum tali, vel tali ſitu corporis, aut tali voce, aut quòd ſint ſcripta tali modo, aut tali charta. Nauarrus, Portellus, & Fagundez *ſupr.* Aut ſi talia verba ſint falſa. V.g. quòd Chriſtus habuit febres, aut quòd Beatiſsima Virgo habuit dolores in partu. Fagundez *ſupr.* referens Nauarrum. Idem dicendum, ſi effectus ſecutus ex talibus verbis ſit vanus, & inutilis, vt ſi ex illorum prolatione moueatur annulus, vel cribrum, vel quid ſimile. Idem Nauarrus, Portellus, & Fagundez. Addit Portellus, etiam ſi id fiat ex ioco. Addit etiam Fagundez *ſupr. nu.* 10. quod & ſequitur Peirinis *ſupr.* idem dicendum de ijs, qui pactum implicitè, vel explicitè cum Dæmone ineunt, auxilium ab ex expectando, vel ipſum colendo. Sed licet hoc ſit grauiſſimum peccatum, & grauiſſimis pœnis dignum, quia tamen non eſt formaliter incantatio, quæ, vt dixi, ſolùm conſiſtit in vſu verborum, ſignorum &c. inutilium ad aliquem effectũ conſequendum, ideo, vt credo, non comprehenditur hoc caſu.

8 Circa prædicta autem verba, ſigna, vel quælibet alia, quæ per veneficia, vel incantationes applicantur ad effectus improportionatos, maximè pro foro externo notanda eſt regula, quam ex D. Tho. Gerſone, & alijs colligunt communiter DD. quòd quoties res aliquæ, ſi-

ue verba &c. applicantur ad aliquem effectum, ad quem producendum non habent virtutem naturalem, nec ex S. Scriptura, vel reuelatione constat eisdem esse tributam virtutem aliquam supernaturalem ad talē effectum, semper haberi debere vt suspecta de pacto cum Diabolo inito expresse, vel tacitè. Portellus *supr. num.* 12. Qui tamen ex Victoria, & Delrio benè animaduertit nō semper effectus, qui nobis videntur mirabiles procedere à Diabolo, nam possunt procedere à causa naturali nobis incognita, maximè per Magiam naturalem, quæ, cognitis secretis virtutibus rerum naturalium, illasque miscendo, producit effectus, naturales quidem, sed vulgo incognitos, quia ignorantur communiter rerum illarū particulares virtutes. De quo etiam Sanchez *supr. cap.* 40. *num.* 42. Vbi etiam *nu.* 44. quid sentiendum quando res est dubia.

9 Vt autem sciatur quando Regulares in casum prædictum denotatum per particulam illam *Sortilegium* incidant, præmittendum est ex D. Tho. ab omnibus recepto 22. *q.* 95. *à* 8. sortes propriè esse, cum aliquid fit, vt eius euentu considerato aliquid fiat, aut innotescat. Et eas esse triplices, quædam sunt *diuisoriæ*, vt sciant sortientes quid cuique tribuendum in electionibus, controuersijs &c. Aliæ sunt *consultatoriæ*, quibus diuina voluntas exquiritur, vt sciatur, quid in aliquo negotio faciendum, cauendumue sit. Aliæ *diuinatoriæ*, quibus aliqui vtuntur ad occulta cognoscenda, vt si fic, vel aliter, taxilli, chartæ &c. decidant, coniecturatur prosper, vel aduersus casus; vel cum diuersa nomina collocantur in vrna, vt coniecturetur furtum esse apud eum cuius nomen educitur. Ex quibus sortibus, illæ, quæ sunt *diuisoriæ*, licitæ sunt iure naturæ, vt in sortibus, quæ mittuntur ad dirimendas cōtrouersias inter hæredes, & legatarios ad aliqua bona obtinenda, & in electionibus ad officia sæcularia, & alijs casibus similibus. *Consultatoriæ* autem rarò sunt licitæ; cum Deus non velit suam voluntatem sortibus indagari, sed Ecclesiæ, & Sanctorum doctrinis, ac petito à viris prudentibus cōsilio. Licet possint esse licitæ aliquibus conditionibus concurrentibus. *Diuinatoriæ* autem sortes sunt omnino illicitæ, & superstitiosæ, quia cum illæ sint medium improportionatum ad talia occulta cognoscenda, proculdubio sunt vanæ, & suspectæ de Dæmonis saltem tacita inuocatione. Quare Ius Canonicum eas interdicit *can. si quis Episcopus, & can. sequenti* 26. *quæst.* 5. De illis noster Ioannes Beez *in præcept. Decalog. circa* 1. *præcept. exposit.* 4. *cap.* 6. Sayrus *supr. cap.* 5. *à num.* 15. Sanchez *supr. cap.* 38. *à num.* 56. & alij communiter.

10 Ergo ad intentum, tunc Regulares incidisse credi debent in prædictum casum reseruatum per illam particulam *sortilegium*, quando

do præiactis ſortibus, aliquid occultum, ſiue præteritum, vel futurum noſcere vellent. Graſſius *ſupr. num.* 16. Portellus *ſupr. num.* 21. Peirinis *ſupr.* Bordonus *ſupr. nu.* 11. Omnem etiam diuinationem per medium impertinens ſpectare ad hunc caſum tenent Graſſius,& Longus *inexplicatione huius caſus*, Portellus *ſupr. num.*23. Peirinis, & Bordonus *ſupr.* Quia tamen, vt dixi, cum reſeruatio caſuum non ſit amplianda,ſed potiùs reſtringenda,ideo cum ſortilegium ſolùm importet diuinationem per ſortes, non video cur extendi debeat ad alias diuinationes. Quòd ſi oppoſita ſententia aliquibus placeat cum communis ſit, pro huiuſmodi diuinationis ſpeciebus cognoſcendis adeat Ioannem Beetz *ſupr. expoſit.*4.*cap.* 3. 4. *&* 5. Delrium *lib.*4. *Diſquiſit. Magic. cap.*2. *quæſt.* 6. *&* 7. Toletum *ſupr. cap.*15. Sanchez *dicto cap.*38. *à num.*13. Sayrum *dicto cap.*5. *à num.*5. Leſſium *ſupr. dub.*5. & alios.

11 Ex dictis autem patet quando Regulares exercentes ea,quæ aliquæ perſonæ vulgò vocatæ *Enſalmadores*, ſeu *Salutatores* exercẽt,in prædictum caſum incidant. De illis autem ſpecialiter agunt Leſſius *ſupr.dub.*10. Sanchez *dicto cap.*40. *n.*39. 45. *& ſequentib.* Fagundez *ſupr. n.*16. Portellus *ſupr. n.*6. *&* 8. & alij apud ipſos.

12 Nota etiam, quòd in huiuſmodi peccatis veneficij, incantationis, & ſortilegij non poteſt dari paruitas materiæ, cum fundentur, vt dictum eſt, in tacita,vel expreſſa Dœmonis inuocatione,in qua non datur. Leſſius *ſupr. cap.*4. *nu.* 26. Sanchez *ſupr. cap.*38. *n.* 18. poſt Valentiam,& Deltium. Diana 5.*p. Tract.*5.*Reſol* 39. poſt Caſtrum Palaum, & alios.

VESTES SACRÆ.

SVMMARIVM.

*Veſtium Sacrarum inſtitutio,& neceſſitas. num.*1.
Quot ſint. num. 2.
*Qualitas ipſarum. num.*3.
*Debent eſſe benedicta. num.*4.
*Quando ceſſet earum benedictio. num.*5.
*Quid de alba ſi reficiatur. num.*6.
*Quid quando vetuſtate conſumptæ fuerint. num.*7.
*An fieri poſſint ex materia aliàs prophana. num.*8.
*An vendi vel alienari. num.*9.
*De veſtimentis Epiſcoporum. num.*10.

Ve-

verò vestes possunt esse ex quacunque materia honesta, scilicet, scilicet serico, lana &c. Suarez *supr.* §. *secundo obseruandum*, Fagundez *supr. num.* 7. Qui etiam notant, quoad colorem vtendum esse eo, qui pro varijs temporibus, & festiuitatibus ab Ecclesia institutus est. Quintò, quod illis, alijs in vsibus quàm in Ecclesiasticis, nullus vti potest. *ca. vestimenta* relatum, & *ca. adnuptiarum* ibid. Barbosa *de Iure Ecclesiastico l.* 3. *cap.* 2. *nu.* 34. Sextò, quòd non debent tangi quando benedicta sunt nisi à sacratis hominibus. *ca. vestimenta*, & *ca. ad nuptiarum* relatis. Angelus *in Summa verbo Vestis nu.* 1. Licet oppositum teneant Ioannes de Cruce *de Sacrificio Missæ q.* 3. *dub.* 4 *concluſ.* 3. Layman. *supr. nu.* 20. Quod tamen intelligunt de vestibus Sacerdotalibus, quę non tangunt immediatè Eucharistiam, aut nõ sunt Chrismate Sacro perunctæ. Quia ergo Corporalia immediatè tãgunt Corpus Christi, ideo si sint sordida, sunt prius, sub peccato (saltem veniali) à Sacerdote, aut Diacono lauanda, & lotio mittenda in piscinam. *c. ne mo de consecr. dist.* 1. Post primam tamẽ lotionem licitè traduntur Corporalia, & Purificatoria mulieribus maximè Religiosis iterum lauanda. Ita Caietanus *verbo Mulierum peccata*, Ledesma *in Sum. cap.* 20. Ioannes de Cruce *supr. concl.* 1.

4 Maximè septimò nota, vestes Sacras debere esse benedictas. Ita enim colligitur ex *d. ca. vestimenta*, antiqua Ecclesiæ consuetudine, & benedictionibus pro hac re contentis in Cæremoniali Romano. Sotus *in* 4. *dist.* 3. *q.* 2. Henrriquez *supr. cap.* 26. Suarez *supr. sect.* 2. Vnde sine aliqua ex his vestibus benedictis, aut cum aliqua non benedicta celebrare, regulariter est peccatum mortale, quia est contra Ecclesiæ præceptum, & consuetudinem in re graui. Suarez *supr.* Fagundez *supr. num.* 15. ex alijs. Dixi *regulariter*, quia in casu necessitatis grauis ad vitandum periculum mortis id liceret, cessante scandalo, & fidei contemptu, quia præcepta humana non obligant cum tanto rigore. Henrriquez *supr.* Fagundez *supr. num.* 17. Dixi etiam *regulariter*, quia celebrare sine aliqua veste ex minoribus v. g. cingulo, non benedicta, in casu alicuius necessitatis, solùm videtur veniale, vti graues Doctores censent. Suarez *supr.* §. *secundo dicendum.* Additionator Toleti *ad dictum cap.* 2. Ioannes de Cruce *supr. concluſ.* 2. Lugo *supra*. Imo celebrare sine cingulo benedicto nullum erit peccatum in illis partibus, in quibus consuetudo est illud non benedicẽdi. Talis enim consuetudo legem contrariam abrogasse censeri debet. Siluester *supr. dicto secundo*. Nauarrus *in Man. cap.* 25. *nu.* 84. ex Ricardo, & Scoto. Casu autem quo cingulum benedictum non habeatur, potest Sacerdos pro illo vti stola, sicut etiam stola pro manipulo, & manipulo, si oblongum fuerit, pro stola. Siluester *supr. verbo*

bo Benedictio q.6. Nauarrus *supr.* post Paludanum, Azor *to.1. Instit. mor. l.10. cap.28. q.9.* Quando autem vna vestis benedicta pro alia deseruit, necesse non est quòd iterum benedicatur. Siluester *supr.* Layman. *supra nu.17.* A' quo autem dari possit hæc benedictio, præcipuè an à Prælatis Regularibus, habes ex dictis *3.to.* verbo *Benedictio, & Benedicere nu.5.* & sequentibus.

5 Octauò, circa cessationem huius benedictionis dicendum consequenter ad dicta supra verbo *Paramenta Sacra num. 3.* quòd vestes Sacræ execrantur, vel amittunt benedictionem, ita vt noua indigeant, quando ita rumpuntur, vt aptæ non sint ad vsum, ad quem fuerant destinatæ, aut nõ amplius priorem retinent figuram, prout ibidem ex Armilla, Angelo, Barbosa, & alijs retuli. Quibus adde Card. Lugo *supr. n.99.* & Tamburinum *dict. quæsit.4. nu.1.* Quando autem vestis Sacra censeri debeat ita rupta, vt apta nõ sit ad finem, ad quem fuerat destinata, vel quando amittat priorem figuram, iudicio boni viri standum erit. Siluester *dicto verb. Benedictio q.6.* Qui specialiter quoad cingulum fractum dicit, quòd quandiu altera pars tanta remanet quòd sufficiat ad honestè ex more cingendum, liceat cum eo celebrare, maximè in necessitate, quia videtur esse corpus vniforme, cuius scilicet quælibet pars est eiusdem rationis, vel qualitatis cum alia, vel cum toto, licet non eiusdem quantitatis; & quòd multo melius id licet, si antequam fractura compleatur, fortificetur nodo, vel grupo. Ita etiam Fagundez *supr. n.14.* ex Henriquez, & alijs.

6 Ex quo collige, albam non indigere noua benedictione, si ad eam reficiendam aliqua adiungantur, quorum additione remanet adhuc prior figura, etiam si quæ adduntur non sint benedicta. Accessorium enim sequitur principale. E contra verò definit esse benedicta, si ex ipsa abscindatur manica, quamuis illi postea eadem manica assuatur, nam per abscissionem manicæ ita perfringitur, vt non sit apta ad vsum, ad quem fuerat destinata, nec amplius retinet priorem figuram. Angelus *in Summa verbo Benedictio num.3.* Bartholomeus ab Angelis *dialogo 5.§.265.* Barbosa *supr. num.37.* Et ob hanc rationem stola facta de planeta benedicta debet iterum benedici, non solùm quia ad ipsam est data particularis benedictio, sed quia est mutata forma, quam habebat, & quæ dabat esse rei. Vgolinus *de potest. Episcopi cap. 32. §. 1. num. 36.* Barbosa *supr. num.38.* Tamburinus *supr.* Quòd si huiusmodi vestes breuiores factæ sint, modò formam non mutent, benedicendæ iterum non sunt. Tamburinus *supr.* ex Vgolino, & Barbosa. Quòd si de stola fiat manipulus, vel de manipulo stola, nõ debent iterũ benedici, quia nõ differunt in figura, nisi solùm quod vnum est breuius altero. Angelus, & Tamburinus *supr.*

Con-

7 Consequenter etiam ad dicta eo verbo *Paraminta Sacra*, quando huiusmodi vestes vetustate consumptæ fuerint, ita vt amplius deseruire non possint, incendio dari debent, & cineres in Baptisterio, vel alio loco abdito, condi, nullatenus tamen in vsus prophanos conuerti possunt, prout, præter Authores eo loco relatos, tenet Laymanus *supr. n.* 20. & Tamburinus *supr. n.* 2. & ante illos ex antiquioribus noster Bacco *in* 4. *dist.* 11. *q.* 1. *ar.* 5.

8 E' contra tamen, consequenter etiam ad dicta eodem verbo *Paramenta Sacra*, huiusmodi vestes Sacræ fieri possunt ex materia aliàs prophana, etiam ex fœminarum vestibus, propter dicta eo loco, quod etiam tenent Angelus *supr. verbo Vestis num.* 1. Siluester *supr. verbo Vestis.* Fagundez *supr. n.* 23. Licet oppositum teneat Bacco *supra*, quem alij sequuntur.

9 Qualiter autem prædicta vendi, aut alienari non possint, nisi cum quibusdam circunstantijs, collige à simili ex dictis eo verbo *Paramenta Sacra n.* 3. vbi etiam alia ad intentum.

10 De vestimentis Episcoporum, dum in Pontificalibus celebrant, tractat Durandus *l.* 2. *de ritibus Ecclesiasticis cap.* 9. De Superpelliceo, Dalmatica, & Tunicella Fagundez *supr. n.* 24. & 25. & Tamburinus *supr. à num.* 14.

VICARII RELIGIONVM.

SVMMARIVM.

Vicarij qui dicantur. num. 1.
Alij sunt veri Prælati alij non. num. 2.
De Vicarijs Generalibus. num. 3.
De alijs Vicarijs Generalibus. num. 4.
Quæ obseruanda in ipsorum institutione. num. 5.
De Vicarijs Prouincialibus. num. 6.
De Vicarijs Conuentualibus. num. 7.
De alijs Vicarijs Conuentualibus. num. 8.
De Vicarijs Monialium. num. 9.
De Vicarijs Episcoporum. num. 10.
Alia remissiuè. num. 11.

1 VIcarij ethimologia sumitur à vice quam gerit. Siluest. *in Summa verbo Vicarius in princip.* Generaliter etiam loquendo Vicarius est ille, qui vices gerit alterius, siue in offi-

Digitized by Google

officio contentioſo, ſiue non contentioſo. *De officio Vicarij* per totum, *& C. de offic. eius, qui vices alterius gerit* etiam per totum. Angelus *in Summ. verbo Vicarius in princip.* Siluester *ſupr.* & alij Summiſtæ communiter. Ad intentum ergo Regularium, illi dicentur Vicarij in Religionibus, qui vices Superiorum gerunt.

2 Iſti autem Vicarij in Religionibus, conſequenter ad dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 3. *& to.* 2. *cap.* 13. *num.* 39. 40. *&* 41. alij ſunt veri Prælati, illi ſcilicet, qui in eo munere, quod gerunt, non habent Superiores, alij verò non Prælati, illi videlicet, qui ſolùm inſtituti ſunt, vt adiuuent Prælatos. Quod ex modo electionis ipſorum, ſtatutis, & conſuetudine Religionum, deſumendum eſt. De quibus non ſolùm Suarez, Rodriguez, & Portellus eo loco relati, ſed etiam Caſſarub. *in Compend. Priuileg. Mendicant. verbo Vicarius*, Corduba *ibid.* & Bordonus *Reſolut.* 2. *num.* 8. Similiter, conſequenter ad dicta eo *cap.* 13. *num.* 17. 39. *&* 41. huiuſmodi Vicarij, alij ſunt *Generales*, ſic dicti, vel quia à Generalibus ſunt conſtituti, vel quia pro tota Religione, vel ſaltem Congregatione aliqua ipſius; alij *Prouinciales*, ſic etiam dicti, vel quia à Prouincialibus conſtituũtur, vel quia pro tota Prouincia; alij denique *Conuentuales*, ſic quoque appellati, vel quia ſolùm à Prælatis immediatis, videlicet Prioribus, Guardianis &c. nominati ſunt, vel quia ſolùm pro vno Conuẽtu, ſeu Monaſterio ſunt deſignati. Qui aliquando *Vicarij in capite* nominantur, aliquando verò *Suppriores*, *Vicarij Chori* &c. Alij etiam ſunt Vicarij Monialium. De quibus omnibus ſigillatim dicendum.

3 Et quidem loquendo de Vicarijs Generalibus, qui, iuxta iura Ordinis, vel per electionem à particularibus Congregationibus electi ſunt, quales ſunt Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ in Ordine noſtro, & alij in alijs Religionibus, iuriſdictionem ordinariam habent alijs delegabilem, iuxta dicta eo *cap.* 13. *num.* 17. Et ita declarauit S. Congregatio de ann. 1626. pro Vicario Generali Auguſtinianorũ Diſcalceatorum Italię, teſte Nouario *in Lucerna Regularium verbo Vicarius num.* 4. Gaudent etiam prædicti Vicarij Generales priuilegijs conceſſis Generalibus eorumdem Religionum. Tum quia in re ſunt ipſi Generales, cum nullum habeant ſupra ſe in Religione ſuperiorem, quod eſt proprium Generalium, tum quia priuilegium non ſolùm cenſetur conceſſum perſonis, quæ in illo exprimuntur, ſed etiam illis quæ propter vocis ſignificationem ipſo cõprehenduntur, iuxta dicta *ſupr.* verbo *Priuilegia Regularium nu.* 5. Præſertim, quia, vt ibi dixi ex *l. vlt. ff. de cond. Princ. & cap. cum olim de verbor. ſignif.* Principis beneficium latè explicari debet. Pro quo faciunt quæ dixi *to.* 1. *cap.* 18. *n.* 3. ex Suarez, & Rodriguez ibi relatis,

& quæ

& quæ affert Portellus *in Dub. Regularium verbo Vicarius in capite num.* 3.

4 Loquendo autem de alijs Vicarijs Generalibus, qui non iure Ordinis, aut per electionem fiunt, sed solùm per nominationem Generalium, tales quidem à Generalibus constitui posse, constat, tum ex iure communi *cap. pastoralis de offic. Iudic. Ordinar. cap. cum Episcopus de Offic. Iudic. Ordinar. in 6.* & ex alijs iuribus, tum ex vsu Religionum, tum etiam ex declaratione S. Congregationis pro Ordine Minimorum, quam refert Peirinis *to.* 1. *Priuileg. Minim. constit.* 14. *Leonis X. num.* 4. Tales autem, iuxta dicta eodem *num.* 17. solùm habent iurisdictionem delegatam amouibilem à Generalibus, nec eam possunt subdelegare, nisi pro casu quo ipsis id esset commissum, aut pro causa aliqua determinata, si ipsi essent delegati ad vniuersitatem causarum, iuxta dicta eo *cap.* 13. *nu.* 16. Cum autem isti Vicarij Generales sint veluti Commissarij, ideo, quæ diximus 3. *to.* verbo *Commissio, & Commissarius Regularis, & supr.* verbo *Mandatum*, ipsis applicari potest. Adde, huiusmodi Vicarios missos à Generalibus honorari debere, etsi non tantum quantùm ipsi Generales, prout ex S. Antonino, Nauarro, & Rodriguez probat Peirinis *to.* 1. *de Subdito quæst.* 1. *cap.* 28. *concl.* 2. & constat à simili ex declarationibus S. Congregationis, quas refert Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Vicarius Generalis Episcopi* 2. in quibus dicitur, Vicario Generali deberi reuerentiam, & honorem, non tamen sicut Episcopo.

5 Circa ipsorum autem institutionem obseruari debent non solùm, quæ in particularibus Constitutionibus Religionum statuuntur, sed etiam alia, quæ iure communi videntur necessaria. Ex quibus vnum videtur esse, quòd Generales tales Vicarios Generales constituentes, debeant esse vero, & legitimo impedimento detenti, aut ita impediti, vt non possint per se tale munus exercere. Peirinis *in Formular. litt. V. cap. 6. num.* 5. Notans etiam in sequentibus quòd in litteris patentibus talis Vicariatus debeat exprimi tale impedimentũ. Quod communiter practicari credo in Religionibus. Deinde requiritur, quòd iurisdictio talium Generalium Vicarios constituentium impedita, aut suspensa non sit per excommunicationem, aut aliam censuram, propter dicta *to.* 3. verbo *Commissio, & Commissarius Regularis num.* 7. & verbo *Excommunicatio quoad Regulares num.* 33. Vbi etiam *num.* 34. an talis delegatio iurisdictionis quando delegans est excommunicatus toleratus valida sit. Vnde si Generales ipsos cõstituentes in excommunicationẽ incidant postquam illos constituerunt, cum per talem excommunicationem suspendatur Generalium iurisdictio, sic etiam, & Vicariorum, cum ista pendat ab illa, iuxta di-

dicta eodem verbo *Commissio,& Commissarius Regularis nu.*5. Vbi etiam alia ad hoc intentum, præsertim,quomodo debeat hoc intelligi re integra manente, ideſt antequam ipsi Vicarij inceperint exercere suum munus,& quid adhoc requiratur. Tertiò requiritur,quòd tales in Vicarios Generales constituti, excommunicatione (idem dico de alia censura) affecti non sint. Excommunicatus enim incapax est iurisdictionis suscipiendæ,qualis datur per Vicariatum. Peirinis *supr. num.* 12. Quartò, illegitimos non posse eligi in Vicarios Generales constat ex dictis *to.*1.*cap.*13. *num.*50. Quoad locum verò, seu præcedentiam, quam tales Vicarij tenere debent, quidquid sit de statutis particularium Religionum,stando in Iure communi videtur dicendum,debere præcedere omnibus illis,quibus præcedunt Generales,qui eos in Vicarios constituerunt,cum gerant vices illorum. *cap. Pastoralis* §. *Præterea de Offic. Ordinarij cap sane el.secundo de officio Iudic. deleg.* Peirinis *supr. cap.*5.*num.*4. Secus dicens,quando tales Vicarij non sunt constituti nisi pro aliquo casu emergenti, quia tunc non debent præcedere prædictis, nisi quando actualiter exercent suũ munus. Vide declarationes S.Congregationis circa Vicarios Episcopales apud Barbosam *supr. verbo Vicarij Generalis præcedentia, & locus* 3.

6 De Vicarijs quoque Prouincialibus tam illis,qui iure Religionũ per Constitutiones, aut veram electionem electi sunt,quàm de alijs, qui solùm per nominationem à Prouincialibus factam cõstituti sunt, eodem modo respectiuè philosophandum est, ac de Vicarijs Generalibus,iuxta dicta similiter *to.*2. *cap.*13.*n.*22.

7 Pariter etiam de Vicarijs localibus Conuentuum, aut Monasteriorum philosophandum est respectiuè ac de Vicarijs Generalibus,ac Prouincialibus. Vnde illi,qui vocantur,& sunt Vicarij in capite,cum sint veri Prælati illorum Conuentuum, seu Monasteriorum,gaudent ijsdem Priuilegijs,quibus dicti Priores, Guardiani &c, iuxta dicta *to.*1.*cap.*18. *num.*3. Vnde specialiter habere facultatem eligendi sibi Confessarium,tenet Bordonus *Resolut.*34.*num.*29.ex Suarez, Rodriguez,& alijs. Similiter,iuxta dicta eo *cap.*13. *num.*39. poterunt facere omnia, quæ alij Prælati immediati Conuentus. De illis etiam specialiter quoad Ordinem Minorum agit Cassarubius *supr.n.*5.

8 Cæterum loquendo de Vicarijs Conuentuum, qui in ipsis Conuentibus Superiorem agnoscunt,& ipsi non sunt veri Prælati, quales in nostro Ordine *Suppriores* vocantur,& in alijs Religionibus *Vicarij Conuentus*, seu *Vicarij Chori*,iam dixi eo *cap.*13.*num.*40. non debere dici habere dignitatem Ecclesiasticam, sed vel personatum vel præcedentiam, iuxta diuersorum Ordinum statuta. Cum autem,

non

non ſint veri Prælati non poſſunt vti priuilegijs Prælatorum, pro vt in ſpecie de facultate eligendi ſibi Confeſſarium tenent Diana *6. par. Tract. 8. Reſolut. 19.* & Bordon. *ſupr. num. 30.* An verò id facere poſſint ſaltem in abſentia Prælatorum immediatorum, conſule dicta eo *cap. 13. num. 41.* Dianam *ſupr. & p. 3. Tract. 2. Reſolut. 1.* Megalam *l. 1. de Pœnit. cap. 10. num. 4.* & Bordon. *ſupr.* An poſſint, cum Prælati immediati per vnum diē v.g. abſunt à Conuentibus, abſoluere ab his caſibus reſeruatis à quibus ſoli dicti Prælati abſoluere poſſunt, conſule Peirinis *to. 1. Priuileg. Minim. in Conſtit. 4. Sixti IV. num. 26.* & Dianam *eo Tract. 2. Reſolut. 28.* De talibus etiam Vicarijs Religioſorum declarauit S. Congregatio apud Sellium *in Select. cap. 18. n. 43.* & Tamburinum *de Iure Abbatiſſar. diſp. 25. q. 4. nu. 7.* alloqui non poſſe Moniales, niſi vices Priorum ſubeant.

9 Loquendo etiam de Vicarijs Monialium, iam dixi *to. 1. cap. 25. num. 2.* eos non eſſe veros Prælatos ipſarum, eſto ſuper illas habeant aliquam ſuperintendentiam. Caſu verò quo fuerint ipſarum Prælati, prout Caſſianubius *ſupr.* & Portellus *in Dub. Regular. verbo Vicarius in capite* de Ordine Minorū tenent, poterunt ea facere, quę veri Prælati faciunt. An verò poſſint benedicere corporalia, & paramenta pro ipſis Monialibus, conſule Portellum *ſupr.* & ea quæ dixi *to. 3.* verbo *Benedictio, & Benedicere* præſertim *n. 8.*

10 De Vicarijs Epiſcoporum agere, quia res eſt non directè pertinens ad Regulares, vide Sbrozzam *de Offic. Vicarij*, Rebuffum *in Tract. portionis benefic. Vicar.* Campanile *in Diuerſ. iuris rubr. 7. c. 6. à num. 113. & rubr. 11. cap. 23. à num. 148.* Naldum *in Summ. verbo Vicarius*, & Barboſam *de Iure Eccleſiaſtic. l. 1. cap. 15. & de Offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat. 54.* poſt alios, quos referunt. Nota tamen, quòd, iuxta dicta *to. 1. cap. 9. num. 14.* poſſint Regulares ſaltem ex vi iuris communis, munus Vicariorum Epiſcopalium exercere cum licentia Superiorum, & vtilitate Monaſterij. Quod non ſolùm tenent Azor, & Rodrig. eo loco relati, ſed etiam plures, quos refert Notarius *ſupr. num. 2.* Quamuis *num. 1.* referat declarationem quandam Sac. Congregationis in contrarium, quam tamen non conſtat eſſe authenticam.

11 Vide dicta *to. 3.* verbo *Commiſſio, & Commiſſarius*, ac ſupr. verbo *Mandatum*, & dicenda infra verbo *Viſitator Regularis*.

VISITATOR REGVLARIS.

SVMMARIVM.

Visitator qui dicatur. num.1.
Visitare competit habenti iurisdictionem Ordinariam in aliquos. num. 2.
De obligatione Prælatorum Regularium ad visitandum. num.3.
Tempore visitationis ad quem pertineat regimen Conuentus, vel Prouincia. num.4.
De modo procedendi in visitatione. num.5.
De modo procedendi per inquisitionem generalem. num.6.
De modo procedendi per inquisitionem specialem. num.7.
De crimimbus propter quæ formari debet processus. num.8.
Qualiter teneantur Regulares in visitationibus denunciare defectus aliorum. num.9.
Qui eo tempore id non faciunt postea audiri non debent. num.10.
Visitatores qualiter abstinere debent à munerum receptione. num.11.
An in eodem anno possit bis visitari Prouincia, seu Conuentus. num.12.
Visitator an recusari possit. num.13.
An ipse, vel ipsius Socius eligi in Prælatum locorum, quæ visitant. num. 14.
Cæcus an eligi possit in Visitatorem. num.15.
De absolutionibus, seu dispensationibus dari solitis tempore visitationis. num.16.
De casibus, in quibus Episcopi visitare possunt Monasteria Regularia. num.17.
De Visitatoribus triennalium. num.18.

1 VIsitator dicitur ille, qui de regimine locorum, & vita aliquarum personarum indagationem facit. Silvester *in Summa verbo Visitatio in princip.* Vnde ad intentum nostrum ille dicetur Visitator Regularis, qui de regimine Monasteriorum, & vita personarum Regularium dictam indagationem facit.

2 Cum autem visitationem facere competat cuicunque habenti iurisdictionem ordinariam in aliquos, vt patet de Archiepiscopo *cap.* Ro-

Romana, & cap. perpetuo de censib. in 6. de Episcopo *cap. conquerente de offic. Ordinar.* de Archidiacono, & Decano *cap. cum. Apostolus de censibus, & cap. mandamus de Offic. Archidiacon.* ideo certum est ad Abbates, & Prælatos Regulares, præsertim Generales, & Prouinciales, spectare visitationem suorum Monasteriorum, & Religiosorum in eis existentium. *de stat. Monach. cap. penult. & vlt.* Angelus *in Summ. verbo Visitationum.* 1. Siluester *supr. q.* 1. & Summistæ communiter, ac noster Thomas de Iesu *de Visitat. Regularium Tract.* 1. *cap.* 1.

3 Hinc, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 68. tenentur iure naturali, & diuino Prælati Regulares, scilicet Generales, & Prouinciales, visitare Monasteria sibi subiecta. Rodriguez *in Tract. de Ordine iudiciar. cap.* 1. *nu.* 2. Fagundez *in* 8. *præcept. Decalog. l.* 8. *cap.* 45. *nu.* 5. *&* 6. Per seipsos quidem, si impediti non fuerint; alioquin per alios, iuxta dicta eo *cap.* 18. *num.* 92. Idque colligitur ex *ca. Episcopum* 10. *q.* 1. *& cap. pastoralis, & cap. Inter cætera de Offic. Ordin. & cap. cum Episcopus eodem titulo in 6.* Maximè ex regula illa iuris *in 6. Potest quis per alium quod potest facere per se ipsum.* Omittere autem personalem visitationem ex otiositate, aut negligentia, videtur peccatũ mortale, quia est grauis transgressio præcepti Concilij Generalis, scilicet Tridentini *sess.* 24. *cap.* 3. *& sess.* 25. *cap.* 1. Peirinis *in Formular. littera P. cap.* 9. *num.* 15. Tenentur etiam visitare Conuentus, in quibus residēt, cum, quantumuis vigilent supra eorum obseruantia, nihilominus plura ipsis abscondantur, quæ solùm præcepto quod in visitatione ponitur ipsis manifestantur. Peirinis *supr. num.* 11 ex Piaseco, Gauanto, & alijs. Dixi etiam eo *num.* 92. destinandos à Generalibus, vel Prouincialibus pro Visitatoribus debere esse Religiosos eiusdem Ordinis, non extraneos, vel sæculares. Visitationem quoque præscribi non posse probat Barbosa *de Offic. & potest. Episcopi Allegat.* 129. *nu.* 11. ex Rotæ decisione, & alijs Doctoribus. Quando autem Visitatores Regularium sint Iudices Ordinarij, & quando solùm delegati, quando etiam possint delegare suam authoritatem, & quando non possint similiter quando expiret eorum auctoritas, & quandiu duret, constat ex dictis *to.* 2. eo *cap.* 13. & *to.* 3. verbo *Commissio, & Commissarius*, & hoc *to.* 4. *supr.* verbo *Mandatum*, & verbo *Vicarius Religionum*. An gesta à talibus rescindi possint, & quos processus fabricare queant, dixi eodem *cap.* 13. *nu.* 33. *&* 34.

4 Maximè etiam quòd tempore actualis visitationis totum regimen externum contentiosum Prouinciæ, vel Conuentuum, qui visitantur, pertineat ad Visitatorem, & non ad Prælatos Prouinciæ, vel Conuentuum, constat ex dictis eo *cap.* 13. *nu.* 29. *&* 29. Non tamen

propterea Prælati qui visitantur sunt pro eo tempore suspensi à suis officijs, suspensione, quæ est censura, sed tantum impediti ne illa exerceant. Portellus *in Dub. Regular. verbo Prouincialis in addit. ad addit. num.* 2. Imo etiam, iuxta ibidem dicta, possunt dicti Prælati exercere circa suos subditos omnem iurisdictionem, quam vocant *voluntariam*, seu non contentiosam, dummodo id non perturbet, aut impediat officium Visitatoris. Generaliter etiam loquendo poterunt prædicti Prælati facere ea omnia, quæ prohibita sunt Visitatori secundū statuta Ordinis. Eo enim ipso quo sunt illi prohibita, sunt concessa Prælatis Ordinarijs. Portellus *supr. num.* 3. Similiter poterunt facere ea omnia, ad quæ non se extendit commissio Visitatoris, si ille sit Visitator delegatus, propter eamdem rationem.

5 Circa modum procedendi Visitatorum Regularium in suis visitationibus, generaliter loquendo, dicendum est consequenter ad dicta *to.* 1. *cap.* 27. *nu.* 1. *vsque ad* 9. dupliciter procedere posse. Primò, per modum inquisitionis generalis. Secundò, per modum inquisitionis specialis. Primo modo procedere, debent in visitationibus generalibus, & ordinarijs, quando visitant Prouincias, seu Conuentus ex officio, & non ad instantiam alicuius. Secundo autem modo, quando, vel ex inquisitione generali constat illis aliquod crimen commissum esse ab aliquo Religioso, vel est aliquis qui accuset, vel denunciet tale delictum commissum fuisse, vel ad id vocantur à Conuentu, vel Prouincia.

6 Et quidem cum primo modo procedunt, iam dixi eo *c.* 27. *n.* 2. ad prædictam inquisitionem generalem non requiri quòd præcedat aliqua infamia, accusatio, aut denunciatio delictorum, nec etiam requiri petitionem iuramenti, stando in iure communi, esto particulares Religiones particularia etiam statuta habeant, sicut eo loco dixi de nostra. Similiter cum, iuxta dicta eo loco, finis visitationum generalium, & communium, sit inquirere de vitijs, & virtutibus Religiosorum, ideo cum ita procedunt Visitatores non solùm de vitijs, aut defectibus, sed etiam de illorum virtutibus, & scientijs inquirere debent. Quia in omni bene ordinata Republica specialis prouidētia Gubernatoris est pœna afficere malos, & præmio bonos. Tum quia aliquando vitia compensari possunt, & debent virtutibus, vt dicunt communiter Iuristæ. Ad quæ omnia necesse est Visitatores tam de virtutibus, & meritis, quàm de vitijs, & defectibus Religiosorum inquirere. Naldus *in Summ. verb. Visitare num.* 11. Peirinis *de cap.* 9. *num.* 15. Qualiter autem cum proceditur via inquisitionis generalis crimina occulta interrogari, aut patefieri non debeant, & an de hoc debeant admoneri subditi à Visitatoribus, & de alijs concernentibus, dixi lo-

co

eo relato *n.*2. & 3. & 3. *to.* verbo *Iudex, & Iudicium Regularium n.*5. De quibus etiam Nauarrus *in Rub. de iudic. à n.*79. & Portellus *in Responsionib. moral. p.*1. *casu* 20.

7 Cum verò Visitatores procedunt contra aliquem Religiosum per inquisitionem specialem, iam constat ex dictis eo *cap.*27. *nu.*6. & eo verbo *Iudex, & Iudicium Regularium nu.*6. requiri ad hunc modum procedendi quòd præcedat infamia, clamorosa insinuatio, indicia manifesta, aut semiplena probatio de delicto, aut delinquente. Quod intellige, iuxta dicta eo *cap.*27. *num.*10. cum procedunt ad punienda delicta, cum enim non procedunt ad punitionem, sed ad habendum notitiam alicuius personæ, quia scilicet est eligenda in Prælatum, tunc possunt Visitatores de vitijs alicuius particularis inquirere, etiam non præmissa infamia &c. Suarez, & Aretinus eo loco relati. Tamburinus *de Iure Abbatiss. disp.*14. *quæsit.*7. *nu.*8. Quia tamen sæpiùs dicti Visitatores procedere solent ad inquisitionem specialem ex eo quòd per ea quæ audierunt à Religiosis in inquisitione generali constat illis aliquem Religiosum esse diffamatum de aliquo delicto, & ita volunt contra ipsum speciali inquisitione procedere, ideo notandum, quòd licet in rigore priuilegij Bonifac. VIII. quod retuli *to.*1. *cap.*18. *num.*16. & *cap.*27. *num.*26. quo concessit Ordini Prædicatorum quòd possent Prælati ipsius in causis Religiosorum procedere apicibus Iuris postpositis, intellige, summariè, de plano, & sola rei veritate perspecta, (prout in alijs priuilegijs Religionum habetur,) possent Visitatores Religionum habẽtium talia priuilegia propter illos solùm testes, vel denunciatores, quos in inquisitione generali audierunt aliquem Religiosum commisisse aliquod delictũ, illos sic diffamatos citare, eisque exhibere articulos culparum, & auditos condemnare absque eo quòd testes eas culpas denunciantes, seu testificantes de nouo vocentur, & ratificentur, quia id videtur esse cõforme dictis priuilegijs, & modo procedendi Religiosorum, in quo, quantum fieri potest à fabricatione processuum abstinendum est, prout etiam tenet Portellus *dicto casu* 20. ex Iosepho de S. Maria, Paulino Berto, & alijs. Nihilominus oppositum obseruari debet in causis grauioribus, ad euitandas appellationes inter Regulares fieri solitas, in eis præsertim Religionibus, in quibus (proh dolor) apices Iuris obseruantur. Nauarrus *supr. n.*85. & *l.*5. *consil. tit. de accusat inquisit. & denunc. consil.*3. *n.*4. Portellus *dicto cas.*20. *n.*8.

8 Circa crimina porro propter quæ Visitatores Regulares debent formare processus, præter dicta eo *cap.*27. & 3. *to.* eo verbo *Iudex, & iudicium Regularium nu.*5. nota, inter ipsa numerari debere etiam crimina à multis annis cõmissa, præsertim, si, qui ea commiserunt non

se emendarunt,& ea sunt in damnum Communitatis. Delicta enim non debent præscribere. Rodriguez *to.2.quæst. Regular.q.5.ar.11.* Spartharius *Tract.3.cap.15.* Peirinis *to.1.de Subdito q.1.cap.16.§.4.* Subiungens tamen ex eisdem,& alijs Authoribus,cauendum esse prædictis Visitatoribus,ne propterea delicta iam mortua, & consopita Religiosorum (intellige sine vrgenti causa) reuiuiscere faciant, & quòd potest fieri in Religionibus statutum quo ordinetur,vt certo tẽpore elapso delicta non processentur.

9 Qualiter Regulares teneantur in visitationibus denunciare crimina, seu defectus aliorum, constat ex dictis non solùm eo *cap.28. num.3.* sed etiam *to.3.* verbo *Accusatio,& accusare à num.9.* & verbo *Denunciatio*, & *denunciare pro Regularibus*. Nota tamen,quòd licet,iuxta dicta eo verbo *Denunciatio &c. n.8.* si quis non denunciauit intra terminum præfixum, teneatur ipso transacto denunciare; hoc tamen fallit in visitationibus communibus, quia præceptum denunciandi impositum à Visitatoribus solùm videtur obligare pro tẽpore,quo durat visitatio,nisi aliud exprimant. Fagundez *in 8.præcep. Decalogi l.8.cap.52.num.12.*

10 Circa eos autem qui tempore visitationis tacent aliquorum delicta,& postea eos manifestant, nota eos debere ab accusatione, denunciatione, seu etiam testimonio ferendo veluti suspectos repelli, eo quòd tempore debito id non fecerunt. Quod intellige, nisi constet rationabili causa,aut impedimento vrgente,id tunc non feciſſe. Peirinis *supr.* Consonantque aliquæ Constitutiones Religionum circa hoc.

11 Nota etiam,quòd licet,iuxta dicta *to.1.eo cap.18. n.68. & to.3.* verbo *Iudex,& Iudicium Regularium num.16.* Visitatores, aut Iudices Regulares abstinere omnino debeant à munerum receptione etiam liberaliter concessorum,ita vt ad restitutionem ipsorum teneãtur (de quo præter Authores ibi relatos Sayrus *in Claui Regia lib.3. cap.9. nu.31.*) nihilominus possunt taxas à Constitutionibus particularibus Religionum designatas recipere,& à Conuentibus tempore visitationis de esu,& potu,ac alijs necessarijs prouideri; ita tamen, vt subditos non grauent expensis,aut cibis,& potubus delicatis,& exquisitis. De quibus omnibus ex varijs Authoribus Peirinis *to.1.Priuilegiorum Minimorum in Constitutione 14. Leonis X. nu.6.8.9.* & 10. & loco relato ex *Formulario nu.9.*

12 Præsertim circa fermè quotidianum dubium,an scilicet cũ Generalis,vel Visitator Generalis,Prouinciam,vel Conuentum visitauit, possit postea eodem anno eandem Prouinciam,vel Conuentum visitare Prouincialis;maximè standum censeo statutis Religionum, quæ

si ni-

si nihil circa hoc decernant, credo posse id fieri. Ratio est, quia Prouincialis est Iudex Ordinarius, cuius iurisdictio impediri non potest sine rationabili causa. Peirinis *to.3. Priuilegiorum Minimorum c.4. num.9.* An verò idem dici debeat quando talis Visitator fuit à Papa destinatus, agit post alios Barbosa *de Officio, & potest. Episc. allegat. vlt. num.30. & sequentibus.*

13 Visitatorem Regularem procedere volentem solùm per inquisitionem generalem, non verò per particularem, recusari non posse, cõstat ex dictis supra *verbo Recusatio Iudicis Regularis nu.7.* Nota autem idem debere dici de appellatione, ita scilicet, vt ab ipso cũ procedit solùm per inquisitionem generalem, & nõ per particularem, appellari non possit. Ratio est, quia finis inquisitionis generalis solùm est morum correctio, & impositio pœnitentiarum salutarium, non verò punitio, propter quam, quando in ea certò exceditur, aut fit cum euidenti grauamine, admitti potest appellatio inter Regulares. Fauet Naldus *supr. num.5.*

14 Non conuenit Visitatores, aut eius socios eligi in Prælatos Prouinciarum, seu Conuentuum quæ visitant. Nam propter authoritatem eorum timeri potest tales electiones liberas non esse, sed coactas. Castellinus *de Electione Prælat. cap.13 à n.28.* dicens *n.33.* ita statutum esse in Ordine Prædicatorum. Fauet Miranda *in Man. to.2. q.22. ar.7.* Vide quæ dixi *to.2. cap.12. nu.37.*

15 Non posse cæcum eligi in Visitatorem, aut munus Visitatoris continuare, etiam cum socio sano, meritò tenent Megala *variar. resolut. to.2. resolut.183.* & Diana 5. *par. tract.6. resolut.20.* Plura enim spectant ad Visitatorem, de quibus si visu careat, iudicare non potest.

16 De absolutionibus, seu dispensationibus, quas dare solent Visitatores Regularium in suis visitationibus, quantùm valeant, & ad quas personas extendantur, dixi *to.1. eo cap.18. num.93. & to.3.* verbo *Absolutio num.16.*

17 Demum pro complemento materiæ notandi sunt saltem remissiuè casus, in quibus Episcopi, vel Ordinarij visitare possunt Ecclesias, seu Monasteria Regularium. Et quidem primò, si tales Regulares subditi sint Episcopis, nec ab illis exempti, cum ipsorum Prælati sint, poterunt ipsos visitare quando, & quomodo Prælati Regulares, iuxta dicta tamen *to.3.* verbo *Episcopus quoad Regulares num.2.* Si autem Regulares sint exempti à Iurisdictione Episcoporum, quales communiter sunt ferè omnes Religiosi, tunc, etsi non possint eos regulariter vt ipsorum Prælati visitare, nihilominus, iuxta dicta *to.1. cap.11. n.7. & 9. & to.2. cap.5. num.49.* visitare possunt Ecclesias Regularium, quibus imminet cura animarum sæcularium; imò & Regulares ipsos,

qui talem curam exercent, in ijs, quæ ad dictam curam, & administrationem Sacramentorum spectant. Item iuxta dicta eodem *2.to.c.15. nu.27.* visitant Episcopi Confraternitates laicorum erectas in Ecclesijs Regularium, non obstante quacunque contraria consuetudine. Quod intellige quoad ea tantùm, quæ ad Confratres spectant. Prout declarauit Sac. Congregatio, teste Barbosa *de Iure Ecclesiastic. lib.1. cap.14. num.30.* & Nouario *in Lucern. Regular. verbo visitare nu.2.* Similiter, iuxta dicta eodem *num.* 27. visitare etiam possunt Altaria, & Capellas Confraternitatum in eisdem Regularium Ecclesijs existentes, in his tamen, quæ Cõfratrum administrationem respiciunt, propter declarationem etiam Sac. Congregationis apud eumdem Barbosam *supr.* Nouarium etiam *supr.num.4.& 8.* Pro quibus etiam vide Aldanam *in Compend. Canonic. resolut. lib.1. tit.7.* Item Ecclesias parrochiales Canonicorum Regularium Monasterio vnitas, ita declarante S. Congregatione. Armendariz *in Addit. ad recopilat. leg. Nauarr. l.1. tit.6.* Nouarius *supr.n.14.* Item Regulares simplicibus beneficijs seruientes. Ex declarat. etiam S. Congregat. Selius *in Select. can. cap.6. nu.28.* Nouarius *supr.nu.15.*

18 Hæc porrò omnia respectiuè applicari possunt Visitatoribus Monialium. Imo ipsarum Monasteria singulis annis visitari debent. Clement. *Attendentes de stat. Monach.* Portellus *in Responsionib. p.1. cas.* 21. *num.1.* Tamburinus *de Iur. Abbatissar. disp.14. quæst.3. num.2.* Moniales etiã Sedi Apostolicæ immediatè subiectæ visitãtur ab Episcopis tanquam eiusdem Sedis delegatis. Concil. Trident. *sess.25. c.9.* Nouarius *supr.* post Leiuam, Armendar. & Barbosam. Item quantumuis subditæ Regularibus possunt visitari ab Episcopis in eis, quæ spectant ad clausuram, iuxta dicta *to.1. cap.25. num.49.* & *to.3.* verbo *Episcopus quoad Regulares. num.13.* Quomodo autem, & de quibus rebus interrogari debent in visitationibus, habes apud Gauantum *in tract. de Visitat.* & Tamburin. *sup. quæst.6.* Impedientes Visitatores Monialium in ijs quæ pertinent ad munus visitationis earumdem, esse excommunicatos ipso facto dixi eo *cap.25. num.47.* & constat ex d. Clement. *Attendentes.* De quo agunt Angelus *in Sum. verbo Excommunicatio cas.39.* Siluest. *in Summ. verbo Excommunicatio 9. n.39.* Nauarr. *in Manual. ca.27. n.140.* Suarez *de Censuris disp.23. sect.5.* Sayrus *l.3. cap.* 35. & alij plures.

VN-

VNCTIO SACRA.

DE hac materia, prout ad Regulares ſpectat ſufficienter dixi *to.* 3. verbo *Extrema vnctio*.

VOTVM PRO REGVLARIBVS.

SVMMARIVM.

De hac materia remiſſiuè. num. 1.
De votis eſſentialibus. num. 2.
Tam ſolemnibus, quam ſimplicibus. ibidem.
De votis ſpecialibus aliquarum Religionum. num. 3.
De voto Religioſorum Sanctæ Mariæ de Mercede. num. 4.
De voto Minimorum. num. 5.
Aliqua illorum ſunt ſolemnia, & alia ſimplicia. num. 6.
An obligent ſolùm quando Religioſi permanent in prædictis Religionibus. ibidem.
Vota Regularium quæ irritari poſſint à ſuis Superioribus. num. 7.
Quid de votis Nouitiorum. num. 8.
De commutatione votorum Regularium. num. 9.
De diſpenſatione ipſorum. num. 10.
Vota Papæ reſeruatæ quæ, & qualia. ibidem.
An, & quando cenſeatur conceſſa licentia pro illis diſpenſandis, vel cõmutandis. num. 11.
In quibus caſibus diſpenſari poſſunt ab Epiſcopis. num. 12.
Alij caſus. num. 13.
An aliquando in voto Religionis. num. 14.
An in voto caſtitatis. num. 15.
Notanda circa vota viſitationis Romæ, & Compoſtellæ. num. 16.
De voto tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem. num. 17.
Diſpenſatio in votis quomodo danda. num. 18.
Confeſſarij an irritent vota. num. 19.
An illa commutent. num. 20.
Quid ex priuilegijs Regularium. num. 21.
An diſpenſent in illis ſaltem propter priuilegia. num. 22.
Reſpectu quorum competit facultas commutandi, & diſpenſandi Confeſſarijs Regularibus. num. 23.

Qua-

Qualiter possint vti illa. num.24.
An dispensent cum coniugibus qui voto facto de castitate contraxerunt ad petitionem debiti. num.25.
Quæ vota possint Regulares emittere. num.26.
Quæ vota ipsorum censeri debent valida. num.27.
Quid de votis realibus Regularium. num.28.
Quid de votis non petendi irritationem, commutationem, seu dispensationem votorum. num.29.

1 DE hac etiam materia, prout specialiter ad Regulares spectat plura dixi per totam hanc Summam. Etenim *to.1. cap.2.* de illis quatenus ad professionem Religiosorum spectant latè dixi. Deinde eodem *primo to. cap.4.* latè etiam de voto obedientiæ. Item *cap.5.* de voto Castitatis, & *cap.6.* de voto paupertatis. De Prælatis autem Religiosorum, quæ, & qualia vota suorum subditorum irritare, commutare, & dispensare possint, dixi eod. *to.1. cap.18. num.47. & sequentib.* An Abbatissæ, seu Prioriss Monialium ipsarum vota irritare, commutare, aut dispensare possint, dixi eod. *to.1 cap.26. num.15.* De Confessarijs etiam Regularibus quæ vota commutare, aut dispensare possint, dixi eodem *tom.1. cap.19. à num.22. & to.3.* verbo *Confessarius Regularis num.13.14. & 15.* Ad quæ etiam deseruiunt quæ dixi eodem *3.to.* verbo *Iuramentum quoad Regulares.* Alia ergo in præsenti addenda, & aliqua ex prædictis pro materiæ necessitate ampliauda.

2 Et primò, ex dictis *to.1. cap.2. num.1.* constat ad substantiam, & essentiam Religionis requiri tria vota, videlicet obedientiæ, paupertatis, & castitatis, & quòd per illa constituatur vouens sub iurisdictione, & potestate Superioris, seu Prælati. Vnde etiam ibi *nu.2. & to.2. cap.5. nu.5. & 6.* dixi tria vota, quæ emittunt Milites non solum Sancti Ioannis, sed aliorum Ordinũ Militarium, eos constituere veros Religiosos. Idem etiam dixi eo *cap.2. num.3.* de votis simplicibus, quæ emittunt Patres Iesuitæ post biennium, propter declarationem maximè Gregorij XIII. Secus verò dicendum de alijs votis simplicibus quæcunque illa sint, & à quibuscunque emissa. Ea enim non sufficiunt ad veram Religionem. In quo autem differant votum solemne, & simplex, res valde controuersa est. Quædam enim sententia tenet votum solemne differre à simplici, quòd simplex est quædam mera, & sola promissio, solemne verò vltra promissionem addit etiam traditionẽ vouentis, prout docent Sotus *in 4. dist.38. q.2. art.5.* Valentia *in 2.2. disp.6. q.6. punct.5.* & alij. Vnde consequenter dicunt votum solemne dirimere matrimonium subsequens etiam iure naturali, & diuino.

Quod

Quod etiam tenet Cornexo noſter *to.2.in 3.par.Tract.6. de impediment. Matrim. diſp.7.dub.9.* Quædam verò nullam aliam differentiã cognoſcit inter votum ſimplex,& ſolemne,niſi quòd ex decreto Eccleſiæ,traditio,quę eſt in voto ſolemni,fit etiam in manu Prælati,non verò ea,quæ eſt in voto ſimplici,prout tenent Leſſius *de Iuſt.l.2.c.40. dub.19.* Sanchez *l.7. de matrim. diſp.25.* Portellus *in Dub. Regular. verbo Voti ſolemnitas nu.22.* & Bonacina *de Matrimon.q.3.punct.4. num.3.* poſt Reginaldum,Bellarminum,& alios,quos refert. Vnde, conſequenter ad iſtam ſententiam dicitur votum ſolemne ſolùm iure Eccleſiaſtico dirimere ſubſequens matrimonium. Pro qua etiam Cornexo *ſup.* plures alios refert. Quidquid autẽ ſit de huiuſmodi controuerſia (de qua alibi) pro nunc ſufficiat dicere votum ſolemne eſſe illud,quod fit in profeſſione Religionis approbatæ,vel ſacrorum Ordinum ſuſceptione,ſimplex verò quodcunque aliud,ſiue publicum,ſiue occultum. Nauarrus *in Man.cap.12. n.32.* & alij communiter.

3 Præter huiuſmodi autem tria vota ſubſtantialia, & eſſentialia Religionis,quam cuncti Regulares in profeſſione emittunt,aliqui illorum alia etiam faciunt, iuxta dicta *to.2.cap.4. num.9.* Etenim profeſſi Societatis Ieſu plura alia vota emittunt. Videlicet,obedientiæ ſpecialis erga Summum Pontificem,non permittendæ relaxationis paupertatis,non prætendendi directè,vel indirectè dignitatem,vel Prælationem in Societate,non procurandi dignitatem extra Societatem, denunciandi ambientes,& audiendi conſilium Generalis,vel alterius ad id deputati,ſi in Epiſcopos, vel Præſides alicuius Eccleſiæ eligantur. Clerici etiam Regulares Minores quartum votum emittunt (vt dicitur) de non petendo Prælaturam extra Religionem. Clerici autem Regulares miniſtrantes infirmis plura etiam vota, & inter ea vnum præcipuum,emittunt,de perenni miniſterio ægrotantibus exhibendo. Religioſi item S.Mariæ de Mercede votum quartum emittunt de redemptione captiuorũ. Prout colligo ex SS. D.N.Vrbano in Bulla *Ex Clementi* inter Bullas ipſius *to.4. Bullarij n.94* Minimi etiam votum vitæ quadrageſimalis faciunt, prout conſtat ex Scriptoribus huius Religionis, ſpecialiter ex Peirinis *tom.1. de Subdito q.4.* Moniales etiam S. Claræ votum clauſuræ emittunt, prout habet Suarez *to.4.de Religione Tract.8. l.2.cap.12. num.39.* Inſuper noſtri Patres Diſcalceati Carmelitarum, & Diſcalceati S. Auguſtini votum quoque faciunt de non procurando,nec acceptando aliquam dignitatem,vel Prælaturam extra Religionem,prout conſtat ex nouiſſimis litteris SS.D.N. Vrbani in forma Breuis datis die 26. Febr. currentis anni 1643. Et quidem de votis PP. Ieſuitarum, Clericorum Minorum, ac Clericorum miniſtrantium infirmis aliqua dixi eo *cap.4.*

Nunc

Nunc verò agendum de votis etiam aliarum Religionum.

4 Et quod attinet ad votum Religiosorum S. Mariæ de Mercede, prout colligitur ex Constitutione relata Sanctissimi D. N. Vrbani, & Constitutionibus huius Ordinis *cap.25.1.distinct.* sub his verbis emittitur. *Et in Sarracenorum potestate in pignus si necesse fuerit ad redemptionem Christi fidelium detentus manebo.* Quibus verbis, etsi expressè non contineatur votum de procuranda redemptione captiuorum Christianorum apud Infideles existentium, aut vacandi huic muneri, sufficienter tamen id intelligitur, tum ex titulo eius Religionis, qui etiam in professione exprimitur, scilicet *Redemptionis Captiuorum*; fine ipsius, qui, vt habetur *in Scholijs dictarum Constitutionum ad locum relatum*, est in fauorem fidelium Christianorum, & ad redimendos eos à potestate infidelium, ac ex praxi eiusdem. Quomodo autem obliget huiusmodi votum sic habetur *in prædictis Scholijs. Idcirco Fratres nostri dum fidem, Religionemque Christianã apud quosdam inter miseros captiuos periclitari cernunt, ne aduersarij Crucis Christi lætabundi insultent, trophæum se reportare credentes de recessu quorundam Christianorum Christi Crucem profligantium; se in pretium, & redemptionem eorum, de quibus rationabiliter timetur ne Christum deserant, & in pignus liberationis, & redemptionis ipsorum tenentur donare.* Nota tamen SS. D. N. Vrbanum litteris datis in forma Breuis 15. Febr. 1640. decreuisse quòd Ministerium redemptionis captiuorum in omnibus spectet ad Fratres Calceatos istius Ordinis dumtaxat, & nullatenus ad Discalceatos.

5 Quod attinet etiam ad votum Minimorum de vita quadragesimalii seruanda, dicendum illud esse essentiale Religioni Minimorum, ita vt eo sublato talis Religio non subsistat. Passarellus *in notab. priuilegiorum notab.25.* Peirinis *dicta quæst.4.cap.1.* Quod idem videtur dicendum de voto Religiosorum S. Mariæ de Mercede, & similibus, propter eandem rationem. An verò talia vota maneant in sua vi, etiam in casu, quo illa emittentes ad Episcopatum assumantur, constabit ex dicendis *num. sequenti.* Alia etiam ad hoc votum pertinentia habes apud prædictum Peirinis. *dicta.q.4. & to.3. priuileg. Minim. cap.14.*

6 Generaliter etiã circa prædicta, & similia vota nota primò, aliqua ipsorum videri solùm simplicia, & non solemnia, vel quia sunt simplices promissiones non includentes traditionem, vel quia ab Ecclesia non admittuntur vt solemnia, sed solùm vt simplicia, accedente præsertim intentione vouentium, & Prælatorum illa acceptantium. Et ita specialiter de votis illis Patrum Iesuitarum supra relatis, (eo excepto quod est de obedientia præstanda Summo Pontifici) tenent

Sua-

Suarez 4. *tomo de Relig. Tract.* 10. *l.* 6. *cap.* 11. & Sanchez *l.* 4. *in Decalog. cap.* 33. *num.* 5. *& cap.* 18. *num.* 1. *&* 7. Vota autem illa Religiosorum Sanctæ Mariæ de Mercede, & Minimorum censentur solemnia, propter oppositam rationem. Peirinis *d. q.* 4. *cap.* 1. §. *noto primò*, *&* §. *notandum secundò*. Vota etiam illa nostrorum Patrum Discalceatorum Carmelitarum, ac Patrum Discalceatorum S. Augustini de non procurando, nec acceptando aliquam Prælaturam extra Religionem, etsi simplicia censeantur; nihilominus solemnia esse, vel saltem efficaciam voti solemnis habere, dicitur in litteris Sanctissimi D. N. Vrbani, de quibus *supra num.* 3. Secundò nota, quòd licet huiusmodi vota annexa sint, & quasi accessoria tribus alijs votis Religionis, & pro illa Religione, in qua emittuntur, ita vt valde probabile sit quòd quoties qui ea emisit eximitur ab obligatione votorũ in illa Religione per assumptionem ad Episcopatum, vel per transitum ad aliam Religionem, vel per electionem ab illa, amplius non teneatur ad ipsa, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 17. *num.* 10. *& cap.* 22. *num.* 19. *& cap.* 23. *num.* 17. quod etiam tenent Fagundez *in* 4. *Eccles. præcept. l.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. *in fin.* Barbosa *de Iure Ecclesiastico l.* 1. *cap.* 42. *num.* 90. Tamburinus *de iure Abbat. to.* 3. *disput.* 7. *quæst.* 6. *num.* 6. & Zacharias Pasqualigus *in Decis. moral. decis.* 266. 272. 273. *&* 274. Nihilominus propter dicta supr. verbo *Transeuntes Regulares nu.* 14. ratione Constitutionis Sanctissimi D.N. Vrbani, quam ibi retuli, Regulares quicunque, qui ex suo instituto votum habent, seu iuramentum annexum de non procuranda, vel acceptanda extra eorum Religionem dignitate, aut superioritate, transeuntes ad aliam Religionem, etiam cum licentia Papæ, aut à Religione sua dimissi, vel reiecti, remanent adstricti voto, seu iuramento prædicto, propter præsumptionem Iuris, vt eo loco dixi per dictam Constitutionem inductam, quòd scilicet dicta vota censeantur principaliter ob cultum Dei, & absolutè emissa, & non restricta ad præsentem statum Religionis, in qua professio facta fuit. Thesaurus *in Praxi par.* 2. *verbo Religiosi cap.* 4. § *nota circa*. Tertiò nota, quòd licet Religio habens quartum votum cæteris paribus strictior sit dicenda alijs Religionibus illud non habentibus, prout specialiter de prædicta Religione S. Mariæ de Mercede declarauit Alixtus III. in Bulla *Super gregem* in 1. to. Bullarij in hoc Pontifice *num.* 3. & de Religione Minimorum declararunt Iulius II. & Leo X. apud Peirinis *supra q.* 1. *cap.* 24. §. 1. Nihilominus quoad praxim transitus aliarum Religionum ad istas attendendum est non solùm ad priuilegia, quibus multæ Religiones fruuntur, de quibus supra verbo *Transeuntes Regulares num.* 10. sed etiam, & maximè id quod dixi eodem verbo *Transeuntes Regulares num.* 8. & declarauit Clemens VIII. in Constitutione

ne *Nuper ad nos* 3.to. Bullar, inter Constitutiones ipsius *nu.*46 vbi non solùm prohibet quòd Religiosi S. Mariæ de Mercede non possint recipere quemcunque Religiosum Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia, aut alicuius strictioris Regulæ, quàm sit Regula dictorum Religiosorum Beatæ Mariæ de Mercede, sed etiam subiungit Pontifex *Declarantes Regulam strictiorem esse iudicãdam alia ratione quàm respectu quarti voti.* Quod maximè, vt dixi, notandum credo pro huiusmodi transitu.

7 Vota Regularium irritari posse à suis Superioribus non solùm indirectè, & ex parte materiæ, immutando illam, præcipiendo scilicet, vel prohibendo oppositum, sed etiam directè, tollendo obligationem, etiam sine mutatione materiæ, & etiam si votum sit de re, quæ nullum præiudicium inferat Religioni, constat ex dictis *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 47. vbi etiam quòd hæc potestas extenditur ad ea vota quæ sunt circa materiam præceptorum, & ad illa etiam, quæ facta sunt authoritate ipsorum, & ab ipsis confirmata. Non extendi autem hanc potestatem ad votum transeundi ad strictiorem Religionem, eo quòd quoad hoc votum inferior non dependeat à Superiori, dixi ibidem ex Nauarro. Nota etiam hanc facultatem non extendi ad tria vota substantialia Religionis, vt omnes communiter supponunt. Neque etiam ad illa vota, quæ, vt dixi, vltra tria Religionis substãtialia emittuntur in aliquibus Religionibus, iuxta eorum Constitutiones à Sede Apostolica approbatas. Quia in his omnibus, & materia ipsa, & actus vouendi sunt omnino extra Superioris dominium, cum iuxta Constitutiones à Pontifice approbatas, ea vota sint annexa ei statui Religioso. Sanchez loco relato *ex lib.* 4. *in Decalog.* Portellus *in Dub. Regularium verbo Voti irritatio in additionibus num.* 68. Fagundez *in* 2. *præcept. Decalogi l.* 2. *cap.* 34. *num* 6. Diana 6. *p. Tract.* 8. *Resolut.* 34. Bordonus *Resolut.* 14. *num.* 24. Extenditur tamen hæc potestas irritandi vota subditorum ad vota quæcunque peregrinationis, v.g. in Hierosolymam, Romam, aut S. Iacobum de Compostella. Ratio est, quia etiam in his votis procedunt rationes communes, propter quas Prælati Regulares possunt Religiosorum subditorum vota irritare, scilicet, quia Religiosi non sunt amplius sui iuris, sed sunt traditi Religioni, & constituti in potestate Superioris, & quia ius Ecclesiasticum hanc tacitã conditionem votis Religiosorum inesse voluit, *nisi Prælatus aliquando contradixerit.* Hanc autem conditionem votis inesse ex iuris Ecclesiastici dispositione, communis Religiosorum vsus, & praxis sufficienter indicat. Lessius *de Iust. l.* 2. *cap.* 40. *num.* 75. Sanchez *supr. cap.* 24. *num.* 30. Vasquez 1. 2. *disput.* 165. *cap.* 4. *nu.* 29. & Bonacina *de Voto disp.* 4. *q.* 2. *punct.* 7. §. 2. *num.* 26. Vnde hæc vota

pere-

peregrinationis irritari posse à Prælatis expresse tenent **Fagundez** *supr. num.* 13. Peirinis *to.* 2. *de Prælato q.* 31. *cap.* 3. *num.* 27. Portellus *supr. verbo Voti commutatio in additione num.* 42. *& verb. Voti dispensatio num.* 76. & Bordonus *supra num.* 23. post Sanchez, & Mirandam.

8 Vota porrò Nouitiorum irritari etiam posse à Prælatis Regularium constat ex dictis supra verbo *Nouitij, & Nouitiæ Religionum n.* 37. vbi etiam de modo quo id facere possunt, & an Magistri Nouitiorum possint id facere. Vota etiam Monialium irritari posse abipsarum Abbatissis, dixi *to.* 1. *cap.* 26. *nu.* 15.

9 Vota similiter Regularium commutari posse ab eorum Superioribus, constat ex dictis *to.* 1. *cap.* 18. *n.* 48. Vbi etiam qualiter ad commutationem voti in melius, quando constat de excessu, non requiratur authoritas Superioris, secus verò ad commutationem voti in æquale, vel minus bonum; tunc enim non solùm authoritas Superioris, sed etiam causa proportionata requiruntur. De quibus, & aliis concernentibus, præter authores ibi relatos, Lessius *supra dub.* 16. Sanchez *supra cap.* 49. Bonacina *supra* §. 3. Quæ verò sint hæc vota, quæ à Prælatis Regularibus commutari possint, constabit ex dicendis de dispensatione. Certa enim regula est, quòd qui habet facultatem ad dispensandum aliqua vota, habet etiam facultatem ad illa commutanda, quia cui licet maius licet etiam minus *Regula cui licet* 53. *de Reg. Iuris in* 6. quando minus continetur in maiori tanquam pars in toto, vel species in suo genere: commutatio autem quid minus est contentum in potestate dispensandi; dispensatio enim remittit totaliter vinculum voti, commutatio verò solum partim remittit, vt scilicet non impleatur in materia promissa. Quæ quidem regula pro habentibus facultatem ordinariam ad dispensandum communis est inter Doctores. De quo Siluester *in Summa verbo Votum quarto quæst.* 3. *dicto* 2. Toletus *in Summa l.* 4. *cap.* 18. *nu. vlt.* Suarez *to.* 2. *de Relig. tractat. de Voto lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 4. Ledesma 2. *to. Summæ Tractat.* 20. *cap.* 8. & alij. Et loquendo de habentibus facultatem solùm delegatam magis probabiliter tenent Sayrus *in Claui Regia l.* 6. *cap.* 11. *à num.* 116. *& cap.* 12. *num.* 15. Suarez *supr. à nu.* 10. Bonacina *supr. dicto* §. 3. *num.* 10. contra Nauarrum, Azorium, & alios, quos sequitur Sanchez *supr. cap.* 53. *num.* 4. Hac porrò facultate commutandi vota carere Abbatissas respectu Monialium, sicut etiam facultate dispensandi in illis, dixi *to.* 1. *cap.* 26. *num.* 15. An verò illa gaudeant Prælati Regulares respectu Nouitiorū dixi supra verbo *Nouitij, & Nouitiæ Religionum nu.* 38. Alia etiam, quæ spectant ad huiusmodi commutationem votorum, habes ex dictis *to.* 3. verbo *Bulla*

Cru-

Cruciatæ num. 34. 35. & 36. & verbo *Iubileum num.* 18. Vide etiam pro votis iuratis dicta eodem *tom.* 3. verbo *Iuramentum quoad Regulares*.

10 Similiter Prælatos Regulares dispensare non posse cum suis subditis in votis substantialibus Religionis, neque in votis specialibus, quæ, vt vidimus, in aliquibus Religionibus emittuntur, dixi *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 54. De quo etiam Diana *6. par. Tract.* 8. *resolut.* 34. et Suarez, Laymano, Palao, Portello, & Bordono. Quod, prout attinet ad Votum de non procurando dignitatem, vel Prælaturam extra Ordinem declaratum est à SS. D. N. Vrbano in litteris supra relatis, vbi motu proprio declarat tale votum dispensari, aut relaxari non posse nisi solum à Summo Pontifice, omnibus, & quibuscunque alijs personis quantumuis qualificatis, aut quibuscunque alijs priuilegijs, aut Indultis omnino exclusis, iuxta dicta *supra* verbo *Transeuntes Regulares num.* 14. Nihilominus dispensare posse dictos Prælatos Regulares in votis suorum subditorum, in quibus dispensant Episcopi cum suis subditis, non verò in votis reseruatis Papæ, constat ex dictis eo *cap.* 18. *num.* 49. Pro quo notandum, vota reseruata Papæ esse primò, votum Religionis; secundò votum castitatis; tertiò, votum peregrinationis ad limina Apostolorum D. Petri, & D. Pauli; quartò, peregrinationis Hierosolymitanæ (quod vocatur vltramarinum) quintò, peregrinationis Compostellanæ ad D. Iacobum: ita enim habetur ex Extrauag. *Et si Dominici* 2. *de pœnit. & remissionib.* Sotus *7. de Iust. quæst.* 4. *art.* 3. Nauarr. *in Man. cap.* 12. *num.* 75. Sayrus *dicto lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 35. & alij communiter. Pro praxi autem Curiæ Romanæ circa huiusmodi vota vide Thesaurum *in Praxi par.* 2. *verbo Votum cap.* 1. Nota etiam prædictis quinque votis aliquos cum Nauarro *Commentar.* 1. *de Regularib. num.* 21. addere etiam votum peregrinationis in Templum B. Mariæ Lauretanæ. Sed id iure communi non habetur, & de particulari priuilegio, si id habeatur, mihi non constat. De quo Azor. *to.* 1. *Institut. Moral. l.* 12. *cap.* 18. *quæst.* 4. *& cap.* 19. *quæst.* 3. Sanchez *supr. cap.* 40. *nu.* 10. Portellus *in Dub. Regular. verbo Voti dispensatio in addition. nu.* 76. Nec obstat, quòd ex Breui Gregorij XIII. quod refert Naldus *in Summa verbo Votum num.* 33. habeatur ipsum Gregoriũ cõcessisse Confessarijs Congregationis Oratorij de Vrbe, seu *Vallicellæ* commutationem votorum, excepto prædicto Lauretano, & alijs quinque solitis, hoc enim non arguit reseruationem generalem talis voti pro tota Ecclesia, sed solum pro illis Confessarijs. Et ita in praxi obseruari tenet idem Naldus *ibidem* ex Azorio.

11 Circa prædicta autem quinque vota nota, ipsa à Papa dispensa-

ri posse, prout supponunt communiter Doctores, specialiter ex nostris antiquioribus Ioannes de Baccone *in 4. dist. 3.* & Michael de Bononia ibi *dist. 42. q. vnic.* Nota secundò, adeo censeri Papæ reseruata, vt nunquam sub concessione generali votorum censeantur comprehensa, nisi exprimantur. Prout de commutatione dixi *tom. 3.* verbo *Iubilæum num. 18.* & de dispensatione colligitur ex generali illa Regula Iuris, quòd scilicet *In generali concessione non veniant ea, quæ nõ esset quis verisimiliter concessurus*. Suarez *supr. lib. 6. cap. 25. num. 4.* Sanchez *supr. num. 16.* Bonacina *de Legib. disp. 4. q. 2. punct. 7. §. 4. num. 12.* Quòd si vota reseruata absque aliqua restrictione, vel declaratione, alicui concedantur ad dispensationem, vel commutationem, claudentur in ipsis prædicta quinque, quia satis exprimuntur sub nomine reseruatorum. Suar. *supr. n. 5.* Sanchez *supr. nu. 17.* Pontifice etiam cõcedente omnia vota, præter votum castitatis, & Religionis, censentur quoque concessa vota triplicis peregrinationis reseruatę, vel quia tunc procedit Regula illa *Exceptio regula firmat eam in contrarium*, quæ desumitur ex *ca. Dominus 32. quæst. 7. & ex cap. 2. de coniugio leprosorum*, prout tenet Suarez *supra nu. 7.* vel quia ita habetur ex communi vsu, & consensu Doctorum, prout tenent Sanchez *supr. n. 19.* & Bonacina *supr.* De quo etiam Diana *5 p. Tract 12. Resolut. 58.* Apud quos & alia ad intentum.

12 Quamuis autem predicta quinque vota reseruata sint semper Papæ, nihilominus sunt aliqui casus, in quibus Episcopi in ipsis dispensare possunt. Primus est, quoties de voti valore fuerit morale dubium, siue sit dubium Iuris, siue facti, siue sit negatiuum propter coniecturas, quæ non sufficiunt ad determinandum iudicium, siue sit positiuum ex opinionibus probabilibus cõtrarijs. Et hoc est verum, quamuis id dubium non sufficiat ad excusandum vouentem à voti obligatione. Ratio est, quia cum dispensationis reseruatio sit odiosa, est restringenda ad casus certos. Dubij ergo casus non comprehenduntur sub reseruatione. Suarez *supr. c. 26. n. 6.* Sanchez *sup. n. 26.* Card. Lugo *de Sacram. Pœnit. disp. 20. sect. 2. num. 22.* Addens ex Sanchez, etiam comperta postea voti certitudine, non esse necessarium recurrere ad Papam pro dispensatione, quia iam est obtenta legitima dispensatio. Secũdus, quoties illa emissa sunt metu etiam leui per iniuriam incusso ad extorquendum illa. Tum ex *cap. veniens qui Clerici, vel vouentes*. Tum quia id inuoluntarium secundùm quid repertum in talibus votis, non quomodocunque, sed per iniuriam, minuit notabiliter rationem voluntarij, ac voti, ac proinde non censetur Pontifex velle quasi iniuriam illam fouens, reseruare huiusmodi vota. Angelus *in Summa verbo Votum 4. num. 9.* Henriq. *lib. 11. de Matrim.*

*cap.*15.*n.*8. Leſſius *de Iuſtit. cap.*40. *in edit. vltima. dub.*18. *nu.*127. Sanchez *ſupr. num.*31. Diana *dicto Tract.*12. *Reſolut.*61. Tertius eſt ſpecialiter pro voto Religionis, & Caſtitatis, in caſu quo imminet magnum incontinentiæ periculum, neque eſt facilis aditus ad Pontificem, vel Legatum præ paupertate, vel alia cauſa; quia iure optimo credi poteſt non eſſe Pontificis mentem velle in tali caſu reſeruare ſibi hæc vota; nec eſt veriſimile velle eum, vt animæ laqueis irretitæ verſentur in tanto periculo. Nauarrus *in Man. cap.*12. *num.*76. Ledeſma 2.*to. Summæ tract.*10 *cap.*8. Suarez *dicto cap.*26. *à nu.*9. Leſſius *ſupra num.*125. 126. & 127. Fagundez *in* 2. *præceptum Decalog. l.*2. *cap.*42. *num.*28. Diana 6. *par. tract.*6. *reſol.*50. Limitatut tamen, vt diſpenſatio hæc conceſſa ab Epiſcopo ſolùm ſit quatenus illud periculum poſtulat, & ipſo durante, quia ſolùm ipſi eſt conceſſa pro tali neceſſitate. Quare tales cum quibus ob dictas rationes Epiſcopus in voto continentiæ diſpenſauit, vt vel Matrimonium contrahere, vel contracto vti poſſent, contra votum peccabũt, ſi extra Matrimonium fornicentur, vel eo ſoluto, ad aliud ſine noua Pontificis diſpenſatione tranſeant. Laymann. *lib.*4. *Tract.*4. *cap.*8. *nu.*16. poſt Suarez, & Sanchez, Bonacina ſupra *num.*15. poſt Silueſt. Nauarr. Reginald. & alios. Eadem doctrina extendi debet ad triplicem peregrinationem Pontifici reſeruatam, in caſu quo vrgeret neceſſitas diſpenſationis, nec præ paupertate, aut alia cauſa adiri poſſet Pontifex, vel Legatus ipſius. Ledeſma *ſupra*, Suarez *ſupra n.*11. Idem quoque dicendum eſt ſi eſſet periculum alicuius magni ſcandali, vel damni tertiæ perſonæ. Sanchez *ſup. n.*36. poſt Silueſt. Henrriquez, & Suarez, Diana etiam ſupra.

13 Quartus caſus, & valde generalis eſt, quando materia horum votorum deficit à natura materiæ reſeruatæ, tunc enim Epiſcopus in illis diſpenſare poteſt. Contingit autem hoc multipliciter. Primò, quando tota materia, quæ promiſſa eſt per votum, non eſt reſeruata, vt ſi quis faciat votum diſiunctiuum v.g. caſtitatis, aut ieiunij. Quia cum in alternatiuis electio ſit debitoris, ſatisfaciatque quamcunque diſiunctionis partem præſtando, iuxta Regulã *In alternatiuis de Regulis Iuris in* 6. ideo tale votum non obligat præcisè ad rem reſeruatam, & ſubinde reſeruatum non eſt. Sayrus *ſupr. cap.*11. *n.*62. Azor. *to.*1. *Inſtit. moral. l.*11. *cap.*19. *quæſt.*10. Secundò, quando animus vouentis dum vota illa emiſit, ſolum fuit obligandi ſe ſub veniali, vel ſub nulla obligatione. Talia enim vota non ſunt perfecta, ſed imperfecta, ac per conſequens reſeruata non debent cenſeri. Sanchez *ſupr. num.*47. Bonacina *ſupr. num.*21. Candidus *to.*2. *Diſquiſit. moral. diſquiſit.*25. *art.*8. *dub.*1. Tertiò, quando illa non ſunt abſoluta, ſed conditionalia conditione de futuro (modò conditio non ſit adimpleta) qua-

quale eſt votum ſic dicentis: *Si ex morbo conualuero voueo me Religioſum fore.* Quia vota, quæ Papæ reſeruantur, ſunt vota perfecta, cum reſeruatio ſit odioſa, ac per conſequens non extendenda ad votum imperfectum, quale eſt votum nõdum impleta conditione, cum ante illius euentum non obliget. Aragon. 2.2.*q.*88. *art.*12. Toletus *in Summa lib.*4. *cap.*18. Sayrus *ſupr. num.*77. Candidus *ſupr. art.*7. *dub.*1. Dixi *conditione de futuro*, quia in voto facto ſub conditione de præſenti, aut præterito, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, cum huiuſmodi conditio non ſuſpendat conſenſum, nec efficiat votum conditionale. *l.cum ad præſens ff. ſi certum petatur.* Suarez *ſupr. cap.*23. Sanch. *ſupr. num.*88. Bonacina *ſupr. num.*17. Candidus *ſupr.* Dixi etiam *modò conditio non ſit adimpleta*, nam adimpleta conditione votum cenſetur abſolutum, & non minus obligat, quàm ſi factum fuiſſet ſine illa. Reginaldus *lib.*18. *nu.*336. Sayrus *ſupr.* Suarez *ſupr. cap.*22. *à num.*23. & alij plures contra Sanchez *ſupr. nu.*99. *& lib.*8. *de matrim. diſp.*10. *nu.*13. Dianam 3.*p tract.*5. *reſolut.*25. & alios. Quartò, quando talia vota ſunt pœnalia, quale eſt hoc: *Si fornicatus fuero voueo in pœnam me Religionem ingreſſurum.* Ratio eſt, quia cum reſeruatio ſit odioſa, ac nimis reſtringenda, vota hæc tunc reſeruata cenſeri debent quando ſunt ſimpliciter rei reſeruatæ, vt Religionis &c. At vota pœnalia non ſunt huiuſmodi. Cum enim votum ſit actus Religionis, quo quis rem ſibi gratam, & acceptam offert Deo in eius cultum, id ſimpliciter & perfectè dicetur tale, quod ex vera, & directa rei promiſſæ voluntate oritur. At in votis pœnalibus conditionalibus nullus eſt affectus, nullaque voluntas directa rei promiſſæ in pœnam, ſed potius hanc ſibi proponit voluntas tanquam odioſam, & non vult eam, imò potius propoſitum habet cauendæ eius obligationis. Aragon. *ſupr.* Medina *in Inſtructorio Confeſſar. cap.*14. §.6. Sayr. *ſupr. num.*72. *&* 73. Reginaldus *ſupr. num.*337. Ledeſma *ſupr. cap.*8. Qui omnes loquuntur etiam in caſu quo ſit commiſſa talis culpa, ideoque contracta obligatio pœnæ. De quo etiam Sanchez *ſupr. num.*91. Quintò, quando prædicta vota non ſunt principalia, ſed acceſſoria, pro vt contingit in eo, qui emiſit votum ſuſcipiendi Sacros Ordines, quibus eſt annexum votum caſtitatis. Aragon. *ſupr.* Sayrus *ſupr. num.*60. Azor. *ſupr. cap.*19. *dub.*9. Leſſius *ſupr. nu.*124. Candidus *ſupr. ar* 8. *dub.*13.

14 Specialiter etiam circa votum Religionis id continget primò, quando fuerit votum Religionis non approbatæ, quia Religio non approbata non eſt Religio. Leſſius *dicta dubit.*18. *num.*123. Sanch. *ſupr. num.*71. Reginaldus *ſupr. nu.*331. Secundò, quando fuerit votum ſolùm paupertatis, ſeu obedientiæ, ſiue in ſæculo, ſiue in Religio-

ne) propter eamdem rationem. Leſſius *ſupr.* Sanchez *ſupr. num.* 72. Tertiò, in voto aſſumendi habitum Tertiariarum, propter eamdem rationem. Aragon. *ſupr.* Sayrus *ſupr. num.* 64. Sanchez *ſupr. nu.* 71. Quartò, in voto non nubendi, vel non fornicandi, hoc enim non eſt votum Religionis, vel caſtitatis perfectæ, ſed tantummodò partis. Nauarr. *ſupr.* Reginaldus *ſupr. num.* 332. & 334. Bonacina *ſupr. nu.* 21. poſt alios. Quid verò dicendum de voto aſſumendi habitum Equitum Ordinum Militarium conſtat ex ijs, quæ dixi *to.* 2. *cap.* 5. Qui enim dixerint tales Ordines verè Religiones eſſe (pro vt ſaltem de Ordine Militari S. Ioannis negari non poteſt) conſequenter dicere debent, votum ingrediendi illos Papæ reſeruatum eſſe. De quo etiam Sanchez *ſupr. num.* 37.

15 Similiter ſpecialiter loquendo de voto caſtitatis id continget primò, in voto caſtitatis temporalis, quia ſolùm votum caſtitatis perpetuæ, quod eſt ſimpliciter tale, cenſetur reſeruatum. Azor. *ſupr. quæſt.* 6. Sayrus *ſupr. num.* 48. Ledeſma *ſupr.* Fagundez *in* 2. *præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 27 *num.* 11. Naldus *in Summ. verbo Votum nu.* 28. Candidus *ſupr. art.* 8. *dub.* 4. & alij communiter. Secundò, in voto caſtitatis coniugalis ſeruandæ; quia non eſt votum totius caſtitatis, ſed ſolùm partis. Sanchez *ſupr. num.* 50. Layman. *ſupr. nu.* 8. Candidus *ſupr. art.* 9. *dub.* 3. Tertiò, in voto, quo alter coniux abſque alterius licentia, ſiue cum illa, promiſit ſe non petiturum debitum. Et idem quando vterque coniux ex licentia alterius, ſiue abſque illa, eo voto ſe ligauit. Sanchez *ſupr. num.* 51. & *ſequentibus.* Layman. *ſupr.* Candidus *ſupr. dub.* 2.

16 Similiter, & ſpecialiter quoad duo vota illa viſitationis Romanæ, & Compoſtellanæ, idem continget, ita vt Epiſcopus in illis diſpenſare poſſit, primò, quando animus expreſſus vouentis non eſt ad inuiſenda, ſeu viſitanda talia loca, ſed ad alium finem, etiam pium, vt ſi quis vouet venire Romam ad oſculandos pedes Papæ, vel viſitandam Imaginem aliquam v.g. Beatæ Virginis, quia Extrauagans illa *Et ſi Dominici* ſolùm reſeruat Papæ illa vota, quando fiunt ad viſitanda limina Apoſtolorum Romæ, & S. Iacobi in Compoſtella. Sanchez *ſupr. num.* 77. Idem quoque dicit *ibidem* de alio voto Terræ Sanctæ. Sed oppoſitum credo verius, quia in d. Extrauaganti diuerſo modo loquitur Pontifex de hoc voto, ac de alijs duobus, illud enim vocat peregrinationis, & iſta duo viſitationis. Vnde votum peregrinandi in Terram Sanctam, etiam ſi non ſit ad viſitandum aliquem locum in particulari ipſius, credo reſeruatum Papæ. Secundò, in qualitatibus, vel conditionibus prædictis tribus votis adiunctis, vt ſi quis promiſerit ſe iturum pedibus, mendicando &c. ad illa loca. Quia hoc

non

non est dispensare in illis, sed in qualitatibus ipsis adiunctis. Reginaldus *supr. num.* 332. Sanchez *supr. num.* 78. Bonacina *supr. nu.* 21. Nota tamē circa hæc, quòd quamuis aliquorum sententia sit hæc tria vota non esse reseruata Papæ, nisi quando fiunt causa subsidij, non verò deuotionis, oppositum tamen est verissimum, quia ita tenet praxis, & stylus Curiæ, ac Sac. Pœnitentiariæ, ad quam quotidie recurritur pro dispensatione in illis, etiam si causa deuotionis facta fuerint. Lessius *supr. num.* 122. Suarez *supr. cap.* 21. *num.* 5. Thesaurus *in Praxi p.* 2. *verb. Vota* §. *sed tenendum*.

17 Cum autem votum transeundi ad strictiorem Religionem non includatur in voto Religionis, quod Papæ est reseruatum, sed possit Episcopus in illo dispensare, prout ex Antonino, Paludano, Siluestro, Aragon, & alijs tenet Sayrus *supr. num.* 63. & ex Rodriguez, Henriquez, Ledesma, Azorio, & alijs tenet Sanchez *supr. num.* 75. ideo meritò dixi *to.* 1. *lo cap.* 18. *num.* 50. posse etiam Prælatos Religionis in tali voto dispensare.

18 Qualiter huiusmodi dispensatio in votis non debeat fieri inuito vouente, neque sine causa legitima, & qui sint Prælati, qui eam dare possunt, habes ex dictis eo *cap.* 18. *num.* 51. & 52. De alijs verò spectantibus ad hanc dispensationem, consule dicta *to.* 3. *verb. Dispensatio, & dispensare inter Regulares*. Pro causis etiam legitimis ad dispensandum vide Suarez *supr. lib.* 6. *cap.* 17. & Portellum *supr.* verbo *Voti commutatio, & dispensatio erga subditos num.* 55. *ac verbo Voti dispensatio in addit. num.* 84. & 85. Vbi etiam ex Azorio, Sayro, & alijs, quòd sanum consilium sit maioris securitatis gratia in huiusmodi dispensationibus admiscere aliquam commutationem, iniungendo videlicet aliquod pium opus exequendum à dispensato. Insuper pro facultate, quam habent Prælati ad dispensandum vota Nouitiorum, seu eorum, qui volunt ingredi eorum Religionem vide dicta *supr.* verbo *Nouitij, & Nouitiæ Religionum num.* 37. 38. & 39. & Sorbum *in Annotat. ad Comp. priuileg. Mendicant. verb. Votum.*

19 Loquendo autem de Confessarijs Regularibus in ordine ad vota suorum pœnitentium, certum est eos non posse propriè loquendo irritare illa. Neque enim (quod viderim) extat aliquod priuilegium quo hoc ipsis concedatur, & ex alia parte irritatio spectat ad potestatem dominatiuam, quam nō habent Confessarij super suos pœnitentes. Dixi propriè loquendo, quia rationabili subsistente causa, quādo scilicet ita conueniens saluti pœnitentium fuerit, poterunt illa ad tempus suspendere, quod vocari solet irritatio impropriè.

20 Cæterum quoad facultatem commutandi vota notandum est, Sixtum IV. in dicta Extrauagāti *Et si Dominici 2. de pœnit. & remiss.*

Digitized by Google

prohibuisse ne aliqui Confessarij virtute priuilegiorum commutare possent dicta quinque vota Papæ reseruata, sub pœna nullitatis talis cõmutationis, & excommunicationis maioris latæ sententiæ Summo Pontifici reseruatę. Nauarrus *dicto cap.* 12. *nu.* 75. *& cap.* 27 *nu.* 105. post Angelum, Siluestrum, & alios Summistas. Notat autem idem Nauarrus *eo num.* 75. ex eisdem Angelo, & Siluestro, hanc excommunicationem solùm incurri ab illis Confessarijs, qui talia vota commutauerint virtute priuilegiorum ab eodem Sixto. IIII concessorum, quia solùm de ipsis loquitur. Vnde si ex vi alterius priuilegij, vel etiam nullius priuilegij id fecerint, etsi grauissimè peccent, non propterea incident in dictam censuram. Sayrus *supra num.* 138. Suarez *de Censur. disp.* 22. *sect.* 5. *num.* 28. Sanchez *supr. num.* 40. Quamuis autem plures Authores extendât dictam excommunicationem ad dispensantes talia vota, quia tamen Extrauagans solùm loquitur de commutantibus, & pœnalia non sint extendenda, ideo solùm incurretur à commutantibus. Sayrus *supr. nu.* 39. & 40. Sanchez *supra*.

21 Nihilominus Confessarij Regulares habentes priuilegiorum communicationem cum Benedictinis, & Iesuitis, possunt omnia vota (illis quinque exceptis) suorum pœnitentium commutare, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 23. propter priuilegium Eugenij IIII. pro Benedictinis Italiæ, & Pauli III. pro Iesuitis, quæ ibidem retuli. Quibus adde etiam priuilegium eiusdem Eugenij IIII. pro Benedictinis Vallisoletanis de quo infra. Imo etiam, iuxta dicta *ibid. num.* 24. possunt etiam commutare prædicta quinque vota in casibus in quibus ea non sunt reseruata Papæ, sed Episcopis; eo quòd vel sint imperfecta, pœnalia, conditionata, partialia &c. iuxta dicta *supra num.* 13. *& sequentibus*. Non tamen propterea possunt dicti Confessarij prædicta vota commutare in casibus, in quibus solùm per accidens ea pertinent ad Episcopum, videlicet ob vrgentem necessitatem, & moralem impotentiam adeundi Papam, vel Legatum, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Bulla Cruciatæ num.* 36. *& supra num.* 12. Portellus *supra verbo Voti commutatio, & dispensatio erga subditos num.* 64. Layman. *supra nu.* 17. §. *quarto obseruandum*, post Rodriguez, Mirandam, Sanchez, Henriquez, & Suarez, An verò possint prædicti Confessarij commutare vota iurata, habes ex dictis *to.* 3. eo verbo *Bulla Cruciatæ num.* 35. verbo *Confessarius Regularis num.* 15. & verbo *Iubilæum num.* 18. Similiter an hæc facultas extendatur ad vota facta in vtilitatem tertij, constat ex dictis *to.* 1. *eo cap.* 19. *nu.* 23. *& to.* 3. verbo *Bulla Cruciatæ nu.* 34. & eo verbo *Confessarius Regularis num.* 15. Pro modo autem quo se gerere debeant Confessarij in commutatione votorum notandum id quod dixi dicto *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 48. quòd scilicet ad commutationem

nem voti in melius bonum non requiritur aliqua authoritas Superioris, ſi euidenter conſtet de exceſſu: ad commutationem verò in æquale bonum requiri aliqualem cauſam, & authoritatem Superioris; ad commutationem autem in minus bonum multò maiorem cauſam, & authoritatem Superioris requiri. De quibus non ſolum Nauarrus, Cotduba, & Suarez eo loco relato, ſed etiam Leſsius *ſupr. cap.* 40. *dubit.* 16. *in poſteriori editione*. Sayrus *ſupr. cap.* 12. Sanchez *ſupr. cap* 49. Layman. *ſupr. num.* 19 *& ſequentibus*, Bonacina *ſupr.* §. 3. Candidus *ſupra art* 3 Bordonus *Reſolut* 14. *à nu.* 7. Maximè verò pro praxi ſeruanda a Regularibus in votorum commutatione vide Sanchez *ſupr. cap.* 56. Portellum *ſupr. n.* 43. & Naldum *ſupr. n.* 46. *&* 47.

22 Loquendo autem de facultate diſpenſandi in votis, conſtat ex dictis eo *c.* 19. *n.* 22. plura ex priuilegijs, quæ referri ſolent ab aliquibus Authoribus, maximè Sayro *ſupr. a nu.* 95. pro Confeſſarijs Regularibus, non eſſe ſolida, vel quia obſcura, vel quia viuæ vocis oraculo conceſſa fuerunt, niſi poſtea per Bullam confirmata reperiantur, iuxta dicta ſupra verbo *Oracula viuæ vocis num.* 7 Excipe tamen conceſsionem illam Eugenij IIII pro Benedictinis Vallisoletanis. Etſi enim eo *num.* 22. dubitauerim, an fuerit viuæ vocis oraculum, poſtea tamen iuxta dicta *to.* 3. verb. *Diſpenſare, & diſpenſatio pro Regularibus n.* 7. comperi non eſſe viuæ vocis oraculum, ſed Reſcriptum quoddam à Papa ſignatum, ac per conſequens validum his temporibus, tam pro prædictis Benedictinis Vallisoletanis quam pro alijs quibuſcumque Regularibus habentibus communicationem priuilegiorum cum illis. Nota tamen plures limitationes in prædicta conceſsione apponi, quibus non obſeruatis omnino inualida erit, ſcilicet, quòd tales Confeſſarij ſint in numero determinato deſignati à Prælato Monaſterij, & ad ipſius nutum reuocandi, & quòd id fiat in eorum Eccleſijs, & quandiu fuerint in Obſeruantia Regulari. Ita enim conſtat ex dicta conceſsione. Caſtarubius in *Compend priuileg. Mendicant. verbo Abſolutio quoad ſæculares* 2. *num.* 16. Addens *num.* 17. extenſam eſſe a Pio II. ad omnia Monaſteria Ordinis, etſi cum quibuſdam limitationibus. Quia tamen vtilis erit tam pro iſto caſu, quàm pro alijs, ideo eam ad verbum hic placuit referre, prout apud Rodriguez *in Bullario in Eugenio IIII. Bulla* 25. habetur. *Beatiſſime Pater. Cum ad Eccleſiam, & Monaſterium Sancti Benedicti Valliſoleti Ordinis eiuſdem Palentin. diœceſ. ad quod etiã illuſtriſſimus Princeps Dominus Ioannes Caſtellæ, & Legionis Rex ſpecialem gerit affectionem, non nulli nobiles, & aly quamplures de Regno, ac loco Valliſoleti prædicto, nec non de diuerſis mundi partibus ſingularis cauſa deuotionis Chriſti fideles ad dictum Monaſterium confluant, propter Monachorum illius*

Regularem obſeruantiam, & inclusionem, deſiderentque illis ſua peccata confiteri, & ab eis ſpiritualiter conſolari, vt igitur, Pater Beatiſſime, fidelium ipſorum animabus ſanctitatis veſtræ miniſterio ſalubriùs conſulatur, ſupplicatur Sanctitati veſtræ pro parte Prioris, & Conuentus dicti Monaſterij, quatenus eis, vt Prior, ſiue Præſidens dicti Monaſterij pro tempore exiſtens, vt tres, vel quatuor idonei Presbyteri Monachi per prædictum Priorem, ſiue Præſidentem ad hoc pro tempore deputandi, & ad ipſius Prioris, ſiue Præſidentis nutum reuocandi, quorumque vtriuſque ſexus fidelium ad dictum Monaſterium, ſeu ipſius Eccleſiam, aut in ipſis quacumque ex cauſa pro tempore confluentium, commorantium, ſiue exiſtentium, cuiuſcumque gradus exiſtant, confeſſiones diligenter audire, nec non ipſos à quibuſcumque peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis ſuis in omnibus & ſingulis caſibus etiam Epiſcopo reſeruatis, abſoluere, necnon ab omnibus, & ſingulis Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, fulminationibus excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti à iure, vel ab homine prolatis, contractis in genere tantum, ſatisfactione, vel mandato de ſatisfaciendo ſi perſonæ huiuſmodi ad id habiles fuerint, præmiſſis, etiam abſoluere, ac eos habilitare in prædictis caſibus, pœnitentiaſque eis ſalutares iniungere, Euchariſtiæ Sacramentum conferre, ac cum eis, & eorum quolibet diſpenſare ſupra votis etiam Epiſcopo reſeruatis, & ea commutare in alia pietatis opera toties quoties deuotioni prædictorum videbitur expedire, authoritate Apoſtolica liberè, & licitè poſſint, & valeant, Parrochialis Presbyteri, & alterius cuiuſcumq; Epiſcopi, vel Superioris, ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, vel eorum aliquo, licentia, vel aſſenſu nullatenus requiſitis, & quòd huiuſmodi gratia ſit perpetua, concedere, & indulgere miſericorditer dignemini de gratia ſpeciali. Conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, & cum clauſulis opportunis. Conceſſum, vt petitur de omnibus, quamdiu fuerint in Obſeruantia Regulari, in præſentia Domini noſtri Papæ C. Ariminen. Et ſi placeat veſtræ Sanctitati ſola ſignatura huiuſmodi conceſſionis ſufficiat eis ſine confectione aliarum litterarum Apoſtolicarum. Conceſſum. C. Ariminen. Datum Ferrariæ tertio Nonas Ianuarij, Anno VIII. Ex quibus collige primò, poſſe dictos Confeſſarios ex vi dicti priuilegij, & iuxta tenorem ipſius diſpenſare cum ijs, qui votum ſtrictioris Religionis emiſerunt, vt poſſint in ſuam, vel aliam minus ſtrictam Religionem intrare. Vt enim dixi *ſupr. num.* 17. votum ſtrictioris Religionis non eſt Papæ reſeruatum, ſed Epiſcopi in illo diſpenſare poſſunt. Sanchez *ſupr. cap.* 43. *num.* 19. & *ſequentib.* Peitinis *to.* 1. *de Subdito q.* 1. *cap.* 21. §. 1. §. *item poſſunt*. Collige ſecun-

ſecundò, poſſe etiam diſpenſare ad petitionem debiti cum illis coniugibus, qui de eo non petendo votum fecerunt, propter idem fundamentum, & dicta *ſupra nu.* 15. Suarez *ſupr. l.* 6. *cap.* 26. *num.* 17. Sanchez *ſupr. num.* 7.

23 Hæc porrò facultas commutandi, & diſpenſandi vota competit prædictis Confeſſarijs Regularibus non ſolùm reſpectu ſubditorum illius Diœceſis vbi ipſi ſunt Confeſſarij, ſed etiam aliorum quorumcumq; illuc ad eos venientiũ. Prout colligitur ex priuilegijs relatis, & ex alio Nicolai III. apud Caſſarubium *ſupra verbo Abſolutio quoad ſæculares num.* 7. Sorbus *in annotat. ad Compend. priuileg. Mendicant. verb. Abſolutio quoad Fratres, & ſæculares concl.* 10. Sanchez *ſupr. cap.* 43. *num.* 15. *& cap.* 54. *nu.* 60. Peirin. *ſupra cap.* 21. §. 1. *concl.* 5. Diana 3. *p. tract.* 5. *Reſolut.* 26.

24 Nota etiam poſſe vti prædicta facultate commutandi, & diſpenſandi in votis etiam extra Sacramentum Pœnitentiæ, iuxta dicta *to.* 3. verbo *Bulla Cruciatæ nu.* 24. Eo quòd talia priuilegia non limitant prædictam facultatem ſolùm pro confeſſione. Sanchez *dicto cap.* 54. *num.* 16. Henrriquez *l.* 7. *de Indulgent. cap.* 30. *num.* 6. Sancius *in Select. diſp.* 14. *nu.* 2. & alij, quos refert, & ſequitur Diana *ſupr. Tract.* 2. *Reſol.* 9. *& tract.* 5. *reſolut.* 25. *&* 4. *p. tract.* 4. *reſolut.* 8.

25 Quamuis autem, iuxta dicta eo *cap.* 19. *nu.* 26. multi dicant poſſe aliquos Confeſſores Regulares diſpenſare cum illis, qui voto facto de caſtitate, contraxerunt, ad petitionem debiti, propter viuæ vocis oraculum Pij V. quod referunt Rodriguez *tom.* 1. *quæſt.* 63. *art.* 2. Miranda *in Man. to.* 1. *q* 47. *art.* 2. Henrriquez *lib.* 12. *de Matrim. cap.* 2. Viualdus *in Candelabro aureo de Sacram. Matrim. num.* 141. Quia tamen huiuſmodi viuæ vocis oracula his temporibus abrogata ſunt, non poſſunt Confeſſarij vti prædicta conceſſione, niſi ea ſit confirmata per Bullam, iuxta dicta ſupra verbo *Oracula viuæ vocis n.* 7.

26 Generaliter etiam circa hanc materiam, voti pro Regularibus notandum primò, eos poſſe validè, & licitè vouere ea omnia opera bona, quæ nec Regula, nec Conſtitutionibus, aut præceptis Superioris ſunt illis interdicta, nec eos à debito ipſorum obſequio retrahunt, etiam ſine licentia illorum. Vnde poſſunt vouere non fracturos ieiunium Religionis, & ſimilia. Nam in huiuſmodi operibus Prælato non præiudicant, & illa ſunt in vouentium poteſtate. Siluester *in Summ. verb. Votum* 3. *q.* 3. Caietanus 2. 2. *q.* 88. *art.* 8. *dub.* 1. Nauarrus *ſupr. cap.* 12. *num.* 67. & alij communiter. Idem dicendum de alijs operibus bonis, quæ in Regula neque prohibentur, neque præcipiuntur. Quamuis enim hæc vota ſemper habeant annexam conditionem: *Si Prælatus non repugnet*: quia tamen in ſe ſunt rei bonæ, & licitæ,

& ne-

& neque Prælato, neque Ordini præiudicant, ideo valent donec à Prælato prohibeantur; ſicut valerent vota ſerui, aut filij familiàs in ſimili materia, & cum eiſdem circumſtantijs. Portellus *ſupr. verbo Vota profeſſorum ſimplicia num.* 27. Sanchez *dicto lib.*4. *cap.*15. *nu.* 6. poſt plures alios.

27 Vota autem Religioſorum, quæ ſunt de rebus illis prohibitis in ſuis Conſtitutionibus, aut præcepto Prælatorum, non ſunt ſtatim valida, nec obligantia, donec Superior conſenſum præſtiterit. Quia in huiuſmodi votis includitur conditio affirmatiua: *Si Superior conſenſerit*. V.g. Religioſus vouit peregrinationem, quam ſine licentia Superioris facere non poteſt, cum ſine illa è clauſtro egredi nequeat, aut vouit aliqua abſtinentiæ opera, quæ fieri inconſulto Superiore Regula vetat; ea vota non obligant donec Superior facultatem concedat. Ratio eſt, quia cum res illæ ſint prohibitæ non ſunt apta voti materia donec accedat Superioris licentia, per quam redduntur licitæ, ac per conſequens ex tunc ſolùm obligare poterunt talia vota. Bacconius *in* 4. *diſt.*3. *q.*3. *art.*2. Nauarrus *ſupr.* Azor *dicto lib.*11. *cap.*16. *q.*6. Sotus 7. *de Iuſt. q.*3. *art.*1. *dub.*3. Fagundez *dicto cap.*34. *n.*14. Nota etiam, quòd vota Religioſorum facta contra præceptum Superiorum præcipientium ne fiant abſque ipſorum licentia (ſupponimus enim poſſe Prælatum prohibere ſubdito ne votum aliquod faciat abſque ſua licentia, quia hoc non eſt prohibere bonum perfectius, ſed velle quòd in eo faciendo ſeruet modum ex obedientia debitum, qualiter in Religionibus prohibetur ne fiant tales & tales pœnitentiæ) etſi illicitè fiant, vt pote contra obedientiam, obligant tamen ſubditos, nam multa fieri prohibentur, quæ tamen facta valent, vt ſæpiùs vidimus. At in duobus caſibus talia vota non valebunt. Primò, ſi Prælatus dicat in prohibitione, quòd aliàs facta ſint irrita, tũc enim clauſula illa appoſita irritabit ipſa, cum Prælatus poſſit id facere. Secundò, ſi Prælatus prius irritet, vel prohibeat materiam ipſius voti, vt ſi dicat præcipio, quòd nemo rem talem faciat, vel quòd non fiat talis pœnitentia, vel quid ſimile. Tunc enim illa res prohibita à Prælato iam non eſt materia voti, cum ſit res illicita, & proinde votum emiſſum circa illam, erit nullum, cum ſit de re illicita, donec accedat, vt dictum eſt, conſenſus Superioris. Portell. *ſupr. verb. Vota Profeſſorum ſimplicia num.*31. *& verbo De natura, ac materia voti in Addit. nu.*11. Nota etiam, quòd vota de immoderatis macerationibus corporis, quæ impediũt Religioſos, ne poſſint ſuo munere fungi, regulariter ſunt invalida, quia vel ſunt de re illicita, vel ſaltem ſunt contra voluntatem Superiorum emiſſa. Michael de Bononia *in* 4. *diſt.*41. *q. vnica* §. *dico quarto*. Bonacina *ſupr. q.*2. *puncto* 4. §.1. *num.*5. ex alijs. Pro

quo

Digitized by Google

quo vide dicta *tom.*3. verbo *Homicidium num.* 5.

28 Maximè nota circa vota realia Religiosorum, v.g. dandi aliquam eleemosynam, quòd si illi habeant administrationem bonorum, vt habent Prælati Religionis, cõpertum est votum illorum de eleemosyna eroganda esse validum, nec includere conditionem affirmatiuam, si Superior consenserit, sed solam negatiuam, nisi Superior contradixerit. Si autem eleemosyna excesserit facultatem, quam habent, valebit quidem votum, dummodo Superior consentiat, sicut contingit in alijs votis de rebus prohibitis. Suarez *dicto Tract. de voto l.*3. *cap.*7. *nu.*3. Sanchez *supra num.*13. Similiter, si Religiosi sic vouentes nullam habeant administrationem, & voueant de rebus sibi ad vsum à Superioribus concessis, volentes parciùs illis vti, vt eleemosynam largiantur, valebit etiam votum, si Superior licentiam concesserit, quia talis eleemosyna non dedecet statum Religiosum, nec est de re illicita, sed licita quidem sub conditione tacita, quæ ibi includitur, si Superior consenserit. Suar. *supr. num.*5. Sanchez *num.*14. Quando verò votum talis eleemosynæ est de rebus Monasterij, quamuis absolutè non obliget vouentem, cum sit de re non sua, aut quæ subsit ipsius potestati, obligat tamen illum ad rogandum Superiorem pro obtinenda licentia, ad dandam dictam eleemosynam. Sanchez *supra nu.*16.

29 Demum pro Religiosis scrupulosioribus notandum, quòd licet ipsi aliquando emiserint votum de non petenda irritatione, commutatione, seu dispensatione alicuius voti à se emissi, potest nihilominus vtrumque votum tam prius, quam posterius, irritari, commutari, & dispensari à Superioribus. Quod quidem, quod attinet ad irritationem, constat ex dictis *to.*1. *cap.*18. *nu.*47. Si enim, vt ibi diximus, Prælati propter authoritatem dominatiuam, quam habent in subditos, possunt ipsorum vota irritare, adhuc ipsis inuitis, poterunt proculdubio vtrumque illud votum irritare, posterius quidem, cum quoad illud irritandum nullum sit impedimentum, prius verò, cum subditus non potuerit in hoc manus suorum Superiorum ligare. De dispensatione autem, & commutatione id etiam constat, si fiat modo de quo infra, & etiam si fiat non petente ipso vouente talem dispensationem, aut commutationem, sed solùm proponente ipsius Prælato statum suę conscientiæ, & Prælato iudicante facere talem dispensationem, aut commutationem. Generaliter etiam talia vota de non petenda irritatione, commutatione, aut dispensatione valida non esse pro casibus, in quibus petere illam expediens fuerit saluti vouentis, vel bono communi, probabilissimè tenent Sotus *lib.* 8 *de Iust. q.*1. *art.*9. *colum. penult.* §. *est autem.* Sayrus *supr. cap.*11. *num.*67. Sanchez dicto *lib.*4. *cap.*8. *num.*21. *& sequentib.* & Naldus *supr. num.*66. Adde tamen,

tutius

tutius esse, quòd in casibus, in quibus obligat tale votum non petendæ dispensationis, irritationis, commutationis voti, aut iuramenti Deo præstiti, aut cuiusuis præcepti, aut illis impetratis non vtendi, ex eo quòd id non est conueniens saluti spirituali vouentis, aut bono communi, primò petatur, & impetretur huius voti dispensatio, irritatio, aut commutatio, & tunc manebit prius principale votum, vel iuramentum subiectum capax irritationis, commutationis, aut dispensationis, ac si illud posterius emissum non esset. Et ita omnis scrupulus cessabit, cum vouens non petiturum prædicta non se obligauerit voto ad non petenda hæc circa votum quo ad ea non petenda se astrinxerat. Quòd si etiam vouisset nec huius se petiturum, potest petere huius vltimi, & ita in infinitum, & deinceps reliquorum. Sanchez *supr. num. 29. & sequentib.* Nota etiam, quòd votum de non petenda dispensatione, commutatione &c. alicuius voti ex reseruatis Papæ, nõ esse similiter Papæ reseruatum, cum solùm illa quinque superiùs relata sint ipsi reseruata. Candidus *sup. ar. 8. dub. 3.* post Sayrum, & Sanch.

VOX ACTIVA, ET PASSIVA.

QVid importent vox actiua & passiua constat ex dictis *sup.* verb. *Pœna Ecclesiastica num.* 10. *&* 11. Vbi etiam an illarum priuatiõ incurratur in conscientia, & ipso facto ante omnem declarationem, & quid, quando pro vna vice solum est imposita, & an supponat peccatum mortale; & quid nomine priuationis vocis intelligatur, si in Lege, vel Constitutione non determinetur ad vocem actiuam, vel passiuam. Vbi etiam alia, quæ sufficere possunt ad intentum.

Hæc de hoc 4. Tomo, & tota Summa Quæstionum Regularium ad laudem Dei Omnipotentis Patris, Filij, & Spiritus sancti, Dei Genitricis Mariæ, Patriarchæ Eliæ, & aliorum Sanctorum.

RELECTIO

Circa controuerſiam Romæ acriter agitatam de validitate cuiuſdam Capituli Prouincialis, & electionum in ipſo factarum. In qua multa ad materiam de electione Prælatorum Regularium ſpectantia.

SVMMARIVM.

Caſus cuiuſdam Capituli, & electionum. num.1.
Opoſitores contra ipſum. ibid.
Ad quem pertinebat hæc cauſa. ibid.
An potuerit impugnari. num.2.& 3.
Ad quos id pertinebat. num.4.
Quibus conditionibus. num.5.
Prima, quòd ſubeſſet magna, & notabilis cauſa. ibid.
Secunda, quòd non conſenſerint oppoſitores in dictum Capitulum. num.6.
Tertia, ex cauſis poſtea emergentibus. num.7.
Quarta, intra certum terminum. num.8.

Quin-

Digitized by Google

Quinta, seruata forma à Iure præscripta. num. 9.
Sexta, præsuppositio iuramento. num. 10.
Quid quando oppositio est contra electum. num. 11.
Quid quando res est iam decisa. num. 12.
Forma oppositionis contra electum. num. 13.
Quidam Religiosi non erant legitimi oppositores. num. 14.
Quia consenserunt in Capitulum. num. 15.
Quid de alio Religioso. num. 16.
Electio inualida an ratificetur per consensum. num. 17.
Causæ oppositionis non debent esse antiquæ. num. 18.
Apellatio debet fieri in tempore. num. 19.
Seruata forma Iuris. num. 20.
Non debent variare oppositores. num. 21.
Nec causa debet esse decisa. num. 22.
Citari debuit pars. num. 23.
Specialiter in materia electionis. num. 24.
Quid quando casus est notorius. num. 25.
An potuerit causa decidi extra iudicialiter. num. 26.
Agitari potuit per Procuratorem. num. 27.
A quibus debuit eligi. num. 28.
Procurator legitimus quis sit. num. 29.
Representans Capitulum potuit eligere Procuratorem. num. 30.
An omnes Gremiales Diffinitorij. num. 31.
Per modum Diffinitorij. num. 32.
Constitutus in Procuratorem potuit renuere. num. 33.
Quid de Procuratore Generali Ordinis. num. 34.
Clerici omnes admittuntur ad electiones. num. 35.
Iure Prouinciæ Castellæ non omnes. num. 36.
An in hoc audiri potuerint Patres oppositores. num. 37.
Modus eligendi Socios in dicta Prouincia. num. 38.
Confirmatus est à Generali. num. 39
An sit contra Breue SS. D.N. Vrbani. num. 40.
An contra Ius commune, & Regulam Ordinis. num. 41.
Vota absentium suppleri non possunt. num. 42.
An rectè id probauerint Patres oppositores. num. 43.
Quid ex vi cuiusdam conditionis unionis. num. 44.
Non fuit suppletio votorum absentium. num. 45.
An talis conditio confirmata fuerit. num. 46.
An possit fieri additio votorum in electione. num. 47.
An si fiat authoritate totius Gremij. num. 48.

For-

Forma cap. Quia propter. *seruanda in electionibus. num.49.*
Quot Scrutatores requirantur. num.50.
An id contigerit in dicto Capitulo. num.51.
Redigere vota in scriptis ad quem pertineat. num.52.
Non contigit aliquis error in electionibus. num.53.
Pro quibus requirantur tres Scrutatores. num.54.
An alio modo fieri potuerint electiones. num.55.
Potuit sanè ex vi Constitutionis approbata à Sede Apostolica. ibid.
An obstet decretum Generalis Stratij. num.56.
Nihil obstabat. num.57.
An ea Constitutio reuocata fuerit per posteriores. num.58.
Non fuit reuocata. num.59.
An per Concilium Tridentinum. num.60.
Non reuocatur per illud. num.61.
Quomodo tamen cautiùs, & securiùs sit procedendum. num.62.
An dicta Constitutio contraria sit cap. Quia propter. *num.63.*
Non videtur contraria. ibid.
Quid si electio fieret cum vno Scrutatore tantùm. num.64.
Quid probabile sit in hac parte. num.65.
An plures, quàm tres Scrutatores possint esse. num.66.
Forma prædicti cap. Quia propter. *an obseruanda in electionibus Priorum. num.67.*
Priores an solùm à Conuentibus eligi possint. num.68.
Non propterea irritaretur Capitulum. num.69.
Quid de quadam Constitutione. num.70.
Validæ fuerunt electiones Priorum factæ à Diffinitorio. num.71.
Ex nouissima formula celebrandi Capitula Prouincialia. num.72.
Quomodo non obstet primum caput Regulæ Carmelitarum. num.73.
An ius commune. num.74.
Quid de Breui Calixti III. pro Conuentibus Reformatis. num.75.
Quid de Constitutionibus nouissimis. num.76.
Consuetudo immemorialis erat in contrarium. num.77.
Item Constitutio antiquior authoritate Apostolica facta. num.78.
Constitutio contraria non habet clausulam irritantem. num.79.
Nec præscribit formam. ibid.
Dispensata fuit. num.80.
Potuit Generalis eam dispensare. num.81.
An fuerit ostensa talis dispensatio. num.82.

An

An id deberet declarari. num.83.
Regula an oppositum præscribat. num.84.
Cur data, & postulata dispensatio. num.85.
Quid de iure communi. num.86.
Quid de conditione unionis. num.87.
Quare pro una vice tantum. num.88.
Decretum Eminentiss. Card. Protectoris. num.89.
Motiua ipsius. num.90.

CASVS

Digitized by Google

CASVS.

1 VALLISOLETI in Hispania de anno 1642. celebratum fuit Capitulum Prouinciale Carmelitarum quietè, & pacificè, nemine reclamante, aut contradicente. Postea verò, sex, vel septem circiter mensibus transactis, PP. aliquot graues eiusdem Prouinciæ obedientiam negarunt Prouinciali, & Priori Matritensi, prætendentes ipsos non esse legitimos Prælatos, ac propterea abstinere debere ab exercitio suorum officiorum. Cum autem ipsi contradicerent, & contra illos veluti rebelles procederent, eos etiam à Prouincia authoritate Illustrissimi Nuncij eijcientes, Romam idcirco venerunt, plures nullitates contra præfatum Capitulum, & electiones opponentes, primò coram Generali, deinde coram Sanctissimo, & ipsius delegatione, coram Eminentissimo, & Reuerendiss. Domino Cardinali Ginetto Ordinis Protectore, à quo cum Reuerendissimis alijs coniudicibus in duabus Cõgregationibus in ipsius Palatio habitis, lis, & controuersia decisa fuit. Quia tamen circa ipsam multa, grauiaque dubia discussa fuerunt, ideo hìc proponenda. Primum est, an contra Capitulum præfatum, & eius electiones aliqua opponi possent. Secundum, dato quòd possent opponi, an Patres prædicti legitimi oppositores essent. Tertium, an in eo casu contra inauditam partem Capituli aliquid decidi posset. Quartum, quod mandatum, vel procuratio requireretur, vt aliquis esset legitimus Procurator Romæ pro Capituli defensione. Quintum, an prædictum Capitulum, & eius electiones nullæ, & irritæ censeri deberent, eo quòd socij Contentuum, qui in illo erant Gremiales, non essent electi ab omnibus Religiosis Conuentuum in Sacris constitutis. Sextum, an rectè impugnaretur prædictum Capitulum propter vota quædam in ipso adiuncta. Septimum, an propter non seruatam formam *cap. Quia propter de electione* quoad numerum Scrutatorũ. Octauum, an electiones Priorum factæ in ipso Capitulo, & non in Conuentibus validæ essent. De quibus omnibus sigillatim agendum. Notando primò quòd quamuis cognitio supra nullitate prędicti Capituli pertineret ad Reuerendiss. Generalem Ordinis, & non ad Emin. Protectorẽ, prout in simili declarauit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium 17. Augusti 1640. in causa, & pro Patribus Augustinianis: nihilominus hęc lis, & controuersia specialiter pertinebat ad Eminentissimus ex delegatione SS.

DVBIVM PRIMVM.

An prædictum Capitulum, & electiones in ipso factæ impugnari possint.

1 REspondeo, tam prædictum Capitulum, & electiones in ipso factas, quàm omnia, & quæcunque Capitula, cum electionibus ipsorum, impugnari posse ab ijs, ad quos interest, seruatis tamen conditionibus, de quibus infra. Ita enim colligitur ex toto fere titulo *de elect. in primo, & sexto Decretalium*, vbi id supponitur, & constabit ex iuribus inferiùs referendis. Accedit, quòd si impugnatio electionis de aliquo Officiali ad inseruiendum Reip. competit cuilibet de populo, vt per Auendaño *de Exequendis mandatis p.1. cap.19. nu.27.* Azeuedo *l.1. nu.6 tit.4. l.5. nouæ recop.* Burgo de Pace *consil.10. n.20.* Matienzo *l.1. Glos.8. tit.14. l.5. nouæ recopil.* Bobadilla *in sua politica l.3. cap.8. num.17.* Cabedo *p.1. decis.112. & p.2. decis. 84. num.16. cum seq.* tenet Barbosa *in cap. vt circa de elect. in 6. num.12.* multò magis impugnatio cuiuslibet Capituli, seu electionis competet cuilibet Religioso, cum ad illũ spectet, vt Prelatus vel Officialis sue Religionis sit talis qualis decet. Layman. *in quæstionib. Canonic. de Prælator. elect. c.11. q.115.*

3 Adde, etiam contra electionem confirmatam fieri posse obiectionem, seruatis etiam conditionibus seruandis. Quia si electio est inualida, confirmatio subsequens non dat illi validitatem. Abbas *in cap. accedens de accusat.* Petrus Biaxius *in Direct. elect par 3. cap.45. num.2. & 3.* Sigismundus de Bononia *de Elect. Prælat. par.1. cap.7. dub.44. num.19.* Quare quod idem Abbas *in cap. fin. qui matri accus. & in cap. cum olim de caus. possess.* & idem Biaxius *ibid.* dicunt, neminem esse audiendum post confirmationem factam, intelligi debet iuxta dicenda, & formam *capituli finalis de elect. in 6.* quando præcessit oppositor, & non comparuit termino præfixo ad opponendum. Sigismundus de Bononia *supr. dub.46. nu.3.*

4 Dixi autem supra, ab ijs, *ad quos interest*, quia alij non interesse habentes non possunt se opponere, nisi nomine Ecclesiæ, seu eorum, ad quos id spectat. *cap. cum inter 1. de elect. l.1. ff. de appellat.* Castellinus *de elect. canon. cap.16. num.4.* Layman. *supr.* ex Innocentio, & Abbate. Adde Iulium Lauorium *de Elect. tit.4. cap.19. n.119.*

5 Dixi etiam *seruatis tamen conditionibus &c.* quia aliquæ sunt ad id faciendum necessariæ. Prima, quòd subsit magna, & notabilis causa. Tum quia Ius Canonicum maximè auersatur huiusmodi oppo-

posi-

poſitiones *cap. finem. de dolo, & contumac.* Layman. *ſupr. q.* 117. Tum etiam, quia cum litium introductio criminum occaſionem, & magna alia detrimenta præbeat, quæ videri poſſunt apud Tiraq. *de Retractu lig.* §. 8. *gloſ.* 7. *à nu.* 20. Rebuff. *in Probem. Concordata verbo ſumptibus. pag.* 511. *& in l. litis nomen* 36. *ff. de verb. ſignif.* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *Proem. num.* 12 *cum ſeqq.* Barboſam *de Offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 79. *à num.* 10. *& in dict. cap. finem num.* 2. quæ maximè procedunt in Religioſis, qui omnino ab huiuſmodi forenſibus negotijs abſtinere debeant; proculdubiò non ſine magna cauſa huiuſmodi oppoſitiones, ſeu impugnationes electionũ fieri debent.

6 Secunda eſt, quòd non conſenſerint tales oppoſitores in dictum Capitulum, & eius electiones. Quia ſi conſenſerunt, repelluntur ab oppoſitione, ſeu impugnatione illorum. Etenim, vt habetur ex Reg. Iuris *in 6. num.* 21. & ſumitur ex *l. ſicut C. de actionib. & obligat. Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non potuit.* quod Gloſſa *ibidem* intelligit etiam in electo, iuxta *can. dilectiſſimi* 8. *q.* 2. Idemque confirmat Regula alia etiam Iuris *in 6. nu.* 33. quæ deſumitur ex *l. nemo poteſt mutare ff. hoc titulo*, ſcilicet, *mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum*. Quam Regulam procedere etiam in electione probat Barboſa *ibid.* ex Iuribus, & Doctorib. Fauet etiam Regula illa generalis, ſcilicet, *nulbus poteſt venire contra factum ſuum*. Argument. *cap. diuerſis fallacijs de Cleric. coniugat. & cap. propoſuit. de fil. Præsbyt.* Gloſſa *in d. Regul. quod ſemel.* Layman. *ſupr. q.* 116. *in margine*. Conſonat etiam *cap. concertationi de appellat. in* 6. vbi appellanti ab electione præſcribitur ſpatium dierum decem, & ijs tranſactis ſolùm conceditur vti Iuris remedijs, ſi tamen electioni non cõſenſerit. Ita colligunt ex textu Lapus, Abbas, Archidiaconus, & alij DD. quos ibi refert, & ſequitur Barboſa. Pro quo maximè facit declaratio quædam nouiſſima S. Congregationis Epiſcop. & Regulariũ die 2. Decembris 1643. vbi ſic. *Propoſita fuit cauſa Prouinciæ Apuliæ, inter PP. electores eiuſdem Prouinc. nec non Patrem Thomam à Grumo electum, & P. Magiſtrum Felicianum à Polignano eius Procuratorem ex vna, & P. Magiſtrum Gregorium Capullum &c. & DD. negotio maturè diſcuſſo, fuerunt in voto, inſtitutionem P. Capulli non poſſe, nec deberi ab eis impugnari, cum ſemel in eam conſenſerint, nec obſtare Cõſtitutiones &c.* Facit etiam quòd cum Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Ginettus Ordinis noſtri Protector ſciuiſſet quemdam Religioſum, qui ex vi Breuis SS. D. N. Vrbani inſtitutus fuerat Prouincialis cuiuſdam Prouinciæ, conſenſiſſe in electionem alterius, hunc, & non illum, vt legitimum Prouincialem hoc anno 1643. declarauit.

7 Tertia est,& veluti limitatio præcedentis, videlicet, quòd, iuxta dicta *to.1. cap.15. num.37.* eligentes aliquem, vel consentientes ipsius electioni,non possunt illi se opponere,nisi ex causis postea emergentibus, vel propter defectus electi priùs ignoratos. Ita enim habetur expressè *cap. nulli licere de elect.in 6.* vbi Doctores communiter. Quibus iunguntur Iulius Lauorius *supra dicto cap.19. num.115.* Sigismundus de Bonon. *supr. dub.46. num.6.* Peirinis eo loco à me relatus,& Barbosa *super hoc cap.* Consonat etiam specialiter pro Ordine nostro, quòd in Formula celebrãdi Capitula Prouincialia à Reuerendissimo Theodoro Stratio Generali edita,& typis mandata Neapoli 1635.& quæ mitti solet ad Præsides Capitulorum Prouincialium, vt iuxta ipsam ea celebrari faciant, sic dicitur §.21. *Qui in electionem expressè, vel tacitè, consenserint, illam postea secundùm Sacros Canones impugnare nequent, nisi ex noua causa, vel veteri, sed nouiter eis pandita,& manifesta.* In margine autem notatur dictum caput *Nulli.*

8 Quarta est,quando talis oppositio, vel impugnatio electionis fit per modum appellationis,tunc enim,vt dixi supra *num.6.* ex *cap.concertationi de appellat.* solùm admittitur talis appellatio intra decem dies, nec post illos vllo modo permittitur. Verum quidem est,quòd ex *cap.statuimus de elect.in 6. & cap.cupientes eod.tit.* extendi id potest ad vnum mensem. De quo Doctores *ibid.* & Sigismundus *supr. n.22.* & Castellinus *supr. n.5 6.& 9.* ac Iulius Lauorius *supr.n.122.*

9 Quinta est conformiter ad dicta *to.1. eo cap.15. nu.37.* circa formam seruandam in oppositione, seu appellatione contra electionem. Taliter enim appellantes tenentur exprimere in instrumento publico coram personis authenticis, quæ super hoc testimonium perhibeant, omnia, & singula, quæ obijciunt, & simul iurare quòd credunt ea esse vera,& se posse illa probare, alioquin non possunt alia obijcere, nisi,iuxta dicta supr.*num.7.* ex *cap.nulli de elect.in 6.* forsan essent aliqua de nouo emersa, vel quæ verisimiliter ignorare potuissent. Ita enim habetur expressè *in cap.vt circa de elect. in 6.* & tradunt ibi communiter Doctores. Quibus iunge Peirinis eo loco à me relatum, Castellinum *supr. num.2.13.14.15.& 16.* & Sigismundum *supr. dub.46.nu.11.* Notans *num.12.* hanc formam esse ad vnguem obseruandam, ita vt sine illa opponens audiri non debeat. Nota tamen aliquo modo limitatam esse per Clemen. *Constitutionem de elect. in 6.* quando quæ opponuntur directè respiciunt ius Ecclesiæ,vel opponentes. De quo Doctores *ibid.* maximè idem Sigismundus *supra* plura afferens ad intentum *nu.18.& sequent.*

10 Sexta,& veluti explicatio præcedentis, est,quòd, qui se opponit alicui electioni, & ad Sedem Apostolicam appellat, ita debet iurare quod

quòd omnia, quæ opponit, credit esse vera, & se posse illa probare, vt non sufficiat iurare se credere esse vera, & posse probare ea quæ de ipsis deberent sufficere. Ita enim expresè habetur in *cap. is qui contra de elect. in 6.* vbi Doctores communiter, & Sigismundus *supr. d. dub. 46. num. 12.* Addens *num. 14.* id etiam esse verum in Procuratore appellantis ab electione. Maximè etiam addendum, in d. Clement. *Constitutionem* §. *cæterum* sic haberi. *Cæterum cum circa crimina, vel defectus debitam circumstantiarum specificationẽ prædictus omittit appellans, non est postmodum in prosecutione negotij super his audiendus, etiam si circumstantias huiusmodi, vel probationes earum per iuramentum asserat ad se peruenisse de nouo.* De quo DD. sup. d. Clementinam, & Sigismundus *supr. nu.* 15.

11 Nota autem, quòd impugnata electione ante confirmationem, si contra formam sit oppositũ, electus tenetur probare se ritè electum; si autem post confirmationem contra formam opponatur, opponens probare tenetur; si verò oppositum sit contra personam, semper onus probandi incumbit opponenti. *cap. 1. de elect. in 6. & c. si compromiss. sarius.* Thesaurus *in Praxi p. 2. verbo Electio cap. 4. §. nota* 2. ex Butrio, Innoc. Compostell. & Mascardo.

12 Adde etiam, quòd quando id quod opponitur post confirmationem, ante illam propositum, & discussum fuit, ac super eo pronunciatum, non debet admitti talis oppositio, quia iam taliter discussum, & pronunciatum transit in rem iudicatam. Cuchus *Instit. maior. tit. de confirm. potest. num. 4.* Biaxius *supr. cap. 45.* Sigismundus *supr. dub. 46. num. 5.*

13 Quando verò oppositio est non contra electionem, sed contra electum, obseruandum est quod habetur *in cap. si forte de elect. in 6.* videlicet, *si forte inter cætera, quæ obijciuntur electo, aut postulato, seu aliàs promouendo ad aliquam dignitatem, euidẽtem scientiæ, vel alium personæ defectum opponi contingat, in discussione obiectorum illum statuimus ordinem incommutabiliter obseruandum, vt promouendus super defectu ipso ante omnia subijciatur examini, cuius euentus examinandus, alijs, aut dabit initium, aut negabit. Cæterum, si præmissi examinis exitus huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui, opponentes omnino à prosecutione causæ, in qua talia obiecerunt, excludimus, & proinde puniri decernimus, ac si penitus in probatione omnium, quæ obiecerunt, defecissent.* Castellinus *supr. num.* 8. Et quod magis est, non esse locum pœnitentiæ oppositori falso, *in cap. ab eo: de elect. in 6.* sic decernitur: *Ab eo, qui contra electum, vel postulatum seu promouendum ad aliquam dignitatem, inter cætera quæ obijcit, euidentem, notorium, seu manifestum scientiæ, vel alium personæ defe-*

ctum opponit: ipsius defectus oppositio, vel eius qualitas nequeunt postea reuocari. Cum enim opponens, si quid de defectu opposuit huiusmodi, destitui veritate contingat, à prosecutione causæ debeat omnino excludi, & puniri perinde ac si probatione omnium, quæ obiecerat, defeciſſet; iustum est, vt postquam ad oppositionem eamdem procedit nequeat in præiudicium eius, contra quem opposuit, vlterius pœnitere. Doctores ibidem, & Sigismundus *supr. n.* 8. 9. & 10.

DVBIVM SECVNDVM.

An prædicti Patres legitimi fuerint oppositores contra electiones factas in prædicto Capitulo.

14 REspondendum est negatiuè, prout manifestè colligitur ex adductis in dubio præcedenti. Primò quidem, quia ea, quæ contra præfatas electiones opposuerunt, non sunt magni, aut notabilis momenti, prout constabit dubijs sequentibus ea euacuando. Nec talia credi possent cum præfatum Capitulum, eiusq; electiones celebratæ fuerint à Religiosis grauibus, & valdè doctis, Doctoribus, & publicis lectoribus in Sacra Theologia in clarioribus Vniuersitatibus Hispaniæ, ac Sancti Tribunalis Inquisitionis Censoribus, & Consultoribus sub Præside Magistro Ioanne de Orbea viro nedum nobilissimo, & magnæ authoritatis, sed & magnæ quoque experientiæ in agendis, qui quinquies idem munus exercuit, & de quo proinde bona præsumptio semper haberi debeat. Cum pro Iudice semper iura præsumant. *l. vir bonus ff. iudicatum solui l. fin. C. ad l. Iul. repet.*

15 Secundò, quia prædicti Patres oppositores consenserunt in dictum Capitulum, eiusque electiones, non repugnantes, contradicentes, reclamantes, aut aliquid contra ipsum, vel ipsas protestantes, quinimò, vt in Actis authenticis Capituli §. *iam ergo* habetur, *acceptata fuit electio Prouincialis nemine reclamante*, & infra: *tandem solitam obedientiam nouo Prouinciali electo omnes Gremiales exhibent*. Eamdemque obedientiam præstiterunt Diffinitoribus, & Patribus tunc electis, à mense Maij, quo celebratum est dictum Capitulum vsque ad mensem Decembris, quo insurgere ceperunt contra Prouincialem, & Priorem Matritensem. Vnde propter regulas, & textus, de quibus supr. *dub. 1. num. 6.* manifestè excluduntur prædicti Patres a munere oppositorum, seu impugnatorum talium electionum.

16 Idem porrò, quæ dico de prædictis Patribus oppositoribus, qui

fue-

Digitized by Google

fuerunt Gremiales ipsius Capituli, intelligendum etiam est de quodam alio Religioso, qui cum de gremio Capituli non fuerit, nihilominus etiam illud, & electiones in ipso factas impugnauit; & de quibusdam alijs eiusdem Prouinciæ alumnis. Illi enim omnes à mense Maij vsque ad mensem Decembris, Prouinciali, Diffinitoribus, & Prioribus obedientiam, & summissionem debitam multis actibus positiuis hinc, indeque præstiterunt, quo grauum, & ratum habuisse, comprobantur prætatum Capitulum cum gestis in ipso. Regula enim Iuris, quæ est 10. videlicet, *Ratihabitionem retrotrahi, & comparari mandato* in omni actu obtinet, vt notat Glossa *ibi*, & maximè Glossa *in cap. auditis de elect. vers. expost facto*, vbi inquit, *ratihabitionem habere etiam locum in electionibus*.

17 Nec obstat si contra dicta obijciatur, quòd ex dicto *cap. auditis de elect.* electio inualida non ratificetur per subsequentem consensum. Ibi enim manifestè est sermo de electione facta per minorem partem Capituli, electiones verò, de quibus in præsenti, factæ fuerunt concorditer, vt ex ipsis Capituli Actis authenticis constat.

18 Tertiò, & maximè repelluntur dicti Patres à munere oppositorum, seu impugnatorum Capituli, & electionum in ipso factarum, quia scilicet causæ, quas contra ipsa obijciebant, non fuerunt de nouo emergentes, aut de nouo panditæ, aut cognitæ, sed antiquæ, & tempore celebrationis Capituli ipsis manifestæ, & euidenter notæ. Clarè enim, & manifestè videbant, & sciebant quando Capitulum celebrabatur, quòd admittebantur vt legitimi suffragatores Socij Conuentuum, qui solum ab habentibus viginti annos in professione, erant electi, & aliqui de nouo adiuncti, & quòd erat sufficiens numerus scrutatorum, ac tandem, quòd Priores Conuentuum eligebantur in Diffinitorio ipsius Capituli, non in ipsis Conuentibus, quæ sunt causæ propter quas contendebant de nullitate Capituli, & electionum. Ex hoc autem manifestè infertur eos non potuisse admitti, vt oppositores, seu impugnatores illius, propter dicta supra *dub* 1. *n.* 7. ex *cap. nulli licere. de elect. in* 6. & ex decreto Reuerendiss. mi Generalis Stratij ibi relato.

19 Similiter quartò expelli debuerunt à tali munere oppositorum, seu impugnatorum Capituli per modum appellationis, cum constet non solum post decem dies, aut vnum mensem à celebratione Capituli, sed post sex, & amplius menses, eam appellationem fecisse. Ex hoc enim constat repellendos necessariò fuisse, cum ex *cap. concertationi de appellat.* supra *dub.* 1. *num.* 8. relato manifestè habeatur solum intra decem dies admitti posse appellationem ab electione. Et ex *cap. statuimus de elect. in* 6. & *cap. cupientes eod. tit.* id extenda-

tur ad vnum menſem. Nec illis ſuffragari potuit, quòd dicerent ſe non fuiſſe appellantes, ſed merè ad Sedem Apoſtolicam recurrentes. Oppoſitum enim conſtat tum ex Memorialibus ab ipſis porrectis, tum ex reſponſione ad Decretum Illuſtriſſimi Hiſpaniarum Nuncij, nunc Emin. D. Cardinalis Panzirolæ, vbi ſæpiùs ſe appellantes ad Sedem Apoſtolicam vocant.

20 Quintò etiam, repelli debuerunt à dicto munere ob non ſeruatam formam præſcriptam in *cap. vt circa de elect. in 6.* quam retulimus *ſupr. dub. 1. nu. 9.* Conſtat enim ex prædictis Memorialibus, & alijs ſcriptis, in quibus ſuam oppoſitionem manifeſtarunt, non ſeruaſſe dictam formam, nec id feciſſe inſtrumento publico coram authenticis perſonis, nec ſub iuramento eo loco præſcripto.

21 Idem dico propter defectum ſextæ conditionis pro oppoſitoribus contra electionem requiſitæ, de qua ſupra *dub. 1. num. 10.* ex *cap. is qui contra de elect. in 6.* Conſtat enim prædictos Patres oppoſitores variaſſe in oppoſitione cauſarum contra validitatem Capituli, & electionum ipſius. Si quidem in ſcripto oblato Matriti die 4. Decembris 1642. Prouinciali dictæ Prouinciæ Caſtellæ ſolùm obiecerunt quòd Socij Priorum non fuerunt legitimi, eo quòd electi non fuerint niſi ſolùm ab habentibus 20. annos in profeſſione. In Memoriali autem poſtea ab ipſis porrecto Reuerendiſſimo Patri Ordinis quando Romam venerunt, non ſolùm prædictam cauſam nullitatis, ſed plures etiam alias obiecerunt. In Memoriali verò poſtea Eminentiſſimo D. Cardinali Protectori oblato vlteriùs addiderunt aliam cauſam nullitatis Capituli, & electionum ipſius, videlicet quòd pro illis fuerint adiuncti aliqui ſuffragatores, qui de iure tales non erant. Ac demum poſtea poſt duos circiter menſes opponere ceperunt, defeciſſe tres ſcrutatores in dicto Capitulo, & ipſius electionibus. Ex quo manifeſtè elicitur ipſos varios in opponendo extitiſſe, ac propterea repelli debuiſſe: tum ex dicto *cap. is qui contra*, tum ex communi dicterio de teſte, ſcilicet *teſtis varius, teſtis falſus*. Quod etiam oppoſitori, ſeu impugnatori electionis applicari poteſt.

22 Repelli etiam debuerunt prædicti Patres oppoſitores, iuxta dicta ſupr. *dub. 1. num. 12.* à munere impugnatorum, propterea quòd cum ante confirmationem Capituli à Generali per litteras poſtulaſſet ne illud confirmaret, ipſeque Generalis rem maturè diſcuſſiſſet, cauſaſque, propter quas confirmationem negandam eſſe dicebant, conſideraſſet, nihilominus ipſum confirmauit litteris datis eodem anno 1642. die 15. menſis Nouembris. Ex quibus omnibus liquidò patet præfatos PP. legitimos oppoſitores non fuiſſe in cauſa præſenti.

DV-

Digitized by Google

DVBIVM TERTIVM.

An in casu quo prædicti Patres legitimi oppositores Capituli essent potuisset decidi causa non citata, vel audita parte Capituli.

23 REspondeo id nullo modo fieri posse. Primò ex *cap.* 1. *de causa possess.* vbi Gregorius Papa dicit, *nec Nos contra inauditam partem aliquid possumus definire*. Vbi verbum (*potest*) negatione præposita, importat necessitatem, vt ibi Panor. *num.* 4. & Iasson. *l. Gallus ff. de liber. & posthum. num.* 17. Glossa *cap.* 1. *de reg. Iuris in 6. versic. non potest*. De quo DD. ind. *cap.* 1. specialiter Ioann. Andr, Innocent. Imola, Hostiensis, & Ancharanus. Secundò, ex *cap.* 1. *de feudis sine culp. non amit.* vbi dicitur, *non debet quis priuari feudo etiam per Principem antequam de culpa sit conuictus*. Et Clement. *pastoralis de sentent. & re iud. versic. nec prædicta suppletio*, vbi dicitur, *Imperatorem non posse supplere citationem, quia est de iure naturali.* & 2. *quæst.* 1. *ca. Deus*, vbi dicitur, *Deum noluisse punire peccata Sodomorum, nisi descenderet, & videret, neé Adam, nisi priùs eo vocato, & eius defensione audita*. Et *ca. caueant, & ca. omnia* 3. *quæst.* 9. vbi habetur, *sententiam absque citatione nullam esse*. Tertiò, ratione, quia citatio partis vt se defendat, est radix, & initium omnium litium. *Inst. de pœn. tem. litig.* §. *finali, & part.* 3. *tit.* 7. *initio*. Ergo velle sententiam ferre contra partem inauditam, est fundamentum totius processus iudicialis euertere. Quartò, quia citare partem vt se defendat est de iure naturæ, quod dictat, vnicuique locum se tuendi concedendum esse. Item ius naturæ dictat ante sententiam esse plenè, & perfectè cognoscendam culpam, quod effici non potest nisi pars citetur, & audiatur, an aliquid habeat quo à culpa purgetur. Sed Princeps immutare nequit ius naturæ, ergo non potest contra inauditam partem procedere. Hanc proinde conclusionem tenet Glossa *Extrauag.* 1. *de dolo, & contum. verbo Non obstantibus*, vbi dicit, *partis citationem esse de iure naturæ, contra quam nullus Princeps procedere potest*. Panorm. *cap.* 1. *de causa possess. n.* 4. *&* 5. vbi hæc dicit: *Etiam Princeps non potest supplere defectum citationis, nec valet sententia per Principem sine citatione lata, quia est contra ius naturæ non citare partem, & citatione præcedente, & causæ cognitione præsumendum est pro Principe, & non aliter*. Hæc Panorm. Qui & refert Cardinal. Et idem Panormit.

cap.

cap. inter quatuor de maior. & obedien. nu. 1. vbi inquit : ***De absoluta potestate potest Princeps procedere absque citatione in ijs, quæ sunt in potestate ipsius Principis, secus in quibus non habet plenam dispositionem, quia tollere citationem est tollere defensionem, quæ est de iure naturæ.*** Et Iason. *dicta l. Gallus num.* 18. vbi dicit : *Nec Papam posse de plenitudine potestatis omittere citationem, quia est contra ius naturæ.* Idem Angel. *l. si accusatorib. C. de accusat.* & Glossa *l. fin. C. de legib. vers. quo minus,* & ibi Bald. *num.* 1. *& l. cum Fratrem C. de ijs quibus, vt indig.* Couarr. *quæst practic. cap.* 23. *num.* 6. Rebuffus *repetition. cap.* 1. *de poss ff. vers. f xtò nota.* Pinellus plures referens *G. de rescind. vendit.* 11. *p. rubricæ cap.* 2. *num.* 21. Alexand. *cons.* 5. *volum.* 2. *nu.* 2. Oldradus, Maranta, Aretinus, Felinus, & alij Iuristæ. Quibus iunge ex Theologis Sotum *l.* 5. *de iust. quæst.* 3. *art* 3. *ad* 1. *vers. at vero vtrum,* vbi inquit *si Princeps citra iudicij formam, & ordinem aliquid imperet, nefas est, nec parendum est illi, quia Princeps tenetur ordine iudiciario procedere.* Caiet. *verbo Homicidium,* Mirandam *de Ordine iudiciar. q.* 14. & alios.

24 Specialiter in materia electionis quòd ea non possit cassari nisi citatis, & auditis electis, habetur ex *cap vlt. de elect. in* 6. vbi Doctores communiter. Viuianus *de Iure patronat. l.* 9. *cap.* 1. *num.* 24. maximè Rota in vna Illerdensi *electionis Abbatissæ* coram D. Roxas 2. Iunij 1676. ex Caualer. *decis.* 376. *num* 1. De quo etiam Rotæ decio in *recent. decis.* 139. *num.* 7. *p.* 7. & Portell *in Respons. p.* 2. *cas.* 4. *nu.* 3. Ad minus ideſt clarissimum quando electio est in conformitate facta, confirmata, & in possessione posita, ac reclamantibus electis, prout erat in præsenti.

25 Nec obstat, Panorm. *cap. cum olim de sentent. & re iudicat. n.* 20. *& cap. causam de rescript. num.* 3. Rebuffum *vbi supr.* Felinum *dicto cap. cum olim num.* 11. Marantam *de Ordine iudic.* 6. *par. verbo Citatio num.* 3. & quosdam alios, quos retuli, & ex parte secutus sum. *to.* 3. *Summ. verbo Iudex, & iudicium Regular. num.* 17. dixisse, posse aliquando Iudicem contra partem non citatam, nec auditam procedere. Nam, vt ipsos legenti constabit, loquuntur in casu, quo crimen est notorium, & liquidò, ac certo constat nullam defensionem esse reo, quod non procedit in proposito, vt euidenter constabit, euacuando ea, quæ Patres oppositores Capituli obijciebant.

26 Quare audiri non meruerunt aliqui insinuantes potuisse Eminentissimum D. Cardinalem Protectorem huius causæ Iudicem, vel etiam Reuerendissimum Generalem, electiones in dicto Capitulo factas extra iudicialiter, & sine strepitu iudicij, non auditis electis irritare, & cassare. Id enim contra Ius naturale, diuinum, & humanum esset.

Digitized by Google

esset. Cum enim tales electiones non solùm in concordia factæ fuissent, sed etiam à Superiori confirmatæ essent, & per confirmationem adquisiuerint electi Ius in officijs, ad quę fuerunt electi, & in ipsorum possessione per multos menses fuerint, & contradicerent tali causę discussioni ipsis non citatis, aut non auditis; proculdubiò nihil potuit in causæ decisione agi sine ipsorum citatione. *cap. nosti, & cap. qualiter de elect. & cap. dudum de præbend. cap. fin. de elect. l. 6.* Petrus Gregorius *in partit. Iuris ca. non tract. de elect. nu. 4.* Portellus *supr.*

DVBIVM QVARTVM.

Quod mandatum, vel procuratio requirebatur, vt aliquis esset legitimus procurator Romæ pro Capituli defensione.

27 SVppono, causas electionis agitari posse per procuratores tam partis impugnantis quam defendentis. Ita enim habetur ex *cap. 1. de elect. in 6.* vbi etiam terminus illis præfigitur ad prosequendam appellationem. Doctores communiter ibi. Layman. *supr. q. 117. & q. 118.*

28 Quo posito ad dubium propositum respondeo, procurationem, seu mandatum, quod requirebatur, vt aliquis esset legitimus procurator Romæ pro dicti Capituli defensione debere esse ab omnibus electis in ipso ad aliquod officium, videlicet Prouinciali, quatuor Diffinitoribus, Prioribus &c. vel saltem ab ijs, qui representant totam Prouinciam, scilicet Diffinitorio ipsius, quod conflatur ex Prouinciali, quatuor Diffinitoribus, & Socio, seu Secretario.

29 Ratio primæ partis est, quia procurator legitimus est ille, qui à parte principali interesse habente accepit mandatum. Etenim iuxta Vlpianum *in l. 1. ff. de procurat.* procurator est, *qui aliena negotia mandato domini administrat.* Et infra. *Qui rebus suis ipsi superesse, vel nolunt, vel non possunt, per alios possunt, vel agere, vel conuenire.* Certum autem est principalem partem interesse habentem in dicto Capitulo fuisse electos in illo ad aliquid officium. Ergo. Confirmatur ex Regula illa 29. inter Regulas iuris, quæ sumitur ex *l. 1. & vlt. C. de auth. præst. & ex per fundũ 11. ff. de seruit rustic. præd.* videlicet, *Quod omnes tãgit debet ab omnibus approbari.* Constat autem negotium illius Capituli tãgere omnes illos, qui in eo electi fuerunt ad aliquod officium in Religione, ac proinde procuratorem legitimum in hac causa illũ fuisse, qui ab illis habuisset mandatũ, seu procurationẽ.

Ra-

30 Ratio etiam ſecundæ eſt, quòd idem, quod fit à principali, fieri etiam poteſt ab eo, qui ipſum repræſentat, vt patet in Vicario, Delegato, Commiſſario, Procuratore &c. Cum autem Diffinitorium repræſentet totam Prouinciam, vt colligitur ex noſtris Conſtitutionibus *par.4. cap.19. num* 1.2. 11. 13.& 14. ac *cap.*20. præſertim *n.*4. ideo habens procurationem, ſeu mandatum à dicto Diffinitorio cenſeri debuit habere illud à tota Prouincia, ac per conſequens ab Officialibus in dicto Capitulo electis.

31 Videtur autem neceſſarium fuiſſe in tali caſu quòd omnes Gremiales Diffinitorij, Prouinciales ſcilicet, & Diffinitores, conuenirent in deſignatione procuratoris; nec ſufficere quòd maior pars ipſorum id faceret. Ratio eſt, quia, licet ad ſtatuendum ea, quæ pertinent ad omnes vt vniuerſos, vel in communi, ſufficiat conſenſus maioris partis *cap.cum in cunctis de ijs quæ fiunt à maiori parte Capituli.& cap. auditis de elect.* nihilominus ad ſtatuendum ea, quæ ſpectant ad omnes vt ſingulos, ſeu in particulari, quale eſt in hoc caſu conſtitutio procuratoris; ſi quidem omnes de Gremio Diffinitorij ſunt electi in tali Capitulo, requiritur conſenſus ſingulorum, ita vt in his habeat verum Regula iuris *in 6.* adducta: *Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari. cap.cum omnes de conſtit. l.per fundum ff. de ſeruit. ruſtic.* Gloſſa *in d. cap.cum omnes verbo Conſtitutum*. Angelus, Silueſter, & alij Summiſtæ *verbo Capitulum*, & DD. communiter, quos refert Barboſa *in d.cap.cũ omnes, & ſuper d.Regulã quod omnes tangit.*

32 Imò etiam videtur neceſſarium fuiſſe ad deſignationem talis procuratoris, quòd fieret à dicto Diffinitorio per modum Diffinitorij, congregato ſcilicet ad ſonitum campanellæ, loco, & alijs circumſtantijs, quæ ſecundùm conſuetudinem Religionis obſeruantur ad actiones Diffinitoriales. Hoc enim commune eſt omnibus, quæ fiunt à Collegio, Capitulo, Diffinitorio &c. vt talibus.

33 Illud certiùs, procuratorem taliter conſtitutum potuiſſe renuere acceptare talem procurationem, & illam recuſare. Ratio eſt, quia mandatum eſt contractus à mandatore, & mandatario ſponte initus, & nemo inuitus cogitur ad procurandum pro alio. *l.* 1. *ff. mandat. l.inuitus C.de Procuratorib.* Azor. *to.*3. *Inſtit.moral. l.*9. *cap.*5. Bonacina *de Contractibus diſp.*1. *q.*2. *punct.*6. *num.* 11. Layman. *lib.*3. *ſect.*5. *Tract.*4. *cap.*26. *num.*9. Barboſa *de Offic.& poteſt.Epiſc. Allegat.*79. *num.*35. poſt alios, quos refert. Credo nihilominus, quòd ſi talis procurator eſſet eiuſdem Religionis poſſet cogi à Superiori ipſius ad acceptandum tale mandatum, eo quòd, iuxta dicta *to.*1. *c.*4. ex vi voti obedientiæ obligatur Religioſus ad obediendum in rebus licitis, & honeſtis, & quæ concernunt Regulam, quale eſt hoc, vt

mu-

munus procuratoris gereret pro defensione Capituli suæ Religionis.

34 Credo etiam Procuratorem Generalem nostri Ordinis potuisse suscipere talis causæ defensionem, tum ex vi sui muneris, quod est defendere Religionem, tum propter priuilegium Bonifacij noni pro Prædicatoribus, quod retuli *to 4. verbo Procuratores Religionum n.4.* in quo Procuratoribus Generalibus conceditur facultas assumendi quascunque causas Ordinis, etiam in ijs, in quibus requiritur speciale mandatum, perinde ac si ab ijs, ad quos interest, data esset omnimoda potestas. Idque supponitur à Rota in vna Theatina *Iurisdictionis* coram D. Coccino anno 1614. vbi habetur, Procuratores Generales Religionum communicantium in priuilegijs cum Dominicanis posse vti concessione Bonifacij IX. relata. Oporteret tamen rectè instructum esse in causa ipsa, aliàs non posset nec licitè, nec validè eam assumere.

DVBIVM QVINTVM.

An prædictum Capitulum, & eius electiones annullari deberent eò quòd Socij Conuentuum, qui in eis vocem habuerunt, non fuissent electi ab omnibus in Sacris constitutis.

35 SVppono ex dictis *to.1. cap.15. num.4.* ad electiones, quæ fiunt inter Regulares, admitti vt electores Clericos omnes in Sacris constitutos, prout ex *cap. ex eo de elect. in 6.* & Clementin. *Vt ij de etat, & qualit.* ac Concilio Trident. *sess.22. cap.4.* dixi eo loco. Id etiam videtur esse de iure communi Religionis. Nam *par.4. cap.24. num.1.* dicitur excludendos esse ab electionibus professos, qui in Sacris non existunt. Ex quo denotatur quòd omnes in Sacris existentes admitti debeant.

36 Nihilominus dicēdum, propter ius particulare illius Prouinciæ non potuisse, nec debuisse ad electionem Sociorum Priorum iturorum ad Capitulum Prouinciale admitti omnes in Sacris constitutos, sed solùm illos, qui viginti annos in professione habebant, ac proinde non propterea Capitulum Prouinciale prædictum, aut electiones in ipso factas impugnari posse.

37 Et primò, antequam id probetur, nullatenus audiendos fuisse prædictos Patres oppositores in hoc, non solùm liquidò habetur ex di-

dictis toto dubio primo, & secundo; sed specialiter ex eo quòd in Actis prædicti Capituli in authentica forma ad Generalem Romam transmissis §. *Tunc Reuerendus Pater* sic habetur. *Et statim rationem posuit* (scilicet Præsidens) *cum Socijs Conuentuum, & ipsi litteras, in quibus status eorum, & bonorum eorumdem continebantur, exhibuerunt, quibus iam examinatis interrogauit: An quis esset qui impedimento aliquo Canonico, voce activa, aut passiua esset priuatus, & nemine reclamante omnes habiles inuenti sunt, &, vt tales reputati à R. P. Præside.* Nullo ergo iure dicti Patres oppositores dicere potuerunt præfatos Socios Priorum illegitimos suffragatores fuisse, si quidem expressè, vel tacitè, ipsi, qui erant Gremiales Capituli, eos in eodem Capitulo *nemine reclamante* habiles inuenerunt. Procedunt enim contra illos adducta supra dub. primo, & secundo, & præsertim Regulæ illæ Iuris: *Quod semel placuit amplius displicere nō potuit*, & illa *Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum*, ac illa, *Nullius potest venire contra factum suum*.

38 Deinde planè conuincitur quòd hic modus eligendi Socios debuerit omnino obseruari in Prouincia Castellæ. Cum enim priùs diuisa esset in duas Prouincias, quarum vna Castellæ nouæ, & altera Castellæ veteris vocabatur, vnitæ fuerunt authoritate Pontificia, Regia, & ordinaria Generalis in vnam Prouinciam Castellæ cum certis pactis, & conditionibus, quarum vna fuit *num.* 13. quòd solùm haberent vocem in electione Sociorum Priorum iturorum ad Capitulum Prouinciale illi, qui habuissent viginti annos in professione, & quòd si alio modo fieret talis electio esset irrita, & omnino nulla ipso facto. Hæc autem conditio habebat robur, & firmitatem, primò, quia facta est à Commissarijs vtriusque Prouinciæ nomine Religiosorum ipsius, qui proinde cesserunt iuri suo, si quod habebant, ad oppositum. Secundò, quia facta est authoritate ordinaria Generalis, qui, iuxta Constitutiones Ordinis *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. & 11. non solùm habet facultatem dispensandi in Constitutionibus Ordinis ex legitima causa; sed etiam (quod est maximè notandum) habet totam authoritatem, quam habet Capitulum Generale, præter quam in tribus casibus, in quibus non includitur iste. Constat autem euidenter potuisse Capitulum Generale facere prædictam cōditionem pro bono regimine Religionis. Tertiò, & præcipuè, ex eò quòd prædicta conditio facta fuit ex vi Breuis Sanctissimi D. N. Vrbani 30. Augusti 1636. in quo conceditur authoritas dicto Theodoro Generali eligendi aliquem Religiosum in Vicarium Generalem cum authoritate Prouinciales vtriusq; prædictæ Prouinciæ absoluendi à suis Prouincialatus Officijs, si illa sponte renuntiare *recusauerint, dictasque duas*

Pro-

Prouincias in vnam Caſtellæ Prouinciam vnire cum illis pactis, & conditionibus, in quibus Fratres vnius, & alterius Prouinciæ Caſtellæ conuenerint. Et poſtea in fine additur: *Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis &c. ſtatutis, & conſuetudinibus &c.* Quartò, qũia huiuſmodi conditio cum alijs recepta, & approbata fuit à Gremialibus vtriuſque Prouinciæ Congregatis in Capitulo Prouinciali Matriti celebrato 17. Octobr. 1628. inſtrumento etiam facto coram Illuſtriſſimo Domino Nuncio Hiſpaniarum tunc temporis Domino Campeggio, & eius notarijs. Gremiales autem Prouinciæ omnes Fratres ipſius repræſentãt, ac per conſequens potuerunt recipere, & approbare prædictam conditionem cum alijs. Denique quintò, quia Magiſter Michael Nauarrus eo tempore Prouincialis curare debebat prædictam conditionem ſimul cum alijs ſeruari ex vi iuramenti præſtiti in Capitulo Prouinciali Matritenſi anni 1628. in quo fuerat electus. Vt enim conſtat ex Actis authenticis eiuſdẽ Capituli §. *Deinde* poſt ſuam in Prouincialem electionem genuflexus in conſpectu omnium Capitularium fecit iuramentum iuxta formam præſcriptam in pactis, & conditionibus vnionis ſeruandi inuiolabiliter in vtroque foro prædicta pacta, & conditiones, inter quaserat iſta.

39 Etſi autem confirmatione à Generali non egeret, vt potè, quia facta fuit authoritate Apoſtolica Papæ, authoritate etiam ordinaria Generalis, authoritate inſuper Vicarij Apoſtolici, & Generalis, conſentientibus, & approbantibus Gremialibus vtriuſque Prouinciæ, qui illam totam repræſentant, vt præmiſſum eſt; nihilominus ab eodem Generali confirmata fuit Litteris patentibus datis 8. Ianuarij 1639. Conſtat enim ex Actis authenticis Capituli intermedij eiuſdem Prouinciæ celebrati in comuentu Vallis morenſi 28. Aprilis 1340. §. *Deinde*. Prouincialem exhibuiſſe Diffinitorio litteras eiuſdem Generalis continentes confirmationem vnionis inter vtramque Caſtellam, & confirmationem legum, & cõditionum ſub quibus facta fuit vnio. Cui conſonant Epiſtolæ eiuſdem Generalis ad Prouincialem eiuſdem Prouinciæ, & ad magiſtrum Orbeam Præſidem Capituli, de quo eſt controuerſia. & ipſorum ad Generalem, quæ partim apud illos, partim in Regiſtris litterarum pro Hiſpania cernuntur; ex quibus habetur hanc conditionem confirmatam fuiſſe cum cæteris à prædicto Reuerendiſſimo, ſimulque voluiſſe, vt ea exequutioni mandaretur. Idem etiam corroborat quòd huiuſmodi etiam conditio innouata fuit in Capitulo Prouinciali, de quo eſt controuerſia §. *tertia conditio*, quod nullatenus fieret, ſi ea à præfato Generali reprobata fuiſſet, vel non confirmata. Imò cum innouatio dictæ conditionis

fa-

facta fit annuentibus, consentientibus, & subcribentibus dictis PP. oppositoribus, vt patet ex Actis dicti Capituli, ideo nullatenus audiri poterant contra ipsam, propter dicta *supr. dub.* 1. & 2.

40 Nec obstat quod obijciebant Patres oppositores contra præfatam, & alias conditiones vnionis, esse videlicet contra præfatum Breue Sanctissimi, eo quòd in ipso Papa concedat facultatem Vicario Generali à Generali deputato vniendi dictas Prouincias, & connocandi ad Capitulum Prouinciale *pro noui Prouincialis electione, alijsque omnibus, & singulis facien, quæ in Capitulis Prouincialibus dicti Ordinis iuxta illius Constitutiones Apostolica auctoritate confirmata fieri solent.* Ex eo inferentes hanc conditionem inualidam esse, eò quòd contraria sit Constitutionibus Ordinis. Sed futilem fuisse hanc obiectionem constat primò, quia, vt manifestè liquet ex ipso Breui ibi solùm loquitur Pontifex de Capitulo Prouinciali celebrato anno 1638. in quo completa fuit vnio Prouinciarum, non de Capitulo celebrato ann. 1642. de quo modò est controuersia. Secundò, quia ibi nihil præcipit, aut disponit, sed solùm refert, quæ fieri solent in Capitulis Prouincialibus, nec in verbis adductis dicitur *fieri debent*, sed *fieri solent*. Vnde argumentum ex prædicto Breui SS. sumptum nullius momenti esse comprobatur.

41 Nec etiam obstãt adducta in principio huius dubij ex Iure communi, & Constitutionibus nostræ Religionis; non solùm, quia ibi maximè in Iuribus relatis ex Iure communi, solùm videtur permitti, aut concedi quòd omnes Clerici adsint electionibus, non verò præcipi; sed etiam, & præcipuè, ex eo quòd, vt patet ex Breui Sanctissimi adducto supra *num.* 38. idem Sanctissimus concedit facultatem reuniendi dictas Prouincias in vnam, cum illis pactis, & conditionibus, *in quibus Fratres vnius, & alterius Prouincia conuenerint*: addendo in fine, *non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis statutis, & consuetudinibus*. Per hæc enim satis denotatur ex vi authoritatis à Papa concessæ potuisse dictos Religiosos statuere hanc conditionem pro vnione Prouinciarum, non obstantibus Iure communi, aut Constitutionibus Ordinis.

DV-

DVBIVM SEXTVM.

An prædictum Capitulum, & eius electiones inualida fuerint propter vota quædam in illo adiuncta.

42 EXtollebant præterea Patres oppositores obiectionem aliam contra validitatem Capituli, videlicet, quòd, vt constat ex Actis ipsius, in eo numerantur quinquaginta Gremiales; cum tamen, iuxta ipsorum computationem, tot nequiuerint esse. Vnde dicebant suppletum fuisse numerum aliquorum absentium contra Concilium Tridentinum *sess.25. cap.6. de Regularibus*, ac per consequens electiones inualidas fuisse, & suffragatores adiunctos inhabiles postea ad omnia officia Ordinis. Dicit enim Concilium. *Nec in posterum liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoscunque titulares ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces, & suffragia absentium supplere. Si verò contra huius decreti Constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit; & is, qui ad hunc effectum se in Prouincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiserit, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis existat, facultatesque super his concessæ eo ipso abrogatæ censeantur, & si in posterum aliæ concedantur, tanquam subreptitiæ habeantur.*

43 Hanc tamen obiectionem nullius momenti esse liquidò suadetur. Et primò quidem, cum nihil constaret de eo quod opponebatur, nec per testes idoneos, instrumenta authentica, aut processum formatum, proculdubiò Patribus oppositoribus credendum non erat. Sed si circa id fuisset aliquod dubium, citanda, & audienda esset pars Capituli, prout Iuris est, iuxta dicta supra *dub.3*. Interim tamen secundò, audiri non debuisse præfatos Patres, conuincitur, tum propter superiùs dicta *dub.2.* tum specialiter, quia ipsimet personaliter assistentes electioni Prouincialis, in qua vocem habuerũt prædicti quinquaginta suffragatores, eam, vt legitimam, & Canonicam (idem dico de electione Diffinitorum) acceptarunt, & approbarunt. Vt enim constat ex verbis dictorum Actorum authenticorum Capituli §. *iam ergo*, facta electione Prouincialis, *acceptatur* electio à R.P. *Præside, nemine reclamante, &, vt canonica est habita*. Subditur postea, *& tandem solitam obedientiam nouo Prouinciali electo omnes Gremiales exhibent*. Quam etiam exhibuerunt per sex menses post Capitulum celebratum. Et sanè tertiò, cum, iuxta Iura, & antiquam Ordinis con-

ſuetudinem,prout colligitur ex Formula celebrandi Capitula Prouincialia §.21. & 26. quam retuli ſupra *num.*7. finito ſcrutinio pro electione Prouincialis,& Diffinitorum, Prę ſidẽs Capituli ter interroget Gremiales an habeant illam electionem, vt legitimam, & prædicti Patres,qui Gremiales etiam erant,nihil dixerint, quin potiùs prædictas electiones acceptauerint, & approbauerint, proculdubio ſignum euidens eſt nullum illegitimum ſuffragatorem ad præfatas electiones admiſſum fuiſſe..

44 Ad maiorem etiam abundantiam, & tollendum omnem ſcrupulum, dico, potuiſſe Patres illius Capituli ex vi vnius conditionis præfatæ vnionis *num.*9. (quæ erat quòd, vt in Capitulis Prouincialibus eſſent ſemper paria vota vtriuſque Prouinciæ vnitæ, ſcilicet, Caſtellę nouę,& veteris,poſſent Patres illius partis Prouinciæ,quæ habebat minora vota eligere ſibi tot ſuffragatores, quot eſſent neceſſarij ad adæquandum vota, ſeu ſuffragatores alterius partis) eligere, ſeu creare aliquot ſuffragatores. Quod fecerunt vtentes iure præfatæ conditionis factæ authoritate Apoſtolica Papæ, ordinaria Generalis, & delegata Vicarij Generalis Apoſtolici, conſentientibus non ſolùm Commiſſarijs vtriuſque Prouinciæ, ſed etiam Gremialibus illius totam Prouinciam repræſentantibus, vt dictum eſt ſupra *dub.*5. *nu.*38. Hoc autem licitum eſſe conſtat ex declaratione quadam Sacræ Congregationis,quę habetur ſimul cum alijs in Codice antiquo in Bibliotecа Tranſpontinæ de Vrbe reſeruato, vbi ſic: *Cum Fratres Sancti Auguſtini poſtulaſſent declarari an inſtitutio vocum, quæ non ſit per creationem nouorum titularium, neque per ſupplementum vocum abſentium, ſed per habilitationem eorum, qui cum non eſſent vocales efficerentur vocales ſit contra Concilium. Congregatio inclinauit non eſſe contra Concilium.*.

45 Quod ergo dicebant huiuſmodi adiunctionẽ votorũ eſſe ſuppletionem votorũ abſentium ſine ratione dicebatur,cum pariter dicere poſſent factam fuiſſe ad ſupplenda vota eorũ, qui è vita diſceſſerant. Nõ enim talis electio,ſeu inſtitutio illorum ſuffragatorum fuit ad ſupplendum vota abſentiũ (quod prohibet Conciliũ,& non ignorabant docti illi Patres Capitulares) nec ad ſupplendum vota defunctorum, ſed præcisè, ſolùm, & formaliter ad adæquandum vota vnius partis Prouinciæ cum votis alterius, prout poterant, & debebant facere, ex vi præfatæ conditionis.

46 Nec obſtat ſi dicatur hanc conditionem non fuiſſe confirmatam à Generali Stratio, quin potius fuiſſe ab eo reprobatam, quia videbatur contraria Concilio Tridentino. Reſpondeo enim non conſtaſſe de tali non confirmatione, ſeu reprobatione; & dato quòd

de

de illa conſtaſſet, adhuc executioni mandari potuiſſet. Tum quia cum illa facta fuerit ex vi Breuis Sanctiſſimi, de quo ſupra, authoritate etiam Generalis, & Vicarij Generalis ab ipſo inſtituti, ac accepta, & recepta à toto Gremio Capituli, non videbatur neceſſaria confirmatio Generalis, cum nullo Iure id probetur; & dato quòd ab ipſo reprobata fuiſſet, ſolùm cenſeri debebat reprobata quatenus contraria præſumebatur eſſe Concilio Tridentino, videlicet, ſi per illam intenderetur ſupplere voces abſentium, non alio modo. Quare, cum prædicta votorum adiunctio facta non fuerit ad ſupplendas voces abſentium, ceſſaret præſumptio Generalis reprobantis illam, ac per cõſequens executioni mandari poſſet. Vt enim dixi *4.to. verbo Leges Regularium. num.61.* quando lex fundatur in præſumptione alicuius facti, vel defectus, ſeu delicti, ſi præſumptio ceſſat, eo quòd de contraria veritate conſtat, ceſſat etiam obligatio legis.

47 Addendum ad maiorem etiam abundantiam, quòd caſu dato, & non conceſſo, quòd Patres illi Capitulares ſupplerent votum alicuius abſentis, cum id non fecerint propria authoritate, ſed legitimè, & ex vi præfatæ conditionis, authoritate Pontificia, ordinaria, & delegata, vt præmiſſum eſt, nihil omnino contra mentem Concilij feciſſent. Concilij enim intentio, dum negat vota abſentium ſupplери poſſe, ſolum eſt, ne id fiat illegitimè, & authoritate ſolius Præſidentis Capituli, prout habent Rodriguez *to.2. quaſt. Regul. quaſt.51. art.6.* Miranda *2.to. Manual. Prælator. quæſt.23. art.7.* Iulius Lauorius *cap.17. num.33.* Franciſcus Bordonus *Reſolut.26. nu.6.* Theſaur. *in Praxi par.2. cap.11. 9. nota tertiò.* Referam autem Rodriguez, & Mirandæ verba, quos alij ſequuntur. Rodriguez ergo ſic habet: *Concilium enim ſolùm tollit conſuetudinem quamdam antiquam, qua in aliquibus Religionibus Præſidentes in Capitulo vota abſentiũ propria authoritate ſupplebant, dicendo, hic loco talis Prouincialis ſubſtituatur, & hic loco alterius, ad effectum electionis faciendæ, quod in magnum Religionis vertebatur detrimentum; cum hoc modo electiones nõ ſecundùm Deum fieri contingeret.* Miranda verò ſic: *Mens ergo, atque intentio ſupradicti Concilij loco prælegato tantum fuit tollere, ac penitus amouere deprauatam quamdam antiquam conſuetudinem, quam habebant Superiores, & Præſidentes in Capitulis ad effectum ſuarum faciendarum electionum, abſentium vota ſupplendi, & votum, & vocem cui volebant tribuendi propria ſua authoritate, dicendo illi: Tu eſto Prouincialis talis Prouinciæ loco abſentis, nam ego te ſubſtituo, & ſic de alijs &c. Quod quidẽ vergebat in magnã electionum fraudem, atque Religionum omnium detrimentum. Hoc itaq; tãtammodò fuit vetitũ, atque prohibitũ per ſupradictum Concil. Trid.*

48 Adde tamen, etiam ad maiorem abundantiam, prædictam adiunctionem votorum licitam, & legitimam fuiſſe. Quod probatur ex Reg. quadam à Doctoribus recepta ex *cap. vnico de deſponſat. impuber in 6.* ſcilicet, quòd *quando actus non valet eo modo quo fit, valet eo modo, quo valere poteſt.* Propterea enim ibi deciditur Matrimonium impuberum, quod ratione ætatis non valet, valere vt ſponſalia; quia hoc modo valere poteſt. Vbi Gloſſa *ibid. verſ. Matrimonium* ait, *ſi non valet vt ago, valet vt valere poteſt.* Et ita hanc Regulam vt certam ſupponit Sanchez *l. 5. in Decalog. cap. 4. num. 104. & 105.* ex alijs, & ex ea deduxi *to. 1. cap. 2. num. 28.* profeſſionem nullam ex defectu facultatis in acceptante illam, vel propter ſeruitutem, aut ſimiles cauſas, ſaltem valere, vt votum ſimplex. Quod ſi profeſſio ob defectum ætatis, aut anni nouitiatus nulla, non valet, neque, vt votum ſimplex, ideo eſt, quia Concilium Tridentinum ita diſpoſuit, iuxta dicta eo loco; ſi enim ita non diſpoſuiſſet, valeret vtique ex vi dictæ Regulæ. Ex ea autẽ ad propoſitũ efficaciter ſic argumentari licet. Admiſſo, & non conceſſo illam adiunctionem votorum non valuiſſe præcisè, vt talem, nec ex vi conditionis factæ in vnione Prouinciarũ, nihilominus quia facta eſt à toto gremio Capituli, nemine reclamante, aut contradicente, proculdubio valere debuit propter Regulam adductam in quantum valere potuit. Potuit autem valere in ratione inſtitutionis, ſeu creationis nouorum votorum, ergo valuit hoc modo. Potuiſſe autem valere dictam adiunctionem votorum in ratione creationis, ſeu inſtitutionis nouorum votorum, conſtat non ſolùm ex declaratione Sacræ Congregationis relata ſupra *nu. 44.* vbi id clarè habetur, ſed etiam, quia iuxta communem doctrinam quam tradidi *to. 1. cap. 15. num. 20.* omnes vnanimiter de Capitulo nemine diſerepante poſſunt admittere extraneum ad eligendum cum eis; prout tenent Panormitanus *in cap. ſcriptum de elect. num. 3. & in ca. eum Vintonienſis eod. num. & titulo.* Nauarrus *l. 5. Conſilior de Simonia Conſil. 9.* Paſſarellus *in Scholijs de elect. dub. 6.* & Peirinis *to. 1. de Subdit. q. 1. cap. 31. §. 8. concluſ. 9.* Et ratio eſt, quia ſicut omnes vnanimiter de Capitulo poſſunt totam poteſtatem eligendi in compromiſſarios transferre, iuxta dicta eo *cap. 15. num. 11.* ex *cap. Quia propter de elect.* multò magis poterunt communicare alijs, vt cum eis coeligant. Valuit ergo prædicta adiunctio votorum ſaltem iſto modo, ac per conſequens oppoſitio ex hoc capite petita nulla cenſeri debuit.

DV-

Digitized by Google

DVBIVM SEPTIMVM.

An tale Capitulum, & electiones in ipso factæ annullari deberent ob non seruatam formam *Capitis Quia propter de elect.* maximè quoad numerum Scrutatorum.

49 SVppono ex dictis *to.1.cap.15. nu.12.& to.2. cap.12.nu.25.* & præsertim *to.3. verbo Electio inter Regulares num.2.* in electionibus Prælatorum Regularium obseruari debere formam præscriptam in *cap. Quia propter de elect.* Videlicet, de tribus Scrutatoribus assumendis pro ipsis, qui singulorum eligentium vota exquirerent, & postea publicarent; propter plures Sac. Rotæ decisiones eo loco relatas, vbi etiam, & eodem *3.to. verbo Capitulum num.4.* qualiter nullum Capitulum possit alterare, immutare, aut supplere dictam formam eo *cap. Quia propter* designatam.

50 Ex quo magnum sibi argumentum contra validitatem Capituli, de quo modò agitur, & electionum in ipso factarum, desumere videbantur Patres oppositores. Credebant enim tantùm in eo fuisse vnum Scrutatorem designatum, & non tres, eo quòd in Actis Capituli ipsius §. *Sabbato adueniente*, dicatur, cum esset sermo de electione Diffinitorum, *Et statim ad ipsam proceditur per suffragia secreta, instituto iam scrutatore R.P. M. Ioanne de Erias ad ipsa suffragia regulanda.*

51 Hanc verò prætensam nullitatem multa eneruant. Primum quidem, quia ibi non dicitur hunc tantum Scrutatorem institutum esse, sed illum fuisse institutum ad *Suffragia regulanda*, quo denotatur institutos esse alios duos scrutatores simul cum ipso, sed huic soli commissum fuisse, vt potè vtro ætate, grauitate, & morum probitate claro, regulare suffragia, idest: vel scribere in cartula nomina eorum, qui eligebantur, vt postea cõstaret quinam haberet plura vota, vel extrahere vota ex vrna, numerare, & euoluere, quod vni ex Scrutatoribus committitur in Formula celebrandi Capitula, de qua *supr. n.7. §.19.* esto alij Scrutatores cum ipso vota suffragantium exquirerent, viderent, & in scriptis redacta publicarent, quæ sunt duo munia Scrutatorum ex eodem *cap. Quia propter.*

52 Redigere autem vota in scriptis, seu scribere nomina eorum, qui eliguntur, quod posset dici illa regulare, per vnum ex scrutatoribus

bus fieri debet, vt aduertunt Abbas *in d. cap. Quia propter nu. 9.* & Sigismundus de Bononia *supra dub. 21. num. 16.* Non explicatur autem hoc in prædictis Actis Capituli, quia in ipsis non referuntur per extensum, & ad longum gesta in ipso, sed solùm strictè, summariè, & imperfectè. Constat enim ex ipsis ea non esse perfecta, & completa, sed manca, mutilia, & imperfecta (in quo sanè reprehensione digni, qui in causa fuerunt quod sic fierent). Secundò, quia, cum Patres illius Capituli in celebratione ipsius obseruauerint formulam dictam celebrandi Capitulum Prouinciale à Generali Stratio illis traditam, proculdubio designarunt tres Scrutatores pro electionibus, quia ita præscribitur in dicta formula §. 16.

53 Tertiò, quia cum electiones factæ in dicto Capitulo celebratæ fuissent de consensu omnium eligentium, nemine reclamante, contradicente, aut protestante in contrarium, quin potius cunctis verbo, & opere acceptantibus, & recipientibus electiones, & electos per ipsas, non solùm tempore Capituli, sed multo etiam post illud, euidenter etiam denotatur non contigisse hunc errorem in electionibus ipsius, aliàs Patres aduersarij, nisi cæci essent, reclamassent, vel monuissent Præsidem, ne committeretur tam grandis error, quod nullatenus fecerunt, nisi solummodo Romæ existentes, & nouas oppositiones contra Capitulum quærentes.

54 Quartò, quia id quod dicitur de vno Scrutatore designato in prædictis actis Capituli solùm est pro electione Diffinitorum, non pro electione Prouincialis, aut aliorum Prælatorum; quia pro horum electione in dictis Actis, vt potè imperfectis, & mutilis (vt dictum est) nihil habetur erga numerum Scrutatorum. Formam autem iure communi præscriptam *cap. Quia propter* relato solum esse attendendam in electione Prælatorum, non in electione Diffinitorum, Sociorum, Discretorum &c. colligitur ex ipso *cap. Quia propter*, quia ibi solùm est sermo de electione eorum, quorum defectu Ecclesiæ manent viduatæ, quod solum competit Prælatis, quia sunt sponsi ipsarum. Fauet *cap. Ne pro defectu, eod. tit. de elect.* Glossa *in d. cap. Quia propter*, verbo *Ecclesijs viduatis*. Glossa *in cap. Sicut de elect. in 6.* post alios, Siluester *in Summa verbo Electio 2. q. 1.* Layman *supra cap. 7. q. 78.* Item Iulius Lauorius *supra cap. 19. num. 7.* & Barbosa *de Iur. Ecclesiastic. l. 1. cap. 19. num. 154.* expresè asserentes formam dicti *capitis Quia propter* nō esse attendendam in electione Diffinitorium. Vnde infertur, quòd hæc nullitas à prætatis Patribus prætensa ob defectum Scrutatorū nullatenus ipsis fauere poterat, si quidem in Actis Capituli solùm id habetur pro electione Diffinitorum, pro quibus ipsi non sunt ex iure communi necessarij.

Quam-

55 Quamuis autem ex dictis sufficienter euacuata fuerit obiectio
prædictis PP. oppositoribus facta contra electiones dicti Capituli, ob
defectum Scrutatorum; nihilominus ad maiorem abundantiam, &
pro veritatis explicatione addendum, quòd, quamuis formula illa ce-
lebrandi Capitula Prouincialia à Reuerendiss. Generali Stratio pro
celebratione illorum facta, iure obseruari debuerit in præfato Capitu-
lo, & in alijs, si tamen non obseruaretur eo modo quo ab ipso præ-
scripta fuit, vel in posterum non obseruetur (eo quòd cum fuerit so-
lum decreto ipsius facta per illius mortem iam cessauerit eius obliga-
tio) nihilominus electiones validæ essent, & in posterum validæ erũt,
si Præsidens in ipsis simul cum duobus antiquioribus Gremialibus
exerceant munus Scrutatorum, vota suffragatorum exquirendo, & po-
stea publicando. Ratio est, quia iste modus celebrandi electiones an-
tiquissimus est in Religione, & consuetudine receptus. Tum quia
est introductus authoritate Apostolica Clementis VII. in Bulla *Cum*
acceperimus per modum Breuis data Romæ 2. Aprilis 1524. in qua
in virtute Sanctæ obedientiæ præcepit motu proprio, & ex certa
scientia Generali, ac Diffinitoribus Capituli Generalis Venetijs eo an-
no celebrãdi, vt Reformationem vniuersalem Religionis, tam quoad
mores, quàm quoad Ordinis instituta procedere deberent, dando il-
lis omnimodam potestatem ad ea, ipsaque authoritate Apostolica
confirmando, & roborando. Ex vi cuius facultatis prædicti Gene-
ralis, & Diffinitores Constitutiones antiquas Ordinis per q. Reueren-
dissimum Generalem Ioannem Soreth, & Diffinitores Capituli Ge-
neralis Bruxellis celebrati anno 1466. approbatas, & publicatas de
nouo correxerunt, & emendarunt, atque ad meliorem, & probatio-
rem formam redegerunt, ipsasque toti Ordini obseruandas tradide-
runt, vt patet ex *cap. vnico de Reformatione*, quod est in prædictis
Constitutionibus in principio. In prædictis autem Constitutionibus
Ioannis Soreth approbatis, & confirmatis à dicto Clemente VII. ex
vi prædicti Breuis; imò ex vi eiusdem receptis *part. 5. de elect. Capi-*
tuli Prouincialis cap. 6. sic dicitur: *Electio autem Prouincialis fiat*
modo, & forma, quibus electio prioris Generalis fit. De qua supr. cap. 1.
& diligenter obseruentur omnia illa, quæ ibi ponuntur, excepto quòd
Prouincialis est per Priorem Generalem confirmandus antequam Offi-
cium exequatur. Quia ergo cum agitur de electione Prioris Genera-
lis in eisdem Constitutionibus sic dicitur. *Electio autem eius fiat hoc*
modo. Præsidens in Capitulo iuxta declarata cum duobus Diffinitori-
bus primarum Prouinciarum conscribat voces singulorum Gremialiũ,
ita quòd ipse qui præsidet primò vocem suam alijs nescientibus scribat;
Deinde secundus solo Præsidente audiente; postmodum tertius audien-

tibus duobus primis. Deinde singuli aliorum coram illis tribus; ideo, vt dixi hæc forma celebrandi Capitula, ita vt prædicti Præses, & duo antiquiores Capituli Patres, gerant munus Scrutatorum, seruari potuit in Capitulo Prouinciali, de quo est controuersia, & in alijs sequentibus totius Religionis.

56 Nec obstat Reuerendissimum Stratium in dicta formula celebrandi Capitula §. 16. statuisse, vt Præsidens de assensu Difinitorum assumere deberet tres ex Gremialibus Capituli ad Scrutatorũ munus exequendum, quo visus est supponere ipsum Præsidem, & duos antiquiores Patres Gremij non debuisse exercere hoc munus.

57 Respondeo enim (quod bona venia Reuerendissimi Generalis, & doctissimi viri dictum sit) ipsum non potuisse alterare, aut immutare modum præscriptum in præfatis Constitutionibus Ioannis Soreth authoritate Apostolica, vt visum est approbatum. Ratio est, quia iuxta dicta à me *to. 1. cap. 8. num. 22.* ex doctrina Nauarri ibi adducta, Constitutiones, seu statuta Religionum authoritate Papę confirmata quando id fuit per modum decreti, mandati, aut ordinationis, non possunt, etiam à Capitulis Religionum mutari. Quod multo magis procedit in Generali. Prædictam autem Constitutionem, & omnes alias dicti Reuerendissimi Soreth hoc modo confirmatas fuisse à Clemente VII. constat ex verbis ipsius Breuis, quod habetur ante dictas Constitutiones, & alias Reuerendissimi Generalis Audeth, quæ talia sunt: *Motu proprio, & ex certa nostra scientia vobis in virtute Sanctæ obedientiæ iniungimus, & mandamus, vt ad reformationem vniuersalem dictæ Religionis tam quoad mores quàm quoad reliqua dicti Ordinis instituta procedere velitis, & debeatis. Dantes vobis facultatem, & omnimodam potestatem reformandi omnia, & singula, quæ vobis ratione preuia in dicta Religione indigere reformatione videbuntur. Quæ omnia ex nunc, prout ex tunc, & è conuerso authoritate Apostolica confirmamus, & roboramus.* Ex quo habetur prædictam Constitutionem, & alias eiusdem Soreth approbatas, & confirmatas fuisse per modum decreti, mandati, & ordinationis authoritate Apostolica; ac proinde non potuisse alterari, aut immutari sola authoritate Religionis.

58 Ex quo etiam cessat obiectio, quam aliqui facere possent, videlicet: prædictam Constitutionem Ioannis Soreth reuocatam fuisse per posteriores Constitutiones, quales sunt Reuerendissimi Baptistæ Caffardi de Senis, & Capituli Generalis Romani de anno 1580. iussu editæ, *par. 4. cap. 6. num. 3. & cap. 15. num. 4.* aliæ etiam nouissimæ Reuerendissimi Gregorij Canalis, ac Capituli Generalis Romani de anno 1625. *par. 4. cap. 6. num. 3. & cap. 15. num. 4.* In eis enim

om-

omnibus Constitutionibus nulla fit mentio de prædictis tribus Præside, & duobus primis Diffinitoribus, sed solùm habetur quòd datis suffragijs per schedas, *vnus de præcipuis Gremialibus ad nutum Præsidentis, singulatim dictas schedas extrahat, & euoluat, & alius audiente toto Gremio, vota singulorum eligentium legat, & pronunciet.* Additurque in omnibus illis *par. 5. cap. vlt. Quæcunque autem Statuta prædictis Statutis contraria, aut Regulæ nostræ dissonantia, in quibuscunque Capitulis præteritis edita, penitus reuocamus, & præsentia Statuta confirmamus. Prioribus* Prouincialibus *præcipientes per salutarem obedientiam, quatenus in singulis Conuentibus suarum* Prouinciarum *illas Constitutiones diligenter faciant custodiri omnibus alijs reuocatis.*

59 Respondeo enim, nullatenus per prædictas Constitutiones posteriores censori debere reuocatas priores illas Ioannis Soreth. Tum quia, vt dixi, id fieri non poterat sine authoritate Apostolica, cum priores illæ Ioannis Soreth Apostolica authoritate per modum mandati, & ordinationis editæ, & confirmatæ fuerint. Tum quia non sunt contrariæ ipsis, sed quod in prioribus illis Ioannis Soreth non exprimebatur de duobus illis, quorum vnus extraheret, & euolueret vota, & alius ea legeret, aut pronunciaret, exprimitur in posterioribus Baptistæ Caffardi, & Gregorij Canalis. Cuius signum est, quòd, secundum consuetudinem etiam immemorabilem Religionis id soleant facere, vel ipse Præsidens, vel antiquiores Patres, seu Diffinitores, qui munus Scrutatorum exercent, iuxta præscriptum dictæ Constitutionis Soreth.

60 Maximè videtur obstare contra prædictam Constitutionem Soreth, quòd videatur reuocata per Concilium Tridentin. *sess. 25. de Regularib. cap. 6.* vbi decernitur, electiones omnes inter Regulares debere fieri *per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur.* In præfata autem Constitutione oppositum habeatur, videlicet; *Præsidens in Capitulo iuxta declarata cum duobus Diffinitoribus primarum* Prouinciarum *conscribat voces singulorum Gremialium, ita quòd ipse qui præsidet primò vocem suam alijs nescientibus scribat. Deinde secundus solo* Præsidente *audiente, postmodum tertius audientibus duobus primis. Deinde singuli aliorum coram illis tribus.* Et inferiùs in decreto electionis sic habetur: *Ego talis nomine meo, & nomine aliorum mecum in nominatione, & publicatione vocum in talem Fratrem concordantium eligo, & denuncio talem Fratrem esse* Priorem Generalem *Ordinis nostri, in quem tales, & tales consentiunt.*

61 Respondeo enim, quòd, etsi prædicta Constitutio Ioannis Soreth

reth censeri debeat reuocata à Concilio quantum adhoc vltimum, videlicet, quòd ille qui facit Decretum electionis dicat Generalem, vel Prouincialem electum fuisse illum *in quem tales, & tales consentiunt*, illos notando, quia hoc est expresè contra Concilium, & propterea sublatum in posterioribus Constitutionib. Ioannis Caffardi, & Gregorij Canalis: nihilominus non est reuocata quantum ad primum, videlicet, quod Scrutatores audiant, vel sciant illum cui Gremiales suffragatores præbent suum votum, seu suffragium viua voce: Concilium enim solum præcipit quòd electiones fiant per vota secreta, *ita vt eligentium nomina nunquam publicentur*. Vnde non prohibet quòd Scrutatores sciant, vel audiant nomina eligentium, seu illum quem eligunt electores viua voce; cum adhuc id censeatur secretum, cum paucis sit cognitum, nec possint illud postea manifestare; imò ad id secretum astringi debeant iuramento, prout habetur in dicta Formula celebrandi Capitula §. 16. & consultum ac consuetum esse tenet Layman. *de elect. cap. 7. q. 72.* ex Rodriguez *to. 2. quæst. Regular. q. 52. art. 2.* Consonant, quæ dixi *to. 3. verbo Electio quoad Regulares num. 11. in fine* ex declarationibus Sacræ Congregationis, & ex Garzia, & Castellino, & *verbo Abbatissa, seu Priorissa. num. 3.* ex declaratione etiam Sacræ Congregationis apud Naldum, & Barbosam eo loco relatos. Maximèque consonat, quod habet Rota in Metensi *Monasterij* 5. Iulij 1621. coram D. Coccino §. *vlt.* allegans Rodrig; Zerol, & Azorium, asserendo, scilicet, dispositionem *cap. Quia propter. de electione.* non esse sublatam per Concilium Tridentinum, *vbi supra*, dum petit electiones fore secretas. Fulcitur etiam ab eodem Concilio *cap. 7.* vbi decernitur, vt ille, qui electioni Abbatissarum &c. præest, *vota singularum audiat, vel recipiat*. Super quem locum Concilij Sac. Congregatio sic censuit, teste relato Garzia *de Benefic. par. 5. cap. 4. num. 190.* & Barbosa *ibid. Superior, qui electioni Abbatissarum præest, potest vna cum Vicario, vel Secretario, vel alio ab Episcopo assumpto vota singularum Monialium ore tenus audire*. Item *super cap. 6. eiusdem Concilij*, eodem Garzia *ibid. n. 189.* & Barbosa *super illud cap.* testantibus, sic habet eadem S. Congregatio *Si electi fuerint à Superioribus aliqui, vt puta quatuor, qui vota omnium recipiant, electio reputabitur Canonica, & secreta*. Et iterum eisdem Authoribus testibus, *In electionibus Abbatissarum vota ore tenus accipi possunt à suis Superioribus, licet quatuor aut quinque ea sciant*, prout Garzia *num. 190.* refert, vel, prout Barbosa *ibid. cum duobus testibus*. Vnde non obstante Concilio Tridentino posse fieri electiones per vota viua voce data Scrutatoribus, tenent Garzia relatus. Suarez *4. to. de Relig. Tract. 8. l. 2. cap. 5. nu. 10.* afferens etiam

ali-

aliquas ex declarationibus relatis. Sigismundus de Bononia *supr. dub.26. num.11. & 12.* referens vlterius aliam Decisionem Rotæ in vna Treuirēn. coram D.Coccino, & Tamburinus *de Iure Abbat.to.1. disp.5. q.6. num.10.*

62 Quamuis autem hæc ita sint, tutius tamen, & securius est, vt suffragia, seu vota per schedulas scriptas, & clausas Scrutatoribus tradantur, ita vt nec ipsis notum sit, quisnam à suffragatoribus eligatur. Tum quia iste modus approbatissimus, & receptissimus est in Religionibus, vt Authores relati testantur. Tum quia conformior videtur secreto requisito *in cap. Quia propter*, & maximè in Concilio Tridentino relatis, adeò, vt aliqui Authores, videlicet Miranda *in Manuali Prælator. to.2. q.23. art.15. concl.2. & art.29. §. septimo*, quem sequitur Peirinis *to 1. de Subdito q.1. cap.31.5. Noto sexto*, dicant dictum *cap. Quia propter* derogatum esse per Concilium Tridentinum. Tum quia declarationes Sacræ Congregationis, & decisiones Rotæ præcipuè videntur loqui de electionibus inter Moniales, eo quod inter ipsas, vt notaui *3.to. verbo Abbatissa num.3.* aliquæ Moniales scribere nesciant, ac per consequens nec votum dare possint, nisi oretenus. Idque, maximè obseruari debet, in Ordine nostro, propter Constitutiones Caffardi, & Gregorij Canalis dicta *par.4. cap.6. num.3.* dictamque Formulam Stratij §.14. & 17. Vnde propter idem secretum exactius seruandum, quamuis in dictis Constitutionibus Caffardi statutum esset, vt scriba à Præside Capituli designatus ea vota scriberet, cautius tamen, & prudentius in Constitutionibus Canalis, & dicta Formula Stratij statuitur, vt vnusquisque propria manu votum suum scribat.

63 Præcipuè etiam videtur contra dictam Constitutionem Sorethi obstare quòd illa cōtraria appareat dicto *cap. Quia propter*. si quidem in illo statuitur, quod tres dicti Scrutatores *assumantur de Collegio fide digni*; quo denotari videtur solùm ab ipso Collegio posse assumi dictos Scrutatores, & illos, qui sunt de Collegio, & in eo præsentibus committi examen, & cognitionem de tali qualitate Scrutatorum; ac per consequens quod nō possint esse antea assumpti, seu electi, etiam ex vi alicuius Constitutionis, cuius contrarium habetur ex dicta Constitutione Sorethi. Respondeo enim, iuxta dicta *to.2. cap.12. n.28.* & praxim multorum, talem designationem Scrutatorum per legem, seu Constitutionem factam, & non ab ipsis, qui sunt præsentes in Capitulo, non censeri contrariam dicto *cap. Quia propter*. Quia *personæ designatæ per legem præsumuntur esse fide dignæ; ordinariè enim designari solent, quæ ratione muneris, vel antiquitatis digniores censentur, vel certè quia nunquam excluditur consensus tacitus, vel expressus*

fuit præsentium in tali Congregatione; quia illis non negatur ius suspitionem obijciendi, si talem personam non reputent fide dignam. Ita bene Suarez *supr. dicto cap. 5. num. 7.* quæ procedunt in præsenti, & maximè deseruiunt ad intentum nostrum. Fauet etiam Panormitanus in *dictum cap. Quia propter*. Quem etiam sequuntur Tamburinus *dicto quæsito 6. num 6.* & Layman. *de elect. cap. 7 q. 72.* asserens quòd si tres aliqui inciperent scrutari, alijs videntibus, & tacentibus, electio valida esset, alijs seruatis, quia cum agatur de re meritoria, & concupiscibili sicut est, vt per canonicam electionem Ecclesiæ viduatæ de Pastore prouideatur, tacentes habentur pro consentientibus, non item in re onerosa, vel odiosa, tunc enim requiritur consensus expressus, vt in simili notant Glossa *in cap. Sicut. eodem tit. in 6. annotat.* Inno. *in cap. in Genesi de elect.* & præfati Layman. & Tamburinus. Quæ doctrina probabilis est, quamuis Suarez supra de ea dubitet. Cessat præterea omnis difficultas in præsenti, cum præfata Constitutio Sorethi facta sit, & confirmata authoritate Apostolica Clementis VII. qui potuit hoc modo explicare mentem dicti *cap. Quia propter*.

64 Sed ad maiorem abundantiam suppositò quòd verum esset id, quod Patres oppositores Capituli opponebant, scilicet tantùm fuisse vnum Scrutatorem in electionibus ipsius, quod tamen falsum esse diximus; adhuc tamen probabile est, sustineri posse prædictas electiones, si cum dicto vno Scrutatore duo alij testes assisterent, qui viderent vota, ne fieret aliqua fraus. Primò ex declaratione Sacr. Congregationis, quam refert Barbosa *in cap. 6. sess. 25. de Regularib.* videlicet, *in electione Abbatissarum vota oretenus accipi possunt à Superioribus cum duobus testibus*. Per quod denotatur numerum Scrutatorum suppleri posse per testes. Nec obstat alia declaratio eiusdem Sac. Congregationis huic contraria, quam refert Garzia *supr. n. 191.* quia, vt ipse Garzia refertur, procedit solum quando testes adhiberentur per quos posset publicari electio. Secundò id colligo ex alia declaratione S. Congregationis, quam refert Peirinis *in Formulario littera E. cap. 3. num. 2.* vbi consuetudinem suæ Religionis, quòd in electionibus solum sit vnus scrutator dicit approbatam esse à S. Congregatione respondente, quòd Religio continuaret in dicto modo eligendi. Tertiò, quia opinio est aliquorum, scilicet Vincentij Tancredi, Abbatis ant. q. *num. 17.* Mandagot. *de elect. cap 23. verbo Irritari*. Asserentium substantialia formæ *cap. Quia propter.* non incipere à verbis illis, *assumantur tres de Collegio*, sed à verbis immediatè sequentibus, *qui vota cunctorum, secretò, & sigillatim diligenter exexquirant &c.* Ex hac enim opinione sequitur, quod etiam si vnus

tan-

tantum Scrutator in electionibus fuerit, maximè ſi fuerint etiam duo alij teſtes, vt dictum eſt, non propterea irritæ ſint. Quartò, id expreſsè tenet ipſe Peirinis ibi, & fauet Portellus *in Dub. Regular. verbo Electio num.* 14. dicens non eſſe de ſubſtantia electionis, quòd Scrutatores ſint tres, dummodò adſint, qui ſufficiant ad fraudem impediendam. Quintò, ratione, quia, iuxta dicta *to.* 4. *verbo Leges Regularium num.* 36. in legis interpretatione attendendum eſt ad mentem, ſeu intentionem legislatoris, ea enim eſt veluti anima legis, prout ibi ex varijs textibus oſtendi. Cum autem intentio Eccleſiæ in dicto *cap. Quia propter* in deſignandis tribus ſcrutatoribus ſolùm fuerit, vt negotium electionis fideliter, & faciliùs perageretur, prout tenent Sigiſmundus *ſupra dub.* 19. *num.* 1. Barboſa *in Collectan. DD. in d. cap. Quia propter num.* 13. ex Hoſtienſi, Petro Biaxio, Butrio, & Bertrando, idque ſaluetur cum vno Scrutatore, & duobus teſtibus, qui videant ne fiat aliqua fraus, ideo hoc videtur ſufficere.

65 Dixi autem ſolùm probabile id eſſe, quia in praxi tenenda eſt communis ſententia docens tres Scrutatores, & non pauciores, adhiberi debere in electionibus Regularium. Prout tenent Panormitanus, Imola, Baldus, Ioannes Andreas, Butrius, Hoſtienſis, Cardinalis, Ancharanus, Gofredus, Hoſtienſis, Petrus Biaxius, Bertrandus, Rebuffus, Angelus, Silueſter, Tabiena, Roſella, Azor, Rodriguez, & alij, quos referunt, & ſequuntur Sigiſmundus *d. dub.* 19. *nu.* 1. Tamburinus *d. q.* 6. & Barboſa *ſupr.*

66 Idem porrò quod dixi de vno ſcrutatore (ſeu etiam de duobus tantùm) intelligi etiam debet de pluribus quam tres, ita ſcilicet, vt quamuis communis opinio quòd tantum in electionibus futuri ſint tres Scrutatores, prout Authores relati ſupra tenent, cui fauent plures Sac. Rotæ deciſiones, in praxi tenenda ſit; nihilominus tamen probabile videtur, conformiter ad dicta *to.* 2. *cap.* 12. *num.* 28. quòd ſi quatuor Scrutatores fuerint non propterea electiones irritæ erunt. Primò, propter declarationes Sac. Congregationis, quas ex Suarez eo loco adduximus, quæ videntur eædem, vel ſimiles cum illis, quas ſupra *num.* 61. retulimus. Secundò, propter doctrinam Gloſſæ in dicto *cap. Quia propter verbo Sanior* quæ talis eſt. *Quòd tres tãtùm debeant eſſe Inquiſitores, non credo eſſe de ſubſtantia, dũmodò tot ſint Inquiſitores quòd fraus fieri non poſſit. Argum. ſup. eod. cum dilecti. Quia qui plus facit non videtur facere contra. ff. de ſer. Vrb. prædi. Si arborem. Et ſuperfiua non vitiant, neceſſaria verò prætermiſſa diminuunt cõtractum. C. de teſtam. l. teſtamentum, & ff. de ſup. leg. legatus in princ. & l. Labeo.* Hæc Gloſſa. Tertiò, quia, vt habet Laymanus *d. q.* 72. referens Abbatem, probabile eſt, & vſu receptum, quòd Capitulum communi

con-

consensualios viros idoneos preter dictos tres Scrutatores ad prædictum scrutinium faciendum adhibere possit. Quartò, quia, vt dicitur, in Curia confirmata fuit electio Abbatis Tullensis, licet in ea fuissent electi sex Scrutatores, prout ex Mãdagoto, Boerio, Menochio, & Cardinali, referunt Sigismundus *dicto dub. 19. num.* 8. & Barbosa *n.* 15. Non constat autem an talis electio approbata fuerit ex benignitate Apostolica, an quia de iure posset sustineri. Quod magis sustineri potest, si electiones fiant per schedulas scriptas, ita vt nec nomina eligentium pateant Scrutatoribus, prout diximus supra fieri debere, saltem, vt tutius, & securius. Tunc enim nec contra secretũ electionum, nec contra earum fidelitatem, quod est intentum *cap. Quia propter*, aliquid fiet.

67 Id quoque vltimò addendũ, quòd licet dispositio *cap. Quia propter* seruanda sit in omnibus electionibus Prælatorum Regularium, etiam Conuentualium, iuxta dicta *to. 3. verbo Electio inter Regulares num. 2.* nihilominus tamen, ad intentum nostræ Religionis, iuxta dicta *4. to. verbo Prælatus Regularis num. 2.* quando Priores Conuentuales eliguntur non à Conuentibus ipsis, sed solùm à Diffinitorio in Capitulo Prouinciali, nõ videtur necessaria talis forma, eò quòd tunc non eliguntur dicti Priores ab Ecclesijs Viduatis, seu à Collegijs ipsarum, de quibus solùm loquitur *cap. Quia propter*, sed à Præside Capituli, & Prouinciali electo cum suis Assistentibus, scilicet Diffinitoribus. Præsertim, quia dispositionem prædicti capitis *Quia propter* non procedere quando Electores sunt pauci, prout contingit in præsenti, quia illi solùm sunt quinque, aut sex, tenent non solum Layman. eo loco relatus ex Gotfrido, & Abbate, sed etiam Tamburinus *dicto quæs. 6. n.* 8. post Innocentium, Angelum, & Siluestrum.

DVBIVM OCTAVVM.

An electiones Priorum factæ in dicto Capitulo, & non in Conuentibus validæ fuerint.

68 OBijciebant maximè prædicti Patres oppositores contra præfatum Capitulum, quòd in Diffinitorio ipsius, quod vt dixi supra *dub. præcedenti num. vlt.* constat ex Præside Capituli, Prouinciali electo, & quatuor Diffinitoribus, factæ fuissent electiones Priorum Conuentuum, ex quo illas irritas, & nullas esse existimabant, quia dicebant solùm in Conuentibus, & à Fratribus ipsorum fieri posse.

Sed

69 **Sed primò quidem, etsi admitteretur (quod omnino negamus) tales electiones inualidas esse, non propterea inde sequeretur Capitulum ipsum in quo factæ sunt, irritum esse, aut inualidum.** Tales enim electiones solùm sunt actiones quædam Capitulares particulares. Deinde, legitimas omnino, & validas esse ex eo colligitur, quòd factæ fuerint iuxta Constitutionem antiquam Ordinis approbatam à Clemente septimò, imo iussu ipsius factam, correctam, seu emendatam inter alias Ioannis Soreth per Nicolaum Audeth, & Diffinitores Capituli generalis Venetijs celebrati iuxta dicta supr. *dub. præced. num.* 55. In prædictis enim Constitutionibus 5. *par.* dum agitur de electione Prouincialis *cap.* 10. (quod est de processu Capituli Prouincialis, & terminatione eiusdem) sic habetur. *Volumus quòd Prouincialis cum Diffinitoribus liberè possint absoluere Priores locales, & cæteros officiales, quorum institutio ex consuetudine, aut aliàs ad Prouinciale spectat Capitulum, seruato illæso indulto Apostolico in fauorem Obseruantiæ dato, quia Fratribus in Obseruãtia efficaciter viuere studentibus non poterunt Priorem dare alium ab eo, quem elegerunt, sed habebunt confirmare. In cæteris autem poterunt ipsos Priores instituere, prout eis videbitur expedire.* His enim posterioribus verbis manifestè conceditur Prouinciali, & Diffinitoribus, seu (quod idem est) Diffinitorio, posse instituere Priores in alijs Conuentibus, præter illos, de quibus loquitur Indultum Apostolicum, ac per consequẽs inferetur Diffinitorium præfati Capituli validé, & licitè potuisse eligere Priores Conuentuum. Indultum autem Apostolicum, de quo est sermo in dicta Constitutione, non comprehendere Conuentus Prouinciæ Castellæ, in qua celebratum fuit præfatum Capitulum, constabit ex dicendis infra.

70 **Nec obstat si dicatur, quòd in Constitutionibus posterioribus** Ioannis Caffardi de Senis *par.* 4. *cap.* 19. *num.* 1. videatur correcta præfata Constitutio. Dicitur enim ibi. *Volumus quòd Prouincialis cum Diffinitoribus liberè possint absoluere Priores locales, & cæteros officiales, quorum institutio ex consuetudine, aut aliàs ad Prouinciale spectat Capitulum; seruato illæso Indulto Apostolico in fauorem Regularis Obseruantiæ dato, vt in Conuentibus scilicet, in quibus extat vetusta, & laudabilis consuetudo quòd Priores ab eorum Gremialibus eligantur, non aliùs instituatur* Prior; *sed illum, quem ipsi Gremiales elegerint* Prouinciales, *& Diffinitores habeant confirmare.* Tum propter dicta supr. *dub. præced. num.* 57. scilicet, quòd, cum prædicta Constitutio Ioannis Soreth facta fit ex mandato Sedis Apostolicæ, corrigi, aut abrogari non potuit ex sola authoritate Religionis. Tum etiam, quia ex eo quòd ibi dicatur quòd *absoluere possint* Priores, *quo-*

rum

rum institutio spectat ad Capitulum, non autem illos qui ex consuetudine ab eorum Gremialibus eligi solent, colligitur in præfato Capitulo potuisse Diffinitorium ipsius eligere præfatos Priores; ex eo videlicet quòd in dicta Prouincia fuerit talis consuetudo. Exstare autem illam testantur Patres ipsius Prouinciæ in Actis authenticis præfati Capituli §. *Sancitum est*. Item Patres Compromissarij, seu Commissarij pro conditionibus vnionis Prouinciarum Castellæ nouæ, & veteris in vnam Prouinciam Castellæ, de quibus *supr. dub.* 5. *n.* 38. In eis enim *cap.* 2. *num.* 1. expressè asseritur fuisse antiquam consuetudinem Prouinciarum faciendi Priores in Definitorio Capituli Prouincialis. Item Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Hieronymus Dommim Episcopus Caetanus, qui in litteris testimonialibus ad Eminentiss. Cardinalem Protectorem missis, etiam sub iuramento attestatur, qualiter in Ordine nostro (ex quo ad Episcopatum fuit assumptus,) tam in partibus Hispaniæ, quàm in alijs, in quibus diuersa munia pro Religione egerat, semper viderit, & audierit, electiones Priorum fieri in Diffinitorijs Capitulorum Prouincialium; etiam post Constitutionem editam anno 1626. Quod etiam in Prouincijs Italiæ, & alijs Religionis contingere testantur per litteras testimoniales eidem Eminentissimo porrectas, Reuerendissimus Vicarius Generalis Apostolicus, & Reuerendus admodum Sebastianus Massius Prouincialis Romæ, ac Reuerendi adm. Magistri eiusdem Prouinciæ ex prouinciales, Ioannes Antonius Philippinus, & Gregorius de Marchis.

71 Secundò, validas fuisse prædictas electiones Priorum constat ex eo quòd factæ fuerunt ex vi Constitutionis, seu Statuti à Reuerendissimo Generali Chizzola edito auctoritate Apostolica Clemen. VIII. in Breui *Cum tu prope diem*; vbi facultatem ipsi concessit faciendi quascunque Constitutiones. Constitutio autem, prout habetur in *cap.* 10. dictarum Constitutionum talis est. *Priorum electiones deinceps non fiant nisi à Capituli Prouinciali. Ita enim existimamus Fratres nostros maiori cum quiete Domino seruire, & à multis molestijs, & iniurijs liberari, quibus, & verbo, & facto aliqui Priores indiscreti afficere solent eos, quos in prædicta electione sibi suffragia non dedisse, vel leuiter suspicantur, vtque omnis subornationis occasio tollatur, & tumultus, & factiones, & fraudes, & alia, quæ in eiusmodi electionibus solent euenire plerunque, quæ maximam pariunt perturbationem, penitus extinguantur.*

72 Tertiò, ex nouissima Formula celebrandi Capitula Prouincialia, de qua *supr. n.* 7. quam Reuerendiss. Generalis Stratius typis edi curauit Neapoli 1635. & quæ mittitur ad Præsides Capitulorum, vt iuxta eam Capitula celebrari faciãt, & de qua ipse Generalis Theodorus

in

Digitized by Google

in ipſa Formula dicit: *Neceſſarium duximus breuè hanc* tradere methodum à noſtris Præſidentibus in celebrandis Capitulis obſeruandā; quamque Reuerendiſſimus Generalis Maſſarius litteris teſtimonialibus datis 17. Iunij 1643. etiam ſub iuramento teſtatus eſt eſſe vniuerſalem formulam in tota Religione obſeruandam. In ea autem §.15. 39.40.43.& 44. manifeſtè præſcribitur,& ſupponitur electiones Priorum fieri debere in Diffinitorio Capituli.

73 Nec obſtat primum caput Regulæ noſtræ,in quo dicitur,*Vnum ex vobis Priorem habeatis qui ex vnanimi omnium aſſenſu ad hoc officium eligatur*. Euidens enim eſt loqui ibi Regulam de electione Prioris Generalis, tum quia Beatus Brocardus, cui Regula data eſt, vt patet ex *cap.*17. ipſius illis verbis: *Tu autem Frater Brocarde*, Prior Generalis totius Ordinis fuit, vt noſtri Ordinis Hiſtorici communiter tenent, ſpecialiter Ioannes Paleonydorus *l.3. cap.2.* Didacus Coria Maldonatus *in Chronicis Carmelitarum l.10. cap.3.* Michael Muñozius *in Propugnaculo Eliæ l.2. tit.3. cap.1. art.2.* Tum quia id colligitur ex ipſo *cap.1.* Regulæ,etenim poſt illa verba, *adhoc officium eligatur*,ſubiungitur,*cui obedientiam promittat quilibet aliorum &c.* Conſtat autem certò Religioſos noſtros nunquam promittere obedientiam Priori locali,ſed ſolùm Priori Generali, vt patet ex verbis profeſſionis illorum. Tum denique, quia hic eſt vſus, praxis,conſuetudo,acceptatio, & ſtylus totius Religionis,vt Priores Generales ſemper eligantur à Fratribus, locales verò,vel ab ipſo Generali ſolo,vel à Diffinitoribus in Capitulo Prouinciali. Quod ſaltem de Conuentibus paruis, & non habentibus octo voces admittebant aduerſarij Patres,& Conſtitutiones, quas ipſi afferebant; cum tamen verba Regulæ ad omnes Conuentus extendi deberent, ſi de electione Priorum localium in illis eſſet ſermo. Conſuetudinem autem,ſeu acceptationem Religionis attendendam eſſe ad obligationem Regularum, ſicut ad obligationem aliarum legum Eccleſiaſticarum,habetur ex Abbate *cap. nam concupiſcentiam num.4. de Conſtitut. & Rubric.de obſer.ieiun.in fine,& cap.relatum n.6. ne Clerici, vel Monachi*, ex Silueſtro *in Summa verbo Religio p.q.8.in fine &c.* Sanch. *l.6. in Decalog. cap.4. nu.23.& 27.*

74 Idem dicendum ad Ius commune, quod ijdem Patres afferebant, eo quòd ex illo haberi videatur electionem Abbatis ad Monaſterium pertinere. Eſto enim ita ſit,iuxta dicenda infra *nu.86.* conſuetudo tamen noſtræ,& aliarum Religionum,quæ eſt optima legum interpreſ. *cap. cum dilectus de conſuetudine l.ſi de interpretat. ff. de legib.* accedentibus Conſtitutionibus authoritate Apoſtolica factis, & Decreto Reuerendiſſimi Generalis Stratij *num.72.* relatis, præ-

dicto Iuri communi sufficienter derogarunt.

75 Explodenda pariter est obiectio alia, quam Patres aduersarij sumebant ex Breui Calixti tertij, in quo dicitur, Conuentus reformatos eligere sibi debere Priores. Nam, vt constat ex ipso Breui, quod, etsi non extet, refertur tamen in alio Pauli secundi, quod habetur in Marimagno Ordinis, & ipsum Maremagnum extat apud Rodriguez *in Bullario to.1. Bulla 37.* tam ipse Calixtus, quam Pius II. & Paulus II. ibi relati, loquuntur de Conuentibus strictioris, & specialissimæ Obseruãtiæ, ac Reformationis, quales sunt aliqui Prouinciæ Bæticæ, & Lusitaniæ in Hispania, plures etiam in Prouincijs Italiæ, Galliæ, & Flandriæ, non autem in Prouincia Castellæ, prout Reuerendissimus Generalis Massarius declarauit Eminentissimo Domino Cardinali Protectori. Idque luce clariùs colligitur ex dicto Breui. Loquitur enim de illis Conuentibus Reformatis, qui non possunt per Vicarium Prouincialem visitari, sed personaliter per ipsum Prouincialem, & de Conuentibus, in quibus Priores dum eliguntur promittunt tam confirmanti, quam Conuentibus ipsis, fideliter obseruare, & obseruari facere Regulam Ordinis, quæ omnino in audita sunt in Prouinciæ Castellæ Conuentibus.

76 Aliam quoque obiectionem ex nouissimis Constitutionibus Gregorij Canalis *par.4. cap.19. num.1. & par.2. cap.2. num.4.* vbi habetur electiones Priorum Conuentuum maiorum, in quibus scilicet de familia fuerint vltra Priorem octo Fratres vocem, & locum habentes, debere fieri ab ipsis Conuentibus, quam Patres oppositores afferebant contra electiones Priorum in Diffinitorio, prorsus inanem esse facilè ostenditur. Primò quidem, quia ea Constitutio, vt potè noua, & non facta in Capitulo generali, ad quod solùm pertinet condere leges generales, non fuit recepta in Religione, vt constat euidenter in Prouincijs Italiæ, & aliarum Nationum. Esto autem quòd in Prouincijs Hispaniæ aliquando executioni mandata fuerit, non tamen semper, ac proinde non fuit in viridi obseruantia. Constitutionem autem, seu legem humanam non acceptatam generaliter non obligare, saltem ex eo quòd legislator humanus esto possit, non tamen præsumitur velle obligare populum resistentem suæ legi, colligitur ex *ca. in isti dist.4. & ex l. de quibus ff. de legib.* De quo Nauarrus *lib.1. Consilior. tit. de constit. cons.1. q.5. & in Man. cap.23. num.41.* Rodriguez *to.1. quæst. Regul. quæst.6. art.10.* Toletus *lib.8. cap.18.* Azor. *to.1. Instit. l.5. cap.4. quæstion.1.* Valentia 1.2. *disp.7. q.5. punct.5.* Naldus *in Summa verbo Lex num.9.* Sanchez *l.3. de Matrimon. disp.18. n.1.* & alij plures, quos sequutus sum 4 *to. mea Summa verbo Leges Regularium num.16. & 17.*

Se-

77 Secundò, infirma est prædicta Constitutio, eo quòd, dato quòd recepta esset, ea non potuit abolere consuetudinem immemorialem, quæ semper fuit, etiam in Prouincijs Hispaniæ, ante annum 1626. quo facta fuit, faciendi electiones Priorum in Diffinitorio Capituli, & non in Conuentibus. Etenim, iuxta verissimam doctrinam Doctorum, consuetudo immemorabilis, cum sit priuilegiatissima, tantæ firmitatis, & roboris est, vt nullo modo abrogetur per legem contrariam, nisi id exprimatur in ipsa; quod nullatenus fit in præfata Constitutione. Couarrubias *lib. 3. variar. resolution. cap. 13. num. 5.* Naldus *supr. verbo Consuetudo num. 22.* & alij plures. Fuisse autem talem consuetudinem in Prouincia Castellæ constat ex dictis supr. *num. 70.*

78 Tertiò, quia esto quòd talis Constitutio recepta esset, & posset abrogare consuetudinem immemorialem in contrarium, non tamen posset abrogare Constitutiones illas antiquiores Ioannis Soreth, & Generalis Chizzolæ, de quibus supra *num. 69. & 71.* Tum quia eæ fuerunt authoritate Apostolica factæ, ac per consequens maioris roboris, & firmitatis, quàm quòd possent à lege ordinaria authoritate, & extra Capitulum Generale facta abrogari. Quia, vt dixi *4.to. verbo Leges Regularitii n. 35.* lex generalis non extenditur ad ea quæ specialiter prouisa sunt. Sanchez *l. 2. de Matrim. disp. 24. n. 6. & l. 7. in Decalog. cap. 7. n. 34.* Naldus *in Summa verbo Lex n. 18.* Thesaurus *in Praxi p. 2. verbo Munera cap. 10. nu. 6.*

79 Quartò, quia etiam dato, quòd præfata Constitutio nullum ex prædictis defectibus haberet, adhuc tamen non propterea sequeretur electiones prædictas Priorum factas contra eam fuisse irritas, aut nullas. Etenim in dicta Constitutione nulla est clausula irritans, aut cassans electiones aliter factas, nec in ea traditur forma substantialis talis electionis, nec apponitur pœna irritationis, aut cassationis, aut alia quantumuis minima cõtra transgressores ipsius, quod est signum solùm esse legem simpliciter præceptiuam, nullo autem modo irritatiuam actus contrarij. Imò si rectè expendatur, neque lex præceptiua videtur, sed solùm permissiua, solùm enim in ea dicitur posse Conuentus primarios sibi eligere Priores. Legem autem simpliciter permittentem, aut prohibentem actum, nec præscribentem formam substantialem illius, non irritare ipsum, dixi dicto *verbo Leges Regularitii n. 45.* ex trito illo, *Multa fieri prohibentur, quæ tamẽ facta tenent.* Glossa *in cap. penult. de sponsat. impuber.* Suarez *de legib. l. 5. cap. 29. nu. 1.* Pottellus *in Dub. Regular. verbo Lex nu. 9.*

80 Denique quintò, quia Constitutio illa si quomodolibet obligare poterat, dispensata fuit, tum per Illustrissimum D. Nuncium Hispa-

niarum,nunc Eminentiſs. D. Cardinalem Fachinettum,tum etiam ad maiorem abundantiam per Reuerendiſs. Generalem Stratium, prout conſtat ex litteris ab ipſo miſſis ad Magiſtr. Orbeam Præſidem Capituli, & Magiſtrum Nauarrum Prouincialem,quas apud ſe habēt, & quarum copia in Regiſtro litterarum pro Hiſpania habetur, quod eſſe authenticum agnouit Reuerendiſs. Generalis Maſſarius.

81 Nec obuiat, quòd Patres aduerſarij dicebant, videlicet, Generalem non potuiſſe diſpenſare in dicta Conſtitutione per litteras miſſiuas, aut familiares, ſed tantùm per litteras patentes. Vt enim Reuerendiſſimus Generalis Maſſarius, & R. Adm. Magiſter Franciſcus Montius Prouincialis Saxoniæ,& Secretarius Ordinis, ac R.Ioannes de Colonia Secretariæ Coadiutor,& Amanuenſis,teſtantur in litteris teſtimonialibus perilluſtri Domino Ludouico de Gratia Eminētiſſimi D.Protectoris Auditori oſtenſis, Reuerendiſſimi Generales Ordinis, iuxta ſtylum, & praxim Ordinis (quæ proculdubio legem faciunt)ſoliti ſunt,iuxta temporis,locorum,& negotiorum indigentiam ſuper Conſtitutionibus diſpenſare, non ſolùm per litteras patentes verum etiam per litteras familiares,& miſſiuas,& quòd talibus diſpenſationibus per prædictas litteras miſſiuas,& familiares factis, fides adhiberi ſoleat à noſtri Ordinis Religioſis, ſicut ſi per litteras Patentes datæ eſſent.

82 Minus etiam obſtat, quod Aduerſarij obijciebant, ſcilicet talē diſpenſationē exhibitam non eſſe in Capitulo Prouinciali. Etenim ſine fundamento id aſſerebatur;cum Magiſter Orbea Præſidens Capituli,& Magiſter Nauarrus ex Prouincialis, qui eam habebant, eam propalauerint non ſolùm alijs Patribus Diffinitorij,ad quos ex conſuetudine Prouinciæ, Conſtitutionibus authoritate Apoſtolica factis, & Formula celebrandi Capitula Prouincialia à Reuerendiſſimo Generali edita, vt præmiſſum eſt, id ſpectabat, ſed etiam Conuentibus ipſis,ad quos Magiſter Nauarrus Prouincialis in Litteris vocatorijs ad Capitulum ſcripſit ne procederent ad electiones Priorum, quia faciendæ erāt in Diffinitorio. Vltra quòd præſumitur quòd fuerint productæ Litteræ talis diſpenſationis,dum nullibi probatur talis negatiua non productionis, ex quo enim facta fuit electio,& acceptata ab omnibus,præſumitur omnia præceſſiſſe, quæ requiruntur pro validitate electionis, vt latiſſimè firmat Rota *in Recent.deciſ.*289. *num.*26. *p.6.* & in Toletana *Canonicatus Pœnitentiariæ* 25. Iunij 1640. coram D.Coccino. Caſu autem dato, & non conceſſo,quòd prædictam diſpenſationem Conuentibus præfati Patres Magiſtri non oſtēdiſſent, cum Conuentus,eiſdem,vt par erat fidem in hoc adhibuerint,proculdubiò ceſſerunt iuri ſuo, ſi quod habebant,eligendi ſibi Priores, maximè

ximè cum non reclamauerint, contradixerint, aut aliquid protestati fuerint. Ex quo proinde talium Priorum electio ad Capitulum Prouinciale, seu Diffinitorium, iure deuoluta fuit.

83 Infirmum valde quoque erat id, quod dicti PP. aduersarij obijciebant, scilicet, necessarium fuisse, quòd in electione talium Priorum declararetur eam fieri in vim talis dispensationis. Primò, quia non constat id omissum fuisse, etsi in Actis Capituli Romam missis, quia non omnia in Capitulo gesta in illis referuntur, nihil de hoc habeatur. Et sanè, si id necessarium fuit, à viris illis doctis prætermissum, non credendum, vel saltem interrogandi erant, quo titulo id fecerint, & ipsis credendum, quia vbi ille qui est causa efficiens, & formalis interpretatur seipsum, non est opus extraneo interprete, seu extrinseco intellectu. *l. cum de indebito §. fin. ff. de probat. l. ex facto, ff. de vulgari. cap. inter alia, de sent. ex com.* Baldus *cons.* 458. *num.* 2. *vol.* 3. *& in auth. nisi rogatus num.* 9. *C. ad Trebell.* Bart. *in l. pro hærede num.* 3. *ff. de acquir. hæred.* Tiber. Decian. *cons.* 7. *à num.* 100. *vol.* 1. Idem Bald. *cons.* 313. *nu.* 1. *vers. de animo autem suo interrogari quis potest, & statur eius responsioni. vol.* 4. Barbosa *in Votis decisinis Canonicis l.* 1. *voto.* 4. *n.* 2. *&* 3. Secundò, quia cum electio talium Priorum de iure Ordinis pertineret ad Diffinitorium, propter consuetudinem Prouinciæ, Constitutiones authoritate Apostolica factas, & Formulam celebrandi Capitula Prouincialia, de quibus supra, ab quo dubio necessarium non erat dicere electiones talium Priorum fieri in vim talis dispensationis.

84 Pariter etiam est valde debile, quod aduersę partis Patroni obijciebant, scilicet dictam dispensationem à Generali dari non potuisse, eo quòd electio Priorum per Conuentuum sit præscripta in Regula, in qua Generalis dispensare non potest, cum sit à Summis Pontifibus confirmata. Iam enim probaui supra *num.* 73. Regulam solùm loqui de electione Prioris Generalis, non verò Prioris localis. Addo, communissimum, & certum esse inter Doctores, posse etiam Prælatos dispensare in Regula, saltem pro particularibus casibus. Angelus *in Summa verb. Dispensatio num.* 8. Siluester *in Summa verbo Dispensatio q.* 14. Suarez 4. *to. de Relig. Tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 12. *à num.* 25. & alij communiter.

85 Talis porrò dispensatio, etsi necessaria non esset propter dicta, postulata tamen meritò est, & concessa à Generali, tum quia aliqui ex ignorantia credere poterant talem Constitutionem, etsi non legitimam, cum alijs tamen legitimis insertam, obligare. Tum ad pacandas conscientias scrupulosorum, & obstruendum ora inquietorum, & ad maiorem, & abundantiorem cautelam, quæ nulli nocere potest,

& qua prudentiores Prælati vti solent. Cui consonat praxis, & stylus Curiæ, sepè enim videmus à Summo Pontifice, & Sacris Congregationibus peti, & concedi solitas dispensationes, facultates, & licentias in casibus non necessarijs, ad obuiandum ignorantiæ, scrupulis, vel malignitati aliquorum. Ex quo cessat obiectio, quam aduersarij afferebant ex ista dispensatione petita, & obtenta.

86 Obiectio etiam alia, quam præfati Patres non omittebant, scilicet, quòd electiones prædictæ Priorum debebant fieri à Conuentibus, & non à Diffinitorio Capituli, inspecto iure communi, iam est reiecta *supr. num.* 74. Etsi enim id verum sit propter *cap. primum de electione, & ca. congregatio 15. quæst. vlt.* & alia Iura, ac Doctores, quorum plures refert Barbosa *in Collectan. Doctorum in d. cap. 1. de elect.* nihilominus iuxta dicta supr. *num.* 74 consuetudine, vsu, & praxi nostræ Religionis (sicut & plurium aliarum Religionum) Constitutionibus auctoritate Apostolica factis, & alijs relatis, oppositum habetur. Idque esse rationi magis conforme propter magna inconuenientia, quæ ex electionibus ab ipsis Fratribus factas oriuntur, tenet doctissimus Nauarrus *Commentario 3. de Regularibus num. 3. § septimò confirmatur*. Perez *in Regulam S. Benedicti cap. 64.* Suarez *to. 4. de Religione tract. 8. l. 2. cap. 7. n. 8. & tractatu 10. l. 10. cap. 3. à n. 5.* vbi non sine peculiari Dei prouidentia, & Spiritus Sancti inspiratione, hunc modum prouidendi Prælatos in Societatem Iesu, ait esse introductum. Quibus fauent ex Patribus Basilius, Chrisostomus, & Gregorius ab eodem Suarez relati. Iniurij ergo sunt tum prædictis Patribus, tum toti Religioni nostræ, in qua est more introductum, vt Priores locales aliter quam à Fratribus Conuentuum eligantur, ij, qui solùm volunt à Conuentibus eligi debere Priores, parum curantes de magnis incommodis, quæ ex eo oriri, vel ijs testari possunt. Vnde Commissarij Apostolici (inter quos erat Generalis Stratius) deputati pro examine Statutorum Prouinciæ Turoniæ, quam perfectè reformatam nouit totus Ordo, limitarunt articulum, in quo dicta Prouincia statuerat electiones Priorum fieri debere à Conuentibus, ita scilicet, vt posset Diffinitorium Capituli Prouincialis legitimè de causa non confirmare Priorem electum à Conuentu, & tunc subrogandus in locum non confirmati eligeretur à Capitulo Prouinciali. Et licet pauci quidam cõtra dictam Prouinciam id humiliter acceptantem, litem excitassent, contendentes huiusmodi electiones remitti debere ad Conuentus; sententia tamen in iudicio contradictorio data per Reuerendissimum Generalem Massarium pronunciatum fuit, eas, non Conuentibus remittendas, sed a Capitulo Prouinciali faciendas. Quę quidem sententia vt equissima fuit ab Eminentissimo Domino

Pro-

Protectore, & postea à Sede Apostolica, confirmata die 2. Iunij 1642.

87 Adiungebant etiam Patres aduersarij electionem Priorum per Conuentus esse vnam ex conditionibus vnionis Prouinciarum, de quibus *supr. num.* 38. Nam *cap.* 2. prædictarum conditionum *num.* 1. dicitur, quòd Constitutio generalis, scilicet, loquens de electione Priorum per Conuentus, relinquatur in suo vigore in posterum. Sed hoc nihil ipsis suffragabatur, non solùm quia id non statuitur ibi per modum conditionis, sed solùm per modum permissionis seu tolerantiæ dictæ Constitutionis, si, & in quantum valere posset. Sed etiam, quia ibi expressè dicitur, relinquendam esse dictam Constitutionem quoad dispensationé faciendam in ipsa ab habente legitimam potestatẽ ad id faciendũ. Cum ergo dicta Constitutio (qualiscunq; vigoris sit) dispensata fuerit pro Capitulo, de quo est controuersia à Domino Nuncio, & P. Generali Ordinis, vt dictum est superiùs, sine fundamento talem conditionem pro sua parte adducebant.

88 Expendebant quoque, quòd tam in dicta conditione, quàm in alijs dispensationibus super præfata Cõstitutione datis dicatur id fieri *pro vna vice*; ex quo validum sibi argumentum desumere credebant, vt probarent legitimam esse. Sed & hoc infirmum est. Nam cum ea Constitutio, esto inualida sit, & incerta, cum tamen reperiatur cum alijs legitimis Constitutionibus, ideo prudenter, modestè, & Religiosè, vt veri obedientes, solùm pro illa vice dispensationem postulare debebant, & Superiores, propter eamdem rationem, solùm pro singulis vicibus eam concedere, ne se faciles ostenderent in dispensatione legis quantumuis dubiæ. Præsertim, quòd isto modo, inferiores maiorem subordinationem ad Superiores suos haberent, nec præcluderetur aditus ad ipsos, & ad Curiam pro alijs occasionibus.

Decretum Eminentiss. Cardinalis Protectoris.

89 Rebus ergo diligenter, maturèque discussis Eminentiss. ipse Cardinalis cum Reuerendissimis aliquot Generalibus, virisque grauissimis die 18. Decembris præsens Decretum, ac definitiuam sententiam in hac causa promulgauit in Capituli, & electionum in ipso sectarum fauorem.

Die 18. Decembris 1642.

In Congregatione habita coram Eminentissimo, & Reu. Domino Cardinali Ginetto Sanctiss. D. N. Vrbani Papæ VIII. Vicario, ac Religionis Carmelitanæ Protectore in qua interuenerunt.

R.P. Magister Ioannes Baptista Berardus Generalis Fratrum Minorum Sancti Francisci.

R.P. Magister Hippolitus de Monte Generalis Religionis Sancti Augustini.

R.P. Magister Leo Bonfiliolus Vicarius Generalis Carmelitanorum.

P. Magister Dominicus Campanella Procurator Generalis eorumdem Carmelitanorum.

P. Ioseph à Matre Dei Procurator Generalis Discalceatorum Carmelitanorum Congregationis Hispaniæ, & D. Ludouicus Gratia... ab Eminentia sua deputati ad dandum eorum votum super nullitatibus oppositis contra electiones Prouincialis, Diffinitorum, & Priorum Carmelitani Ordinis factas in Capitulo Prouinciali, eiusque Diffinitorio de mense Maij 1642. in Ciuitate Vallisoletana Prouincia Castellæ, rebusque alijs &c. super quibus pluriès auditis, ac informantibus etiam in scriptis, Patribus Magistris Laurentio de Ossorio, & Celedonio de Aguero, nec non R.P. Magistro Ioanne Baptista Lezana Socio, & Assistente dicti R.P. Vicarij Generalis, ac dicti Capituli defensore, illisque maturè discussis, omnes fuerunt concordes in voto, dictas electiones impugnari non posse, & super dictis nullitatibus illarum oppositoribus perpetuum imponendum esse silentium.

M. Cardinalis Ginettus Protector.

Loco † sigilli. Felix de Luco Secretarius.

90 Motiua verò, seu causæ, aut rationes, quibus permotus Eminentissimus, cum Reuerendissimis alijs, & grauissimis Consultoribus præfatum Decretum edidit, non solùm fuit, quòd nullitates contra præfatum Capitulum, & eius electiones pretensæ, sufficienter ex dictis euacuabantur, sed etiam doctrina celeberrimi Doctori Nauarri *qui l. 5. Consilior. de Iudæis consilio primo num. 6.* dum quærit, quæ probatio sit necessaria ad excludendum aliquem ab aliqua electione hæc habet. *Respondeo, quòd ad impediendam electionem videtur sufficere semiplena probatio. argum text. sing. in cap. preterea il 2. de Sponsal. qui probat propter dictum vnius testis, & semiplenam probationem impedimenti affinitatis, impediendum esse matrimonium nondum contractum, ne contrahatur, si autem est iam electus, & confirmatus requiritur plena probatio ad reijciendum, & exauctorandum. arg. cap. super his de accusat, & pro vtroque dicto facit cap. quemadmodum de iure iur. quatenus probat, quòd turpius ejicitur quàm non admittitur hospes.* Quam etiam doctrinam recipit Iulius Lauorius *supr. dict. cap. 19. num. 121.* & sauet Rodriguez *to. 1. Quæst Regul. q. 14. ar. 3.* Accedebant etiam plurimæ tum Iuris, tum Iuristarum Regulæ. Primò illa, *Reus in dubio est absoluendus l. Arrianus ff. de art, & obligat.*

cap.

cap. ex litteris de probatio. l. qui accuſare C. de eden. Secundò illa, *Reus eſt abſoluendus cum actor minus probauit. §. commodum Inſtit. de interdict. cap. ex litteris de probation. l. qui accuſare C. de eden.* Tertiò illa, *In dubio de validitate actus debet interpretari quod valeat. ff. de iniur. l. apud Labeonem §. ſi communem ff. de ſer. cor. l. ſi quis ſeruum in fin.* Barthol. poſt Gloſs. *in l. non ſolum §. ſed vt probari, in 1. column. in fin. ff. de ope. no. num* Bald. *in Rubr. C. de fid. Inſtrumentor. 4. col. in verb. iuxta hoc quaritur.* Quartò illa, *Dubia in meliorem partem interpretanda.* Bertachinus *in Repertor. 2. p. verbo Dubium.* Quintò illa, *Poſſeſſoris conditio melior eſt in pari cauſa. ca. in par. de Regul. Iuris,* vbi Dynus, & alij. Sextò illa, *Poſſeſſor etiam iniuſtus debet citari quando eſt expellendus. l. 1. in fin. & ibi* Bartol. *in 1. not. C. ſi propter pub. pen. l. fin.* & ibi Bald. *C. ſi per vim, vel alio modo. l. meminerit.* Septimò illa, *Cum iura partium ſunt obſcura pro poſſeſſore iudicandum eſt. l. 2. C. de prob. l. fi. C. de rei ven. cap. inter dilectos. de fide Inſtrumentor.*

FINIS.



IN-

INDEX

RERVM MAGIS NOTABILIVM,

Quæ in hoc quarto Tomo Summæ, & in Relectione in fine adiuncta, continentur.



ABBATES aliqui conferunt minores Ordines, & primam Tonsuram, verbo Ordines Sacri. *num.6. Qui sint tales. ibid. Quibus ea conferunt. ibid. Quomodo. ibid. Quid si habeant dicti Abbates aliquod impedimentum. nu. 7. Visitare debent Monasteria, verbo* Visitator Regularis *n.2. Quo iure ad id teneantur. n.3. Aliqui eorum habent vsum Mitræ, verbo* Mitra *nu.2.*

Abbatißarum electionum Præses, verbo Præses Capitulorum. *num.10.*

Abiurantes in officio S. Inquisitionis an admitti possint ad Religiones, vel officia ipsarum. verbo Neophitus Regularis. *n.13.*

Absentia Prælatorum à suis Monasterijs quanta permittatur, verbo Residentia Prælatorum Regularium. *num.2.*

Absentium vota non supplenda in electionibus, in Relectione. *nu.42. & seqq.*

Absolutiones concedi solitæ à Visitatoribus tempore Visitationũ, verbo Visitator Regularis. *n.16.*

Absolui à quibus, & in quibus possint Nouitij, verbo Nouitij, & Nouitiæ *nu.36.*

Abusus quomodo tollantur priuilegia Regularium, verbo Priuilegia Regularium. *nu.18.*

Acceptatio legis, qualis esse debeat, verbo Leges Regularium. *n.16. Notanda pro huiusmodi acceptatione. nu.17. & 18.*

Accipere aliquid pro ingressu in Religionem quãdo sit Simonia, verbo Simonia quoad Regulares. *nu.9. Pro Sacramentorum administratione. nu.6. Pro Sacramentalibus. num.7. Pro rebus Sacris. nu.8. Pro licentijs, quæ concedi solent in Religionibus. num.11. & sequentib. Pro officijs Religionum. nu.16. Accipere munera, etiam liberaliter cõcessa qualiter prohibitum sit Visitatoribus Regularibus, verbo* Visitator Regularis. *n.11. Quæ possint licitè accipere. ibid.*

Actus interni quomodo præcipi, vel prohiberi possint lege humana, verbo Leges Regularium. *nu.22. Actus prohibiti per suspensionem, an validè fiant, verbo* Suspensio quoad Regulares. *num.14.*

Aedi-

Digitized by Google

INDEX.

Aedificare an liceat circa Monaſteria Regularium, *verbo* Monaſteria Regularium. *nu.*23.

Aetas ad Ordinum receptionem requiſita, *verbo* Ordines Sacri. *nu.*14. *De pœnis aliter facientium nu.*14. *&* 15.

Alba Sacerdotis debet eſſe benedicta, *verbo* Veſtes Sacræ. *nu.*4. *Quãdo amittat benedictionem. num.*5. *Non indiget noua benedictione, ſi ad eam reficiendam aliqua adiungantur, quorum additione non mutatur in propria figura. num.*6. *Secus verò quando mutatur. ibid.*

Aleatores Eccleſiaſtici quibus pœnis puniantur, *verbo* Ludus quoad Regulares. *nu.*5. *Eorum electio confirmari non debet. num.*6. *An habeantur pro infamibus. num.*5. *Alearum ludus quomodo Regularibus probibitus. num.*3. *& ſeqq. Aleatores publici eligi non poſſunt in Prælatos Regulares*, *verbo* Prælatus Regularis. *nu.*5.

Alienari an poſſint oblationes factæ Regularibus, *verbo* Oblatio facta Regularibus *nu.*6. *& ſeqq. An alienari poſſint* Paramenta *Sacra*, *verbo* Paramenta Sacra *num.*3. *An Reliquiæ*, *verbo* Reliquiæ Sanctorum *nu.* 3. *Vaſa Sacra*, *verbo* Vaſa Sacra. *nu.*6. *An veſtes Sacræ*, *verbo* Veſtes Sacræ. *num.*9. *An bona Oratorii*, *verb.* Oratoria quoad Regulares *nu.*4. *An Capellæ Regularium*, *verbo* Miſſa *nu.*43.

Altari qui non poſſint oblationes offerre, *verbo* Oblatio facta Regularibus *nu.*10.

Animæ in Purgatorio exiſtentes an puniantur propter dilationem, ſeu non executionem legatorum ab ipſis relictorum, *verbo* Legata Regularibus relicta. *num.*37.

Anniuerſariorum obligatio validè recipitur à Regularibus, *verbo* Legata Regularibus relicta *num.*21.

Annus Nouitiatus debet eſſe in locis approbatis, *verbo* Profeſſio Regularis. *nu.*7. *Defectus illius irritat profeſſionem. n.*9. *Debet eſſe continuus. nu.*10. *Qua continuitate. ibid.*

Anticipatio Miſſarum, quæ ex obligatione dicendæ ſunt, an permitti poſſit, *verbo* Miſſa. *num.*50. *Decretum Sac. Congregationis de ea re. n.*51. *Quo tempore datum. num.*52. *Quomodo intelligendum. nu.*53.

Appellatio Regularium ad Sedem Apoſtolicam, quando licita, *verbo* Recurſus Regularium ad Sedem Apoſtolicam. *nu.*2. *An ad illam requiratur licentia Prælati. num.*3. *Quid ſi illam neget. ibid. & nu.*4. *In quo caſu negari poſſit. nu.*5. *Appellatio ab electione quando, & quomodo facienda*, in Elect. *nu.*6.8. 19.20. *&* 21.

Arbitri aſſignandi in recuſatione iudicis Regularis poſſunt eſſe tam Religioſi, quàm extranei, *verbo* Recuſatio Iudicis Regularis, *nu.*8.

Ar-

Digitized by Google

Arma fundatorum Capellarum ab ipsis non tollenda, verbo Sepultura quoad Regulares *n.*15.
Astrologiæ, & aliarum artium similium libri, qualiter prohibiti, verbo Libri. *nu.*29.
Augustinianorum priuilegia quo priuilegio fruantur, verbo Priuilegia Regularium. *nu.*18.

B

Benedictio Sacrarum vestium qualis esse debeat, verbo Vestes Sacræ. *nu.*4. *Omnes vestes Sacræ debẽt esse benedictæ. ibid. An sit semper peccatum mortale celebrare sine veste benedicta. ibid. Benedictio populi quomodo danda à Sacerdote in Missa, dùm adest Episcopus, verbo* Missa. *nu.*67.
Beneficiorum nomine quæ veniãt, verbo Resignatio Officiorum Ordinis. *num.*3. *Beneficia Regularia an sint materia Simoniæ, verbo* Simonia quoad Regulares. *n.*13. *Quid de commutatione, renunciatione, seu resignatione ipsorum. nu.*15.
Bigami eligi non possunt in Prælatos, verbo Prælatus Regularis. *num.*4.
Bis in anno an visitari possit Prouincia, vel Conuentus, semel à Visitatore, & iterum à Prælato ordinario, verbo Visitator Regularis. *nu.*12.
Bona Monasteriorum desertorum ad quos pertineant, verbo Monasteria Regularium. *num.*47.
Bona ex illicita negotiatione adquisita à Regularibus, ad quẽ pertineant, verbo Negotiatio quoad Regulares. *nu.*10. *Quæ sint talia bona. nu.*11. *Bona quæ tenentur ad contributionem Seminarij, verbo* Seminarium. *num.*9. *Bona Religiosi ex illicita negotiatione, aut contra Sacros Canones adquisita spolia sunt, verbo* Spolia Regularium. *nu.*2. *Quid de bonis Beneficiati Regularis. num.*3. *Quæ bona spoliorum nomine veniãt. num.*4. *Bona Nouitiorum, seu Nouitiarum quomodo disponẽda ex decisione Concilij, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionũ. *num.*25. *& seqq. De ipsis nihil accipiendum ante professionem. nu.* 33. *Bona Oratoriorum an alienari possint, verbo* Oratoria quoad Regulares. *num.* 4. *Bona Professorum propria, quæ fictè, seu inualidè professis conuenire non possunt, verbo* Professio Regularis. *nu.* 25. *Bona translatorum ex vna Religione ad aliam ad quem pertineant, verbo* Transeuntes Regulares. *num.*14.
Breuia Sacræ Pœnitentiariæ inter litteras Apostolicas numerantur, verbo Litteræ Apostolicæ. *num.*2. *Tenor ipsorum varius. num* 9. *& sequentibus. Quomodo executioni mandanda. nu.*13. 20. *& seqq. Breue Sanctissimi circa professionem Religiosorum innouandam quomodo intelligendum, verbo* Nouitij,

uitij, & Nouitiæ Religionum. *nu.3.& ſeqq.*

C

CAecus an eligi p ſſit in Prælatum, vel Viſitatorem, verbo Viſitator Regularis. *nu.15.*

Canna qua menſura, verbo Monaſteria Regularium. *num.20. Intra quot cannas non poſſit vnum Monaſterium alÿ proximum fundari. num.19.& 20.*

Calix de qua materia debet eſſe, verbo Vaſa Sacra. *num.2. Debet eſſe conſecratus. ibid. Quando cenſeatur talis. ibid. Quando execretur. ibid. An tangi poſſit à laico, vel Clerico in minoribus. ibid.*

Calceatum debere eſſe celebrantem, verbo Miſſa. *nu.65.*

Campanæ pulſantur in proceſſionibus, verbo Proceſſio quoad Regulares. *nu.6.*

Capellæ an teneantur ad contributionem Seminarij, verbo Seminariũ. *n.10. An vĕdi poſſint pro ſepultura, ver.* Sepultura quoad Regulares. *n.15. An alÿ ibi ſepeliendi. ibid. An arma fundatorum inde auferenda. ibid.*

Capellaniæ Religioſorum, verbo Miſſa. *num.43. An Regulares ægrotantes eximantur ab obligatione Miſſarum dicendarum. nu.40. An aliquoties in anno. num.41. An in hebdomada. num.42.*

Capite cooperto celebrandum non eſt ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, verbo Miſſa. *num.64.*

Capitulorum Regularium Præſes verbo Præſes Capitulorum. *Capitula, & electiones in ipſis factæ impugnari poſſunt ab ÿs, ad quos intereſt, in* Relect. *n.2. Etiam ſi electiones ſint confirmatæ. nu.3. An ab ÿs, ad quos non intereſt. nu.4. Quibus conditionibus. nu.5. & ſequentib.*

Capuccini incapaces ſunt bonorũ ſtabilium, verbo Legata Regularibus relicta. *num.6. Et hæreditatis. ibid. An legatorum. ibid.*

Carmelitæ Reformati quibus priuilegÿs fruantur, verbo Reformati Regulares. *num.4.& 5. An alÿs Ordinibus communicentur. n.6. Eligunt ſibi Priores. In* Relect. *nu.75.*

Caſtitatis votum an, & quando ab Epiſcopis diſpenſari poſſit, verbo Votum quoad Regulares. *nu.12.& ſeqq.*

Caſus de quodam Capitulo Carmelitarũ, & electionibus in ipſo factis, in Relectione. *nu.1.*

Caſus, in quibus quarta funeralis non debet ſolui, verbo Quarta funeralis. *num.10. Caſus, in quibus Regulares tenentur teſtes eſſe, verbo* Teſtis Regularis. *nu.2. Caſus, in quibus Epiſcopus poteſt commutare legata defunctorum, verbo* Legata Regularibus relicta. *nu.32.& 33.*

Caſus practicabiles Regularibus in materia probabilis opinionis verbo Opinio Regularibus tenenda. *nu.11.*

Cauſæ de nullitate electionis pertinent

tinent ad Generales, in Relect. *num.* 1. *Cauſæ piæ, maximè fauorabiles, verbo* Legata Regularibus relicta. *nu.* 29.

Celebrare an liceat aliquando ſupra mare, vel flumen, verbo Miſſa. *nu.* 56.

Cæræ, & cãdelarum, an debeatur quarta, verbo Quarta funeralis. *num.* 7.

Cæremoniæ Miſſæ quantum obligent, verbo Miſſa. *num.* 58. *& ſeqq.*

Ceſſatio legis quomodo contingat, verb. Leges Regularium. *n.* 53. *Ceßat derogatione, ſeu abrogatione. ibidem. Conſuetudine contraria. nu.* 54. *Quibus conditionibus. nu.* 55. *Quid quando lex irritat conſuetudinem futuram. num.* 56. *Ceſſat legis obligatio per diſpenſationem. num.* 58. *An per ceſſationem cauſæ. nu.* 59. *An per epichiam. num.* 60. *Quid quando fundatur in præſumptione. num.* 61. *Ceſſatio priuilegiorum Regularium, quomodo contingat, verbo* Priuilegia Regularium. *nu.* 14. *Quid de ceſſatione per non vſum. num.* 15. *Quid de ceſſatione per contrarium vſum. num.* 16. *Priuilegia aliquot Regularium circa hoc. n.* 17. *Quomodo priuilegia amittantur per abſum, num.* 18. *Quomodo per reuocationem ipſorum. nu.* 19. *Quæ notanda circa hoc. nu.* 20. *Quid de reuocatione generali priuilegiorum. n.* 21. *Quid pro Regnis Hiſpaniæ. nu.* 22.

Chiromantiæ libri, qualiter prohibiti, verbo Libri. *nu.* 29.

Choriſtæ Regulares an transferri poſſint ad ſtatum Cõuerſorum, vel Conuerſi ad ſtatum Choriſtarum, verbo Tranſeuntes Regulares. *nu.* 15.

Chriſma quid ſit, verbo Oleum Sanctum quoad Regulares. *num.* 2. *Qualiter, & quomodo confici debeat. ibidem. An veteri Chriſmate vti liceat. ibid.*

Ciborium, ſeu Pixis, eſt vas in quo conſeruatur Corpus Chriſti, verbo Vaſa Sacra. *num.* 3. *An neceſſe ſit quòd conſecretur, vel ſufficiat quòd benedicatur. ibid.*

Cingulum ad celebrandum debet eſſe benedictum, verbo Veſtes Sacræ. *nu.* 4. *An ſemper ſit peccatum celebrare ſine illo benedicto. ibid. Caſu quo non habeatur benedictum poteſt Sacerdos pro illo vti Stola. ibid.*

Citatio partis eſt de iure neceſſaria, in Relect. *num.* 23. *Etiam in materia electionis. num.* 24. *Quid quando crimen eſt notorium. nu.* 25.

Clemens VII. approbat Conſtitutiones Carmelitarum. In Relect. *num.* 55. *&* 69.

Cleri præcedentia ſuper Regulares in proceſſionibus, verbo Præcedẽtia quoad Regulares. *n.* 3.

Commiſſiones datæ Regularibus quomodo intelligantur, finiantur, ſeu terminẽtur, verbo Mandatum quoad Regulares *per totum.*

Communicatio priuilegiorum Reli-

ligionum, qualis, verbo Priuilegia Regularium. *nu.*24.

Conditiones appoſitæ quomodo accipiendæ, verbo Legata Regularibus relicta. *nu.*13. *& ſeqq.*

Confeſſor approbatus ab Ordinario quis cenſendus, verbo Litteræ Apoſtolicæ. *num.*18. *Confeſſarij Regulares non poſſunt propriè loquendo irritare vota, verbo* Votũ pro Regularibus. *num.*19. *An illa commutent. nu.*20. *& ſeqq. In quibus caſibus. ibid. An in illis diſpenſent. nu.*22. *Quo loco. num.*23. *An extra Sacramentum Pœnitentiæ. num.*24. *An diſpenſent in petitione debiti. num.*25. *An munus Confeſſarij exercere poſſint Nouitij, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *n.*24.

Confraternitatum præcedentia, verbo Præcedentia quoad Regulares. *num.*5. *Proceſſiones, verbo* Proceſſio quoad Regulares. *num.*9. *&* 10. *An teneantur ad Seminarij contributionem, verbo* Seminarium. *n.*10. *An recipiant oblationes factas Capellis, in quibus ſunt fundatæ, verbo* Oblatio facta Regularibus. *nu.*4.

Conſentientes alicui electioni an poſſint opponere ſe contra illam, in Relect. *nu.*6. *&* 15.

Conſilium, ſeu conſenſus cum committitur alicui facere aliquid cum conſilio, & conſenſu alterius, quid importet, verbo Litteræ Apoſtolicæ. *nu.*21.

Conſtitutiones Regularium non ſufficienter promulgatæ non obligant illos, verbo Leges Regularium. *num.*4. *Nec quando ſunt contrariæ bono communi. num.*5. *Nec quando ſunt impeditiuæ operum Charitatis. n.*7. *Nec iniuſtæ. nu.*8. *Nec impoſſibiles. num.*9. *Conſtitutiones Ioannis Soreth pro Carmelitis approbatæ à Clement. VII.* In Relect. *num.*55. *&* 69. *Conſtitutio de largitione munerum quando legenda à Regularibus, verb.* Lectio quoad Regulares. *n.*9. *Conſtitutio Gregorij XV. circa reuocationem Oraculorũ viuæ vocis, verbo* Oracula viuæ vocis. *num.*2. *Alia Sanctiſſimi D.N. Vrbani. nu.*3. *Animaduertenda circa illas. nu.*4. *& ſeqq. Conſtitutio Gregorij XIII. circa præcedentiam in proceſſionibus, verbo* Præcedentia quoad Regulares. *n.*6. *Conſtitutiones de qualitate eligendorum legẽdæ ante quamcumque electionem, verbo* Lectio quoad Regulares. *nu.*8. *Conſtitutio Sanctiſſimi D.N. D.Vrbani contra Monetarios, verbo* Monetarij. *num.*1. *Pij V. circa non ſoluendam quartam funeralem à Mendicantibus, verbo* Quarta funeralis. *num.*6. *Conſtitutiones Summorum Pontificum interdicentiũ recurſum ad extraneos pro conſequendis officijs Religionum, verbo* Officia Religionum. *n.*10. *& ſeqq. Quomodo illæ intelligẽdæ. ibid. Conſtitutio Sanctiſſimi D.N. D.Vr-*

D. Vrbani circa habitum Sanctarum Imaginum, verbo Sanctorum cultus. *num.*14. *Circa Religiosos transeuntes ex vna Religione ad aliã, & vota ipsorum, verbo* Transeuntes Regulares. *num.*14.

Constructio Ecclesiarum quomodo facienda, ex Decreto S. Congregat. Visitationis, verbo Monasteria Regularium. *n.*17.

Consuetudo quid sit, verbo Leges Regularium. *n.*54. & 55. *Quæ conditiones ad illam requirantur. ibidem. Quando inducere possit legem. num.*57. *Consuetudo Carmelitarum eligendi Priores in Diffinitorio.* In Relect. *nu.*70. *Consuetudo immemorialis quantæ authoritatis sit, num.*75.

Contractus à Religiosis facti quomodo subsint authoritati suorum Superiorum, verbo Prælatus Regularis. *n.*17.

Cõuentus in quibus recipi possunt Nouitij, verbo Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *n.*2. *Quando censeãtur approbati pro Nouitiatu. nu.*9. *Quomodo Conuentus teneantur ad Officium diuinum, verbo* Officium Diuinum. *num.*2. & 4. *Quid de Conuentibus paruis. nu.*8.

Crimina propter quæ Visitatores Regulares debent formare processus, verbo Visitator Regularis. *num.*8. *An antea iam commissa per multum tempus. ibid. Crimina excepta quæ dicantur, verbo* Tortura Regularium. *num.*4. *Criminosi quibus negatur sepultura in loco Sacro, verbo* Sepultura quoad Regulares. *nu.*23. *Quas pœnas incurrant illos sepelientes. nu.*24. *Quando illas non incurrant. n.*25.

Cultus Sanctorum duplex, alius publicus, alius priuatus, verbo Reliquiæ Sanctorum. *n.*7. & 9. *Alia, quæ ad ipsum spectant, verbo* Sanctorum cultus, *per totum.*

D

Damnati ad mortem an priuentur sepultura Ecclesiastica, verbo Sepultura quoad Regulares. *num.*27. *Damnati ad triremes habitu spoliari debent, verbo* Triremium pœna. *num.*5. *An etiam finito tempore triremium. ibid. Quando reuertuntur ad Religionem non amittunt genituram. ibid. Cui adquirunt tempore quo sunt in triremibus. nu.*6.

Dare pro receptione ad Religionẽ, quando sit Simonia, verbo Simonia quoad Regulares. *n.*5. *Pro Sacramentis. nu.*6. *Pro Sacramentalibus. num.*7. *Pro rebus Sacris permanentibus. n.*8. *Pro Sepultura. nu.*9. *Pro actibus, seu exercitijs scientiarum. nu.*10. *Pro licentijs, & alijs rebus spiritualibus. num.*11. & *seqq.*

Debita defunctorum soluere negligentes regulariter peccant, verbo Legata Regularibus relicta. *nu.*38. *An aliquando excusentur. ibid.*

De-

Digitized by Google

Decreta de Celebratione Miſſarum, *de* Apoſtatis, & eiectis, *quando legenda à Regularibus, verbo* Lectio quoad Regulares. *num.9. An excuſentur Prælati in hoc negligentes. num.10. De pœnis contra tales impoſitis. n.11. Decretum de lectione linguarũ in Cõuentibus Regularium, verbo* Lectio quoad Regulares. *nũm.6.& verbo* Nouitij,& Nouitiæ. *num.17. Decretum Concilij Lateranenſis circa impreſſionem librorum, verbo* Libri. *num.2. Decretum Concilij Tridentini de eadem re. nu. 3. Decretum Indicis. nu.4. Quomodo ea intelligenda. nu.5. Specialiter quoad Regulares. nu.6. De quibus libris id intelligendum. num.7. Decretum S. Inquiſitionis pro degentibus Romæ, vel in ſtatu Sedis Apoſtolicæ. num.12. De probibitione imprimendi libros de materia auxiliorum. nu. 13. De probibitione imprimendi libros continentes geſta, miracula, &c. defunctorum. nu.14. De Miſſarum anticipatione, verbo* Miſſa. *nu.51. Quando editum. nu.52. Quomodo intelligendum. n.53. Decreta circa Monaſteriorum Regularium erectionem, verbo* Monaſteria Regularium. *nu.2. An etiam intelligenda pro recuperatione Conuentuum ab hæreticis occupatorum. nu.46. Decretum de non recipiendis Conuentibus, niſi in eis poſſint duodecim Religioſi ſuſtentari. num.8. Decreta de numero conſtituendo in Monaſterijs. n.15. De conſtructione, ſeu ornatu Eccleſiarum. nu.17. Decreta prohibentia acceſſum Regularium ad Monaſteria Monialiũ, verbo* Moniales. *nu.18. & 19. Quas perſonas comprehendãt. num.20.21.& 22. Decretum de non exercendis quibuſdam artibus à Regularibus, verbo* Negotiatio quoad Regulares. *num.6.& 7. Decreta circa receptionem Nouitiorum, verb.* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *nu.5.& ſeqq. Decreta interdicentia profeſſionem an illam irritent. nu.16. Decretum Sacræ Congregationis* de propaganda fide. *nu.17.*

Defuncti quomodo ſepeliẽdi apud Regulares, verbo Sepultura quoad Regulares. *nu.18. An poſſint exhumari, aut transferri. n.21. Defuncti adiuuantur bonis operibus viuorum, verbo* Suffragia. *nu.5.*

Denunciare defectus Regularium in viſitationibus qui teneantur verbo Viſitator Regularis. *n 9. Quando tales arcendi ſunt à denunciatione. nu.10.*

Derelictio Monaſteriorum quomodo, aut quando liceat, verbo Monaſteria Regularium. *n.42. & ſeqq.*

Dignioribus dari debent ſuffragia in electionibus, verbo Suffragia *num.10. An aliquando contingere poſſit contrariũ. ibid. Vnde penſari debeat hæc maior*

dignitas. ibid.
Dispensationes in votis qualiter, & quomodo faciendæ, verbo Votum pro Regularibus *n.*18. *Quæ pertineant ad Papam. num.* 11. *Quæ ad Episcopos, num.*12. *& seqq. Quæ in votis Nouitiorum, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *num.*38. *Dispensationes facta vi Breuiũ Sacræ Pœnitentiariæ, verbo* Litteræ Apostolicæ *per totum. Gratis faciendæ. num.*34. *Quibus verbis. num.*35. *Dispensationes in foro externo. num.*36. *Quomodo dãdæ dispensationes, verbo* Notorium. *nu.*11. *Quæ concedi possint à Prælatis Regularibus, verbo* Pœna Ecclesiastica. *num.*18. *& verbo* Prælatus Regularis. *nu.*10. 12. 15. *& 16. Quæ à Visitatoribus, verbo* Visitator Regularis. *nu.*16. *Quæ à Præside Capitulorum Regularium, verbo* Præses Capitulorum. *nu.* 9. *Dispensatio quomodo differat à priuilegio, verb.* Priuilegia Regularium. *n.*3
Diuina, quibus priuatur suspensus à diuinis, quæ sint, verbo Suspensio quoad Regulares. *num.*10.
Domus Religiosorum an capaces sint legatorum, verbo Legata Regularibus relicta. *nu.*7. *Domus sæcularium qualiter ædificari non possint iuxta Monasteria, verbo* Monasteria Regularium. *nu.*23.
Donatio quomodo differat à legato, verbo Legata Regularibus relicta. *nu.* 2. *Donationes quales fieri possint à Nouitijs, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *n.*32. *&* 33.
Dos Monialium qualiter, aut quomodo designanda, verbo Moniales. *nu.*7.

E

Ebrioſi eligi non possunt in Prælatos Regulares, verbo Prælatus Regularis. *n.*7.
Ecclesiæ an aliquando, & à quibus prophanari possint, verbo Prophanatio Sacrorum. *nu.* 2. *Ecclesiæ etiam Parochiales an an recipi possint à Regularibus, verbo* Monasteria Regularium. *nu.*21. *Ecclesiæ Regulares quomodo teneantur ad Officium diuinum, verbo* Officium diuinum. *num.*2. *Ecclesia in quæ quis sepeliri debeat quæ sit, verbo* Sepultura quoad Regulares. *nu.*9. *Ecclesiæ Regulares an teneantur cantare duas Missas aliquibus diebus, uerbo* Missa. *num.*49.
Editio librorum quomodo facienda à Regularibus, uerbo Libri. *n.*2. *& seqq. Quæ licentia ad id requiratur. ibid & n.*6.
Electio Prælatorum Regularium quomodo fatienda, uerbo Prælatus Regularis. *num.*2. *Quas conditiones debeant habere. nu.*3. 4. *& seqq. De electionum libertate, uerbo* Præses Capitulorum. *n.*5. *De secreto illarum. n.*6. *De Præside in ipsis eo uerbo*

Digitized by Google

Præſes Capitulorum, *per totum. Electionis ad officia Ordinum renunciatio an admittenda, uerbo* Renunciatio inter Religioſos. *num.*11. *Quando in tali electione committatur ſimonia, uerbo* Simonia quoad Regulares. *num.*20. & 21. *Electiones quæ, & à quibus impugnari poſſint,* in Relect. *nu.*2. *& ſequent. Quibus conditionibus, n.*5. *& ſequent. Electio inualida an ratificetur per conſenſum. nu.*17. *Electionis cauſa agitari poteſt per Procuratores, nu.*27. *Quales eſſe debeant, nu.*28. *& ſeq.*

Eleemosyna maior non poſtulanda pro iis qui ſepeliuntur apud Regulares, quam apud Parochos, verbo Sepultura quoad Regulares. *num.*5. *Elemosyna qualiter voueri poſſit, aut non à Regularibus, verbo* Votum pro Regularibus. *num.*28. *Eleemosyna pro Miſſis dicendis qualis, & quanta debeat eſſe, verbo* Miſſa. *num.*10. *& ſeqq. An poſſit pars illius retineri commendando alijs Miſſam. nu.*35. *Eleemosynas petere quomodo licitum, aut prohibitum Regularibus, verbo* Quæſtuarij Regularium, *per totum. Qualiter Regulares viuentes ex eleemosynis teneantur bona opera ipſorum applicare pro benefactoribus, verbo* Suffragia. *nu.*6. *An peccent mortaliter aliter facientes. num.*7.

Enſalmadores *qui ſint, verbo* Veneficia. *num.*11.

Epiſcopus an, & quando commutare poſſit pia legata defunctorum, verbo Legata Regularibus relicta. *num.*32. 33. *& 36. Epiſcopus ordinarius miniſter Sacramenti Ordinis, verbo* Ordines Sacri. *nu.*5. *Quo loco. n.*8. *Quo tempore. num.*9. *Quando poſſit diſpenſare in votis Papæ reſeruatis, verbo* Votum quoad Regulares. *nu.*12. *& ſeqq. Subduntur Epiſcopis Regulares quoad ſuſceptionem Ordinum, verbo* Ordines Sacri. *nu.*11. *Quid tenendum quando Epiſcopus declarauit ſe non habere intentionem ordinandi excommunicatos, ſuſpenſos &c. nu.*20. *Approbat Reliquias Sanctorum, verbo* Reliquiæ Sanctorum. *num.*12. *An exploret voluntatem Tertiariarum, verbo* Tertiarij, & Tertiariæ. *nu.*9. *Quando poſſit viſitare Monaſteria Regularium, verbo* Viſitator Regularis. *num.*17. *Epiſcopus Regularis tranſire poteſt ad aliam Religionem, verbo* Tranſeuntes Regulares. *nu.*12. *Epiſcopi veſtes, verbo* Veſtes Sacræ. *num.*10. *Conſenſus ipſius requiritur pro fundatione noui Monaſterij, verbo* Monaſteria Regularium. *num.*3. *Dirimit controuerſias de præcedentia in proceſſionibus, verbo* Præcedentia quoad Regulares. *n.*2. *Indicit proceſſiones, verbo* Proceſſio quoad Regulares. *nu.*4. *Debent concedere Regularibus oleũ*

pro extrema vnctione, verbo Oleum Sanctum quoad Regulares. *num.4. Episcopi protestatio quãdo Ordines confert quòd non habet intẽtionem ordinandi tales, vel tales, quantum valeat, verbo* Ordines Sacri. *n.20. Episcopatus an sit Sacramentum. n.2.*

Epistolas scribentes ad Moniales qualiter peccent, verbo Moniales. *nu.27.*

Erectio Monasteriorum quomodo facienda, verbo Monasteria Regularium *à num.2. Quibus priuilegijs potiatur. n.19. & sequentibus.*

Essenorum Monasteria qualia, verb. Monasteria Regularium. *num.13.*

Examen rei Regularis quomodo faciendum, verbo Reus Regularis. *num.2.3. & 4. Examinati pro testibus à S. Officio Regulares non possunt à suis Prælatis per quinquennium à die depositionis molestari, verbo* Testis Regularis. *num.7. Examen testium quale. num.8. Examen Monialium, verbo* Moniales. *nu.15. Examinari an debeant Regulares ordinandi, verbo* Ordines Sacri. *nu.13.*

Excommunicationis sententia quomodo ferenda, verbo Sententia Iudicialis. *num.6. Quid quando creditur nulla. ibid. Excommunicatio posita contra Regulares noua loca erigentes non seruatis Decretis &c. verbo* Monasteria Regularium. *n.11.*

Cõtra cogentes fœminas ad ingrediendum Monasteria, verbo Moniales *à num.10. Contra impedientes receptionem Monialium. num.12. Contra falsificantes, seu falsò fabricantes Litteras Apostolicas, verbo* Litteræ Apostolicæ. *num.6. Contra vsurpantes oblationes factas Ecclesijs, verbo* Oblatio facta Regularibus. *num.9. Contra impedientes ingredi volentes Religionem, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *n.35. Contra publicantes indulgentias ob quæstum, verbo* Quæstuarij Regularium. *nu.6. Contra legentes libros prohibitos, verbo* Libri. *nu.6. & seqq.*

Execratio Sacrorum quando contingat, verbo Paramenta Sacra. *num.3.*

Executores testamentorum qualiter possint esse Regulares, verbo Testamentum quoad Regulares. *nu.3.*

Exempti à processionibus qui Regulares sint, verbo Processio quoad Regulares. *n.3.*

Explicatio priuilegiorum Religionum ad quos spectet, verbo Priuilegia Regularium. *n.11. Non ad extraneos. nu.12.*

Eucharistia, in quibus Oratorijs ministrari possit, verb. Oratoria quoad Regulares. *n.5. Processiones ipsius qualiter, aut quando facienda, verbo* Processio quoad Regulares. *nu.11.*

Fœ-

Digitized by Google

F

Fœminarum ingreſſus in Monaſteria virorum quomodo prohibitus, verbo Monaſteria Regularium. *num.* 49. *Fœminas velari vnde ſumpſit exordium, verb.* Velum Monialium. *nu.* 1. *Fœminarum Deo Sacrarum quot, & qualia ſunt vela. num.* 2. *& ſequentibus. Fœminarum Monaſteria olim cum virorum Monaſterijs coniuncta, verbo* Monaſteria Regularium. *num.* 13. *Non ſic modò. ibid.*

Facultates conceſſæ Regularibus ad abſoluendum, ſeu diſpenſandum, verbo Litteræ Apoſtolicæ. *num.* 9. *& ſeqq. Quando dantur pro caſibus occultis, ad quos caſus extendantur, verbo* Occultum. *num.* 6. *& ſeqq. Facultates, quas concedere poſſunt Prælati ſuis ſubditis, an ſibi ipſis dare poſſint, verbo* Prælatus Regularis. *nu.* 19. *Facultates Prælatorum ad limitandum, ſeu reſtringendum priuilegia ſubditorum, verbo* Priuilegia Regularium. *nu.* 13.

Falſificantes, ſeu falsò fabricantes Litteras Apoſtolicas excommunicationem Papalem incurrunt, verbo Litteræ Apoſtolicę. *nu.* 6. *Falſarij teſtes quibus pœnis ſubiaceant, verbo* Teſtis Regularis. *nu.* 4. *Ad quid teneantur. ibid.*

Famoſum quid dicatur, & quomodo differat à manifeſto, publico, & notorio, verbo Notorium. *num.* 3.

Fauorabilis lex quæ dicatur, verbo Leges Regularium. *num.* 34. *Extendenda, & amplianda. num.* 44.

Fidei commiſſum quomodo differat à legato, verbo Legata Regularibus relicta. *nu.* 2.

Fideles in hac vita bonis operibus poſſunt ſe adiuuare, verbo Suffragia. *num.* 4. *Item defunctos in Purgatorio exiſtentes nu.* 5. *An perdant ipſorum opera de ſuo valore ſi alijs applicentur. num.* 7.

Fori priuilegio an gaudeant Oblati, verbo Oblati, ſeu Commiſſi. *num.* 8.

Forma præſcripta in lege maximè attendenda, verbo Leges Regularium. *num* 46. *Forma ſeruanda in oppoſitione, ſeu appellatione contra aliquam electionem,* in Relectione *n.* 9. *&* 10. *Cui incumbit onus probandi. nu.* 11. *Quid ſi oppoſitio eſt non contra electionem, ſed contra electum. num.* 13. *Forma præſcripta in cap. Quia propter. de electione, ſeruanda eſt in electionibus Prælatorum.* In Relect. *num.* 49. *Forma diſpenſationis in Breuibus S. Fœnitentiariæ, verb.* Litteræ Apoſtolicæ. *n.* 9. *& ſeqq. Quomodo exequenda ibid.*

Fructus Sacrificij Miſſæ quis, & quantus, verbo Miſſa. *num.* 6. *&* 7. *Quomodo applicatur. ibid.*

Qua conditiones ad id requirantur. ibid. An ſi pro pluribus applicetur, ſit minor pro ſingulis. num.8. Fructus ſatisfactorius pro pœna temporali applicatur à Summis Pontificibus, verbo Suffragia. *num.8. Etiam à Prælatis Regularibus. ibid. An teneantur Regulares illum applicare pro ſuis benefactoribus. nu.6.*

Fruentes priuilegijs Mendicantium Religionum qui ſint, verb. Mendicantes. *n.3.& 4.*

Fundatorum Monaſteriorum priuilegia, verbo Monaſteria Regularium. *nu.27.*

Funeralis quarta, vide Quarta funeralis.

Furãs Sanctorum Reliquias qualiter peccet, verb. Reliquię Sanctorum *num. 5. Quando incidat in excommunicationem. ibid.*

Furtum rei Sacræ quando, & quomodo ſit Sacrilegium, verbo Sacrilegium. *nu.5.*

G

Gallico morbo laborantes an eligi poſſint in Prælatos, verbo Prælatus Regularis. *n.3.*

Generalis an poſſit aliquid facere ſine conſilio eorum, qui ſibi aſſiſtunt, verbo Litteræ Apoſtolicæ. *nu.21. Qualem reſidentiam debeat habere, uerbo* Reſidentia Prælatorum. *num.2.& 3. Conſtituere poteſt Vicarios generales, uerbo* Vicarij Religionum. *num.4. Quales conditiones debent habere. nu.4.& 5.*

Generales Procuratores uide Procuratores.

Generales Vicarij, uide Vicarij.

Genera perſonarum, quibus Sepultura in loco Sacro denegatur, uerbo Sepultura quoad Regulares. *n.23. Quomodo peccent aliter facientes. nu.24.*

Geomantiæ libri prohibiti, uerbo Libri. *nu.29.*

Gradatim facienda eſt appellatio, uerb. Recurſus Regularium &c. *num.2.*

Graduati an torqueri poſſint pro delictis, uerbo Tortura quoad Regulares. *nu.14.*

Gradus Magiſterij, uel Doctoratus requiritur ſæpiùs pro illis, qui aperturi ſunt litteras S. Pœnitentiariæ, uerbo Litteræ Apoſtolicæ. *nu.14. Quot modis concedatur in Religionibus. ibid. Quam facultatem habeant ad hoc Generalis Prædicatorum, & Generalis Seruitarum, uerb.* Priuilegia Regularium. *nu. 25. An gradus ſint materia Simoniæ, uerbo* Simonia quoad Regulares. *n.11. An pro illis dari aliquid poſſit. nu.31.*

Grauamen, ſeu grauis iniuria requiritur, ut Regularis appellare poſſit, uerbo Recurſus Regularium &c. *nu.2.& 3.*

Grauitas pœnarum arguit culpam mortalem, uerbo Pœna Eccleſiaſtica. *n.7. Secus in aliquibus Conſtitutionibus Religionum. ibid.*

Ha-

H

Habitus Sacrarum Imaginum qualis ex Decreto SS. D. N. Vrbani, uerbo Sanctorum cultus. *nu.* 14. *Habitu Religionum induti quando ſepeliri debeant in Eccleſijs dictarum Religionum, uerbo* Sepultura quoad Regulares. *nu.* 17. *Cum quibus cõditionibus. ibid. Quas indulgẽtias conſequantur. ibid. & num.* 19. *Habitu Religionis priuantur Regulares damnati ad triremes, uerbo* Triremium pœna. *num.* 5. *Quid poſtquam à triremibus reuertãtur. ibid. Pro habitu Moniali concedendo, an poſſit relinqui legatum, uerbo* Legata Regularibus relicta. *nu.* 22. *Habitu Religionis de proximo induendi an gaudeant aliquo priuilegio, uerbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *nu.* 43.

Hæredes qui Religioſi poſſint eſſe, uerbo Legata Regularibus relicta. *num.* 5. & 6. *Hæreditatem adire, quibus competat, uerbo* Legitima quoad Regulares. *num.* 7. *Legitima eſt hæreditatis pars. nu.* 2. *Hæredes Fundatorum Capellarum quando in ipſis ſepeliri poſſint, uerbo* Sepultura quoad Regulares. *n.* 15.

Hæreſiarcharum libri quomodo prohibiti, uerbo Libri *num.* 17. *Qui libri dicantur hæreſim continere, num.* 23. *Hæretici non ſepeliendi in loco Sacro, uerbo* Sepultura quoad Regulares. *nu.* 23. *Libros ipſorum legentes, uel habentes, quas cenſuras, aut pœnas incurrant, uerbo* Libri. *num.* 16. 17. 18, 20. & *ſeqq. Hæreticorum filij an recipi poſſint in Religionibus, uerbo* Neophitus Regularis. *n.* 4.

Hebræorum libros legentes, quas pœnas incorrant, uerbo Libri. *nu.* 17. & 19.

Hermaphroditus an capax Ordinis Sacri, uerbo Ordines Sacri. *num.* 3.

Hidromantiæ libri quomodo prohibiti, uerbo Libri. *nu.* 29.

Honores ab Eccleſia tributi Sanctis Canonizatis ſeptem, uerbo Sanctorum cultus. *nu.* 2. *An tribui poſſint Beatificatis. nu.* 3. *Honoratior locus Eccleſiæ an uendi poſſit, uerbo* Sepultura quoad Regulares. *n.* 14.

Hora recitandi matutinum, quæ ſit, uerbo Matutinum. *num.* 2. & 3. *Maximè ex declarationibus Sac. Congregat. ibid Horæ Canonicæ, uide* Litaniæ, Matutinum, Officium diuinum.

Hoſpitia Regularium an intelligantur ſub nomine Monaſterij in Decretis, in quibus præcipitur ne fundentur ſine certis conditionibus, uerbo Monaſteria Regularium. *n.* 6. *Quomodo id contingat. ibid.*

Humilitas ſeruanda à Regularibus in conſtructione Monaſteriorum, uerbo Monaſteria Regularium. *nu.* 18.

Digitized by Google

INDEX.

I

Illegitimi an recipi posſint ad Religiones, verbo Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *num.*12. *Quorum officiorum Religionũ ſint incapaces, verbo* Officia Religionum. *num.*4. *& ſeqq. An poſſint eſſe Præſides Capitulorum, verbo* Præſes Capitulorum. *nu.*9.

Imagines non Canonizatorum, aut Beatificatorum, an habendæ, vel veneranda, verbo Sanctorum cultus. *nu.*7. *Imagines Sanctorum quo habitu ornandæ. nu.*14. *Imaginum oblationes, ad quem pertineant, verbo* Oblatio facta Regularibus. *num.*3.

Immunitate Eccleſiaſtica gaudent Monaſteria Regularium, verbo Monaſteria Regularium. *n.*25. *Nomine Monaſteriorum quæ veniant in præſenti. ibid. An Prælati poſſint facere aliquid contra illam. num.*26. *An illa gaudeant Oratoria, verbo* Oratoria quoad Regulares. *num.*4.

Impedimenta ad faciendum profeſſionem, alia perpetua, alia temporalia, verbo Profeſſio Regularis. *nu.*20.

Impetrãs litteras Apoſtolicas ſubreptitiè, vel obreptitiè, quas pœnas incurrat, verb. Litterę Apoſtolicæ. *num.*4. *Impetrare non poſſunt Regulares Indulta aliqua contra ſuæ Religionis Regulam, vel Statuta. n.*7. *Quid facere poſſint cum talibus Prælati ipſorum n.*8.

Impreſsio librorum quomodo facienda à Regularibus, verbo Libri. *à nu.*2.

Impugnare qui, & quando poſſint electiones, in Relect. *nu.*2. *& ſeqq.*

Incantatio quomodo differat à Veneficio, & ſortilegio, verbo Veneficia. *num.*2. *Eſt caſus reſeruabilis inter Regulares. nu.*1. *Quando incidant in hunc casũ. num.*7. *Cum verbis, vel ſignis inutilibus, vel inefficacibus ad aliquem finem conſequendum vtuntur. ibidem.*

Indicia quæ ſufficiunt ad applicãdum torturam Regularibus, verb. Tortura Regularium. *num.*6.

Indigni electio an toleranda, verbo Præſes Capitulorum. *n.*7.

Indulgentias publicantes ob quæſtum excommunicantur, verbo Quæſtuarij Regularium. *nu.*6. *An aliquas conſequantur ſæculares qui cum habitu Religionũ ſepeliuntur, verbo* Sepultura quoad Regulares. *n.*17. *&* 19. *Quas conſequantur Tertiarij, vel Tertiariæ, verbo* Tertiarij, & Tertiariæ. *n.*7.

Informationes pro Nouitijs qualiter, aut quomodo faciendæ, verb. Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *n.*20. *& ſeqq.*

Ingreſſus Eccleſiæ, qui prohibetur per ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, quid importet, verbo

Su-

Digitized by Google

Suſpenſio quoad Regulares. *num.* 12.

Intentio legislatoris in legum interpretatione maximè attendenda, verbo Leges Regularium. *nu.* 36. *Intentio quæ requiritur ad impletionem legis, ſeu præcepti. nu.* 52.

Interpretatio legis, quibus competat, verb. Leges Regularium. *num.* 31. *Facienda eſt iuxta proprietatem verborum. n.* 32. *An iuxta propriam ſignificationem naturalem, vel ciuilem. nu.* 33. *Lex fauorabilis quæ dicatur. nu.* 34. *Lex generaliter loquens generaliter eſt accipienda. num.* 35. *Mens legislatoris attendi debet pro legis interpretatione. num.* 36. *Item prohemium, ſeu præfatio legis. n.* 37. *Item ſupplicatio illius pro quo fit. num.* 38. *Item ratio legis. nu.* 39. *Lex dubia quomodo interpretanda. num.* 40. *Lex ſic interpretari debet, vt nullum ipſius verbum credatur otioſum. nu.* 41. *Lex pœnalis quomodo interpretanda. num.* 42. *Quid de lege, in qua aliquid fuit poſitum ſolùm per modum exẽpli. num.* 43. *De interpretatione legis fauorabilis. nu.* 44. *De interpretatione legis prohibitiuæ. num.* 45. *Quid quando lex præſcribit formam rei faciendæ. num.* 46. *Quid quando lex vtitur verbo* Non poteſt. *nu.* 47. *An omiſsio cuiuſlibet partis formæ præſcriptæ per legem irritet factum. num.* 48. *Interpretatio priuilegiorum Regulariũ quomodo facienda, verbo* Priuilegia Regularium. *nu.* 8. *Quando priuilegia latè explicari debeant. num.* 9. *Quid ex priuilegijs Religionum. num* 10. *Ad quem ſpectet interpretatio priuilegiorum. n.* 11. *Extranei illa explicare prohibentur. nu.* 12.

Inueſtitio pecuniæ pro Miſsis perpetuis quomodo facienda, verbo Miſſa. *nu.* 36. *& ſeqq.*

Italiæ nomine an veniant Inſula Sicilia, Sardiniæ, & Corſicæ, verbo Monetarij. *nu.* 6.

Irregularitas quando incurratur, verbo Pœna Eccleſiaſtica. *num.* 4.

Irritatur profeſsio ex defectu Nouitiatus non habiti in locis approbatis, verbo Profeſſio Regularis. *num.* 7. *Ex defectu anni integri Nouitiatus. num.* 9. *Ex defectu anni continui. n.* 10. *Ex defectu ætatis. num.* 11. *Ex defectu authoritatis recipientis ad illam. num.* 13. *Ex defectu ſexus conuenientis. num.* 14. *Ex defectu vſus rationis. num.* 17. *Ex defectu libertatis. num.* 15. *& 16. Ex defectu occulto ſuper quo proteſtatum eſt. num.* 18. *De alijs cauſis remiſsiuè. nu.* 19. *Quomodo validetur. nu.* 23. *& 24. Quando obligat vt uotum ſimplex. nu.* 26.

Iudex Regularis aliquando poteſt recuſari, uerbo Recuſatio Iudicis Regularis. *num.* 1. *Sæpiùs non. ibid. Quid ſit talis recuſatio. num.* 2. *Effectus illius. n.* 3.

Quo-

Quomodo regulanda. n.4. Causa ipsius quomodo assignanda. num.5. De Iudice Regulari Visitatore an possit recusari. n.7. Quomodo procedere debeat cum reo Regulari, uerbo Reus Regularis, *per totum. Iudicis Regularis arbitrio relinquitur sæpe an indicia quæ sunt ad torquendum aliquem sint sufficientia, uerbo* Tortura Regularium. *num.2.*

Iuramentum quod aliqui Regulares emittunt de non procuranda, uel acceptanda extra eorum Religionē Dignitate, uel Superioritate &c. obligat illos etiam transeuntes ad aliam Religionem, uerbo Transeuntes Regulares. *nu.14.*

Ius Canonicum quomodo allegetur, verbo Leges Regularium. *n.14. Ius ciuile quomodo etiam allegetur. nu.15.*

Ius patronatus an sit materia Simoniæ, verbo Simonia quoad Regulares. *nu.18.*

L

Laicalia Statuta an obligent Regulares, verbo Statuta. *num.2. Non ea, quæ sunt contraria libertati Ecclesiasticæ. ibid. Quæ sint talia. ibid. & in seqq.*

Laici detinentes, seu vsurpantes oblationes factas Ecclesijs excommunicati, verbo Oblatio facta Regularibus. *num.9. Laici Fratres, verbo* Laici Fratres, *remissiuè.*

Largitiones munerum pro consequendis officijs Religionum quomodo prohibitæ, verbo Officia Religionum. *nu.15.*

Lectio Sacræ Scripturæ habenda in Monasterijs, verbo Lectio quoad Regulares. *num.1. & 2. An peccet qui illam legit peccato mortali notario infectus. n.3. Lectio Sacræ Scripturæ, vel casuum conscientiæ, habenda propter Decreta Summorum Pontificum. num.4. Lectio linguarum etiam habenda in studijs Regularium. num.5. Quomodo vacari possit à prædictis lectionibus. nu.7. Lectio librorum prohibitorum, vide verbo* Libri.

Legatum quid sit, verbo Legata Regularibus relicta. *nu.2. Qui legare possint. nu.3. & 4. Quibus. num.4 & 5. De legatis factis aliquibus domibus Religiosorum. nium.7. Regulares an capaces sint quòd ipsis legetur. num.9. Quot modis fieri possunt legata. num.10. Quid de legato ad tempus determinatum. n.11. Quid de facto ad tempus indeterminatum. num.12. De legato conditionato. nu. 13. Quando legatum conditionatū adimpleri debeat etiam non adimpleta conditione. num.14. Quid quando conditio est turpis. n.15. Quid quando est contraria Statui Religioso. num.16. De legato facto puellæ si nupserit, aut si Religionem intrauerit. nu. 17. De legato relicto pro virginibus ma-*

Digitized by Google

maritandis. num.18. De legato relicto ſub modo. nu.19. De legato relicto ſub modo poſsibili, & honeſto. num.20. De legato relicto ſub onere Miſsarum. num.21. De legato relicto Monialibus ſub onere recipiẽdi aliquam. num.22. An non adimplentes onera legatorum ipſis priuentur. num.23. Legatum relictum ſub modo impoſsibili, vel turpi an valeat. nu.24. De legato relicto ex cauſa. nu.25. De legato ex demonſtratione. nu.26. De legato incerto. n.27. De Regularibus procurantibus ſibi aliqua legari. num.28. An legata Regularibus relicta gaudeant priuilegijs piarum cauſarum. num.29. Quomodo reuocari poſsint. nu.30. Quomodo, & à quibus commutari. nu.31. An Epiſcopi id facere poſsint. nu.32. In quibus caſibus n.33. An tunc requiratur conſenſus hæredis, & legatarij. num.34. An Prælati Regulares commutare poſsint legata ipſorum Monaſterijs. num 35. Quid de legatis pro celebratione Miſſarum num.36. An animæ Purgatorij patiantur ob dilationem executionis legatorum. nu. 37. Qualiter peccent differentes adimplere legata. nu.38.

Legis ethimologia, verbo Leges Regularium. *num.2. Diffinitio. num.3. Leges Regularium non promulgatæ non obligant. n.4. Lex cõtraria bono comuni vim obligandi non habet. num.5. Ad quos ſpectat condere leges. nu.6. Lex debet eſſe rationi conformis. num.7. Debet eſſe iuſta. num.8. Item poſsibilis. num.9. Neceſſaria, vel vtilis. num.10. Manifeſta, & non obſcura. nu.11. Pro bono communi inſtituta. num.12. Legis diuiſio. num.13. Lex non acceptata, ſeu non recepta an obliget. nu.16. Quomodo id intelligendum. nu.17. Quando ſuſpendatur lex per ſupplicationem factam legislatori. num.18. Quid de Litterarum Apoſtolicarum ſupplicatione. num.19. An requiratur ad legem quòd ſit ſcripta. num.20. Materia legis humanæ quæ ſit. num.21. Actus interni an præcipi, vel prohiberi poſsint. num.22. Lex humana regulariter ſolùm reſpicit futura. num.23. An obliget cum periculo mortis, vel magni nocumenti. nu.25. Quid de Carthuſianorum lege quoad abſtinentiam à carnibus. n.26. Quomodo obligare poſsit lex humana. num.49. De pœnis per illam impoſitis. n.50. Quomodo adimpleatur lex. num.51. De intentione ad illius adimpletionem. num.52. Vide* Ceſſatio legis, Conſuetudo, & Interpretatio legis. *Leges ciuiles contrariæ libertati Eccleſiaſticæ, quomodo non obligent Regulares, verbo* Statuta, *per totum. Quæ ſint tales leges. ibid.*

Legitima quid ſit, verbo Legitima quoad Regulares. *nu. 2. Quibus,*

bus, aut quomodo debita. ibidem. Quæ Monaſteria ſuccedant in ipſam. num. 3. Quando debeatur. num. 4. Anteponitur piæ cauſæ. nu. 5. Non licet parentibus repellere filios Religioſos ab ipſa. nu. 6.

Libellos famoſos, aut litteras ſine ſubſcriptione ſcribentes, verbo Libri. num. 31. Libellos famoſos ſcribentes, vel retinẽtes, quas pœnas incurrant. ibidem. Quid ſi ſint contra Religiones nu. 32.

Libera ſepultura qualiter apud Regulares, verbo Sepultura quoad Regulares. num. 4. & ſeqq.

Libri quomodo, & quibus licentijs imprimendi, verbo Libri. nu. 2. & ſeqq. De librorum prohibitione. ibidem. nu. 15. Quas pœnas incurrant legentes libros prohibitos. nu. 16. Qui libri ſint damnati. num. 17. De legentibus, retinentibus, aut imprimẽtibus libros hæreticorum. n. 18. Quando tales incurrant excommunicationem. num. 19. Quid requiratur ad illam incurrendam. num. 20. De audientibus eos libros legere. num. 21. Qui libri cenſeantur de Religione tractare. num. 22. Qui hæreſim continere. nuu. 23. Quid de retinentibus illos. num. 24. Quid de imprimentibus. nu. 25. De pœnis contra tales. nu. 26. Quid de defendentibus dictos libros. num. 27. De licentia ad illos legendum. num. 28. De ſpeciali prohibitione librorum Aſtrologiæ, Nigromantiæ, &c. nu. 29. De priuilegijs circa hoc. n. 30.

Licentia pro Regularibus in particularibus materijs requiſita, verbo Licentia quoad Regulares. num. 1. De licentia explicita. num. 2. Licentia debet eſſe voluntaria, & non coacta. n. 3. Item legitima. num. 4. Quid de licentia ſpeciali. num. 5. De Superiore an teneatur petere licẽtiam quam poteſt præſtare ſubdito. num. 6. Licentiæ inter Regulares concedendæ gratis. n. 7. Licentia præcedere debet actum qui ex illa fit. nu. 8. An requiratur ad licentiam quòd fiat in ſcriptis. num. 9. An licentiæ indeterminatè conceſſæ proſint poſtulanti. num. 10. Conceſſa aliqua licentia quæ etiam alia conceſſa cenſeantur. nu. 11. Reuocatio licentiæ quando contingat. num. 12. A quo fieri debet talis reuocatio. num. 13. Quandò expirat morte concedentis. num. 14. Ratihabitio de præſenti æquiualet licentiæ. num. 15. Quid de licentijs conceſſis à Papa, Nuncijs. vel Legatis. nu. 16.

Licentia requiſita ad colloquendum cum Monialibus, verbo Moniales. nu. 23. Ad quæſtuandum, uerbo Quæſtuarij Regularium. num. 3. Qualis eſſe debeat. ibid. An ad recurrendum ad Sedem Apoſtolicam uia appellationis, uerbo Recurſus ad Sedem Apoſtolicam. num. 3. Quid ſi negetur. nu. 4. Quæ licentia requiritur ad tranſitum Re-

Religioſi ex vna Religione ad aliam, verbo Tranſeuntes Regulares. *nu.4. Licentia pro fundatione Monaſterij, verbo* Monaſteria Regularium. *nu.2. & ſequentibus.*

Linguarum notitia commendata valde à Sede Apoſtolica Regularibus, verbo Lectio quoad Regulares. *nu.5. & 6.*

Litaniæ quid, & quot ſint, verbo Litaniæ. *nu.2. Conſtitutio Clementis VIII. circa illarum prohibitionem. nu.3. Quomodo intelligenda. num.4. De litanijs nominis Ieſu. num.5. Declarationes Sac. Congregationis. nu. 6. Recitari debẽt in die S. Marci, & tribus diebus ante Aſcenſionem. nu.7.*

Litteræ Apoſtolicæ quæ dicantur, verbo Litteræ Apoſtolicæ. *n.1. Breuia Sac. Pœnitentiariæ inter ipſas numerantur. num. 2. Quæ dicantur ſubreptitiæ, obreptitiæ, falſæ, aut falſificatæ. n.3. Pœna impetrãtiũ Litteras Apoſtolicas ſubreptitiè, vel obreptitiè. num.4. Quando contingat ſurreptio, vel obreptio num.5. De falſificantibus Litteras Apoſtolicas. num.6. Religioſi non poſſunt impetrare aliqua contra ſuæ Religionis Statuta. n.7. Quid faciendum ſi ea impetrẽt. num.8. Tenor aliquarum Litterarum Apoſtolicarum, ſeu S. Pœnitentiariæ. num. 9. Tenor pro diſpenſatione in voto caſtitatis. num.10. Pro diſpenſatione in affinitate. num.11. In impedimento occulto ex fornicatione. num.12. Animaduertenda circa tales Litteras. nu.13. Quid quando diriguntur Magiſtro in Theologia. nu.14. De priuilegio Gregorij XIII. pro Ieſuitis. num.15. An communicetur alijs Religionibus. nu.15. Quid intelligatur nomine Doctoris. num.17. Quid Confeſſoris ex approbatis ab Ordinario. n.18. A quo aperiri poſſint. num.19. Modus exequẽdi tales Litteras. num.20. Quid quando remittuntur alicui cum conſilio aliorum. nu.21. Per ſtimulos carnis, quid intelligatur. num.22. Per oratoris examinationem quid intelligatur. num.23. De monitis, ſeu conſilijs dandis à Confeſſario. num.24. Quid intelligatur per illa verba* à mutatione propoſiti. *num.25. Circa pœnitentias iniungendas. n.26. Circa alia opera pœnitentiæ. n. 27. Quando impedimentum censeatur. nu.28. An imponenda ſit pœnitentia vtrique coniugi num.29. Quid de experientia, cohabitatione, &c. num.30. Quid de illis verbis,* muliere de nullitate prioris conſenſus certiorata. *num.31. Poſt diſpenſationem factam quid agendum. num.32. De laniatione, ſeu reſtitutione Litterarum. num.33. Diſpenſationes gratis faciendæ. num.34. Quibus verbis dandæ diſpenſationes num.35. De diſpenſationibus in foro externo. num.36. Litteræ pertinentes ad*

San-

Sanctam Inquiſitionem quando legendæ à Regularibus, verb. Lectio quoad Regulares. *nu.9. Litteræ Confraternitatis an ſolis benefactoribus concedantur, verbo* Suffragia. *nu.8. Quid ſi concedantur ex titulo verè non ſubſiſtente. ibid.*

Locus quem debent habere Religioſi tranſeũtes ex vna Religione ad aliam, verbo Tranſeuntes Regulares. *n.14.*

Ludus quid ſit, verb. Ludus quoad Regulares. *nu.2. Qui ludus Religioſis, & Eccleſiaſticis prohibitus. num.3. Quid de ludo laicis prohibito. num.4. De damnis, & incommodis ludi. nu.7. De alijs ludis Clericis, & Religioſis prohibitis. nu.8. De ludis ipſis conceſſis. nu.9.*

Lunula, quæ Sacram Hoſtiam immediatè tangit, an debeat eſſe conſecrata, aut benedicta, verbo Vaſa Sacra. *n.4. An tangi poſſit à laicis. ibid.*

M

Magiſtri in Theologia in Religionibus qui ſunt, verbo Litteræ Apoſtolicæ. *n.14. Ipſorum diuerſitas. ibid. Ipſorum priuilegium. n.15. & 16.*

Maledictiones cõtra perturbantes Moniales, verbo Moniales. *num.25.*

Mandati acceptiones, verbo Mandatum quoad Regulares. *nu.1. Ethimologia, & definitio. nu.2. Non extenditur ad illicita. n.3. Nec quando eſt generale ad ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum. nu.4. Quæ requirant ſpeciale mandatum. ibid. Mandatum de re illicita inualidum eſt. num.5. Mandatum ad vnguem obſeruandum. nu.6. Fines mandati attendendi. nu.7. Non ſeruans formam mandati nihil validè facit. num.8. Quid quando mandatum datur abſque vlla forma expreſſa. nu.9. Quibus modis finiatur mandatum. num.10. Quando finiatur morte mandatoris. nu.11. Finitur morte mandatarij. n.12. In alijs caſibus quomodo ſecundum Iura finiatur. nu.13. De mandante committi aliquod delictum. num.15. Quid quando ſunt diuerſa mandata. num.17. De Mandatis Apoſtolicis. n.18.*

Materiæ paruitas an detur in peccatis veneficij, incantationis, & ſortilegij, verbo Veneficia. *num.12.*

Mendicãtium Ordines quot ſunt, verbo Mendicantes Regulares. *num.2. Qui fruantur ipſorum priuilegijs. num.4. De Mendicantibus qui tractent. num.5. Præcedunt non Mendicantes, verbo* Præcedentia quoad Regulares. *num.4. Præceduntur à Monachis. num.8. An teneantur ad quartam funeralem, verbo* Quarta funeralis *à nu.3. An ad Seminarij contributionem, verbo* Seminarium. *n.2. & 3. Apud illos libera ſepultura, verbo* Sepultura quoad Re-

Regulares. *num.* 4.
Militares Religioſi tranſire poſſũt ad alias Religiones, verb. Tranſeuntes Regulares. *n.* 12.
Miniſter pro celebranda Miſſa qualis eſſe debeat, verbo Miſſa. *num.* 63.
Minoribus Fratribus an legari poſſit, verb. Legata Regularibus relicta. *nu.* 6.
Miſſæ nomine duo intelligi poſſũt, verbo Miſſa. *num.* 2. *Miſſa pro precibus, orationibus, &c. accepta, finiti valoris eſt. num.* 3. *Quid de Miſſa ſumpta pro immolatione, ſeu Sacrificio, &c. num.* 4. *Obſtantia contra hoc præcluduntur. num.* 5. *De effectu Sacrificij Miſſæ. nu.* 6. *Alius ex opere operantis, alius ex opere operato. num.* 7. *Quotuplex fructus Miſſæ. ibidem. Applicatur iuxta quantitatem deuotionis. ibidem. Quibus prodeſt. ibid. An pluribus applicatum æquè proſit omnibus. nu.* 8. *De quibus id intelligendum. nu.* 9. *Non poſſunt accipi plura ſtipendia pro vna Miſſa. nu.* 10. *Etiam ſi parua & incongrua ſint. num.* 11. *Quid de promiſſione dicendi Miſſas. num.* 12. *Nec etiam propter paupertatem Sacerdotum. nu.* 13. *Nec propter congruam ſuſtentationem illorum. num.* 14. *Nec propter priuilegia Regularium. nu.* 15. *Nec propter Imagines magnæ deuotionis. num.* 16. *Nec pro applicatione fructus qui correſpondet Sacerdoti. nu.* 17. *An pro applicatione indulgentiæ. num.* 18. *Quid de Regularibus. num.* 19. *Quid de illis qui oppoſitum fecerunt, quomodò ſatisfacere poſſint. num.* 20. *An ſint aliqui caſus, in quibus id facere poſſint. num.* 21. *An ſaltem ſine ſtipendio poſſint vnam Miſſam pro pluribus applicare. nu.* 22. *De ſtipendio pro Miſſa cantata. nu.* 23. *Quid in caſu grauis neceſſitatis, & aliarum circunſtãtiarum. num.* 24. *An ſi alio modo viuere non poſſint Sacerdotes. num.* 25. *Miſſæ votiuæ, ſeu de* Requiem *quibus diebus dici poſſint. num.* 47. *Sacræ Congregationis declarationes. num.* 48. *De Ritu, ſeu modo celebrandi Miſſas. num.* 55. *De Miſſa ſicca. num.* 56. *De Vaſis, & Veſtibus Sacris. num.* 57. *Cæremoniæ quomodo obſeruandæ. n.* 58. *An ſint præceptæ. num.* 59. *De lumine ad Miſſam requiſito. num.* 60. *De Miſſali. nu.* 61. *De Cruce. num.* 62. *De Miniſtro. num.* 63. *Capite cooperto celebrandum non eſt ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. num.* 64. *Calceatum debere eſſe celebrantem. nu.* 65. *Preces præſcriptæ ante Miſſam dum Sacris veſtibus paratur Sacerdos qualiter obligent. num.* 66. *Quid animaduertendum pro benedictione populi. num.* 67. *De modo ſupplendi defectus in Miſſa nu.* 68.
Miſſæ Ritus, verbo Ritus Sacri. *num.* 3.
Mitra quid, quotuplex, & qualis figu-

figura, verbo Mitra. *num.1. Est propria Episcoporum. num. 2. Conceditur ex priuilegio aliquibus Abbatibus. n.2.& 3. Quomodo intelligenda similia priuilegia. nu.4.*

Modi diuersi, quibus legata relinqui possunt Regularibus, verbo Legata Regularibus relicta *nu. 10. Quomodo intelligendi.n.11. & seqq.*

Monasteriorum materia remissiuè, verbo Monasteria Regularium. *num.1. De licentia requisita pro ipsorum fundatione ex variis Decretis.num.2. Quæ notanda circa illa. num.3. An requiratur licentia Papæ. num.4. An consensus aliarum Religionum. num.5. Quid de Hospitijs Religiosorum. num. 6. Quid si Religiosi sine rationabili causa contradicant. n.7. Quid de erectione Monasteriorum inchoatorum. num.9. Quid de Monasterijs Monialium. nu.10. Monasteria virorum,& mulierum simul an permissa. nu.13. Numerus Religiosorum in Monasterijs constituendus. nu.14. De Monasterijs Recollectis. nu. 16. Qua modestia construenda Monasteria. num. 18. Priuilegia Regularium circa eorum constructionem. nu. 19. 20. & 21. Monasteriorum priuilegia. nu. 22.& seqq. Ipsorum inuasores quibus pœnis puniantur. n.24. An ad ipsorum fundationem requiratur licentia Principis secularis. num.29. Monasterijs potest quilibet res suas donare. num.30. Monasteriorum translatio, seu mutatio nu.32.& 35. An Decreta Summorum Pontificum de illa intelligantur. nu. 33. Ipsorum argumentum, seu extensio. num.34. De ipsorum vnione priuilegia. num.39. 40. & 41. Monasteria non deserenda. num.42. & seqq. Non conuertenda in vsus profanos. nu. 45. An requirant Prælatorum residentiam. num. 48. Fœminæ ingredi non possunt illa. nu.49. Monasteria quæ quartam funeralem soluunt, verbo* Quarta funeralis. *n.5.& seqq.*

Monetariorum crimen,& pœnæ, verbo Monetarij. *num.1. Per quas actiones contrahantur. num.2. Quomodo intelligendæ, num.3. An tale crimen sit reseruatum.n.7. An potiatur immunitate Ecclesiæ. n.8.*

Monialium obedientia, verbo Moniales. *num.2. Paupertas. n.3. Castimonia. num.4. Numerus in Monasterio collocandus. n.5. Dos. num.7. Receptio. num.8. Aetas. num.9.& 13. Libertas. num.10. Professio. nu.14. Examen. num. 15. Communicatio cum extraneis prohibita. n.17. & seqq. Ipsarum regimen, & administratio bonorum. nu.28. Priuilegium fori. num.29. Absolutio. num.30. Declarationes Sac. Congregationis circa illas. num.31. An teneantur ad contributionem Seminarij, verbo* Seminarium. *num. 7. Earum*

Visi-

Digitized by Google

Viſitatores, verbo Viſitator Regularis. *n.* 18. *Poſſunt tranſire ad alias Religiones, ſeu Conuentus, verbo* Tranſeuntes Regulares. *num.* 12. *Cum quibus conditionibus. ibid. Monialium uela quæ, & quot, verb.* Velum Monialium. *per totum.*

Mozzetta qui utantur ſaltem ex priuilegijs, verbo Mozzetta. *n.* 1. *&* 2.

N

NEgligentia in celebratione Miſſarum pro ijs pro quibus debentur quàm grauis ſit, verbo Miſſa. *num.* 38. *& ſeqq. An aliquando excuſetur. ibid.*

Negotiatio quid, & quotuplex, verb. Negotiatio quoad Regulares. *num.* 2. *Quibus prohibita, vel permiſſa. nu.* 3. *Qualis prohibita Eccleſiaſticis. nu.* 4. *Quæ conceſſa. nu.* 5. *Monaſterijs Regularium. num.* 6. *Quid propter Decreta Sacræ Congregationis Viſitationis Apoſtolicæ, & alias declarationes Sac. Congregationum nu.* 7. 8. *&* 9.

Negromantiæ libri qualiter prohibiti, verbo Libri. *nu.* 29.

Neophitus quis dicatur, verbo Neophitus Regularis. *n.* 1. *Admitti ne poſſit in Religionibus. num.* 2. *Quid propter ipſarum priuilegia. num.* 3. *Quomodo ea accipienda. nu.* 4. *Quid de particularibus Statutis Religionũ. nu.* 5. *An illa inualida ſint. n.* 6. *An Neophiti admitti poſſint ad Ordines Sacros. num.* 7. *An aſſumi ad Officia Religionis. n.* 8. *Quid ſtando in iure communi. num.* 9. *Quid ſecundùm iura particularia Religionum. n.* 10. *Quomodo intelligenda. nu.* 11. *Quæ ſtatuta poſſint facere circa illos Religiones. nu.* 12.

Non poteſt *clauſula quomodo exponenda, verbo* Leges Regularium. *nu.* 48.

Non obſtãtibus *clauſula quomodo intelligenda, verbo* Priuilegia Regularium. *nu.* 21.

Notarius qui dicatur, verbo Notarius Regularis. *nu.* 1. *Qui Prælati Religionum poſſint illos inſtituere. num.* 2. 3. *&* 4. *De Fratribus ad illud munus conſtituendis. nu.* 5. *Quæ poſſint facere. num.* 6. 7. *&* 8. *De alijs ſpectantibus ad ipſos. num.* 9. *& ſeqq.*

Notorium quid, & quotuplex, verbo Notorium. *num.* 2. *Quomodo differat à manifeſto, publico, & famoſo. num.* 3 *Notorium iuris qu d. num.* 4. *Notorium facti. num.* 5. *Poteſt fieri occultum. nu n.* 6. *Quid ad illud attendendum. num.* 7. *Quomodo vox* Notorium *accipienda in priuilegijs Religionum. n.* 9. *Quomodo in Statutis earum. num.* 10.

Noua Monaſteria quomodo, & cum quibus conditionibus fundari poſſint. verbo Monaſteria Regularium. *n.* 2. *& ſeqq.*

Nouitiatus in locis non approbatis non ſufficit ad profeſsionem,

verbo Profeſſio Regularis. *n.7. Defectus anni Nouitiatus irritat profeſsionem. num.9. Debet eſſe continuus. n.10. Quomodo. ibid.*

Nouitij in quibus Conuentibus recipi poſsint, verbo Nouitij, & Nouitij Religionum. *num. 2. Nouitiorum qualitates. nu.11. Quid de viris maioribus 16. annis. num. 13. Nouitiorum conditiones. num.14.15.& 18. Bona quomodo renuncianda. nu. 25.& ſeqq. Priuilegia. nu.34. Facultas ad illos abſoluendum. num.36. Vota ipſorum nu 37. Diſpenſatio, & commutatio. num.38. Ipſorum Confeſſarij. num.40. Poſsunt eligere ſepulturam. nu.41. An munus Confeſſarij exercere num.42. Obligationes, & onera ipſorum. num. 44.*

Nouitiæ quomodo recipiendæ, verbo Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *num.10. Conditiones ipſarum. n.10. An fieri debeant informationes pro illis. nu.24. De diſpoſitione bonorum ipſarum. nu.25.& ſeqq.*

Numerus teſtium requiſitus, & ſufficiens pro qualibet cauſa, verbo Teſtis Regularis. *num.5. Veſtium Sacrarum, verbo* Veſtes Sacræ. *num. 2. Numerus duodecim Fratrum requiritur pro fundatione noui Monaſterij, verbo* Monaſteria Regularium. *num. 7. Is tantùm numerus habendus in Monaſterijs qui commodè ſuſtentari poſsit ex redditibus, eleemosynis, &c. num.14.*

O

Oblati, ſeu Commiſſi Religionum varij, & diuerſi, verbo Oblati, ſeu Commiſſi. *num.2. Tenentur ad aliquod genus obedientiæ. num.3. De fori priuilegio. num. 4. De priuilegio Canonis. num. 7. De alijs priuilegijs. nu.5.& ſeqq.*

Oblationum nomine quæ veniãt, verbo Oblatio facta Regularibus. *num.1. Regulares poſsunt recipere oblationes ſibi factas. num.2. Oblationes factæ Imaginibus ad quos ſpectent. n.3. Oblationes factæ Capellis ad quos. num.4. Quid ſi factæ ſint ad certum finem. num.5. An alienari poſsint. nu.6. De oblationibus ratione miniſterij Altaris. num. 7. De oblationibus ratione Parochiæ num,8. Laici illas detinentes quas pœnas incurrant. num.9. Plures perſonæ prohibitæ ſunt oblationes facere ad Altare. num.10. Quid de admittentibus excommunicatos ad illas. nu.11. Quomodo faciendæ ad Altare. n.12.*

Obligatio dicendi Miſſas, quæ promiſſæ ſunt, verbo Miſſa. *n.38. Modicũ tempus quod intelligatur. n.39. An Regulares ægrotantes eximantur ab obligatione Miſſarum dicendarum. nu. 40. An aliquoties in anno. nu. 41. An in hebdomada. nu. 42.*

De

De obligatione inueſtiendi pecunias pro onere Miſſarum. n.36. & 37. Obligationes Prælatorum Regularium, verb. Prælatus Regularis *num.20. Obligationes Nouitiorum, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *num.44. Obligationes Oblatorum, verbo* Oblati, ſeu Commiſſi. *nu.3. & ſeqq.*

Occultum quid, & quotuplex, verbo Occultum. *num.2 De occulto quod opponitur contra probabile. num.3. De occulto quod diſtinguitur à notorio. num.4. De occulto quod opponitur publico, ſeu famoſo. nu.5. Facultates conceſſæ Regularibus ad abſoluẽdum, ſeu diſpenſandum in caſibus occultis, ad quos caſus extendantur. num.6. De facultatibus conceſſis à Sacra Pœnitentiaria pro caſibus occultis. num.7. Quando Regulares vti poſſunt dictis facultatibus. num.8. Quid ſi caſus ſunt materialiter publici, licet in ratione delicti occulti. nu.9. Quid de caſibus alicubi publicis, in loco tamen vbi abſolutio, vel diſpenſatio conceditur occultis. num.10. Quid de caſibus ad forum contentioſum reductis. nu.11. Quid quando delictum ſocij reductum eſt ad forum cõtentioſum. nu.12. Quid quando reus non eſt abſolutus. n.13. Quid quando caſus, qui erant occulti, fiunt publici. n.14.*

Odioſa ſtrictè explicanda, verbo Leges Regularium. *nu.42.*

Officia Religionum, quæ, & quotuplicia, verbo Officia Religionum. *num.2. Nomine officiorum quæ intelligãtur in Bullis Pontificijs. num.3. Quorum Officiorum Religionum ſint incapaces illegitimi. nu.4. & ſeqq. An illa procurare liceat Regularibus. num.7. & ſeqq. An propter fauores extraneorum. nu.10. & ſeqq. De Conſtitutionibus Summorum Pontificum interalientibus. ibid. An ſint materia Simoniæ, verbo* Simonia quoad Regulares. *nu.16. Quid de interceſſione pro ipſis. nu.17. Quando nõ committatur etiam ſi aliquid detur, vel accipiatur. num.31. Suſpenſio ab illis quid operetur, verb.* Suſpenſio quoad Regulares. *nu.6. & 13.*

Officium Diuinum quid importet, verbo Officium diuinum. *n.6. & ſeqq. Tenentur ad illud omnes Eccleſiæ Regulares. num.2. Quid de Prælatis negligentibus quoad hoc. num.3. Communitates quomodo teneantur ad illud. num.4. Singuli Religioſi. num.5. Quid de officijs particularibus propter obligationem aliquorum Conuentuum. nu.7. Quid de Conuentibus paruis. num.8. De modo officiandi diuinum Officium. num.9. De loco in quo dici debet. num.10. Animaduertenda pro Religioſis ſcrupuloſis. nu.11. Officij diuini ritus, verbo* Ritus Sacri. *n.5. Officia quibus priuatur ſuſpenſus à diuinis quæ ſint, verbo* Su-

Digitized by Google

ſpenſio quoad Regulares. *n.*10. *Officium, & Miſſa defunctorum an pro viuentibus applicari poſſit, verbo* Miſſa. *n.*54.

Oleum Sanctum quotuplex, verbo Oleum Sanctum quoad Regulares. *num.*1. *De Oleo quod eſt Chriſma. num.*2. *De Oleo Cathecumenorum. num.* 3. *De Oleo infirmorum. n.*4. *An poſſit miſceri cum alio non benedicto. num.*5.

Opinio quid, & quotuplex, verbo Opinio Regularibus tenenda. *num.*2. *An vnius Doctoris ſententia opinio dici poſſit. num.*3. *Opinionem tutiorem ſequi regulariter obligatorią non eſt. n.*4. *&* 5. *Quid quando duæ opiniones ſunt æquè probabiles. nu.*6. *Quid de opinione antiquata. num.*7. *Quid de opinione reprobata decreto Superiorum. n.*10. *In qua materia non licet ſequi opinionem minus probabilem. n.* 8. *&* 9.

Oppoſitores contra electiones qui, & cum quibus cõditionibus poſſint eſſe, in Relect. *num.*2. *& ſeqq.*

Oracula viuæ vocis quæ ſint, verbo Oracula viuæ vocis. *num.*4. *Quam vim habeant. ibid. Conſtitutio Gregorij XV. circa reuocationem illorum. nu.*2. *Sanctiſſimi D. N. Vrbani. nu.*3. *Quæ ſint reuocata per has Conſtitutiones. num.*5. *& ſequentibus.*

Oratio Sacroſanctæ, ac Indiuiduę Trinitati, *dicenda poſt Officium diuinum, verbo* Officium diuinum. *n.*12. *An quid iuuet eam recitare. nu.*13.

Oratorium quid, & quotuplex, verbo Oratoria quoad Regulares. *num.*1. *De Oratorijs publicis. num.*2. *De priuatis, & qualiter permiſſis. num.*3. *An gaudeant immunitate Eccleſiaſtica. nu.*4. *An in illis miniſtrari poſſit Euchariſtia. nu.*5. *De Oratorijs priuatis. nu.*6.

Ordo Sacramentum quid, & quotuplex, verbo Ordines Sacri. *num.*2. *De materia, & forma Ordinis. nu.*3. *De ſubiecto capaci illius. num.*4. *De Miniſtro ipſius. num.*5. *An aliquibus Regularibus competat miniſtrare Ordines. num.*6. *An ligati cenſura poſſint illud miniſtrare. nu.*7. *Quo in loco conferri poſſint Ordines. num.*8. *Quo tempore. nu.* 9. *Quibus poſsint Abbates Ordines, vel Tonſuram conferre. num.* 10. *Regulares ſubduntur Epiſcopis quoad collationem Ordinum. n.*11. *Prælati Regulares debent dimiſſorias concedere. num.*12. *An Regulares ordinandi neceſſariò examinari debeant. nu.*13. *An poſsint Prælati exempti concedere dimiſſorias ſuis ſubditis ſæcularibus. ibid. De ætate ad Ordines requiſita. num.* 14. *De irregularitate defectu legitimæ ætatis. num.*15. *De interſtitijs ad Ordines neceſſarijs. nu.* 16. *Religioſi ordinantur ſine titulo beneficij, aut patrimonij. nu.* 17.

De Religioſo inualidè profeſſo, & Ordines ſuſcipiẽte. ibid. Quid de Religioſo ordinato cum dubio de ſua profeſſione, ſi reuertatur ad ſæculum. num. 18. *Ordinari non poſſunt Regulares extra tempora. num.* 19. *De irregularitate propter ſuſceptionem furtiuam Ordinum. num.* 20. *Quid quando Epiſcopus declarauit ſe non habere intentionem ordinandi accedentes furtiuè, excommunicatos &c. ibid. Probatio de vita, & moribus in Ordinandis &c. qualiter requirãtur. num.* 21. *Ordinis Sacri receptio an efficiat profeſsionem tacitam, verbo* Profeſſio Regularis. *nu.* 4.

Ordinationis velum pro Monialibus quale, verbo Velum Monialium. *nu.* 5.

P

Paramenta Sacra quæ ſint, verbo Paramenta Sacra. *n.* 1. & 2. *Quæ, & qualia debent eſſe. ibid. Ex qua materia, & an ex profana. nu.* 3. *Quando execrentur. ibidem. Quid quando vetuſtate conſumpta ſunt. ibid. An vendi, ſeu alienari poſſint. ibid.*

Parochus, & Parochia quid ſint, verbo Parochus, & Parochia Regularis. *num.* 1. ***An Regulares aſſumi poſſint ad munus Parochorum. num.* 2. *An ſaltem ad Parochias Regulares. num.* 3. *A quibus prouidendi, & examinandi. num.* 4. *An ſubſint viſitationi, & correctioni Epiſcopi. nu.* 5. *An remoti à Parochia poſſint munus Confeſſarij exercere. num.* 6. *De alijs ad ipſos ſpectantibus. n.* 7. *Declarationes Sac. Congregationis circa illos. nu.* 8.

Patena de qua materia eſſe debeat, verbo Vaſa Sacra. *num.* 2. *Debet eſſe conſecrata. ibid. Quando cenſeatur talis. ibid. Quando execretur. ibid. An tangi poſsit à laico, vel Clerico in Minoribus. ibid.*

Patroni Monaſteriorum, verbo Monaſteria Regularium. *n.* 28. *Qui Sancti in Patronos eligi poſsint, verb.* Sanctorum cultus. *num.* 3.

Paupertas nõ excuſat Sacerdotem plura ſtipendia pro vna Miſſa recipientem, verbo Miſſa. *nu.* 13. *An in aliquo caſu. n.* 24.

Perfectior Religio quæ cenſeatur, verbo Tranſeuntes Regulares. *nu.* 5. 6. & 7.

Peregrinationis Hieroſolymitanæ, Romanæ, & Compoſtellanæ vota quando ab Epiſcopis diſpenſari poſsint, verbo Votum pro Regularibus. *nu.* 16.

Pileolo in capite poſito an poſsit Sacerdos celebrare ſine diſpenſatione, verbo Miſſa. *num.* 64. *Quis in hoc diſpenſet. ibid.*

Pixis vide Ciborium.

Pœna quid, & quotuplex, verbo Pœna Eccleſiaſtica. *nu.* 1. *Alia eſt cenſura, alia non cenſura. num.* 2. *Aliæ diuiſiones pœnarum.*

rum. ibid. De pœnis quæ ſunt cenſuræ. num.3. De irregularitate. num.4. Quando cognoſcuntur pœnæ eſſe latæ ſententiæ, vel ſolùm ferendæ. num.5. Imponuntur ſolùm pro actibus externis. nu.6. Quales debeant eſſe actus iſti. ibid. Propter quã culpam imponi poſsint, num.7. Quando incurrantur in foro cõſcientiæ. num.8. De alijs pœnis remiſsiuè. num.8. De pœna priuationis vocis actiuæ. num.10. De pœna priuationis vocis paſſiuæ. num.11. De pœna priuationis loci. num.12. De pœna priuationis beneficiorum. n.13. De alijs pœnis remiſsiuè. nu.14. De pœna maledictionis. nu.15. De pœna indignationis Dei, Sanctorum, & Summi Pontificis. num.16. De diſpenſatione in pœnis. num.17. An in ipſis diſpenſent Prælati. nu.18. Pœnæ Monetariorum, verbo Monetarij. *nu.1. Accedentium ad Monaſteria Monialium ſine legitima licentia, verbo* Moniales. *num.24. Cogentium Regulares ad quartam funeralem ſoluendam, quando illam non debent, verbo* Quarta funeralis. *num.11. Simoniacorum, verbo* Simonia quoad Regulares. *nu.22. & 23. Simoniacorum in Ordine. num.28. In Beneficijs. num.29. Pœna triremium an noua, vel antiqua, verbo* Triremium pœna. *num.2. An digna quod imponatur Religioſis. num.3. Quando poſsit illis imponi. num.4.*

Præcedentia inter Regulares qualis, verbo Præcedentia quoad Regulares. *num.1. Controuerſia de ipſa à quo dirimendæ. n.2. De præcedentia Cleri. nu.3. In præcedentia quæ attendenda. num.4. Declaratio maximè Sedis Apoſtolicæ. num.5. Conſtitutio Gregorij XIII. num.6. Præcedentia quæ Romæ obſeruatur inter Regulares in Proceſsionibus. ibid. Præcedentia inter Regulares vnius Ordinis quomodo tenenda. n.9.*

Præcepta quomodo adimplenda, verbo Leges Regularium. *num.51.*

Præſes Capitulorum Regularium quis ſit, verbo Præſes Capitulorum. *n.2. Eſt Iudex ſuper actis Capituli. num.3. Debet notificare tempus electionis. num.4. Non poteſt facere contra libertatem eligentium. num.5. An poſsit facere contra ſecretum electionis. num.6. Quid debeat facere quãdo eligitur indignus. num.7. Non decet Præſidem eligi ad aliquod Officium. nu.8. An poſsit diſpenſare cum illegitimis. nu.9. An illegitimi poſsint eſſe Præſides. ibid. De Præſide pro electionibus Abbatiſſarum, remiſsiuè. nu.20.*

Prælati negligentes in ſequela Chori quomodo peccent, verbo Officium diuinum. *num.3. De Prælatis Regularibus, verb.* Prælatus Regularis. *num.1. De ipſorum electione. nu.2. De qua-*

li-

litatibus eligendorum in Prælatos num.3. Bigami eligi non possunt. nu.4. Nec publici aleatores. num.5. Nec publici vsurarij. num.6. Nec ebriosi. nu.7. Quid de Neophitis. num.8. De facultate Prælatorũ circa Nouitios. num.9. De facultate ipsorum quoad absolu ndum à peccatis, seu censuris. num.10. Quid quando subditi habent legitimum impedimentum veniendi ad Sedem Apostolicam. num. 11. De facultate dispensandi in irregularitatibus. nu. 12. In obseruantijs Regulæ. nu. 12. In legibus, seu Constitutionibus Religionum. n.14. An id faciant solum per litteras missiuas in Relect. *nu.81. An verò in pœnis taxatis per ipsas, eo verbo* Prælatus &c. *n.15. Quid de pœnis impositis à Prælatis, vt ab homine. num.16. De authoritate Prælatorum supra contractus factos, vel faciendos à subditis. num.17. Circa administrationem bonorum Monasterij. num.18. An facultates, quas concedere possunt subditis possint etiam sibi dare. nu. 19. De obligationibus ipsorum remissiuè. num. 20. Qualis residentia pro ipsis requiratur, verbo* Residentia Prælatorum Regularium, *per totum. Qualiter teneantur visitare Monasteria, verbo* Visitator Regularis. *n.2. Quo iure ad id teneantur. nu.3. An etiam Conuentus, in quibus residēt ibid. Prælatiæ Regularium an sint materia Simoniæ, verbo* Simonia quoad Regulares. *nu.13.*

Præscriptio contra Priuilegia Religionum quando sit, verbo Priuilegia Religionum. *n.15.*

Priores Conuentuum audiri debēt quando noua Monasteria fundantur, verbo Monasteria Regularium. *num.6. Priorum electio quomodo fit in* Diffinitorio, *verbo* Prælatus Regularis. *n.2.* & in Relectione. *n.68.& seqq. Electio Priorum pro Conuentibus Reformatis pertinet ad eosdem Conuentus. ibid. nu.75. Qui sint tales Conuentus. ibid. Esto electio omnium Priorum fieri debeat à Conuentu stando in iure communi, ex consuetudine tamen satis rationabili oppositum habetur. nu.74.& 86.*

Priuilegia Regularium circa constructionem Monasteriorum, verb. Monasteria Regularium. *num.19.20.21. 37. & 38. Priuilegia Monasteriorum. ibid. nu.21.& seqq. Priuilegia Fundatorum Monasteriorum. nu. 27. Priuilegia pro vnione Monasteriorum. nu.39. 40. & 41. Circa desertionem illorum. nu. 43.& seq. Circa institutionem Notariorum, verbo* Notarius Regularis. *num.2.& seqq. Priuilegia Nouitiorum, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *num.34.& seqq. An competant ipsis antequam habitum suscipiant. nu 43. Priuilegia Oblatorum, seu Commissorum Religio-*

gionum, verb. Oblati, ſeu Commiſſi. *num.* 5. *& ſeqq. Priuilegia Oratoriorum, verbo* Oratoria quoad Regulares. *nu.* 2. *& 4. Priuilegiũ Bonifacij VIIII. pro Procuratoribus Generalibus, verbo* Procuratores Religionum. *num.* 5. *Priuilegia Mendicantium circa non ſolutionem Quartæ funeralis, verb.* Quarta funeralis. *num.* 3. 4. 6. *& ſeqq. Priuilegia Reformatorum Carmelitarum, verbo* Reformati Regulares. *nu.* 4. *& 5. An alijs Ordinibus communicentur. nu.* 6. *Qui ſint Conuentus Reformati.* In Relect. *nu.* 75. *Priuilegium Pij V. pro Seminario, verbo* Seminarium. *num.* 5. *& 6. Priuilegium eiuſdem Pij V. pro inſtitutione Notariorum, verbo* Notarius, *per totum. Priuilegium Eugenij IIII. pro Confeſſarijs, verbo* Votum quoad Regulares. *n.* 22. *Priuilegiati Regulares non torquendi in Iudicijs Regularium, verb.* Tortura Regularium. *nu.* 4. *Qui ſint tales. ibid. Priuilegiũ quid, & quotuplex, verbo* Priuilegia Regularium. *nu.* 2. *Quomodo differat à diſpenſatione. num.* 3. *Priuilegium reale, & perſonale quomodo differant. num.* 4. *Priuilegia conceſſa Regularibus extenduntur ad Prælatos. num.* 5. *An ad valorem priuilegij requiratur ſcriptura. num.* 6. *Auguſtinianorum priuilegia quo priuilegio fruantur. n.* 7. *Notanda circa interpretationem priuilegiorũ. n.* 8. *Quãdo latè explicari debeãt. n.* 9. *Quid ex priuilegijs Religionũ. num.* 10. *Ad quem ſpectat interpretatio priuilegiorum. n.* 11. *Extranei illa explicare prohibentur. num.* 12. *Facultas Prælatorum ad limitandum, ſeu reſtringendum priuilegia. nu.* 13. *Quomodo ceſſent priuilegia. num.* 14. *Quid de ceſſatione per non vſum. num.* 15. *Quid de ceſſatione per cõtrarium vſum. num.* 13. *Priuilegia aliquot Regularium circa hoc. num.* 17. *Quomodo priuilegia amittantur per abuſum. num.* 18. *Quomodo per reuocationem ipſorũ. num.* 19. *Quæ notanda circa hoc. num.* 20. *Quid de reuocatione generali priuilegiorum. num.* 21. *Quid pro Regnis Hiſpaniæ. num.* 22. *Priuilegia de perdita quomodo reuiuiſcant. num.* 23. *Notanda circa communicationem priuilegiorum Regularium. num.* 24. *De particularibus priuilegijs Religionum. n.* 25. *Patrum Seruitarum num.* 26.

Proceſsiones quæ dicantur, verbo Proceſſio quoad Regulares. *num.* 1. *Qui Regulares ad illas cogi poſſunt. nu.* 2. *An per cenſuras. ibid. Qui ab illis ſint exẽpti. num.* 3. *Quis illas indicere poteſt. num.* 4. *Quis componere controuerſias in illis exortas. num.* 5. *Campanæ in ipſis pulſantur. num.* 6. *An Reliquiæ in illis deferendæ. ibid. De proceſſio-*

ſionibus mortuorum. num.7. Priuatæ proceſſiones Monaſteriorum an fieri poſſint ſine licentia Epiſcopi. num.8. Declaratio Sac. Congregationis circa hoc. num. 9. De proceſſionibus Confraternitatum. nu. 10. De proceſſionibus SS. Sacramenti. num.11.

Procuratores pro perſonis ſæcularibus nequeunt eſſe Religioſi, verbo Procuratores Religionũ. *num.2. Niſi cum quibuſdam conditionibus. ibid. Quibus id probibitum. ibid. Pro negotijs autem ipſorum Regularium poſſunt id munus gerere. nu.3. Quales ſint dicti Procuratores. ibid. Ipſorum præeminentiæ. num.4. Priuilegium Bonifacij IX. circa inſtitutionem, depoſitionem, & authoritatem Procuratorum Generalium. nu.5. Procuratores Monaſteriorum audiri debent, cum noua Monaſteria fundantur, verbo* Monaſteria Regularium. *num. 5. Procuratores an poſſint tractare cauſas electionis,* in Relectione. *nu.28. & ſeqq. A quibus debent habere mandatum. ibid. Poſſunt Procuratores recuſare mandatum. nu.33.*

Profanatio Sacrorum eſt ſacrilegium, verbo Profanatio Sacrorum. *num.2. Quando id liceat. num.3.*

Profeſſio Regularis quid, & quotuplex, verbo Profeſſio Regularis. *num.2. Alia expreſſa, alia tacita. ibid. Notanda circa profeſſionem tacitam. num.3. An inducatur propter ſuſceptionem Ordinis Sacri. nu.4. Quæ conditiones ad illam requirantur. num.5. Non inducitur niſi per actus approbatos à Religione. num.6. Quid de illis, qui Nouitiatum geſſerunt in locis non approbatis. nu.7. Redditur nulla propter eaſdem cauſas ſicut expreſſa. num.8. Propter defectum anni integri Nouitiatus. num.9. Propter defectum anni continui. num.10. Qualis continuitas Nouitiatus requiratur. ibid. Propter defectum ætatis 16. annorum. num. 11. Quid de priuilegio Pij V. pro Ordine Prædicatorum. nu. 12. Propter defectum authoritatis in recipiente ad profeſſionem. num.13. Propter defectum ſexus conuenientis. num.14. Propter ſeruitutem, ſeu ligamen Matrimonij. num.15. Propter coactionem. num, 16. Propter defectum vſus rationis. nu.17. Propter defectum occultum ſuper quo proteſtatum eſt, quòd ſi illum celaret Nouitius profeſſio ipſius irrita eſſet. num.18. De alijs cauſis remiſſiuè. num.19. Impedimenta ad profeſſionem alia perpetua, alia temporalia. num.20. De ratificatione profeſſionis inualidæ. ibid. De quinquennio requiſito ad reclamandum. num 21. Quomodo intelligendum. ibid. De circunſtantijs ipſius. num.22. Profeſſio inualida non validatur preciſè pro-*

propter cursum temporis. n.23. Quid faciet Religiosus inualidè professus sed non potens probare inualiditatem. num. 24. Bona professorum propria quæ non professis conuenire non possunt. nu.25. Quando professio inualida obligat vt votum simplex. num.26.

Prohemium, *seu præfatio legis attendenda sunt pro ipsius interpretatione, verbo* Leges Regularium. *nu.38.*

Prohibitio *librorum qualis, & quanta sit, verbo* Libri. *n.15.*

Promissio *dicendi Missas quomodo adimplenda, verbo* Missa. *num.12. & 26. Missæ dicendæ tẽpore quo promissæ sunt. n.45. Et æedem, quæ promissæ sunt. num.46.*

Propinæ *in receptione Monialiũ an dandæ, vel recipiendæ, verbo* Moniales. *n.7.*

Proprietarijs *Religiosis quando, & quomodo negetur sepultura Ecclesiastica, ver.* Sepultura quoad Regulares. *nu.26.*

Proprietas *verborum attendenda in Legibus, seu Cõstitutionibus, verb.* Leges Regularium. *n.32. & 33.*

Protectores *Ciuitatum an possint esse Sancti solum Beatificati, verbo* Sanctorum cultus. *n.3.*

Publicum, *& notorium non sunt idem, verbo* Notorium. *num.2. Quid de publico percussore Clerici. nu.8.*

Q

Qualitates *testium pro causis Regularibus, verbo* Testis Regularis. *num. 6. Qualitates vasorum Sacrorum, verbo* Vasa Sacra. *num.6. Vestium Sacrarum, verbo* Vestes Sacræ. *num.3. Monialium recipiendarum, verbo* Moniales. *num.9. Nouitiorum, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *num.11. & seqq. Eligendorum in* Prælatos, *verbo* Prælatus Regularis. *num 3. Tertiariorum, seu Tertiariarum, verbo* Tertiarij, & Tertiariæ. *nu.2.*

Quæstuarij *aliqui omnino aboliti sunt à Concilio Tridentino, verb.* Quæstuarij Regularium. *n.2. Nõ Religiosi Mendicantes. ibid. Quæ licẽtia requiritur, vt quæstuare possint. nu.3. An etiam pro locis, in quibus habent Monasteria. ibid. An prohiberi possint ne quæstuent saltem immoderatè. num.4. Quid de Conuersis Monialium. num.5. Quid de publicantibus indulgentias ob quæstum. nu.6.*

Quarta funeralis *quid sit, verbo* Quarta funeralis. *num.2. Varia ipsius nomina. ibid. Ad illam tenentur omnes, etiam Mendicantes. nu.3. Nisi habeant priuilegium in contrarium. ibid. Qui illud habeant. ibid. Quomodo id moderatum à Concilio Tridentino. num.4. Quæ Monasteria illam soluant. num.5.*

Con-

Digitized by Google

Conſtitutiones Pij V. circa hoc. num.6. De quibus rebus debeatur. nu.7. Quid de Monaſterijs Monialium. num.8. An de illis, quæ alio die præter quam Sepulturæ, deferuntur. num.9. Caſus, in quibus non debetur. n.10. Pœnæ, quas incurrunt cogentes ad illas quando non debetur. nu.11.

Quinquenninm requiritur ad reclamandum contra profeſsionem, verb. Profeſſio Regularis. *n.21. Quomodo intelligendum. ibid. De circunſtantijs ipſius. ibid.*

Quinque vota de Iure Papæ reſeruata, ſcilicet, Caſtitatis, Religionis, Vltramarinum, Peregrinationis ad Romam, & ad Compoſtellam, verbo Votum pro Regularibus. *num.* 10. *Quomodo intelligatur talis reſeruatio. n.* 11. *Caſus, in quibus poteſt in illis diſpenſare Epiſcopus. n.*12.

R

RAtificatio profeſsionis quando contingat, verbo Profeſſio Regularis. *num.*20. *Non quado profeſsio eſt nulla ob impedimenta perpetua. ibid. An requiratur ad id reiteratio Nouitiatus. ibid. An ad id ſit neceſſarius nouus conſenſus Religionis ibid. Non requiritur ad illam reiteratio cæremoniarum. ibid.*

Ratihabitio de præſenti æquiualet licentiæ, verbo Licentia quoad Regulares. *n.*15.

Recollecta Monaſteria procuranda in Religionibus, verbo Monaſteria Regularium. *num.*16.

Recurſus Regularium ad extraneos an ſit licitus, verbo Recurſus Regularis ad Sedem Apoſtolicam. *num.*1. *Quid quando eſt per modum appellationis. n.* 2. *Quomodo facienda. ibid. An requiratur ad id licentia Prælati. num.*3. *Quid ſi illam neget. num.*4. *An peccet eam negando. ibid. Non pro caſu illegitimæ appellationis. nu.*5. *De recurſu ad extraneos pro conſequendis officijs, ſeu gradibus in Religione, verbo* Officia Religionum. *nu.*10. *& ſeqq.*

Recuſatio Iudicis Regularis aliquando eſt licita, verbo Recuſatio Iudicis Regularis. *num.* 1. *Aliquando illicita. ibid. Recuſatio quid ſit. num.*2. *Eius effectus. num.*3. *Regulatur ſecundùm Ius Canonicum. num.* 4. *An cauſæ ipſius tradi debeant in ſcriptis. num.*5. *Quando debet opponi. nu.*6. *Recuſari non poteſt Viſitator Regularis, ſi via Inquiſitionis generalis vult procedere. num.*7. *& verbo* Viſitator Regularis. *num.*13. *Secus ſi via Inquiſitionis ſpecialis. ibid. Arbitri deſignandi pro recuſatione quales debeant eſſe. num.*8.

Reductio Miſſarum, verbo Miſſa. *nu.*30. *Praxis huius reductionis. num.*31. *An ſuffragia reduci poſſint. num.*32. *De quibus fieri poſsit reductio. nu.*33.

Non

Non Miſſarum votiuarum. *num.*34.

Reformati Regulares qui dicantur, *verbo* Reformati Regulares. *num.*2. *Indultum Pij II. pro Reformatis Carmelitis.n.*4. *Pauli II. num.*5. *An communicentur Reformatis aliarum Religionum. num.*6. *An tranſire poſsint ad non Reformatos. n.*7. *Eligunt ſibi* Priores, In Relect. *num.*75.

Regimen Monaſterij tempore viſitationis, ad quem Prælatum *ſpectat, verbo* Viſitator Regularis. *num.*4.

Regula Carmelitarũ de quo Priore *loquatur, cum præcipit eligendum à Fratribus*, in Relect. *num.*73. & 84. *An in Regula diſpenſent* Prælati *n.*84. & 85.

Regulares an obligentur Conſtitutionibus Synodalibus, verbo Leges Regularium. *num.*27. *An legibus ciuilibus. n.*28. *Quæ illarum obligant ipſos. num.*29. *Quæ non obligant. n.*30. *An poſsint impetrare litteras Apoſtolicas contra ſuæ Religionis Statuta, verbo* Litteræ Apoſtolicæ. *n.*7. *Quid faciendum, ſi eas impetrent. n.*8. *An poſsint ludere pro pecunia, verbo* Ludus quoad Regulares. *num.*10. *An ſic facientes contra votum paupertatis peccent. n.*11. *Quid ſi habeant licentiam. n.*12. *An poſsint ludere rem aliquam ſpiritualem. n.*13. *Non dant, nec recipiunt mandatum, ſeu commiſsionem ſine licentia, verbo* Mandatum quoad Regulares. *num.*16. *An poſsint recipere plura ſtipendia pro vna Miſſa, verbo* Miſſa. *num.*10. & *ſeqq. Nequaquam id facere poſſunt. ibid. num.*19. *Quomodo ſatisfacere poſsint qui id fecerunt. num.*20. *An ſint aliqui caſus in quibus id facere poſsint. n.*21. *An ſaltem ſine ſtipendio poſsint vnam Miſſam pro pluribus applicare. n.*22. *An poſsint recipere oblationes ſibi factas, verbo* Oblatio facta Regularibus. *nu.*2. & *ſeqq.* An *aſsumi poſsint ad munus* Parochorum, *verbo* Parochus, & Parochia Regularis. *nu.*2. *An ſaltem ad* Parochias *Regulares. n.*3. *Quomodo gerere poſsint officium* Procuratoris *in cauſis ſæcularium, verb.* Procuratores Religionum. *num.*2. *Cum quibus conditionibus. ibid. Quomodo, & qua licentia quæſtuare poſsint, verbo* Quæſtuarij Regularium. *per totum Renunciare poſsũt propriis officijs, verbo* Renunciatio inter Regulares. *num.*3. *Quomodo, & cum quibus conditionibus*. Toto eo verbo. *Regularium ſepultura, verbo* Sepultura quoad Regulares. *num.* 16. *Teſtamentum condere non poſſunt, verbo* Teſtamentum quoad Regulares. *num.*1. *An exercere munus teſtamentariorum. num* 3. *An adminiſtrare Sacramenta Tertiarijs, verbo* Tertiarij, & Tertiariæ. *nu.*5. *An, & quando debeant, aut poſsint eſſe teſtes, ver-*

Digitized by Google

verbo Teſtis Regularis. *num.*2. *Pro teſtibus examinati à S. Officio non poſſunt à ſuis Prælatis moleſtari num.*7. *Regulares cum quibus conditionibus tranſire poſſint ex vna Religione ad aliam, verbo* Tranſeuntes Regulares. *nu* 1. *& ſeqq. Qui ſint interdicti tranſire ad alias Religiones. num.*10. *Qui permittuntur facere talem tranſitum. num.*12. *An teneantur facere Nouitiatum. num.*13. *Quæ vota emittere poſſint, verb.* Votum pro Regularibus. *n.*26.

Religionis maior perfectio vnde ſumatur, verbo Tranſeuntes Regulares. *num.*5. *An idem ſit perfectior, & auſterior. num.*6. *Quæ in hoc attendenda. num.*7. & 8. *Religionis votum an, & quando ab Epiſcopis diſpenſari poteſt, verbo* Votum quoad Regulares. *nu.*4. *& ſeqq.*

Reliquiæ Sanctorum quæ dicantur, verb. Reliquiæ Sanctorum. *num.*2. *An liceat illas vendere, emere, ſeu alienare. nu.*3. *An exponere venerandas propter lucrum. nu.*4. *Eas furtiuè ſurripiens quas cenſuras, aut pœnas incurrat. num.*6. *Quomodo exponendæ venerandæ. n.*7. *Quid quando ab antiquo in veneratione ſunt. nu.*8. *De cultu priuato ipſarum. num.*9. *An liceat eas tangere, vel ſecum geſtare. num.*10. *Radi non poſſunt, vt dentur infirmis. num.*11. *Quomodo approbentur ab Epiſcopis. nu.*12.

Renunciatio quid ſit, verbo Renũciatio inter Religioſos. *nu.*2. *Quas conditiones requirat. ibid. Quilibet Religioſus poteſt renunciare officium, quod habet. num.*3. *Renunciatio fieri poteſt per procuratorem. nu.*4. *Debet fieri ſcienter, ſponte, & purè. num.*5. *In manibus Prælati, ad quẽ ſpectat prouiſio eius officij. num.*6. *An fieri debeat in ſcriptis. num.*7. *Debet fieri ob rationabilem cauſam. nu.*8. *Quid de renunciatione vocis actiuæ, & paſſiuæ. ibid. Ad renunciationẽ requiritur acceptatio Superioris. nu.*9. *Effectus renunciationis quis ſit. nu.* 10. *Quid de renunciatione electionis ad Officia Ordinis. num.*11. *An renuncians poſſit retractare renunciationem. nu.*12. *Alia remiſſiuè. nu.*13.

Reſidentia Prælatorum qualis, & quanta, verbo Reſidentia Prælatorum Regularium. *num.* 1. & 2. *Quantum abeſſe poſſint ab eorum Monaſterijs. ibid.*

Reſignatio quid ſit, verb Reſignatio Officiorum Ordinis. *nu.*1. *Dupliciter fieri poteſt. num.*2. *Beneficiorum nomine quæ veniant. num.*3. *Reſignatio pura, & abſoluta licita eſt. num.* 4. *Coram quo Superiore facienda. num.*5. *An poſſit fieri non purè, & abſolutè, ſed ſub modo, conditione, &c. nu.*6.

Reſeruatio caſuum an pertineat ad Tertiarios, & Tertiarias, verb. Tertiarij, & Tertiariæ. *n.*6.

Digitized by Google

Retrahere non poſſunt Regulares Teſtatores à reſtitutionibus debitis, vel legatis, verbo Legata Regularibus relicta. *nu.* 28. *& verb.* Teſtamentum quoad Regulares. *nu.*5.

Reuocatio priuilegiorum quando contingat, verbo Priuilegia Regularium. *nu.*21.

Reus Regularis informandus de ſtatu cauſæ antequam examinetur, verbo Reus Regularis. *nu.*2. *Quomodo. n.*3. *& 4. Eius confeſſio. nu.*5.

Ritus Sacri qui ſint, verbo Ritus Sacri. *nu.*1. *Veteres ritus non immutandi. num.*2. *De ritibus, ſeu ceremonijs Miſſæ. num.* 3. *De ritibus in adminiſtratione Sacramentorum. num.* 4. *De ritibus, ſeu ceremonijs Offi cij diuini. num.*5. *De alijs ritibus Eccleſiæ. num.*6. *Ritus celebrandi Miſſas, verbo* Miſſa. *num.*55. 58. *& 59. Miſſam ſiccam. num.*56.

S

Sacramentorum ritus, verbo Ritus Sacri. *nu.*4. *Sacramenta an recipiant Tertiarij, ſeu Tertiariæ à Regularibus ſuæ Religionis, verbo* Tertiarij, & Tertiariæ. *nu.*5.

Sacræres quæ dicantur, verbo Sacrilegium. *nu.*2.

Sacrilegium quid ſit, verbo Sacrilegium. *num.*1. *Quando committatur circa perſonas Sacras. nu.*3. *Quando circa loca Sacra. num.*4. *De furto in loco Sacro. nu.*5. *Quando circa res Sacras. num.*6. *Eas prophanando. n.*7. *Sacrilegij pœna. num.*8. *Sacrilegium eſt Vaſa Sacra ad uſus prophanos applicare, verbo* Vaſa Sacra. *num.*6. *Etiam poſtquam conſecrationem amiſerunt. ibid.*

Sacriſtæ officium quale, verbo Sacriſta, & Sacriſtia. *nu.*1.

Sacriſtia quando comprehenditur ſub clauſura, verbo Sacriſta, & Sacriſtia. *nu.*2.

Salutatores qui ſint, verbo Veneficia. *nu.*11.

Sancti quomodo colendi, verbo Sanctorum cultus. *num.*1. *Sancti Canonizati quo cultu colendi. num.*2. *Beatificati quomodo coli poſſint. num.*3. *An eligi in Protectores ciuitatum. ibid. An poſſint publicè dici Sancti. n.*4. *Quid de illis, qui cum opinione Sanctitatis deceſſerunt. num.*5. *Quomodo tales coli, aut non coli poſſint. nu.*6. *Quid de Imaginibus non Canonizatorum, aut Beatificatorum nu.*7. *Geſta, miracula, & reuelationes ipſorum quomodo non imprimenda. num.*8. *Proteſtatio authoris in principio libri imprimendi. num.*9. *Proteſtatio in fine libri. n.*10. *Notanda circa illas proteſtationes. n.*11. *Tabellæ, aut Imagines, vel lampades ad eorum Sepulcra non ponenda. n.*12. *Decretum Sacræ Congregationis. nu.*13. *De habitu Sacrarum Imaginum. n.*14.

Scri-

Scribere ad Moniales an ſit prohibitum, verbo Moniales. *n.*27.
Scriptura an reuiretur ad valorem priuilegij, verbo Priuilegia Regularium. *n.*6.
Scrupuli in Officio diuino recitando quomodo moderandi, verbo Officium diuinum. *n.*11.
Scrutatores pro electionibus Prælatorum debent eſſe tres, non plures, nec pauciores, in Relectione. *nu.*49. *& ſequentibus. Quod ſit ipſorum munus. ibidē. & nu* 52. *Pro electione autem aliorum, qui Prælati non ſunt, non requiruntur. num.*54. *An ex Cõſtitutione Religionis Carmelitarum poſſint fieri electiones Prælatorum ſine illis. n.*55. *An dicta Conſtitutio ſit reuocata. num.*56. *& ſequentibus. An per Concilium Tridentinum. num.*60. *&* 61. *Scrutatores an poſſint recipere vota oretenus. num.*61. *&* 62. *An id ſit contrarium* cap. Quia propter. *nu.*63. *Vnus Scrutator an in aliquo caſu ſufficiat. nu.*64. *&* 65. *An plures quàm tres. nu.*66 *Quid quando Priores eliguntur à Diffinitorio. nu.*67.
Seminarium quia ſit, verbo Seminarium. *nu.*1. *Non inſtituendum ex Collegijs, & Monaſterijs Mendicantium. num.*2. *An ex redditibus Beneficiorum illorum Monaſterijs annexorũ. num.* 3. *De quadam declaratione Sacræ Congregationis. nu.*4. *De priuilegio Pij. V. num.*5. *Quid de Regularibus fruentibus priuilegijs Mendicantium. num.*6. *Quid de Monialibus. num.*7. *Quid de Regularibus non Mendicantibus. nu.*8. *Ex quibus bonis contribuendum pro Seminario. nu.*9. *Quid de Confraternitatibus, Capellis, ſeu Scholis. nu.* 10. *De alijs ad hanc materiam ſpectantibus. num.*11.
Sententia Iudicialis, quæ, & qualis, verbo Sententia Iudicialis. *num.*1. *An debeat dari in ſcriptis. n.*2. *An abſolutus per ſententiam iterum cõueniri poſſit. num.* 3. *In ſententia an cauſa ipſius exprimenda. num* 4. *An Prælati Regulares ſententiam proferre poſſint extra propria territoria. num.*5. *Praxis Regularium circa ſententias cenſurarum ferendas. num.*6. *An in ſentẽtia exprimi debeat cauſa. num.*4. *An contra abſentes. num.*5. *Sententia Eminentiſs. D. Cardin. Protector. in cauſa de validitate cuiuſdam Capituli, & electionum in ipſo factarum,* in Relect. *n.*89. *Motiua talis ſententiæ. n.*90.
Sepultura ſimpliciter ſumpta, verbo Sepultura quoad Regulares. *num.* 1. *De Sepultura pro iure ſepeliendi. num.*2. *De Sepultura pro loco, iniquo quis ſepelitur. num.* 3. *Sepultura apud Mendicantes libera. nu.*4. *Non poſſunt Parrochi maiorem elemoſynam petere pro illis, qui apud Regulares ſepeliuntur. n.* 5. *Statutum Bonifacij. VIII.*

Pro libertate Sepulturæ. nu.6. Notanda circa illud. num. 7. Quid pro praxi Regularium. num 8 Ecclesia, in qua quis de Iure sepeliri debet, quæ sit. n.9. Alia pro libertate Sepulturæ. nu.10. Electio Sepulturæ quomodo probatur. num.11. Priuilegium Clementis. IIII. pro libertate Sepulturæ. num.12. Sepultura non impedienda, aut retardanda. nu.13. An Sepultura sit materia Simoniæ. n.14. Quid de Capellis pro vsu Sepulturæ concedi solitis num.15. An arma, seu Insignia fundatorum inde tolli possint, ibidem. An alij sepeliri. ibidem. De Religiosorum Sepultura. num. 16. De ijs, qui habitu Religionum induti sepeliri volunt. num.17. Quomodo defuncti deferendi ad Ecclesias Regularium. nu. 18. De concessione Leonis. X. & Adriani VI. num.19. De modo Sepulturæ. num.20. Defuncti an possint exhumari, aut transferri, nu.21. De sepulchrorum violatoribus. num.22. Quibus negetur Sepultura. nu.23. Pœnæ sepelientium illos. num 24. Quando prædictis negatur Sepultura. num 25. Quid de Religiosis proprietarijs. num. 26. Quid de Sepultura damnatorũ ad mortem. num.27. De sepultura Tertiariorum, verbo Tertiarij, & Tertiariæ *num.3. Eligere illam expedit ipsis. num.4. De Sepultura Nouitiorum, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *nu.47.*

Seruitarum priuilegia, verbo Priuilegia Regularium. *n.26.*

Simoniæ deffinitio, verbo Simonia quoad Regulares. *num.2. Alia Iure diuino, alia solùm Iure Ecclesiastico prohibita. num.4. Qualiter dare, vel accipere aliquid pro receptione ad Religionem sit Simonia. nu.5. Pro Sacramentis, & ipsorum administratione. nu.6. Pro Sacramentalibus, & similibus. nu.7. Pro rebus Sacris permanentibus. num.8. Quid pro sepultura. num.9. Quid pro actibus, seu exercitijs scientiarum. num 10. Quid pro licentia docendi, aut pro gradibus. num.11. Pro licentia audiendi cõfessiones, prædicandi, absoluendi &c. nu.12. Quid de Beneficijs, & Prælatijs Regularium. num.13. An in commutatione ipsorum. nu.14. An in renunciatione, seu resignatione. num.15. Quid de alijs officijs Religionum. nu.16. De intercessoribus, seu mediatoribus ad ipsa. n.17. De Iure patronatus. nom.18. De Simonia confidentiali. n.19. De ea, quam committere possunt Regulares in electionibus. n.20. In quibus casibus eam committant. n.21. De pœnis Simoniacorum. n.22. Propter quam Simoniam incurrantur pœnæ. n.23. De dantibus, seu recipientibus aliquid pro ingressu in Religionẽ. n.24. De pœna suspensionis, quæ propterea incurritur. n.25.*

Qua-

Digitized by Google

Quàliter puniendus tam recipiens, quam receptus simoniacè. num.26. Simoniaci sunt infames. num.27. De pœnis Simoniacorum in Ordine. nu.28. Simoniacorum in Beneficijs. n.29. De absolutione, & dispensatione prædictarum pœnarum. nu. 30. Pro quiete Religiosorum quid notandum. n.31.

Socij Priorum iturorum ad Capitulum Prouinciale quomodo eligantur in Prouincia Castellæ, in Relectione. *num.36. & seqq.*

Sorores plures an recipi possint in vno Monasterio, verbo Moniales. *nu.6.*

Sortes tunc fiunt cum mittuntur, vt aliquid fiat, aut innotescat, verb. Veneficia. *n.9. Sunt triplices, quædam diuisoriæ, aliæ diuinatoriæ. aliæ consultoriæ. ibid. Quæ illarum sint licitæ. ibid.*

Sortilegium est casus reseruabilis inter Regulares, verbo Veneficia. *num.1. Quomodo differat à Veneficio, & incantatione. n. 2. Quando Regulares incidant in hunc casum. nu.10.*

Statuta de recipiendis ad Religionem Neophitis an sint valida, verbo Neophitus Regularis. *n. 6. De non admittendis ad Prælatias. num.10. & seqq. Statuta prohibentia professionem nõ censentur irritare illam, nisi hoc declarent, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionum. *nu.16. Statutum quid importet apud Regulares, verbo* Statuta. *num.1. De statutis Religionum. num.2. An obligẽtur Regulares ad statuta laicalia. num.3. Ad quæ ex ipsis obligari possint. nu.4. De alijs statutis laicalibus. num.5. Sacræ Congregationis declarationes. nu.6. Quid in dubio an sint cõtra immunitatem Ecclesiasticam. nu.7. De pœnis contra facientes Statuta contraria libertati Ecclesiasticæ. n.8.*

Stipendia plura pro vna Missa accipi non possunt, verbo Missa. *num.10. Etiam si parua, & incongrua sint. ibid. nu.11. Nec etiam propter paupertatem Sacerdotum. nu.13. Nec propter congruam sustentationem Sacerdotis. num.14. Nec propter priuilegia Regularium nu 15. Nec propter Imagines magnæ deuotionis. num.16. An pro applicatione fructus qui correspõdet Sacerdoti. num.17. An pro applicatione Indulgentiæ. n.18. Quid in casu grauis necessitatis, & aliarum circunstantiarum. num.24. An si alio modo viuere non possint Sacerdotes. num.25. Quomodo satisfacere possint qui oppositum fecerunt. num.20. 28 & 29. Stricta sustentatio quomodo intelligenda. num.27. An accipi possit stipendium pro Missa, & committi alijs, detracta parte ipsius. num.35.*

Strictior Religio quæ sit censenda, verbo Transeuntes Regulares. *num.8.*

Spolia Regularium quæ sint, verbo

Spòlia Regularium. *nu.1. Bona Religioſi ex illicita negotiatione, aut cõtra Sacros Canones adquiſita, ſpolia ſunt. n.2. Quid de bonis Beneficiati Regularis. n.3. Quæ bona ſpoliorum nomine veniant. nu.4.*

Suffragium quot modis ſumatur, verbo Suffragia. *nu.1. Suffragium pro adiutorio ſpirituali tribus modis contingit. num.2. Suffragium ex opere operantis duobus modis. num.3. Fideles in hac vita poſſunt ſe inuicem adiuuare. num.4. Item defunctos in Purgatorio exiſtentes. num.5. Qualiter Regulares teneantur ſuffragia offerre pro benefactoribus. num.6. An perdant ipſorum opera de ſuo valore, ſi alijs applicentur. num.7. Qui fructus applicatur à Summis Pontificibus aliquando. nu.8. De ſuffragijs ſumptis pro votis, ſeu vocibus Capitularium. num.9. An ſemper dignioribus dari debeant. num.10. An poſſit aliquis duo ſuffragia in electione aliqua habere. n.11.*

Superior Regularis, vide Prælatus Regularis.

Superſtitio quid, & quotuplex, verbo Veneficia. *n.5. Quatuor eius ſpecies. ibid.*

Suſpenſio quid ſit, verbo Suſpenſio quoad Regulares. *num.1. Quotuplex ſit. num.2. De cauſis ipſius. nu.3. De effectibus ipſius. num.4. De ſuſpenſione ab officio ſimpliciter. num.5. De ſuſpenſione ab officio in Religionibus. num.6. De ſuſpenſione ab Ordine. num.7. De ſuſpenſione à beneficio. nu.8. De ſuſpenſione à iuriſdictione. num.9. De ſuſpenſione à diuinis. num.10. De ſuſpenſione à iuriſdictione temporali. num.11. De ſuſpenſione ab ingreſſu Eccleſiæ. n.12. De violante ſuſpenſionem. n.13. An actus prohibiti ſuſpenſo validè fiant. num.14. Suſpenſum an vitare teneamus. nu.15. Suſpenſiones impoſitæ contra Regulares. n.16. Alia ſuſpenſiones. n.17. Suſpenſio quot modis tollatur. nu.18.*

T

Tabellio pro cauſis Regularium quomodo ab ipſis inſtituí poſſit, verbo Notarius *per totum.*

Tertiarij, & Tertiariæ qui ſint, verbo Tertiarij, & Tertiariæ. *num.1. An potiantur priuilegijs Religionum. num.2. Quid circa ſepulturam. num.3. Eligere illam quomodo expediat. num.4. An poſſint accipere Sacramenta à Regularibus ſuæ Religionis. num.5. Quid circa reſeruationem caſuum. num.6. Quid circa lucrandas indulgentias. n.7. Quid de priuilegijs Bullæ Cruciatæ. nu.8. Exploranda ne ſit voluntas Tertiariarum ab Epiſcopis. nu.9.*

Teſtamentum condere non poſſunt Regulares, verbo Teſtamentum quoad Regulares. *num.1. Sine li-*

Digitized by Google

licentia Papæ. ibid. An poſſint facere aliquam ſchedulam, qua rogent Prælatum, vt aliqua quæ ipſi habent ad vſum, alijs concedant. ibid. An poſſint Regulares teſtamẽtum à ſe factum ante profeſſionem interpretari. num. 2. An illud reuocare. ibid. An donare cauſa mortis. ibid. An exercere munus executoris teſtamentarij. num. 3. Quid de Fratribus Minoribus. num. 4. Non poſſunt cum adſunt confectionibus teſtamentorum retrahere à reſtitutionibus, legatis &c. num. 5. Nec inducere ad vouendum, vel promittendum electionem ſepulturæ. n. 6.

Teſtes ſunt Regulares in aliquibus cauſis, verbo Teſtis Regularis. num. 2. Quando ad id tenentur. ibid. An teneantur manifeſtare ea, quæ faciunt pro aduerſario. num. 3. Teſtes falſarij ad quid teneantur. n. 4. De numero teſtium. num. 5. De qualitate teſtium. num. 6. Teſtes Regulares examinati à S. Officio non poſſunt per quinquennium à die depoſitionis, à Prælatis moleſtari. num. 8.

Theca reliquiarum an tangi poſſint à laicis, verbo Vaſa ſacra. num. 5.

Tonſura an ſit ſacramentum, verbo Ordines ſacri. num. 2. Confertur ab aliquibus Abbatibus. num. 6. Quo tempore. num. 9. Quibus perſonis. n. 10.

Tortura an, & quando applicanda Regularibus, verbo Tortura Regularium. num. 1. Propter quæ indicia. num. 2. Non ſtatim applicanda. num. 3. Priuilegiati non torquendi. nu. 4. Quando non applicanda. nu. 5. Quando pœna delicti eſt æqualis, vel minor ipſa tortura. num 6. An ſemel tortus iterum torqueri queat. num. 7.

Tranſitus Religioſorum ex vna Religione ad aliam quibus conditionibus permittatur, verbo Tranſeuntes Regulares. nu. 1. Non debet eſſe ex animi perturbatione, ira, aut odio. num. 2. Nec cum iactura Religionis quæ deſeritur. num. 3. Nec ſine licentia. num. 4. Et quòd Religio ad quam fit tranſitus ſit perfectior. num. 5. Quæ cenſeatur talis. nu. 6. Quid attendendum pro tali perfectione. nu. 7. Quid ad ſciendum an ſit ſtrictior, vel auſterior. n. 8. Regulares tranſeuntes non debent habere prohibitionem ad hoc à Sede Apoſtolica. num. 9. Qui habeant illam. num. 10. Qui poſſint dare licentiam ad tranſitum. nu. 11. Qui permittuntur facere Nouitiatum. nu. 13. De loco quem habent ſic translati. num. 14. Qualiter obligentur votis, quæ aliàs in priori Religione habebant, ex Conſtitutione Sanctiſſimi D.N. Vrbani. ibid. Alia ad ipſos ſpectantia. ibid. Tranſire an poſſint Regulares Reformati ad non Reformatos intra eandem Religionem, verbo Reformati Regulares. n. 7.

Translatio Monaſteriorum qualiter, aut quomodo facienda, *verbo* Monaſteria Regularium. *num.* 32. *Quæ priuilegia circa hoc ſint. ibid. An modò maneant in ſua vi. n.* 33. *Quæ bona ipſorum transferri poſsint. nu.* 37. & 38.

Triremium pœna, prout ad Regulares ſpectat, verbo Monetarij. *num.* 5. *Propter quæ delicta infligatur, verbo* Triremium pœna. *n.* 1. *Hæc pœna an noua, vel antiqua. nu.* 2. *An digna quòd imponatur* Religioſis. *n.* 3. *Quando poſsit illis imponi. n.* 4. *An damnati ad triremes habitu ſpoliari debeant. nu.* 5. *Quibus adquirant tales damnati. nu.* 6. *Propter quæ delicta S. Officium hanc pœnam imponere ſoleat. num.* 7.

Turonia Prouincia Carmelitarũ valde Reformata, in Relectione. *num.* 86. *Quem modum ſeruet in electione Priorum. ibid.*

Tutelam an poſsint ſuſcipere Regulares, *verbo* Tutela Regularium. *n.* 1. *Tutela quotuplex. ibid. An cum illam ſuſcipiunt poſsint negotiari. ibid. Tutelam honorariam ſuſcipere poſsunt. n.* 2. *An tutelam miſerabilium perſonarum. n.* 3.

V

Valor Miſſæ an finitus, vel infinitus, verbo Miſſa. *n.* 3. 4. & *ſeqq.*

Vaſa Sacra quæ dicantur, verbo Vaſa Sacra. *num.* 1. *De Calice, & Patena. num.* 2. *De Pixide, ſeu ciborio. num.* 3. *De lunula, quæ Sacram Hoſtiam tangit. num.* 4. *De Vaſis, ſeu thecis* Reliquiarum. *num.* 5. *Vaſorum Sacrorum conditiones, & qualitates. num.* 6. *An alienari, confringi, vel conflari poſsint. ibid.*

Velum fœminarum vnde ſumpſit exordium, verbo Velum Monialium. *num.* 1. *Sex vela, ſeu velamina Monialium. num.* 2. *De velo probationis, & profeſſionis. num.* 3. *De velo conſecrationis. num.* 4. *De velo ordinationis. n.* 5. *De velo Prælationis. nu.* 6. *De velo continentiæ. num.* 7.

Veneficia facere &c. caſus eſt reſeruabilis inter Regulares, verbo Veneficia. *num.* 1. *Veneficia, incantationes, & ſortilegia quomodo differant. n.* 2. *Quando reſeruata fuerint quomodo intelligenda. nu.* 3. *An illis comprehendantur omnes ſpecies ſuperſtitionum. n.* 4.

Veneratio quæ competit Reliquijs, verb. Reliquię Sanctorum. *n.* 7. & *ſeqq.*

Venientes ad Curiam Romanam ſunt ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, verbo Recurſus Regularium ad Sedem Apoſtolicam. *num.* 6.

Veſtes Sacræ quæ dicantur, verbo Veſtes Sacræ. *n.* 1. *Earũ inſtitutio, & neceſſitas. ibid. Quot ſint. n.* 2.

Digitized by Google

n.2. Qualitas ipsarum.n.3. Debent esse benedictæ. n.4. Quando cesset earum benedictio. n.5. Quid de alba si reficiatur. nu.6. Quid quando vetustate consumptæ fuerint. nu 7. An fieri possint ex materia aliàs prophana. num.8. An vendi, vel alienari. nu.9. De vestimentis Episcoporum. nu.10.

Vicarij qui dicantur, verbo Vicarij Religionum. *nu.1. Alij sunt veri Prælati, alij non. num.2. De Vicarijs Generalibus. nu.3. De alijs Vicarijs Generalibus. num.4. Quæ obseruanda in ipsorum institutione. nu.5. De Vicarijs Prouincialibus. nu.6. De Vicarijs Conuentualibus. num.7. De alijs Vicarijs Conuentualibus. nu.8. De Vicarijs Monialium. nu.9. De Vicarijs Episcoporum. n.10.*

Violatores sepulchrorum quas pœnas incurrant, verbo Sepultura quoad Regulares. *nu.22.*

Visitator quis dicatur, verbo Visitator Regularis. *num.1. Visitare competit habenti iurisdictionem ordinariam in aliquos num.2. De obligatione Prælatorum Regularium ad visitandum. num.3. Tempore visitationis ad quem pertineat regimen Conuentus, vel Prouinciæ. num.4. De modo procedendi in visitatione. nu.5. De modo procedendi per inquisitionem generalem. num.6. De modo procedendi per inquisitionem specialem. nu.7. De criminibus propter quæ formari debet processus, num.8. Qualiter teneantur Regulares in visitatione denunciare defectus aliorum. num.9. Qui eo tempore id non faciunt, postea audiri non debent. n.10. Visitatores qualiter abstinere debent à munerum receptione. nu.11. An in eodem anno possit bis visitari Prouincia, seu Conuentus. nu.12. Visitator an recusari possit. nu.13. An ipse, vel ipsius Socius eligi in Prælatum locorum, quæ visitant. nu. 14. Cæcus an eligi possit in Visitatorem. num.15. De absolutionibus, seu dispensationibus dari solitis tempore visitationis. num.16. De casibus, in quibus Episcopi visitare possunt Monasteria Regularium. num.17. De Visitatoribus Monialium. num.18.*

Vitare suspensum quando teneamur, verbo Suspensio quoad Regulares. *nu. 15.*

Viuæ vocis Oracula, vide Oracula viuæ vocis.

Viuens an possit Missam, & Officium defunctorum pro se dici facere, verbo Missa. *n.54.*

Vocis actiuæ, vel passiuæ renunciatio non semper admittenda Religiosis, verbo Renunciatio quoad Regulares. *n.8.*

Vota essentialia quæ sint, verbo Votum pro Regularibus. *nu.2. Tam solemnia, quàm simplicia. ibid. De votis specialibus aliquarum Religionum. nu.3. De voto Religiosorum S. Mariæ de Mer-*

Mercede. num.4. De voto Minimorum. num.5. Aliqua illorum sunt solemnia, & alia simplicia. num.6. An obligent solùm quando Religiosi permanẽt in prædictis Religionibus. ibid. Vota Regularium quæ irritari possint à suis Superioribus. n.7. Quid de votis Nouitiorum. n.8. De commutatione votorum Regularium. num.9. De dispensatione ipsorum. num.10. Vota Papæ reseruata quæ, & qualia. ibidem. An, & quando censeatur concessa licentia pro illis dispensandis, vel commutandis. num.11. In quibus casibus dispensari possunt ab Episcopis. num.12. Alij casus. nu.13. An aliquando in voto Religionis. num.14. An in voto castitatis. num.15. Notanda circa vota visitationis Romæ, & Compostellæ. num.16. De voto transeundi ad strictiorem Religionem. num.17. Dispensatio in votis quomodo danda. nu. 18. Confessarij an irritent vota. num.19. An illa commutent. nu.20. Quid ex priuilegijs Regularium. num.21. An dispensent in illis, saltem propter priuilegia. num.22. Respectu quorum competit facultas commutandi, & dispensandi Confessarijs Regularibus. nu.23. Qualiter possint vti illa. nu.24. An dispensent eum coniugibus, qui voto facto de castitate contraxerunt ad petitionem debiti. n 25. Quæ vota possint Regulares emittere, num.26. Quæ vota ipsorum censeri debeãt valida. num.27. Quid de votis realibus Regularium. num.28. Quid de votis non petendi irritationem, commutationem, seu dispensationem votorum. num.29. Votum quod in aliqua Religione emittitur de non procuranda Prælatia, dignitate &c. obligat etiam transeuntes ad aliam Religionem, verbo Transeuntes Regulares. *num.14. Votum arctioris Religionis à quo commutetur, vel dispensetur, verbo* Nouitij, & Nouitiæ Religionũ. *num.39. Vota, seu suffragia in electionibus debent esse absoluta, secreta, & libera, verbo* Suffragia. *num.9. An semel data reuocari possint. ibid. Dignioribus dari debent. num.10. An aliquis possit habere duo vota in electionibus. num.11. An in electionibus addi possint aliqua vota, seu suffragia, in* Relectione. *n.44. & seqq.*

Vnio Monasteriorum an fieri possit à Regularibus, verb. Monasteria Regularium. *num.39. & seqq.*

Vox actiua, & passiua quid importent. verbo Pœna Ecclesiastica. *n.10. & 11.*

Vsurarij eligi non possunt in Prælatos, verbo Prælatus Regularis, *num.6.*

FINIS.

Digitized by Google



gle